SC.H.Pl.6.

37
4 A
22

A R C A N A
LAZARI RIVERII

Conſiliarij, & Medici Regis Chriſtianiſſimi, atque in Monſpelienſi Vniuerſitate Medicinæ Profeſſoris, & Doctorum Monſpelienſium Decani, nuſquàm in lucem edita.

Cum Inſtitutionibus Medicis, & Regulis, Conſultationibus, & Obſeruationibus

P. F. BERNARDINI CHRISTINI
A IVVELLINA CYRNEI,

Minorum Obſer: S. Franciſci, & Priuilegio Senatus Veneti Ciuis; antè Religionis ingreſſum eiuſdem Riuerij Diſcipuli, & vtriuſque Medicinæ Doctoris

QVIBVS ACCESSERVNT

Centuriæ quinque Curationum Morborum,
Tractatus de Lue, ſeù morbo Venereo,
De Febre peſtilentiali, cùm breui Romæ contagij narratione,
Et Aſtrologicus ad Medicinam pertinens.



VENETIIS, M·DC·LXXVI·

Typis Bartholomæi Tramontini.
SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIIS.

Illuſtriſſimo, atque Excellentiſſimo Domino, Domino

THADÆO MAVROCENO

SENATORI INTEGERRIMO, & Conſiliario Præſtantiſſimo

F. BERNARDINVS CHRISTINVS Fęlicitatem.

PVrpuratam venerari Sapientiam, prudentemque excolere Nobilitatem, vſque ab orbis infantia memorabile duxit exemplum, Excellentiſſime Domine; vndè optimo iure obſequentiſſimi animi monumentum in hoc meo libello rudi, & ineleganti repoſitum, Tuæ humanitati dico, Tuæ generoſitati offero, vt poſſim, inæquali licèt obſequij tributo, Tuam gloriam excolere, Tuos venerari triumphos. Quòd ſi læto vultu hoc meum reſpexeris munuſculum, & ſi vobis fas eſt ſub tàm inclito tutamine quieſcere, prodite in lucem impauidæ meæ Inſtitutiones, Conſultationes, & Exempla ſub tali propugnaculo tutæ: Et oh magnum fęlicitatis exceſſum, ſi fatum ſinat ſub tanto Patrono vos naſci, me mori; auras vitales imperterritæ bibite, quibus Il-

luſtre nomen inſcriptum THADÆVS MAVROCENVS; ille, de quo dubia mens eſt, vbi maiora recollexerit trophæa, in Bello, an in Pace, quamuis certum ſit in vtroque, pugnando, & conſulendo, immortalitatem acquiſitum, æternitatem adeptum. Namquè Dux Nauium, quotiès ſub onere ſuarum victoriarum Neptunus gemuit, & quotiès à ſui glorioſiſſimi enſis fulgore Luna Scithica fuit obtenebrari coacta. Veronæ, & Brixiæ Præfectus Aſtreæ iacturas reſtaurauit, Ciuium affectus coluit, magnanimitati templum erexit, liberalitati delubrum extruxit, & in Venetæ Reipublicæ Senatore inclitus Romanorum Imperator Auguſtus pari gloria reuixit. Tot alijs functus officijs longum eſſet recenſere illuſtria geſtorum elogia, quibus ipſamet multiloqua fama non ſufficit, & quæ ego admirari malo, quàm impari narratione deuenuſtare; hoc vnum ſit ſatìs, quòd ad Conſiliarij munus euectus, in ipſius prudentia celeberrima Patria quieſcit, quæ Regales Filij tàm de ſe benemeriti animaduerſa virtutes, iuremeritò illas conſtituit Purpura tegere. Hinc, Nobiliſſime Senator, hoc meum Opuſculum Tuum ſuſpirat validiſſimum Patrocinium, & quia tanti Herois merito longè ſe impar cognoſcit, ideò cæteris relictis Virtutibus, Tuæ humanitati tantùm ſe deuouet, tutum ſe ab iſta hilari vultu acceptandum, ac benigno aſpectu ſuſcipiendum. Hanc ergò meæ addictiſſimæ obſeruantiæ Teſſeram, ceù votiuam Tabulam Tuo Nomini Auguſtiſſimo appendo, ac tibi vtpotè ſuo Numini ſacro, non dubius ab omnibus humanitèr excepturas meas Inſtitutiones, Conſultationes, & Exempla ſi à Te humanitèr excipiantur. Æternus Beatæ Perennitatis Arbitèr Deus Te ſoſpitet, & ad annos Neſtoreos ſeruet. Vale.

PRÆ-

PRÆFATIO
AD LECTOREM.

SEù ab inani gloriæ appetitu, ſeù à laudabili proficiendi hominibus deſiderio in lucem edere quod longæuo ſtudio, vel diuturno experimento à Profeſſoribus fuit acquiſitum duxit originem; Hoc Opuſculum, benigniſſime Lector, gloriam non quærit, celebritatem non optat; cùm enim nil egregij, nilue poſſideat excellentis, quod nominis æternitatem ſibi conciliet, cur igitur hæc flagitanda, expetenda, ſperanda? Immò cùm ſe rigoroſo doctiſſimorum Virorum ſubmittat examini, & cùm in ſuis Obſeruationibus ſæpè inſtituta Galenica, & Canonum præcepta partim arceat, vſum Spargyricum amplectendo; & quod vtilitatis experientia docuit practicando, ideò à plurimis reiectum, reprobatumque contemnetur, damnabitur, ſicque in principio ſuæ peregrinationis in ſæuam incidet maledicentiæ Carybdim; mea pace tamen cùm enim Rolandus, Petrus Poterius, Amatus Luſitanus, alijue qui Obſeruationes impreſſere, innumeris calumnijs, obtrectationibuſque fuerint ſubiecti, quid expectandum á minimo inter tot inſignes, ac celeberrimos Profeſſores? Vtcumquè ſit, Arcana doctiſſimi Lazari Riuerij mei Præceptoris prodeunt in lucem; poſt eius mortem (vtpotè inferiùs dicam) de ſuis laboribus ſatìs amiſſum. Hæc tanti Viri pauca fragmenta per aliquot annos tumulata, fas eſt tandèm, debitum ſibi vindicent plauſum, & ſummum bonum, quod retinent, communi vtilitati partiantur. Hinc á proficiendi hominibus cupiditate motus ea imprimi curaui, & ne, quod á diuturno incliti Præceptoris ſtudio fuit elaboratum, in memorabiles obliuionis iacturas miſerrimè incidat. Quod á me additum, Lector, (ſcilicèt Inſtitutiones, Conſultationes, Obſeruationes &c.) ideò additum, quia, cùm indelebili ſim in vita proſequutus amore, ac ſtudio præfatum Riuerium, cupio vt poſt mortem etiam aliquod meæ in eum obſeruantiæ veſtigium exiſtat; cæterùm de conuitijs non curo, mihi namquè Arcana Riuerij, quæ ſunt pretioſæ Medicæ profeſſionis gemmæ, publicæ commoditati exponere, ac communicare præcipua eſt gloria, ſingulare præconium.

Scias igitur, Lector, quòd in Monſpolienſi Ciuitate moratus ſum per ſex annos inſimul cùm alio meo Fratre ſub diſciplina Lazari Riuerij Publici illius temporis in illa celeberrima Vniuerſitate Profeſſoris, á quo non tantùm Lectiones Medicas audiui, verùm etiam quòd ad

praxim

praxim ſpectat, apprehendi .. Præfatus Riuerius peracto curſu ſuarum lectionum in præfata Vniuerſitate, ſe tranſtulit in Italiam, & in Inclito Lyceo Patauino repetijt denuo lectiones, quo tempore obſeruauit contrarietatem Medicorum Italorum ad Spargyricam, vndè reuerſus Montem Peſſulanum ſtuduit quomodò poſſet introduci vſus remediorum Spargyricorum in Italiam, & tandèm decreuit Typi mittere quoddam Opus continens Inſtitutiones, Theoricam, & Praxim Medicinalem, cùm ordine Canonum recto ad vſum Galenicum, & cùm extractione quantitatis remediorum Auctorum Claſſicorum, quæ ſunt poſita in praxi, abſque eò quòd in dicto Opere ſe oſtenderet Spargyricæ cupidum, ac amatorem, niſi in quantum in aliquibus Obſeruationibus per tranſitum de illa fit mentio, & demùm in complementum addidit Centurias IV. ſuarum Obſeruationum, & aliquas à celebrioribus Profeſſoribus communicatas, in quibus obſeruationibus valdè propenſus ad Spargyricam demonſtratur. Mens autem præfati Riuerij fuit, quòd ſi primum Opus iàm impreſſum foret apud Italos gratum, acceptumque, tunc aliud erat Typis miſſurus de Spargyrica, & Galenica fundamentalitèr agens, quod in initio continebat Inſtitutiones Artis Spargyricæ, in qua præbebantur principia fundata in opinionibus Galenicorum, Chymicorumque, ipſos concordando, ac probando, non eſſe niſi in vocabulis diſcordes; indè faciebat Anatomiam Vegetabilium, Animalium, & Mineralium, in qua tollebatur omnis difficultas, ferendo rationes diuiſionum, manipulationum &c. Indè erat Praxis, & Theorica, vtpotè in alio Opere, vbi agebatur de ægritudinibus á Capite vſque ad Plantas, & in quolibet capitulo vniebatur Galenica Spargyricæ, exemplificando varijs Obſeruationibus ad vſum Spargyricum. Poſteá erat Manipularium, ſeù Pharmacopæa, in qua adnotabantur omnes errores, qui in manipulationibus committuntur. Hæc vltima pars erat imperfecta, quando graui ægritudine affectus ſe cognouit morti propinquum; vndè vocatis quatuor ſuis diſcipulis præcharis, (penès quos diuiſim ſupradictum Opus reperiebatur) ſcilicèt Fabritio Androino, Iohanne Morfino, meo Fratre, & Me, præcatus fuit Fabritium Androinum, vt vellet perficere quod deficiebat Operi, & quod poſteá fieret vnio partium Operis, vt luci mitterentur; inalterabili fide fuit á nobis Præceptori promiſſum ſatisfacturus eius voluntati. Obijt Riuerius, & Androinus ſtatim curauit extrahere á nobis alias partes Operis, eo fine, vt reuerſo in Angliam, in quo Regno ortus erat, poſſet luci tradere ſuo nomine dictum Opus, & vtpotè Auctor, á raptis Riuerij laboribus iniuſtam ſibi gloriam quærere. Explorauimus ipſius voluntatem, & renuimus, antequàm Opus fuerit perfectum, præbere ipſi quod apud nos erat, polliciti, quòd quando ipſe compleuiſſet ſuam partem,

nos

nos vniremus noſtras in aliqua Vniuerſitate, in qua imprimerentur. Tandèm abijt Androinus in Angliam, vbi eſt mortuus; Morſinus in Belgium, in quibus bellis ipſe etiam obijt. Manipularium, ſeù Pharmaceuticum, quod apud Me, & meum Fratrem erat, dum ſeruabatur in quadam Arca, ſuprá quam erat vas vitreum plenum Spiritu Vitrioli, fractum eſt illud vas, & per commiſſuras Arcæ penetrato ſuprá ſcripta præfata, miſerrimè fuerunt illa á dicto Spiritu Vitrioli diſſipata, ac èroſa. Remanent Arcana, quæ meliorem ſortita fatum, Typis nunc mandare curo, ne, vtpotè aliæ Operis partes dilabantur, ac diſperdantur. Sic tám Excellentis Viri labores ſunt perditi; licèt enim reuerſi meus Frater, & ego in Italiam crebras mitteremus Epiſtolas ad Morſinum, adeò vt fieret in Italia vnio ſupradictarum Operis partium, hæc eò vltrá dilata, vt antequàm Opus Riuerianum, mediante impreſſione, acquireret luminis vitam, ſubierit deplorabilem obliuionis mortem. Hæc eſt miſerrima tantæ Compoſitionis hiſtoria, quam omnibus notam reddo, vt ſi vnquàm ſub alio nomine poſt meam mortem prelo detur, orbis ſciat gloriam Riuerij eſſe deceptam, ac fraudatam.

Nunc amatiſſime Lector ad meos labores deſcendo; ſunt autem hi, *Inſtitutiones Galenicæ*, indè quædam Regulæ generales, poſteá Conſultationes cùm Obſeruationibus in omnibus morborum generibus, indè Obſeruationum quædam Centuriæ, Tractatus de Morbo Venereo, de Peſte, & de Aſtrologia ad Medicinam ſpectante. Hæc, Lector, ſi tuæ non ſatisfaciunt expectationi, Auctorem excuſa, non famæ, non gloriæ, impreſſionis cauſa cupidum, ſed qui paucula Arcana ſui Præceptoris Riuerij, optauit ſuis laboribus aſſociare; cæterùm temporis breuitas aptàtam dicendi normam non ſinit meas compoſitiones perornare. In Obſeruationibus adnotaui ad litteram euentus, ac medicamentorum effectus, vndè ſi quid boni reperis Deo gratias referas, ſin minùs Auctorem ne damnes, ſed tua comitate, & bonitate eius imperfectiones excuſa, ac tolera. Etiam te certioratum volo, me in ſæculo perſæpè nominatum fuiſſe, licèt fictè, cognomine Columbani, ſed proprium meum cognomen eſt Chriſtinorum, id tamen euenit aliquarum inimicitiarum cauſa &c. Cæterùm Profeſſores moneo, quòd quamdiù detinent infirmum in eius infirmitate callidè, tenentur ad reſtituendas omnes expenſas fruſtatoriè factas, ideòque vt plurimùm ego vſus fui medicamentis Spargyricis, cùm hæc quamprimùm morbos reſoluant, & naturam adiuuent. Veh autem illis, qui auri cupiditate procraſtinant morbos, ſemper oſtendentes ex operibus naturę expectandam ſanitatis reſtitutionem, quia Medicus nihil aliud eſt, niſi miniſter naturę, quę paulatìm cōualeſcit, itaq; ſi ex ſe erigere poſſet, Phyſico nō indigeret. Igitur benigniſſime Lector, malè viuit quiſquis neſcit benè mori, ſi vis hanc profeſſionē exercere Deū time, & ſupradicta ne cōmittas. Ergò bonis monitis vtere, & valetudinem ſerua.

PATER

PATER BERNARDINVS CHRISTINVS E CORSICA MINORVM OBSERVANTIVM.

Anagramma

Commutata S in V

NOMEN SVBSCRIBIT: ADSVM VNICVS PENETRATOR ARCANORVM RIVERII.

Alludit Gallo gentilicij ſtemmatis.

Si ex tot diſcipulis quid mirùm Arcana penetrat?
Tanta capit quàm alij peruigil ipſe magìs.

MAGNA RIVERII ARCANA NVSQVAM ADHVC EDITA.

Anagramma Purum.

DICAMVS QVIA GRANDIA HIC MANAVERE NATVRA.

Si finxere Iouem rerum fabuloſa parentem;
Naturæ hæc tua ſunt; Iuppiter alter eris.

Roma peſte infecta.

Roma ſalubre petas ne Epidauri à littore numen;
CHRISTI NVM haùd dubitas arte domare luem?

Angelus Collettonus
Obſequij monumentum.

EPI-

EPIGRAMMA

Ab Æmilio Chanigeano Florentino Lectori propoſitum De Libro Eximij, atque Adm: Reu: Patris

FR. BERNARDINI CHRISTINI

Minoris Obſeruantiæ Sancti Franciſci.

QVem pia Religio Diuino vouit honori,
Et dedit aſſiduis inuigilare ſacris;
Ingenio, & praxi Naturæ Arcana ſagacis
Scrutatus, Medicæ en exhibet Artis opus.
Miraris Lector? Veteres præcepta medendi
Prima quis edocuit? Numen Apollineum.
Ergò Chriſtini potior Medicina ſalutem
Afferet, à vero quæ modò ducta Deo eſt.

Ad præſtantiſſimum, & Religioſiſſimum Virum

P. BERNARDINVM CHRISTINVM FRANCISCANÆ FAMILIÆ ADSCRIPTVM.

Alluditur ad Turrim eius ſtemmatis

EPIGRAMMA

D. Georgij Muſalo Philoſophiæ, & Medicinæ Doctoris Nobilis Cretenſis.

VIrtutis Turri Doctus circumdatur alta,
Inuidus hanc Momus frangere quis poterit?
Quiſquis adeſt, videat, miretur Dogmata ſana
Sunt Bernardini: qui neget, ipſe cadet.

AD EVNDEM.

DISTICHON EIVSDEM.

LAudet, amet, tractet Medicorum Copia prudens
Librum: namque patet, quidquid in Arte latet.

Al Molto Reu: Padre

FRA BERNARDINO CHRISTINI
DA GIVVELLINA,

Medico, e Profeſſore Spargirico, per gl'Arcani, che manda alla luce, di Lazaro Riuerio ſuo Precettore, con ſuo Inſtituto, Conſulte, Oſſeruationi, & altri Trattati pertinenti alla Medicina.

ODA.

Rigide Parche voi, ch'vn tempo vſate
Con forbice fatal ſieder più vite,
Foſte di noi Mortal' Arbitre elette,
Tiranne dell' Etate,
Voi con ſeuere, e barbare vendette;
Soleſte popolar l'acerba Dite,
Già Suore riuerite, hor qual' ingegno
Già Reine del Mondo,
Vi vſurpa i faſti, e vi debella il Regno.

Itene vilipeſe, e nel più chiuſo
Centro, che ſia nella magion profonda,
Correte á ſepellire il voſtro ſcherno,
Stuol negletto, è confuſo,
D'otioſe Sorelle, il cieco Auerno
Ne i più riposti abiſſi hoggi v'aſconda;
Ne dalla deſtra immonda
Penda l'inutil ferro, hor che più ſaggi
Sprezzano i noſtri ſtami i voſtri oltraggi.

RIVERIO tù, che della Senna in ſeno
Miraſti á piedi tuoi gemer la Sorte,
Spandendo di virtù raggi immortali,
Tù fortunato á pieno
Poteſti ſol con impeti non frali,
Vincer le Parche, e incatenar la morte,
Onde l'ampia Coorte,
Ch'alberga giù nella magion del duolo,
Vinto Lete mirò dá vn RIVO ſolo.

RIVO,

RIVO, ch'i tuoi liquori offri, e tramandi
Ad inaffiar della Natura i figli,
A fecondar della ſalute i ſemi;
RIVO, che l'acque ſpandi
A ſuperare i precipitij eſtremi,
A terger'onte, à cancellar perigli;
RIO che la Morte eſigli,
E nell'onde di cui placide, e liete
L'arſa turba de'mal ſpegne la ſete.

Ne in dimeſſo ſuſurro i proprij vanti
Queſto RIVO gentil copre, e naſconde,
Má in chiaro mormorio s'ode, e rimbomba;
De Chriſtalli vaganti,
(Cui diè fin hor lá Sorte ingiuſta tomba)
Più chiaro lo ſplendor s'apre, e diffonde,
Hor, che le nobil'onde
Inuola il pio CHRISTIN del tempo al morſo,
Et á farle immortal gl'adatta il corſo.

Si sì CHRISTIN tù con pietoſo zelo,
Di queſto RIVO á i lucidi chriſtalli,
Gl'illuſtri tuoi ſudor meſci, e congiungi;
Tù d'Epidauro, e Delo,
A i pregi antichi hor nuoui pregi aggiungi,
Mentre ardi á noſtro prò gemme, e metalli,
Quindi per varij calli
Diſpiega il nome tuo rapide l'ale,
A niun ſecondo, á queſto RIVO eguale.

Perche gioiſca vn Cor, godá vna Salma,
Miranſi al tuo voler, pianger disfatti
I Compoſti più rigidi, e più duri,
E di placida calma
Sono ad vn ſen diſpenſator ſicuri
Macigni inhumiditi, e liquefatti,
Ond'è che ſtupefatti
Veggiam per opra tua quá giù forzati
I ſenſi á rauuiuar ſaſſi inſenſati.

Il ſuoco, il ſuoco iſteſſo, alla cui fame
Non ſi troua giamai cibo, che baſti,
Ch'ogni coſa quá giù ſtrugge, e diuora;
Cangia l'innate brame,
E contro i mal, che vomitò Pandora,
Sembra ch'á i cenni tuoi pugni, e contraſti,
Sgombra gl'innati faſti
E con natura placida, e tranquilla,
Ciò, che ſerbar ne può ſuda, e diſtilla.

Sá ben l'Adria i tuoi vanti, oue há la Fama
Con i timbombi ſuoi frequenti, e ſpeſſi,
Illuſtre ſtatua al tuo gran Nome eretta;
Quiui al tuo merto ei trama
Fregi immortali, e in queſta Reggia eletta
I caratteri ſuoi per ſempre há impreſſi;
Nè ſia ſol che t'inteſſi,
L'Adria gli applauſi ſuoi, ch'alla tua laude
Nell'Adria ſola, vn mondo intiero applaude.

Anzi per tuo trionfo ampio, & auguſto
Mentre la Fama con ſonore grida
Teſſe al tuo chiaro Nome encomio aperto;
Venga di oſſequio giuſto
Tributaria la Morte hoggi al tuo merto;
E le ſue glorie entro i tuoi fogli vccida;
E col ferro homicida
Scriua così sù pagina diſtinta:
Viua il CHRISTINI, hor ch'io ſon qui l'eſtinta.

Del Sig. Emiliano Trauaglini
Spoletino Dottore d'ambe le Leggi.

Dell'

Dell'Illuſtriſſimo Signor

FRANCESCO GROTTA

NOBILE VENETO

In honore dell'Autore

SONETTO.

QVal dal foſco Acheronte à piè del Fato
Larua intriſa nel pianto vſcir'io ſcerno?
Suelto hà'l crin, raſo il ciglio, il duolo interno;
E appena ſcioglie à queſte voci il fiato.

Son vinta, ò Dio de tuoni, e rintuzzato
Ecco appendo al tuo Soglio il ferro eterno,
Ch'vn figliuol della Terra hor con mio ſcherno
L'Arbitra della Terra há debbellato.

CHRISTIN, queſta è la Morte. In meſti accenti
Si duol perche ti cede, e del ſuo ſcettro
Giá che ſpenta è la forza alza i lamenti.

Ma s'vn dì dal Deſtin l'horrendo ſpettro
Nouo acciaro otteneſſe, i tuoi portenti
Faran, ch'all'Huom ſia culla anche il feretro.

Al Molto Reu: Padre

FRA BERNARDINO CHRISTINI
DA GIVVELLINA CORSO,

Mentre manda alla luce gl' Arcani del Riuerio

SONETTO.

SAggio CHRISTINI, cui d'Epidauro il Dio
Diè contro i noſtri mal norma ſicura,
Nemico irato della Parca oſcura,
Domator della morte, e dell'oblio.

Quanto nel ſen più chiuſo hebbe, e nutrìo
Per noſtro ben la prouida Natura,
Con diſuſata, e nobile ventura
Al tuo ſapere, al ſenno tuo s'aprìo.

Per opra tuà fin gli Elementi hàn brama
D'offrir pronti ripari á quell'offeſe,
Ch'il tempo á i noſtri ſeni ordiſce, e trama.

Da te la morte á ſuperar s'appreſe,
Atropo è da te vinta, e la tua fama
S'è negli ARCANI altrui fatta paleſe.

Del Sig. Emiliano Trauaglini
Spoletino Dottore d'ambe le Leggi.

Al merito impareggiabile

DEL MOLTO VENERANDO PADRE

BERNARDINO CHRISTINI

DA GIVVELLINA CORSO,

Minor Oſſeruante di S. Franceſco, profeſſore di Medicina in Venetia.

SONETTO.

VAnta ſtuolo Minór maggiori glorie
Se vince morte di Franceſco vn figlio;
Fuga i languor; ò rare ſue vittorie!
Si acerta ſcampi da letal periglio.

Son ne Veneti Eroi freſche memorie
Se eſperimentan Medico il conſiglio;
E di queſtò le cure ſon notorie,
Che CHRISTINA ſalute há per pontiglio.

Sollecito dal CORSO n' han l'aiuto,
E giouar dee s'egli è da Giuuellina
Dalle ceneri il viuer rinuenutó.

Di Franceſco aſſiſtenza pur diuina
Se vn Bernardino all'alme há conceduto;
A i corpi altro prouiſto in Medicina.

Del Prencipe dell'Accademia de Sottiliſſimi
Frà Lorenzo Damiani di Venetia
del medemo Ordine Lettor Attuale di Sacra Teologia.

INDEX RERVM NOTABILIVM,

Quæ in hac Prima Parte continentur.

ÆGritudo ſimplex. 16
Ægritudo compoſita. 17
Ægritudo in complexione. 16
Ægritudo in compoſitione. 16
Ægritudo in formatione. 16
Ægritudo in numero. 17
Ægritudo in quantitate. 17
Ægritudo in ſitu. 17
Ægritudo ſocietatis. 17
Ægritudo ſolutionis continui. 17
Affectus Splenis. 125
Exempla eiuſdem. 126
Agaricus. 173
Aloe. 174
Angina, ſeu Strangulatio. 97
Exempla ad idem. 98
Aphoriſmi capitis materiam recipientes. 74
Apoplexia quid. 81
Exempla ad idem. 82
Apetitus Caninus. 115
Exempla ad idem. 116
Aqua Abſynthij. 76
Aqua compoſita cum ſalibus contra Calculos. 144
Aqua ad idem cordialis. 145
Aqua frigida non vtendum niſi in Febribus. 28
Aqua optalmica. 89
Aquæ noſtræ ſenæ compoſitæ. 59. 68
Aquarum ſtillatitium practicantium. 167
Ars diſtillandi incognita Galeni. 27
Aſthma quid. 102
Exempla ad idem. 103
Bilis definitio, & diuiſio. 25
Bolus purgatorius. 173
Breuis curatio Galeni. 93
Buliſmus. 116
Exempla ad idem. 117
Cacheſia, ſiuè malus habitus. 127
Exempla ad idem. 127
Cæphalea colerica. 68
Exempla ad idem. 69
Cæphalea phlegmatica. 70
Exempla ad idem. 72
Cæphalea ſanguinea. 65
Exempla ad idem. 67
Cæphalea per conſenſum à ventriculo. 78
Exempla ad idem. 74
Calculum Renum, & Veſſicæ. 142
Exempla ad idem. 144
Caprinellæ herbæ adnotatio. 96
Carthamus. 174
Caſſia. 174
Cataplaſma. 184
Catarrhus, ſiuè diſtillatio. 99
Clyſteriorum forma. 176
Colicus dolor quid. 137
Cura eiuſdem. 138
Exempla ad idem. 139
Colocynthis. 174
Complexio frigida maximè fit. 18
Concluſiones ingenioſiſſimi Vigonis. 35
Concluſio prima non quiuis. 36
Condita quid. 49. 51
Conditum Alexipharmacum. 67
Confectio ad Hydropem roborans. 129
Confectio ad Lyenteriam. 131
Confectio compoſita ad fluxionem menſtruorum. 136
Conſeruæ, ſiuè Conditæ. 178
Contraria ab Hippocrate. 23
Conuulſio quid. 84
Exempla ad idem. 85
Cura ſingulorum ſex morborum in genere. 9
Decocta. 176
Decoctum ad Caducum, & Antihyſtericum. 81
Decoctum ad Phthyſim. 108
Decoctum ad Splen. 126
Decoctum ad profluuium Menſtruorum. 163
Decoctum ad Priapiſmum. 158
Decoctum contra Febres. 53. 58
Decoctum ad Lyenteriam. 133
Decoctum contra Calculos. 146
Decoctum contra Gonorrhæam. 157
Decoctum ligni ſancti ad Cæphaleam. 72
Decocta noſtra vſualia introducenda in mēbro virili, & vuluis mulierū. 157
De cauſis morborum calidi, frigidi, ſicci, & humidi. 8
De cauſis morborum partium inſtrumentalium. 8

De

De cauſis ſalubribus, & inſalubribus. 8
De diuinatione paucula dicamus. 20
De doloribus in genere. 137
De facultatibus naturalibus, & de earum diuiſione. 6
Definitio Tuſſis. 101
Exempla ad idem. 102
De humoribus in genere. 39
De parte Pharmaceutica. 14
De ſex morborum generibus. 7
Diabetis quid. 148
Exempla ad idem. 149
Dies indicatorij in quaternarios, & ſeptenarios. 22
Dies iudiciales, & indicatiui. 21
Diuiſio Artis curatoriæ. 12
Diuiſio de his, quæ nutriunt humores. 4
Diuiſio facultatum. 7
Diuiſio membrorum in genere. 6
Diuiſio ſignorum. 9
Dolor, & Apoſtema ſtomachi. 117
Exempla ad idem. 118
Dolor Dentium. 95
Dolores Aurium. 90
Exempla ad idem. 91
Dolores Iuncturarum. 164
Exempla ad idem. 165
Dyſinthæria. 131
Exempla ad idem. 133
Elaterium. 174
Electuarium Antiheticum. 64
Electuarium ad Scyrrhos. 124
Electuarium ſtomacale noſtrum. 115
Elementum quid ſit. 2
Elementa quot ſunt. 2
Emplaſtra. 184
Emplaſtra ad Renes. 148
Emplaſtrum Febrifugum. 53
Epithymum. 175
Errhina. 181
Euacuatio per phlæbotomiam triplicitèr. 20
Euacuatio per ſectionem venæ. 14
Euphorbium. 174
Exemplum exponendi caſus. 34
Extractum ad Ictricitiam. 123
Extractum cordiale reſtaurativum. 111
Febris Cauſonis. 49
Exempla ad idem. 51
Febris Ephimera. 44
Exempla ad idem. 45
Febris Hephiala. 62
Febris Hectica. 63
Exempla ad idem. 64
Febris Lipparia. 62
Febris Quartana. 60
Exempla ad idem. 61
Febris Simplex. 58
Exempla ad idem. 59
Febris Synoca ſinè putredine. 46
Exempla ad idem. 45
Febris Synoca cùm putredine. 48
Exempla ad idem. 48
Febris Tertiana pura. 52
Exempla ad idem. 53
Febris Tertiana nota. 54
Exempla ad idem. 55
Fluxus Hepatis. 134
Exempla ad idem. 136
Gonorrhæa quid. 156
Exempla ad idem. 157
Grauedo, raucitas, & diſtillatio. 99
Exempla ad idem. 100
Helleborus. 175
Hepatis imbecillitas. 119
Exempla ad idem. 120
Hepatis Scyrrhus. 123
Exempla ad idem. 125
Hepatis inflammatio. 120
Exempla ad idem. 121
Hermodactilus. 174
Herniæ quid. 153
Exempla ad idem. 155
Hyppocratis de ratione victus à viribus, & materia. 13
Hora phlæbotomiæ Galeni. 26
Hora quietior medicinæ eligenda. 29
Hydropiſia quid. 128
Exempla ad idem. 129
Hyera pigra. 175
Hyppoteſes in adminiſtrandis rebus non naturalibus. 36
Ialappa. 174
Ileos quid. 140
Exempla ad idem. 141
Imbecillitas concoctionum, & corruptionum. 114
Exempla ad idem. 115
Indicatio à dolore. 24
Indicia morborum in genere. 9
Indicatio ab actione virtutis. 29
Inflammatio tonſillarum, & columellæ. 95
Exempla ad idem. 96
Inflammatio, & vlceratio Renum. 146
Exempla ad idem. 148

Inſu-

Infuſionis forma. 173
Inſtitutiones Medicæ, & Regulæ. 15
Intentiones curatiuæ per contrarium. 23
Intentiones curatiuè ſumuntur à quatuor modis. 23
Intentiones curatiuæ in febribus putridis. 24.
Ius compoſitus reſtauratiuus. 120
Lapis Armenus. 176
Lapis Lazuli. 176
Letargya. 76
Exempla ad idem. 77
Linimenta. 184
Loch ſanum, ſeù Eligma. 179
Lyenthæria. 129
Exempla ad idem. 131
Manna. 175
Maſticatoria, ſeù Apophlegmatiſma. 181
Mechoocan. 173
Medicina quid ſit. 1
Medicinæ partes quot ſint. 1
Medicinæ primi, ſecundi, tertij, & quarti gradus. 28
Medicamenta purgantia in forma liquida vnumquemlibet humorem. 170
Medicamenta purgantia ſolida in forma Pillulæ. 172
Medicamenta quæ infunduntur, ſeù macerantur liquore aliquo, & primò de Medicamentis ſimplicibus purgantibus Pituitam. 173
Medicamenta purgantia bilem flauam ſimplicibus. 174
Medicamenta purgantia ſimplicia atram bilem. 175
Melancholiæ definitio, & diuiſio. 86
Exempla ad idem. 87
Menſium profluuium. 161
Mezereon. 174
Modus euacuandi in omni febre conueniens 26.
Morbus eſt affectus. 16
Morbus comitialis quid. 79
Exempla ad idem. 80
Morbus Regius. 122
Exempla ad idem. 123
Natura quid ſit. 2
Natura quot modis accipiatur. 2
Naturæ robur ex pulſuum actionibus. 21
Neceſſaria ad cryſes. 21
Notitia ſignorum vniuſcuiuſque humoris. 12.
Notæ optimæ temperaturæ. 4
Obſeruationes circà Febrifugum, & Antifebrile Riuerianum in Vrbe Venetiarum. 56
Obſeruatio vini Calicis Chymici contrà lapidem. 145
Odoramenta. 182
Olea. 183
Oleum Antimonij per deſcenſum. 96
Ophtalmia. 88
Exempla ad idem. 89
Oppiata cordialia. 51
Oppoponax. 174
Ordo definitiuus. 30
Ordo reſolutiuus. 31
Oxymel, & Aqua mellis. 27
Paralyſis quid. 83
Paroiides quid. 93
Paſſio cardiaca. 110
Exempla ad idem. 111
Phlebotomia facienda in primo, & egreſſu. 20. 25
Phlebotomia quo dierum numero celebranda. 26
Phrenitis quid. 74
Exempla ad idem. 75
Phthyſis quid. 106
Exempla ad idem. 107
Pillulæ capitales. 72
Pillulæ contrà dolores Arteticos in mulieribus. 166
Pillulæ prouocantes menſtrua. 161
Pillulæ ſub lingua. 110
Pillulæ vterinæ. 117
Pituitæ deſcriptio, & diuiſio. 5
Pleripleumonia. 103
Exempla ad idem. 104
Pleuris. 108
Exempla ad idem. 109
Polipus, aut Ozena. 93
Exempla ad idem. 94
Polypodium. 176
Potio ad menſtrua prouocanda. 161
Priapyſmus quid. 158
Exempla ad idem. 158
Proceſſus propter quid. 30
Pthiſana, Oxymel, & Aqua mellis. 27
Purgatio per medicamenta purgantia. 15
Pulſuum definitio, & diuiſio. 10
Quot modis aliquid dicatur eſſe calidum, vel frigidum. 3
Quomodo alteratio concoctio, & humorum præ-

præparatio, ac digeſtio intèr ſe differunt. 14
Ratio victus per ætates. 13
Ratio victus in morbis. 12
Ratio victus ex temporibus anni ſumpta. 13.
Regulæ dignotionis ad curationem. 15
Res naturales, non naturales, & præternaturales. 16
Reſolutio cauſarum in intentionibus curatiuis. 19
Reſolutio morborum. 19
Rhabarbarum. 175
Sanguis quid. 5
Sanguinis ſputum. 104
Exempla ad idem. 105
Sanitatis, ac morbi definitio. 7
Scammonium. 175
Scotomia quid. 78
Exempla ad idem. 79
Sena. 175
Serapinum. 174
Signa ægritudinis quatuor. 18
Signum à qualitate mutata. 19
Signum ab operatione læſa. 19
Signum ab exeunte mutato. 19
Signa repletionem indicantia. 11
Species aromaticæ ſiuè confectiones vnumquamlibet partem roborantes. 177
Splenis affectus. 125
Exempla ad idem. 126
Stupefacientia, & ſomnum prouocantia. 180.
Succus roſarum. 175
Suffumigantia. 182
Suffuſio. 90
Suppoſitoria. 175
Suppreſſio menſtruorum. 159
Exempla ad idem. 160
Sylogiſmus diſcurſuſq; primus diuiſiuus. 29
Sympthoma Galeni &c. 17
Syruporum, & aquarum ſtillatitium praticantium vſualium. 167
Syr:, & Aquæ cuilibet membro appropriato. 168
Syr:, & Aquæ vnumquemlibet humorem concoquentes. 167
Syr: ad Itteritiam. 49
Syr: ad Quartanam. 61
Tabell: ſtomacales. 60
Tabell: ad Hetiſiam. 65
Tamarindi. 175
Temperatura quid. 3
Temperaturæ membrorum. 5
Temperaturæ ætatum. 4
Temperaturæ quot. 3
Tenaſmon ideſt fluxus inteſtinalis. 136
Exempla ad idem. 136
Tragæa adſtringens cordialis. 105
Trochiſci. 179
Trochiſci conſolidatiui ex bolo. 148
Turbith. 173
Vertigo. 78
Exempla ad idem. 79
Victus ratio multiplex dicenda. 29
Victus ratio vniuerſalitèr, & particularitèr. 14
Victus ratio à ciborum qualitate ſumpta. 13.
Victus ratio in morbis. 12
Vinum Elleboratum. 87
Vinum medicatum ad ſplen. 126
Vinum medicatum. 155
Vinum medicatum. 169
Vlcera Aurium. 92
Exempla ad idem. 92
Vnguentum ad Quartanam. 61
Vnguenta. 181
Vomitus quid. 112
Exempla ad idem. 113
Vrinæ definitio, & diuiſio. 10
Vrinæ retentio. 150
Vrinæ difficultas, & ſtillicidium. 150
Vrinæ incontinentia. 152
Exempla ad idem. 152

Opus

OPus inſcriptum Arcana Lazari Riuerij cùm Inſtitutionibus Medicis &c. Patris Fratris Bernardini Chriſtini á Iuuellina Cyrnei Noſtri Ordinis S. Franciſci de Obſeruantia, vt Typis ſeruatis ſeruandis mandari poſſit, tenore præſentium, & auctoritate Nobis in hac parte ſpecialitèr conceſſa, facultatem impartimur. In quorum fidem præſentes litteras, manu propria, ac ſigillo huius noſtræ Almæ Diui Antonij Prouinciæ firmamus.

Dat: in Conuentu Noſtro Vineæ Venetiarum die 26. Iulij 1676.

(Fr. Antonius Maria Ven. Diff. Gen., & Min. Prou.

NOI RIFORMATORI
DELLO STVDIO DI PADOVA.

HAuendo veduto per fede del Padre Inquiſitore, nel Libro intitolato, *Arcana Lazari Riuerij Medici Regis Chriſtianiſſimi, & in Vniuerſitate Monſpelienſi Profeſſoris, cùm Inſtitutionibus Medicis, &c.* non v'eſſer coſa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per atteſtato del Segretario noſtro niente contro Prencipi, e buoni coſtumi, concediamo licenza á Bartolomeo Tramontino di poterlo ſtampare, oſſeruando gl'ordini &c.

Dat. li 15. Nouembre 1675.

(
(Aluiſe Mocenigo Riff.
(Silueſtro Valier Proc. Riff.

Gio: Battiſta Nicoloſi Segretario.

Excuſa Lector humaniſſime ſi aliqui lapſi ſunt Errores in hoc Libro, quia Auctor non ſemper Correctioni adſuit.

INSTI-

INSTITVTIONES MEDICÆ

P. Fratris Bernardini Chriſtini à Iuuellina Cyrnei Minor: Obſeru: S. Fr.

Quid ſit Medicina.

ACcerrima inter Philoſophos diſceptatione omiſſa, videlicèt an Medicina ſit ſcientia, deſcendo ad multiplices ipſius definitiones, iuxtà monitum Cicer: de offic: *omnis; qui de aliqua re ſuſcipit inſtitutionem debet à definitione proficiſci, vt intelligatur quid ſit id, de quo diſputatur.* Medicina igitur eſt *Scientia corporis humani ſanitatem reficiens, vel conſeruans*, vel *Medicina eſt adiectio, & ablatio*, vel *Medicina eſt, quæ ſanis victus rationem præſcribit, & ægrotos curat.* Quæ non ſunt veræ definitiones Medicinæ, non enim hæc ipſa efficit, ſed ex illis, quæ efficit hæc proueniunt. Quare Medicina erit *Scientia ſalubrium, inſalubrium, & neutrorum*, vt inquit Galen: method: 2: cap: 12: *Medicina eſt appoſitio, & detractio, deficientium quidem appoſitio, redundantium detractio*, & hæc intelliguntur de 1: 2: & 3: deſcriptione, de 4: loquitur Galen: lib: defin: Medic: in princ: ſed quod hæ non ſit veræ definitiones ex ſequentibus locis demonſtrat Galen: in lib: de ſect: ad eos, qui introducuntur. Propoſitum Medicinæ eſt ſanitas, finis verò eius adeptio. Quibus autem quis abſentem ſanitatem recuperet, vel preſentem conſeruet Medicis cognoſcere eſt neceſſarium; porrò quę abſentem ſanitatem reſtituunt curationes ſunt, & auxilia, quæ præſentem conſeruant ſalubris victus. Quod ſi ità eſt Medicina igitur non erit conſeruans, vel reficiens, ſed ſalubrium, inſalubrium, & neutrorum ſcientia, quod probatur ex Galen: p: art: med: cap: 2: At iuxtà Auic: *Medicina eſt ſcientia, qua humani Corporis diſpoſitiones noſcuntur ex parte, qua ſanantur, vel ab ea remouentur, vt habita ſanitas conſeruetur, & amiſſa recuperetur.* Si Scientia eſt, qua noſcuntur humani Corporis diſpoſitiones, igitur non erit id, quod adijcit, vel aufert, quod reficit, vel conſeruat, nec quod ægros ad ſanitatem producit.

Quot ſint partes Medicinæ.

PArtes Medicinæ ſunt quinque. Prima eſt contemplatio rerum Naturæ; Secunda eſt cauſarum, & effectuum conſideratio; Tertia eſt tuendæ ſanitatis ratio; Quarta eſt ſignorum obſeruatio; Quinta eſt medendi modus. Prima, ideſt Phyſiologica naturam hominis conſiderat, & Elementa, quibus componitur, & generationem eius & partes corporis tàm intrinſecas, quàm extrinſecas. Secunda vniuſcuiuſque morbi cauſas, & affectus inquirit. Tertia ſanitatem tuetur præcauendo, ne corpora in morbos incidant, et vbi inciderint, ad ſanitatem reducit. Quarta ſignorum notitia præteritorum cognitionem, præſentium inſpectionem, & futurorum præſagia declarat. Quinta,

ta, ideſt Therapeutica, in tres partes diuiſa eſt, vna quæ victu curat, altera quæ medicamentis, tertia quæ manum admouet, vt Galen: inquit libr: de conſt: art: med: cap: 13: & 1: de Element: & 3: method: cap: 4: & 7: & in lib: quod optim: ſit Medic: & Phyſ: Hæc ars docet corporis noſcere naturam, tùm eam, quæ ex primis coſtat Elementis, tùm eam, quæ conſtat ex ſecundis. De cæteris Medicinæ partibus deinceps loquemur.

Quid ſit Natura.

NAtura Philoſophicè ſumpta eſt, quæ Deorum, Hominum, Syderum, plurimorumque corporum eſſentiam, potentiam, vireſque complectitur. Natura humana eſt temperies, vel quædam facultas, qua Animal regitur, vt inquit Plato loquens de Natura Deorum, vim quandam eſſe, dixit, rationis, atque ordinis participem, cuius ſolertiam, inquit Cicero de Natur: Deor: nulla ars, nulla manus, nemo Opifex conſequi poteſt, imitando Galen: lib: defin: Medic: de mente Platonis, Natura eſt vis, quæ ex ſe ipſa mouetur, auctrix formationis, generationis, & perfectionis; Ariſt: 2: Phyſic: Natura, eſt principium motus, & quietis, in quò eſt primo, & per ſe, inde verò Natura humana nihil aliud eſt, quam ex primis quatuor elementis conflata temperies, vt inquit Galen: 3: de Temper: & 2: Aphor: com: 34: vel facultas quædam vniuerſi Corporis rectrix, & 5. de Sympt: cau: in princ: Natura eſt omnis illa facultas, qua animal regitur, ſiue illa pendeat à voluntatis noſtræ imperio, ſiue ſecus, & 6: de Sympt: cau: cap: p: Natura eſt aggregatio omnium Virtutum, quæ totum corpus regit, & lib: defin: Medic: Natura eſt Spiritus calidus, qui ex ſe ſemper Seminarijs rationibus mouetur, ac certis temporibus homines generat, & conſeruat.

Quot modis accipiatur Natura.

ACcipitur Natura quadrifariam, p: prò facultate naturali, 2: prò conſuetudine, 3: prò temperie, & compoſitione naturali, 4: prò naturali calore, & inquit Galen: 5: de Sympt: cau: cap: 2: & 4: de vic: in mor: ac: & 1: de Temper: & Hipp: l b: de Aere, & Aqua, & Auer: p: Phyſ: & Ariſt: in prædic: conſuetudo eſt altera Natura, & Auic: humor, & natura mutant animam, ideſt humor, & temperies. Item Galen: lib: trem: & palpitat: cap: 6: diſtinguit Naturam ab ipſa Anima p: de Potent: natur: dum dicit, & motor in Corpore, aut eſt Natura, aut Anima, hic prò calido intellige calorem innatum, qui teſt: Galen: aph: p: com: 15: eſt facultatis gubernantis robur, & omnium naturalium operum cauſa.

Quid ſit Elementum.

ELementum Phyſicè ſumptum ità deſcribitur, Elementum dicitur id, ex quo quidpiam primò componitur, & eſt in eo, indiuiſibilique exiſtit ſpecie in aliam ſpeciem; Medicè autem ſic, Elementum eſt minima rei particula, cuius eſt Elementum, vel ſic Elementum eſt prima, & ſimpliciſſima pars, quæ in alias diuidi nequit, vt inquit Ariſt: 5: Meth: tex: 4: & ſimiliter 2: de generat: à princ: & 3: Cæl: & de Senſ: & Senſa: tex: 20: inde Galen: 8: de plac: Hip: & Plat: & p: de Element: cap: p: & 2:

Quot ſunt Elementa.

VNiuerſalia Elementa ſunt quatuor à prima materia, vt Ignis, Aer, Aqua, & Terra, particularia erunt duo, membra ſimplicia, & Humores, vt inquit Ariſt: 2: de generat: vbi probat per quatuor qualitates eſſe quatuor Elementa. Auic: & Auer:

ſimi-

ſimiliter hoc probant, & Galen: 2: Element: vtitur iiſdem argumentis, Sanguis enim, Pituita, & vtraque Bilis ſunt Elementa, & ipſæ, particulæ minimæ, quæ ſimilares appellantur.

De Temperaturis.

TEmperies duplex dicitur; Quarum altera qualitas eſt, quæ ex Elementorum qualitatibus conficitur, altera, quæ ex mixtorum etiam inuicem actione, & paſſione reſultat, vt inquit Auic: prim: cap: de Complexion: & Ariſt: 4: Meth:

Quot ſint Temperaturæ.

NOuem ſunt Temperaturæ, octo inæquales, & vna æqualis, vnde inæqualium quatuor ſunt ſimplices, vt calida, frigida, humida, & ſicca, quatuor ex his compoſitæ, vt calida & humida, calida & ſicca, frigida & humida, frigida & ſicca, æqualis eſt qua corpus incolume cum moderatione quadam ſeruatur, vt inquit Auic: prim: cap: de Complexion: & Gal: pri: de temper: cap. p:

Quot modis aliquid dicatur eſſe calidum, vel frigidum.

BIfariam calidum dici poteſt; Abſolutè, & ſic omnes qualitates abſoluto ſermone inueniuntur in Elementis, aut per collationem, & ſic trifariam, aut per collationem ad medium, ſiuè ad pondus, ſiuè ad iuſtitiam, aut ad ſe ipſum, aut ad extraneum medium; Ad iuſtitiam rurſus duplici modo ſumitur, ſcilicet ſecundùm genus, vt animal in genere animalis dicitur calidum, vel ſecundùm ſpeciem, vt homo in ſpecie hominis eſt temperatus; Calidum etiam dupliciter poteſt intelligi, vel in actu, & dicitur tunc quando eſt, vel in poteſtate, & dicitur quando non eſt, ſed fieri poteſt, vt inquit Galen: prim: de Temperam: cap: 6: & Auic: cap: de complex.

De Membrorum Temperaturis.

CAlidiora in Corpore membra viciſsim ſe comitantia ſunt Spiritus, cor, ſanguis, hepar, caro, muſculi, ſplen, renes, tunicæ, arteriæ, venæ, & cutis.

Frigidiora ſunt pituita, pili, os, cartilago, ligamentum, tendones, membranæ, nerui, nuca, cerebrum, adeps, pinguedo, & ſimilia. Humidiora ſunt pituita, ſanguis, adeps, pinguedo, cerebrum, nuca, caro mamillaris, teſtiumque, pulmo, hepar, renes, muſculi, cutis, & ſimilia.

Sicciora ſunt pili, os, cartilago, ligamentum, tendones, membranæ, arteriæ, venæ, nerui motores, cor, nerui ſenſitiui, & ſimilia, vt inquit Galen: p: de temperam: cap: vlt: & Auic: pri: cap: 2: de complex: & alij.

De notis temperaturarum in genere.

COgnoſcuntur Temperaturæ ex habitu totius corporis, ex operationibus, ex regione, ex colore, ex tactus ratione, & ex ætatibus, vt inquit Galen: 2: de Temperam: cap: 4: & 6: et Auic: pri: pri: cap: de complex: et Æt: Ser: pri: cap: de virib: ſimpl: et Galen: de tuen: Sanit. et alij.

De notis Temperaturæ optimæ.

TEmperaturæ optimæ ſigna ſunt, quum corpus, neque denſum, neque rarum, neque durum, neque molle, neque hirſutum, neque glabrum, ſed medio quodammodo ſe habeat; De temperamento calido, frigido, humido, et ſicco in particulari non me extendam, neque de ſingulis partibus corporis, ad id enim videndus Gal: in arte med: cap: 12: et Æt: Ser: cap: 77: et Paul: Ægy: lib: 2: cap: 63: vſque ad 73. Notato tamen, quod non ex temperie vnius particulæ tantùm eſt pronuntiandum de toto corpore, ſed ſingulæ partes per ſe ſunt conſiderandæ vt inquit Galen: prim: de temper: cap: 9: et in lib: de opt: corp: conſt: cap: 4: et Æt: Ser: 4: cap: 59:

De AEtatum Temperaturis.

ÆTas eſt ſpatium in quo Animal creſcit, ſtat, decreſcit, et manifeſtè declinat, et diuiditur in quatuor partes, in adoleſcentiam, quæ eſt calida, et humida, in iuuentutem, quæ eſt calida, et ſicca, in ſenectutem, quæ eſt frigida, et ſicca, et in vltimum ſenium, quod eſt frigidum, et ſiccum, vt inquit Alb: Magn: in lib: de Senect: et iuueni: et Galen: 4: de Salubr: diæt: tex: 7: et Auic: pri: pri: cap: 3: de complex: ætat: Ætates omnes ſunt quatuor; Ætas adoleſcentiæ, quæ durat vſque ad 30. Annos, Ætas conſiſtendi, quæ durat vſque ad 40. Ætas minuendi cum virtus non amittitur, quæ eſt vſque ad 60. et Ætas minuendi cum manifeſta virtutis imbecillitate, quæ durat vſque ad finem vitæ.

De Humorum definitione, & viſione.

QVoniam humores ex primis elementis orti, ſunt cauſa generationis, et corruptionis hominum, idcircò duplicem etiam definitionem ſortiuntur, vniuerſalem ſcilicet, et particularem, vniuerſaliter ſic definiuntur, humores ſunt corpora, quæ ex prima ciborum mixtione generantur, particulariter ſic, humor eſt corpus humidum currens, quod ad membra conuertitur. Generantur humores ex alimento, quod ab innato calore alteratur, vt inquit Galen: 2: de Elem: Auic: prima pri: cap: de memb: et cap: de humor: et Galen: aph: 5: com: 31: et 2: de facult: Natural: cap: 8:

De alia diuiſione, ſcilicet de his, quæ nutriunt humoribus.

EX his, quæ nutriunt humoribus, quædam ſunt primæ, quædam ſecundæ humiditates, primæ ſunt humores, ſecundæ rurſus diuiduntur, nàm quædam ſunt ſuperfluæ, quædam non, relictis primis, non ſuperfluæ erunt quæ à principali diſpoſitione conuerſæ ad membra relegantur, et iuxtà Auic: placitum ſunt quatuor, ſcilicet, nomen non habens, ros, cambium, gluten; humorum verò, à quibus hæ humiditates prouenìunt ſunt quatuor genera, vt genus ſanguinis, pituitæ, bilis, melancoliæ etc. vt inquit Auic: prim: pri: cap: de humi: et prim: 4: et Gal: ex meth: ad fin: loquens de hectica, et 2: de Elem: et lib: defin: medic:

De Humoribus in particulari, & p: de Sanguine.

SAnguis eſt humor calidus, et humidus, ex ipſius chyli temperatiori parte proueniens; qui naturalis eſt, et non naturalis, naturalis, qui mediocri ſubſtantia, rubeo colore, malo carens odore, ſapore dulci, miris, ac benignus exiſtit; non naturalis, qui ab iſto degenerat, et hoc accidit bifariam, ſcilicet, vel ſui, vel alterius ratione; ratione ſui dum mutatur propria ſubſtantia, et hæc dupliciter; vel quia nimis craſſa, aut nimis tenuis, vel quia aduritur, et ſic pars tenuior in flauam bilem conuertitur, craſſior in atram; ratione alterius, quum alius humor illi permiſcetur, et tunc vario modo hoc contingere poteſt, prout variæ bilis ſpecies, et pituitæ, et melancoliæ ſanguini admiſcentur; locus in quo conſiſtit eſt cor, in quo perficitur, hepar, in quo influit, venæ, et arteriæ, vt inquit Galen: 2: de morb: cau: cap: 4: et p: de natural: facult: cap: 9: et 2: cap: 5: et 2: de temperam: cap: 3: et 2: deff: feb: cap: 9: et lib: de ple: ad med: et 6: de plac: Hip: et Plat: et Auic: prima pri: cap: de humor:

De Pituitæ diuiſione, & deſcriptione.

PItuita duplex eſt naturalis, et non naturalis; naturalis eſt humor frigidus, humidus, ſubſtantia crudus, colore ad albedinem, ſapore interdum dulci, quandoque omnis qualitatis expers; non naturalis eſt, quando à ſui natura degenerat, et hoc fit dupliciter, per ſe ſcilicet, et per admixtionem, per ſe quum à propria ſubſtantia egreditur, nam in ſubſtantiam aquoſam, vel flatuoſam, vel admodùm tenuem conuertitur, vnde pituita aquoſa, flatuoſam, et tenuis dicitur, ſi verò craſſior, ac viſcoſior reddatur, tunc pituita erit craſſa, viſcoſa, et mucilaginoſa, quæ ſi magis indureſcat gypſea, et vitrea dicetur pituita, quæ ſi vltrà putreſcat, et alteretur, fiet ſalſa, vitioſa, et corroſiua per admixtionem, quum illi alius miſceatur humor; nàm ſanguine admixto dulcis efficitur, flaua bile, ſalſa, melancholia, pontica acida vt inquit Ariſt: 6: Top: phlegma eſſe primum indigeſtorum à cibis proueniens et Galen: 2: de deff: feb: cap: 6: et 2: de atrabil: cap: 2: et Auic: prim: pri: cap: de humor: et 3: de loc: aff: cap: 7: et ſic de alijs, quare etc.

De Bilis definitione, & diuiſione.

BIlis eſt humor calidus, et ſiccus ex tenuiori, vel calidiori parte Chyli, vel ex ſanguine tenui, et ferueſcente proueniens. Hæc duplex eſt naturalis, et non naturalis; Naturalis eſt humor calidus, et ſiccus poteſtate, ſubſtantia tenui, flauo colore, aut rubro ad flauiciem declinante, ſapore amaro; non naturalis eſt, quæ à iam dicta degenerans eſt, et hoc dupliciter per ſe, et per amdiſtionem, per ſe adhuc bifariam, cum putreſcit, et aduritur, et tunc dicitur aduſta per putredinem, altero modo, cum non naturalis vitellina dicta colore quodam igneo in hepate, aut ventriculo concoquitur, et tunc fit porracea, quæ et praſſina dicitur, et eruginoſa: per admixtionem non naturalis efficitur, quùm illi alius humor admiſcetur, et hoc multifariam; Nàm ſi phlegma tenue, et aquoſum, admiſceatur citrina, ſiuè crocea efficitur, ſi craſſum, et viſcoſum vitellina, ſi aduſta melancholia fit bilis aduſta, et ſic erunt ſex ſpecies vt Galen: inquit 2: de natur: fac: cap: 9: et lib: de atrabil: cap: 2: et Auic: prim: pri: cap: de humor: et multis alijs locis.

De Melancholiæ definitione, & diuiſione.

MElancolia duplex eſt naturalis, et non naturalis: Naturalis eſt boni ſanguinis fex, ac veluti limoſa quædam ſuperfluitas, ſiuè craſſior quidam ſanguis, cuius color niger eſt, ſapor verò acerbus, vel acidus in maſſa ſanguinaria exiſtens ad alen-as partes melancholicas progenitus; non naturalis, qui à naturali degenerat, et definitur, quod ſit humor frigidus, et ſiccus ex craſſiore portione Chyli proueniens, cuius ſpecies ſunt quatuor; prima quum melancolicus humor naturalis dictus in ſua propria ſubſtantia aduritur, et putreſcit, fitque bilis exquiſitè nigra, quæ acida eſt, et in terram effuſa, velut acetum feruet: 2: eſt bilis atra ex aduſtione aliorum humorum, quæ enim fit ex flaua bile vehementèr aduſta, non alitèr ac exquiſitè atra terram radit; 3: Species melancholiæ non naturalis eſt, quæ à lapidoſa concretione oritur; 4: Species quum alius humor ipſi melancholiæ naturali permiſcetur, dumque hoc accidit fit dulcis, et miteſcit, modò neutra bilis aduſta admiſceatur, quia tùnc vel acceſcit, vel amareſcit, et eroſionis fit particeps, vt Galen: inquit 2: de temper: cap: 3: et 3: prognoſt: comment: 29: et 3: de loc: aff: cap: 7: et Auic: prim: pri: cap: de hum:

De Diuiſione Membrorum in genere.

MEmbrorum alia ſunt homæomera, ideſt ſimilaria, alia organica, ideſt inſtrumentaria; homæomera dicuntur quæ communicant cum ſuis partibus in nomine, et ratione, vt os, caro; organica verò ſunt quorum nulla pars, nec in nomine, nec in ratione cum toto communicat, quum manus, ſiuè capitis pars, nec manus ſit, nec caput; Quæ diuiſio à naturali operatione ſumitur; Naturalis enim operatio his tribus perficit, ſcilicet temperie, compoſitione, et vnitate, quarum temperies ſimplicibus membris attribuitur, compoſitio inſtrumentarijs, et horum vtriſque vnitas. Compoſitorum igitur quædam ſunt principalia, quorum vnum ad ſpeciem conſeruandam, vt teſticuli, reliqua ad indiuiduum ſeruandnm attribuuntur, his ſeruiunt, vt cerebro nerui, cordi arteriæ, hepati venæ, teſticulis vaſa ſpermatica; Ab his quoque, tamquam à principio dependent ſtomachus, renes, inteſtina, omneſque muſculi, quæ præter proprias virtutes, ſenſu, et uita cum voluntario motu fruuntur, vt inquit Galen: de conſtit: art: med: cap: 4: et lib: art: med: cap: 9: Auic: prim: pri: cap: de memb: et de tot: morb: temper: cap: 7:

De facultatibus naturalibus, & earum definitione,

POtentia igitur, ſiuè facultas eſt cuiuſuis operis, et actionis cauſa, et hæc duplex, altera actu, altera poteſtate; hæc potentia, ſiuè facultas etiam dicitur virtus, & tunc quadrifariam deſcribi poteſt. Primò quòd virtus ſit habitus penès, quæ aliquis dicitur bonus 2: quòd ſit quædam actiua qualitas, ſicut dicimus elementa habere quatuor virtutes, ideſt quatuor qualitates, ſcilicet calidam, frigidam, &c. 3: deſcribitur, quòd virtus ſit quædam forma ſpecifica, ſicut dicimus eupatorium habere virtutem ad iecuris morbos: 4: deſcribitur quòd virtus ſit animæ facultas, qua ſuas peragit operationes, vt Ariſt: inquit 2: Ethic: & Gal: 1: de can: pulſ: & 1: de ſimp: fac: 5:

De facultatum alia diuiſione.

FAcultas triplex eſt, naturalis, vitalis, & animalis, triplex inquam in ratione, non in ſubſtantia; nam ſicut in citro color, odor, & ſapor inueniuntur diuerſi in ratione, iidem in ſubſtantia, itả in his facultatibus; Naturalis locatur in hepate, & eſt facultas, quæ nutriens in ſimilitudinem nutriti tranſmutat hæc duo, præſupponit generationem, ſcilicet, & auctionem, nàm generatio itả alterationem, & formationem, ſicuti nutrix habet alteratricem, & nutricem auxiliatrices, auctrix facultas eſt potentia, qua corpus in omnem dimenſionem augetur vſque ad augmenti finem, vocaturque ab Auic: creſcitiua; Naturalis, ſiuè nutrix facultas ſimiliter aglutinationem, & appoſitionem præſupponit: Aſſimilatio, quæ in nutrice reponitur quatuor has facultates ſupponit attractricem ſcilicet, retentricem, alteratricem, ſiue commotricem, & expultricem. Facultas vitalis ſeù animoſa, eſt quæ viuificat, & locatur in corde, à quo procedit vita, ad ſingula corporis membra viuificanda. Facultas animalis eſt potentia ipſius Animæ in cerebro locata, quæ in motricem, & ſenſibilem, aut in quaternas cerebri facultates diuiditur, quæ ſunt ſenſus communis, imaginatrix, ratiocinatrix, quam cogitatiuam etiam dicunt, & memoratrix; ſenſus communis eſt, qui ſolus omnium aliorum ſenſuum ſenſata percipit; Imaginatrix, quam Græci fantaſiam vocant, dicta eſt, eò quod nobis viſa repreſentat; ratiocinatrix eſt, quæ reuocat ſpecies ſub ſenſu ad iudicium, atque rerum imagines de potentia abſtrahit; memoratrix eſt, quæ omne à cæteris facultatibus receptum, & elaboratum, veluti nutrix conſeruat, & fouet, vt inquit Galen: 9: meth: cap: x: de virtute nutrice Ariſt: 2: de Anima, & Gal: 1: de natur: fac: cap: 12: & Auic: prim: pri: cap: de virt: De quatuor facultatum nutritiuo miniſterio loquitur Auic: prim: pri: cap: de virt: miniſt: & Gal: 3: de temper: cap: 1: de virt: auctr: Ariſt: 2: de Anim: & Gal: 1: de fac: nat: cap: 7: & Auic: vt ſuprà de facult: vit: Gal: 5: de loc: aff: cap: p: & 3: de loc: cap: 7: Ariſt: 3: de Anim: cap: 2: & lib: de memoria, & reminiſcentia, & Auer: ibi & p: ethic: & Gal: lib: defin: medic: & Auic: vbi ſuprà.

De definitione Sanitatis, & morbi.

SAnitas eſt armonia, ſiuè concinnitas quatuor primorum Elementorum, qui ſecundum naturam in nobis ſunt, vel Sanitas eſt omnium noſtri corporis partium naturalis quædam conſtitutio, ex qua actiones naturales edimus, vel eſt naturalium virium actio minimè impedita; Ad ſanitatem requiruntur pulchritudo, bonus habitus, integritas: Pulchritudo erit ſi proportio membrorum cum coloris probitate adſit, bonus habitus ſit, non qualis exercitatorum, nàm nè ſalubris quippè hic habitus eſt, ſed ſicut ſuperiùs à nobis deſcriptus; integritas erit ſi ne quid circà animum, mores, et robur, ac Symetriam corporis deſit. Morbus verò cum ex diametro Sanitati opponatur erit inconcinnitas, ſiuè intemperies primorum elementorum, qui in nobis ſunt, vel erit partium prætèr naturam conſtitutio, ex qua actio viciata prouenit, vel erit naturalium virium præpeditio, vt inquit Gal: 1: de temper: cap: 1: et 3: de morb: diff: cap: 1: et 2: meth: cap: 9: et in art: med: cap: 8: et Auic: 2: pri: cap: de diuiſ: diſpoſ: corpor:

De ſex Morborum generibus.

SIcuti naturalis operatio in his tribus conſiſtit, ſcilicet in temperie, compoſitione, et vnitate, vt dictum eſt, ità morbus erit in triplici diuiſione, nempè in complexione, compoſitione, et vnitate ſoluta. In complexione, vt calidus, et frigidus, humidus, et ſiccus, aut calidus ſiccus, calidus humidus, frigidus ſiccus, frigidus humidus; in compo-

poſitione quadruplicitèr, in poſitione, magnitudine, figura, et numero. In vnitate ſimplicitèr, nempè in ſimilaribus, et ſic ſex erunt in vniuerſorum morborum genera, vnum quippè in ſimilarium partium intemperantia, in organicis quatuor, in vtriſque vnum, quod eſt ſoluta continuitas; læditur etiam operatio tripliciter, debiliter, vitiosè, aut quia nullo modo fit operatio vt inquit Galen: 1: de deff: morb: cap: vlt: et lib: de opt: corp: conſtit: et 1: meth: cap: 7: et 2: cap: 6: Auic: 1: pri: et ſic teſtantur cæteri.

De cauſis ſalubribus, & inſalubribus.

Cauſarum aliæ ſunt conſeruatrices, aliæ effectrices; conſeruatrices ſunt quæ corpus in optima coſtitutione præſeruant, ſed quia corpus alteratur, et corrumpitur idcircò quot modis altereretur dicamus: Alteratur corpus ſextuplicitèr; primò ex aere ambiente, 2: ex motu, et quiete, 3: ex ſomno, et vigilia, 4: ex cibo, et potu, 5: ex his, quæ excernuntur, et retinentur, 6: ex affectibus animi. In his cauſæ ſalubres, et inſalubres conſeruatriceſque conſiſtunt; nam in his ſi modus ſeruetur conſeruatrices ſunt, ſed vbi à modo receſſerint inſalubres redduntur; de his ſex rebus non naturalibus deinceps pertractabimus; cauſa etiam diſpoſitionum corporis rurſus alteratur ex frigore, calore, ſiccitate, humiditate. Cauſæ verò morbi effectrices ſunt tres, procatharticæ, antecedentes, & coniunctæ, quæ diuiduntur per ſe vel per accidens, vt inquit Galen: in art: med: cap: 80: 84: & 85: & Auic: 2: pri: doc: 2: cap: 1: & ſic de ſingulis.

De cauſis morborum partium inſtrumentalium.

Dictum eſt quod ad compoſita membra quatuor ſpectant locus, ſiuè ſitus, formatio, magnitudo, & numerus. Primùm ſitus, vel eſt optimus, vel parùm variat, vel à modo recedit, vel ægrum plurimo receſſu reddit; formatio quoque triplicitèr læditur, vel in figura quùm à curſu naturali mutatur in meatu, vel otificio, & hoc ratione obſtructionis, aut dilatationis in membrorum ſuperficie, quùm adeſt aſperitas, et leuitas; magnitudo duplicitèr, exceſſu, et defectu; numerus ſimilitèr aut deficit, aut ſuperabundat, vt ſextus digitus in manu, hæ omnes cauſæ ſi modum exceſſerint inſalubres dicuntur ſi verò à mediocritate non receſſerint erunt ſalubres; De ſoluta vnitate cum de Chyrurgia tractabimus, fuſiùs loquemur; ita Galen: in art: med: cap: 87: et p: de deff: morb: cap: 7: exempla in omni morbo afferens, et Auic: 2: pri: cap: 3:

De cauſis morborum, calidorum, frigidorum, ſiccorum, & humidorum.

Cauſæ morborum, calidorum ſunt quinque putredo, vicinitas ad corpus calidum, obſtructio, cibus, et potus, calidus, et motus vehemens; cauſæ frigidorum ſunt quatuor vicinitas frigidorum, cibi, potuſque qualitas, et quantitas, obſtructio, et raritas, otium, et motus immodicus; cauſæ ſiccorum ſunt ſex, plurima tranſpiratio, et pauca nutritio, alimenta ſiccantia, ſolicitudo et vigiliæ, aeris conſtitutio ſicca, aquæ vitioſæ, et ſulphuroſæ aluminoſæ, et medicamenta exiccantia; cauſæ humidorum ſunt his è contrario oppoſitæ, vt alimenta humida, quies, et ſomnus, potus plurimus, et ſic de alijs. Ex quibus facilè morborum compoſitorum cauſæ intelliguntur, vt Galen: inquit 2: de morb: cau: cap: 2: et 3: et 4: & 5: et p: de deff: feb: cap: 3: et 2: eiuſdem cap: 9: et p: meth: cap: 5: et 8: et 3: meth: cap: 4: et 6: et Auic: 2: prim: doc: 2: ſum: 2: cap: 2: 3: et 4: et multis alijs locis.

De cura ſingulorum ſex morborum in genere.

MOrbus in complexione per ſui contrarium aufertur. Nàm ſi calidus ſit frigido, ſi frigidus ſit ſicco calido, ſi humidus ſicco, & è conuerſo remouebitur, ſi ex vtroque ſit compoſitus, vtroque contrario indigebit, ſiquidem contraria contrarijs curantur. Morbi in informatione in nupèr nato animali ad habitum naturalem tantùm reducuntur, poſt hac emendari non poſſunt, ſimilitèr morbi in canitate parui, quùm adhuc augetur animal per quietem, & alligationem redduntur, magni verò per partium operationem, & ſpiritus retentionem, morbi in numero ſi ex aliqua particula deficiente fiant, eam efficere ſtudebimus ſubminiſtrando naturæ, ſi ex ſuperabundanti hanc reſecabimus, hæc omnia ſanare poſſumus, ſed quòd omnia generentur, non æquè poſſumus; morbis in magnitudine ſimiliter excedentibus naturæ, modum, ablatio, & abolitio conuenit, deficientibus refectio, vel generatio, morbos in ſitu, ſi quæ particulæ à ſuo ſitu dimoueantur ad ſuum locum reducendo, ſanabimus, teſte Galen: in art: med: cap: 89: & 93: & 96: & 8: meth: cap: 3: & 7: cap: 3. & 4: cap: 2: & aph: 2: aph: 22: & in alijs locis.

De morborum indicijs in genere.

INdicia morborum, vel à ratione temporis ſumuntur, & ſunt tria præſentia, præterita, & futura; nàm vel morbum præſentem indicant, vel futurum eſſe prænunciant, aut memoriæ ſubijciunt; hæc omnia interdùm à Medicis prænunciatiua vocantur, vel ſumuntur à ratione ſuæ eſſentiæ, & ſic erunt quatuor; Primum ab excuntibus in quantitate, & qualitate mutatis, & cognoſcuntur à multitudine exerementorum, ſiuè per vrinam, per ſudorem, per vomitum, per ſputum, & per ſeceſſum, & per qualitate mutatum, ſicut eſt totius corporis, rubor, vel pallor, venarum, ac membrorum tumor &c: Secundum ab operatione læſa, & cognoſcitur à grauitate, à pigritia, à ſenſuum imbecillitate, à pulſu magno, & pleno, ab anhelitu, à corporis extenuatione. Tertium à proprijs morborum accidentibus, ſicut in pleuritide à tuſſi, à dolore, & à febre. Quartum à membrorum poſitu; vt à capite, à ventre, & ab alijs locis affectis; vel ſumuntur indicia à viribus corporis, & hoc trifariam, vel à virtute animali, & cognoſcitur ex motu, ex ratione; & ſenſibus; vel à virtute vitali, & cognoſcitur ex pulſu, & ex ſpiratione, vel à virtute naturali, & cognoſcitur ex vrinis, & egeſtionibus. Horum quædam ſunt ſalubria, quæ ſalutem, quædam inſalubria, quæ mortem prædicere ſolent, vt inquit Galen: in art: med: cap: 7: & 8: & p: de loc: aff: cap: 5: & 3: de Symp: deff: cap: 3: & 9: meth: cap: 13: & p: de art: cura: ad Glaucon:

De alia ſignorum diuiſione.

SVmuntur etiam indicia à complexione, ab humorum dominio, ab ætate, à tempore, conſuetudine, & victu præterito; Complexiones cognoſcuntur per decem genera, primò ex tactu, vt ſi calidus, ſi frigidus; 2: ex adipe, & carne, nàm addit multa caro caliditatem, pauca cùm multo adipe frigiditatem; 3: ex celeri, ac tardo capillorum ortu, nàm celer calidam, tardus frigidam complexionem indicat; 4: ex corporis colore, nàm color croceus, rubeus, luteus, ac pallidus caliditatem, albus liuens, plumbeus frigiditatem demonſtrat; 5: ex membrorum forma, nàm ampla, lata caliditatem anguſta verò

frigiditatem, 6: ex membrorum ſenſu, nàm citò ſentiens caliditatem, tardè frigiditatem; 7: à cogitatione hominum, 8: ab operationibus, nàm celeres caliditatem, & è contra frigiditatem ſignificant; 9: & ſuperfluitatibus corporis, nàm ſi quid egrediens acutum habeat odorem caliditatem, ſi minus frigiditatem; 10: ex accidentibus animi, vt ità, audacia, inquietitudo, impietas, & ſimilia caliditatem, contrà verò frigiditatem notificant. De Ætate iam dictum eſt pueros, & iuuenes eſſe calidos, ſenes, & decrepitos eſſe frigidos; Similiter ex tempore, & conſuetudine, & victu præterito iudicandum eſt, vt inquit Galen: lib: de ſect: ad eos qui introduc: cap: 4: & 5: & Auic: 2: prim: cap: 3:

De Pulſuum Definitione, & diuiſione.

PVlſus eſt motus cordis, & arteriarum, quo attolluntur, & ſubmittuntur, vel pulſus eſt cordis, & arteriarum dilatatio, ac contractio; conſideratur pulſus, vel ratione virium, & tunc eſt triplex; vehemens, quando ſcilicet tangentis manus validè repellitur, languidus, quùm inualidè imbecillum ictum edit, mediocris mediam quùm ſeruat proportionem; vel ratione Arteriæ, & eſt duplex, durus, & mollis; vel ratione diaſtoles, & eſt trinus, altus, longus, latus; vel ratione plenitudinis, & euacuationis, & eſt duplex plenus, & vacuus, plenus qui arteriam ſolidiorem, & vndoſam in compreſſione oſtendit, vacuus qui inanitatem ſuo digitu repreſentat titinni, in quo proportiones temporis metiuntur, & ſic eſt duplex, deficiens, vel intercidens, id eſt vel ratione temperaturarum, ætatum, annorum, temporum, regionum, ſexuum, de quibus ſatis loquemur infrà iuxtà mentem Galeni, vel ratione ſomni, & vigiliæ, vel aliarum cauſarum non naturalium, nàm in ſomno languidiores, minoreſque ſunt, quùm à ſomno expergiſcuntur vehementes, & crebriores ſunt vt Gal: inquit 4: de deff: pulſuum, & 4: de præſag: ex pulſ: cap: vlt: & 3: de deff: pulſuum, & p: de cauſ: pulſ: & ſic de alijs habemus apud Galen: Vel ſi pulſus eſt motus, & quies cordis, & arteriarum; ex parte verò motus tria accipiuntur genera, p: ſcilicet magnus, & paruus, 2: velox, & tardus, 3: fortis, & debilis; Ex parte autem quietis quatuor eliciuntur genera, ſcilicet frequens, & rarus, durus, & mollis, plenus, & vacuus, calidus, & frigidus; ex parte rationis duo eliciuntur genera, ſcilicet incidens, & decidens, æqualis, & inæqualis; Species verò inæqualis ſunt multæ, ſicut eſt pulſus ferinus, fluctuans, vndoſus, arcualis, martellinus, caprizans, cauda ſoricina, cordoſus, ramoſus, vermicularis, & formicans, qui omnes ſignificant magnam debilitatem virtutis, & agitationem humorum, & propinquam mortem; & notandum eſt etiam, quòd proprius pulſus omnium febrium putridarum eſt, conſtrictio, quoniam eſt velocior, quàm dilatatio propter multitudinem fumorum expellendorum; & quies poſt conſtrictionem breuior eſt, quàm quies poſt dilatationem, potiſſimè quando virtus incipit minorari, & intelligendum eſt, quod poſt perfectam criſim pulſus paulatiuè incipit vigorari, & poſt malam criſim continuò incipit diminui.

De vrinæ definitione, & deuiſione.

LOtium eſt ſerea ſanguinis, & aliorum humorum quædam redundantia, aut Vrina eſt excrementum ſanguinis in cauaucna per renes, & vrinarios meatus in veſſicam delatum; id tamen æſtimandum eſt optimum lotium, quod eſt candidum, leue, & æquale per omne tempus, vel id optimum eſt quod vrinæ ſanorum eſt ſimillimum. Tria igitùr in lotio conſiderantur, ſubſtantia, color, & hypoſtaſis; Subſtantia ſit tenuis, & craſſa, nàm ſi tenuis, & alba, vel virtutis imbecillitatem, vel renum obſtructionem ſignificat; ſi tenuis, & pallida, vel tenuis, & rufa virtutis imbecillitatem, & quoad ſubſtantiam cruditatem ſignificat, tenuis verò, & flaua incoctionem, & alimenti defectum, vigilias, & pathemata ſignificat; tenuis, & rubra ſanguinem incoctum, tenuis, & nigra me-

melancholiam, vel nimiam frigiditatem, aut ſanguinis aduſtionem ſignificat; Craſſa verò, & alba maximam crudorum humorum copiam demonſtrat, ſi craſſa, & rubea plenitudinem ſanguinis, ſi craſſa, & nigra euacuationem atræ bilis ſignificat; color flauus, & rubeus caliditatem, albus, liuens, & ater frigiditatem denotant. Hypoſtaſis verò diuiditur ſecundùm ſitum, nàm ſi in fundo non diuulſa reſidet, ſed pyramidalis bonam indicat concoctionem, ſi in ſupremo loco diuulſa, & inæqualis imbecillitatem virtutis; Si in medio loco malum portendit, maximè ſi diuulſa ſit, nàm naturam defeciſſe in concoctione ob diſtractionem ſignificat; conſideratur etiam vrina iuxtà ſuum colorem, nàm rubea ſanguinis incocti copiam, & morbi cruditatem indicat idcircò morbum facit diuturnum, nigra cui anteceſſit liuiditas frigiditatem, cui verò croceitas calorem, & liuida frigiditatem, & virtutis interitum, oleoſa totius corporis adipis colliquationem indicat. Rurſus ſi ſedimentum citò craſſum fiat, citò morbum ſolutum iri ſignificat, ſi reſidet craſſum aſſiſtente virium robore longum forè morbum, ſi verò imbecillitas adſit ægri mortem prænuntiat Hip: prognoſ: 2: tex: 26: & 30: & 32: & Gal: 1: criſ: cap: 12: & aphor: 4: com: 7: & 4: ſuper primum epidemiam, & Theophraſti de Vrin: cap: p: & 4: de Sanit: tuen: Diſpoſitiones itaque ſecundùm Galen: cognoſcuntur ex vrinis quoad colores, quantitatem ſubſtantiam, & contenta, vndè ſi vrina eſſet æqualis ſubſtantiæ quantitatis, cum colore citrino, claro, intenſo, & hypoſtaſis ſit alba tenuis, & vnita, tunc ſignificat bonam diſpoſitionem, & perfectam digeſtionem, omnes aliæ ſignificant indigeſtionem, & licèt plures ſint colores, quatuor tamen principales in genere conſiderantur, quorum vnus eſt albus, qui arguit ſuper frigidam, & humidam complexionem ſcilicet phlegmaticam; niger verò ſuper frigidam, & ſiccam complexionem ſcilicet melancholica; rubeus ſuper calidam, & ſiccam, ſcilicet colericam, & ſic de alijs, vndè color cauſatur in vrina, aut calore naturali, qui eſt auctor digeſtionis, aut priuatione caloris, & digeſtionis, ſicut niger in melancolico in quantum cauſatur à frigiditate ſuffocante calorem naturalem, liuidus in flegmatico, quia hoc ſignificat maximam diminutionem caloris, albus in colerico, ſubcitrinus in ſanguineo; colores ſignificantes exceſſum digeſtionis ſunt ſubrubeus in melancolico, rubeus in phlegmatico, ſubrubicundus in colerico, et rubicundus in ſanguineo; colores verò ſignificantes corruptionem digeſtionis ſunt viridis in melancolico, niger in ſanguineo prout cauſatur ab aduſtione ſanguinis, ex quo ſequitur, quod dolor niger arguit ſuper priuationem digeſtionis, et ſuper corruptam digeſtionem, et ſic de ſubſtantia, ſi eſt æqualis tenuitatis, et craſſitiæ ſignificat bonam valetudinem, et digeſtionem perfectam, ſi nimis tenuis, aut craſſa, diminutam aut corruptam digeſtionem, prout magis, et minus portendit; nubecula verò liuida apparens in inferiori regione ſignificat principium Ethicæ, ſi eſt vmbroſa cum quadam ſpuma crocea vel viridi ſuper calefactionem hepatis, et multitudinem choleræ arguit, quia tales Vrinæ communitèr apparent in Ichteritia, vbi eſt ſuperflua caliditas hepatis, et multitudo coleræ, et ſic de quantitate etc. videndi adhoc ſupracitati Authores.

De ſignis repletionem indicantibus.

PLethora eſt ſuccorum æqualitèr ſe habentium exuperantia, differtque à cachochimia, quùm hæc uitioſorum humorum copiam non referat ſicut cacochimia, et plethora. Igitur duplex eſt, quoad uires ſcilicet una, altera quoad capacitatem uaſorum, cuius ſigna ſunt uaſorum extenſio, rubor, et totiùs corporis grauitas, et in mouendis membris pigritia, cutis extenſio, et pulſuum plenitudo, uiſus debilitas, et ſomnia, quæ grauitatem portendunt, hæc niſi ſanguinis emiſſione curetur, calorem natiuum ſtrangulat, teſte Galen: 13: meth: cap: 6: et lib: de pleni: ad fin: et meth: 9: cap: 5: et Auic: 2: pri: doctr: 3: cap: 6:

De ſignorum notitia vniuſcuiuſque humoris.

SAnguinis ſuperabundantiam indicant repletio, grauitas, capitis circà oculos oſcitatio, nauſea, laſſitudo abſque labore, dulcedo in ore, rubor, ſanguinis à quocumque loco facilis fluxus intemperatus, & inſomnia circà res rubeas; Pituitæ indicia, albedo, mollicies, frigiditas, ſputi copia, ſitis pauca, ſomnus multus, otium, pigritia, pulſus tarditas, & quæcunque de victu, & ætate, & conſuetudine indicare poſſunt. Bilis indicia ſunt color flauus, ſiuè citrinus, oris amaritudo, ſitis copioſa, narium, ac linguæ ſiccitas, pulſus crebitas, nauſea, & vomitus billioſus, & quæcunque dici poſſint de ætate, temperie, victuſque ratione. Atræ bilis indicia ſunt corporis macies, vigiliæ multæ, craſſities, & nigredo ſanguinis, multa ſollicitudo, corpus nigrum, fuſcum, piloſum, inſomnia terrorem inducentia, in tenebris timor, ſimilitèr ætas, conſuetudo, ars, tempus, & victus ratio præſentia, vt Galen: lib: de plenitud: circà princ: & Auic: 2: prim: cap: 7:

De Artis curatoriæ diuiſione.

ARs curatoria trifariam diuiſa eſt in victus ratione, in medicamentorum rationem, & in eam, in qua manus inſeruit, prima auxiliorum, quæ digerendi, apponendi, & concoquendi facultatem habent, eſt adminiſtratio, & confert non ſolùm ſanis, ſed etiam omnibus ægris, & maximè febricitantibus; 2: eſt pharmacopœa, ideſt medicatio dicta, quæ nudis medicamentis interiores affectus, & exteriores in corporum cognitionem, & remediorum naturam diuiſa ſanat; 3: eſt quæ inciſionibus, vſtionibus, & oſſium inſtauratione homines curat vt inquit Cor: Celſ: lib: p: cap: p: & Auic: 4: prim: & Galen: p: de vic: in morb: acut: com: 6: & lib: defin: medical: & de art: cut: ad Glauc: cap: 1: & 4: meth: cap: 1:

De victus diuiſione in genere.

VIctus ratio ſumitur, vel à ratione morbi tantùm, vel à ratione virium ægrotantis, & materiæ morbi ſimul, vel à ratione temporum, annorum, ætatum, vel à ratione ſuæ quantitatis, aut in vniuerſali, vel in particulari.

De victus ratione in morbis.

MOrbus vel peracutus eſt, vel acutus, vel longus; in peracuto, qui in quattuor diebus iudicatur, vti oportet tenuiſſimo victu, ſicuti melicrato, ratio eſt, qui totus hic morbus ſtatus eſt, idcircò in ſtatu tenuiſſimo victu vtendum eſt; in acuto tenui; quare duo in victu extrema dantur, primum, quòd ſit victus tenuiſſimus, ſecundum quòd ſit craſſiſſimus, mediat verò inter hæc tenuis; ratione igitur ſtatus morbi ſemper victus ratio inſtituenda eſt; in longo autem morbo pleniori victu eſt vtendum, licèt non eodem modo, quo in ſanis; ità Hip: aph: 1: aph: 4: & Gal: aph: 1: com: 12: & Auic: 4: can: de cib. feb: nàm ſi videris ægritudinem cronicam, aut propinquam cronicæ, non ſubtilies regimen.

De ratione victus à viribus, & materia morbi Hipp:

VIctus, vel reſpicit vires tantùm, vel materiam morbi tantùm; ſi ſolùm vires tunc victus plenus conuenit, ſi ſolam morbi materiam tunc nullus cibus conuenit, quia cibare, prohibet naturam in morbum agere. Hac ratione duo erunt victus eſtrema, quorum alterum ſolam virtutem conſeruat, & auget, & talis victus erit ſanorum, alterum ſolùm virium robur in materiam excitat, & talis victus erit morbi peracutiſſimi, in quo penè nihil datur; medium verò inter hæc extrema duplex erit, vel maiorem virium partem ſeruabit, & minorem partem in morbum excitabit, & talis erit victus craſſus, qui in longis morbis conuenit, aut minorem virium partem ſeruans, maiorem in morbum reijcit, & talis erit victus tenuis, qui in morbis peracutis inſtituitur, & tantùm virtuti, quantùm morbo tribuit, & talis victus eſt mediocris, qui in morbo acuto exhibetur; Si igitur vires ſint debiles, & humores pauci, & corrupti, parum, & ſæpè cibandum, ſi vires debiles, & humores temperati, vel abundantes, parum, & raro, ſi vires multæ humores pauci non corrupti, multum, & ſæpè, ſi vires multæ, & corpus pletoricum, paucum, & rarò ita Hip: aph: 1: aph: 9: Galen: com: pro: & 2: & aph: 1: com: 4: & Auic: prima 4: cap: 8:

De ratione Victus per Aetates.

ÆTas puerilis minus aliarum ætatum inediam ſuſtinet, deinde qui in ætate conſiſtenre ſunt, poſt hos decrepiti, ſenes verò qui nondùm ad extremam ſenectutem peruenerunt facilimè inediam tolerant. Nam pueri ob id, quod creſcunt plurimùm innati caloris obtinenr, idcircò plurimo indigent cibo, ſenibus verò parum caloris ineſt, quamobrem paucis egent ſomitibus, medio modo ſe habent, qui inter has ætates conſiſtunt, vt Hipp: inquit aph: 1: aph: 13: Gal: aph: 1: com: 14: & Auic: 4: pri: cap: de cib: febr:

De ratione victus ex temporibus Anni ſumpta.

COnducunt anni tempora mirum in modum ad victus rationem, nàm in hyeme plus dare expedit, quàm in Ætate, ſiquidem hyeme calore innato ad interiora ſe recipiente cibi faciliùs concoquuntur, contrà verò in æſtate ad exteriora ſe protendente non ſit tàm valida concoctio; Quarè minus dare conuenit in æſtate, ſæpè, & pauca exhibeantur in hyeme, rarò, & multa in vere, rarò, & pauca in autumno; Similiter ſumitur ratio victus à roboris virium indicatione, ſi enim validæ, ſæpè, & multa exhibeantur, ſi verò imbeciles ſæpiùs, ſed pauca Hip: prim: aph: 15: ubi Galen: & aph: 17: & 18:

De victus ratione à ciborum qualitate ſumpta.

QVæcunque præter naturam ſunt, contrarias in uictus ratione indicationes expoſtulant: quæ uerò ſecundùm naturam ſunt ſimiles, nàm morbus calidus, & ſiccus frigidum, et humidum expoſtulat, calidus, et humidus, frigidum, et ſiccum, frigidus, et ſiccus, calidum, et humidum, et ſic de reliquis; Similiter ſimilia ſimilibus conſeruantur, ſeruata tamen quantitate, et qualitate eadem inter ſe, ut inquit Hipp: aph: 1: aph: 16: ubi Galen: et in 8: meth: cap: 9: Auic: et alij.

De vniuerſali, ac particulari Victus ratione.

VNiuerſalis totius victus ratio, quæ ad duos medendi ſcopos reſpicit, ad morbi ſcilicet vigorem; & ad ægrotantis vires; ſed particularis eſt, quæ morborum acceſſiones in cibando cauere ſtudet, ità vt nec quando acceſſiones adſunt, nec futuræ ſunt quid quàm exhibeatur, cauendo tamèn ea interim, quæ mediam ferre non poſſunt, corpora namque in ipſo febris principio cibanda ſunt, vt inquit Hyp: aph: 1: aph: 2: & 12: Galen: in eiuſdem com: & x: meth: cap: 5: & 1: de art: cur: ad Glauc: cap: 3: & de tert: feb: Auic: 4: prim: cap: de cib: feb:

De parte Pharmaceutica.

MEdicato bifariam diuiſa eſt, in euacuationem, & alterationem, euacuatio fit multifariam, vel per ſectionem venæ, per clyſteres, per vrinas, per ſeceſſum, per ſudores, per diuerſionem, & deſſicationem, per menſtrua, per hæmorroydas, per nares, per palatum, & ſimilia; alteratio verò erit duplex, vel ſecundum qualitatem, vel ſecundùm locum, alteratio ſecundùm qualitatem nihil aliud eſt, quàm mutatio eius, quæ priùs fuit qualitatis, mutatio verò ſecundùm locum non alteratio dicitur, ſed potiùs latio, quæ eſt prioris loci mutatio, alterationis verò ſpecies in concoctione exiſtunt, vt Galen: inquit in art: med: cap: 89: & p: de nat: fac: cap: 1: & 2: meth: & p: de loc: affect:

Quomodo alteratio, concoctio, & humorum præparatio inter ſe differant.

QVid ſit alteratio iam dictum eſt, concoctio verò duplex eſt, altera quæ penès alimenta perficitur, & eſt mutatio in propriam eius quod mutatur qualitatem, altera quæ impropriè maturatio dicitur eſt quædam in concoquentis ſubſtantiam eius, quod concoquitur deductio, vnde concocta etiam dicuntur quæcunque à natura euicta ſunt, cruda verò quæ non euicta. Digeſtio verò eſt quædam veluti alimenti diſtributio, nàm Græci cibi diſtributionem per totum corpus à natiuo calore factam dicunt; interdùm ſumitur digeſtio, prò diſcuſſione excrementorum, ſeu prò cùm ſegregatione quæ à facultate expulſoria, & attractoria perficitur, vndè à concoctione differt etiam quia concoctio digeſtionem præire ſolet, vel quia à diuerſis facultatibus vtraque fit; alteratio autem, cum ſit humorum in qualitate mutatio, quomodo ab his differat, iàm notum eſt, ſolùm enim in his morbis alteratio conuenit, qui non amplius ab aliqua cauſa fouentur, ſed tantùm contrarijs remedijs indiget, & hectica, & diaria febris, & hæc perficiuntur abſque concoctione, digeſtione, & præparatione; quid autem ſit preparatio vide ſuperiùs de oſtructione, vt Galen: 2: de fac: nat: cap: 4: & 3: cap: 4: & 7: & 8: et p: Aph: com: 12: & 2: de vict: in morb: & com: 45: & 6: de Sump: cau: cap: 2: & 3: prognoſt: com: 23: & 2: meth: cap: 9:

De euacuatione per ſectionem venæ.

VEnæ ſectio eſt vniuerſalis euacuatio, quæ auctionem humorum ſuper æqualitatem venis exuberantium euacuat, verùm eſt quòd plenitudo non ſemper de ſectione venæ indicat, nam hæc ipſa ab humoribus crudis fieri poteſt, qui ſectionem venæ haud quamquam expoſcunt; indicatio ſectionis venæ ſumitur à magnitudine morbi, à vi-

à virium robore, conſiderata tamen ætate puerili, vel ſenili, & aere nos ambiente calido, vel frigido, ſumiturque indicatio ab ipſa patientis temperie, ab habitu totius corporis, à loco habitationis, ab anni temporibus; fit ſectio venæ ob duas cauſas, aut quia Sanguis inutilis eſt, & ſuam qualitatem non ſeruans, nutrire non valet, aut quia vires premit, aut venas, & arterias diſtendit, fundit, & obſtruit, tempus inciſionis erit, ſi fieri poteſt à principio morbi, ſin minùs dummodò morbus ſectionem requirat, nullus dierum numerus erit conſiderandus, ſed vſque ad quatuor dies erit factitanda ſectio; quantitas extrahendi ſanguinis erit quouſquè color mutabitur, aut virium robur ſuſtinebit, et in virium imbecillitate, aut dimittenda eſt, aut partiri expediet. Venæ ſecandæ ſunt in capitis paſſionibus exteriores, à collo infrà interiores, à renibus infrà, quæ per maleolos, ac poplites decurrunt, vt Gal: inquit de cur: rat: per ſanguin: miſſion: & Auic: 4: prim: cap: de phlebotomia, & 4: meth: cap: 6: & 9: meth: cap: 5: & 4: de ration: vict: in morb: & com: 24: ſimiliter Hip: eodem lib: cap: 19: & de opt: ſect: ad Traſybul: cap: 37: & Halyab: lib: 9: cap: de phlebotom:

De purgatione per medicamenta ſoluentia.

PVrgatio eſt humorum, qui ſua qualitate moleſtant, euacuatio, ob idque purgans dicitur, quia ſanguinem ab excrementis purgat. Hæc purgatio ab ipſo Hipp: vocatur vaſorum inanitio ab euentu, nam omnia vaſa inaniri euenit in omni euacuatione. Intentio euacuationis non ſolùm humorem ſuperabundantem reſpicit, ſed & vires, & naturam illius, qui debet euacuare. Ad euacuationem quatuor requiruntur, 1: robur virium, 2: quòd materia non ſit craſſa, & viſcoſa, 3: quòd meatus non ſint obſtructi, ſed aperti, 4: quod nullum adſit apoſtema intrinſecum, nec illa ſint extenſa, ne materia ſit in aliqua parte firmata, ſed à natura ſit euicta; quantitatem purgantis medicamenti, quæ præberi debeat ignoramus; verùm tantum medicamenti erit propinandum; quantum in plurimis mediocritèr euacuari noueris, non fiat igitur euacuatio nimia, quoniam periculoſa eſt; Qualitas verò medicamenti ea ſit eligenda, proût natura redundantis ſucci expoſcit, nam ſi flaua bilis, vel pituita abundet, quæ flauam bilem, vel pituitam educat; Tempus purgandi erit ab initio morbi, ſi humores turgeant, ſi verò in aliqua parte firmentur, vel crudi ſint, eò vſque morandum in purgando, donec à natura euincantur, ſiuè concoquantur, vel eo tempore euacuandum, quo ſuperfluitates natura expellere conatur, nàm tunc ad id, in quo natura deficit, ſupplere debet medicus, tempus verò particulare erit, vt purgationes in acceſſionibus morbi fiant per ſuperiora, & in remiſſionibus per inferiora; ſi multa ſimul purgantia pharmaca miſcueris, fac ſint congenera, vt ſimul eodem tempore ſoluant. Vitandaque eſt medicamenti inſuauitas, & eius vehementia moderanda, quamquam decem ſint, quæ in purgatione ſunt conſideranda, vt repletio, virtus, complexio, accidentia, figura, ætas, tempus, diſpoſitiò aeris, & regionis, conſuetudo euacuandi, & ſimilia vt inquit Hip: aph: 2: & 3: & Gal: aph: 1: com: 2: & 3: & 22: 23: & 24: et de curat: per ſanguin: miſſ: cap: 12: & in lib: quos purg: opor: & lib: de comp: med: per gener: & lib: de ſect: per eos, qui introduc: cap: 5: & Auic: 4: prim: cap: 3: & 5:

INSTITVTIONES MEDICAE ET REGVLAE.

AT cum vbique curatio dignotionem, præ notionemque conſequatur, ſi quidem, teſte Galeno, & dignoſcat, quod præſens eſt, & prouideat, quod ex eo futurum, oportet, qui vult notabilis efficaciæ remedio vti: Rerum præter naturam compendioſam notitiam ponemus, qua poſita, curandorum morborum methodum explicabimus, ex quibus tertio loco regulam ſumemus reponendi morbos in ſuo capitulo, caſuſque figurandi, exemplisque accomodatis declarabimus.

Quantum verò ad primùm, quoniam oppoſitorum eadem eſt diſciplina, & oppoſita iuxtà ſe poſita magis eluceſcunt; ideo quæ, & quot ſint res naturales, ac non naturales, tanquam mediæ inter extremas, priùs ponentur. Sunt igitur res naturales, ex quibus corpus humanum compactum, & conſtitutum eſt; ſic dictæ, quòd ad humani corporis perfectionem, ac naturam concurrant, natura enim, Galeno teste, lib: 3: de temper: vniuerſam ſubſtantiam, atque temperiem quæ ex primis conflatur elementis ſignificat, & ſunt numero ſeptem, Elementa, complexiones, humores, membra, facultates, actiones, Spiritus, his aliqui addiderunt ætates, colores, figuras, & ſexum; Cæteræ actiones à medico omnes accuratè conſiderandæ ſunt; quòd ex ijs corporis conſtitutionem dignoſcere liceat, eam enim quæ intra ſanitatis terminos conſiſtit illeſæ, & inculpatæ actiones ſequuntur, morboſam verò vitioſæ, & culpabiles; neque corporis conſtitutionem dumtaxat actio læſa prodit, ſed & partem patientem, nulla ſiquidem actio læditur, niſi pars, & inſtrumentum, quòd ipſam efficit, patiatur. Spirituum item cuſtodiæ attentum eſſe decet medicum, cùm ſine his corpus viuere nequeat, nec virium eſſentia conſiſtere valeat, Spiritus autem ſubſtantia ſic conſtituenda, vt tùm qualitate, tùm quantitate, quoad fieri licèt, naturalitèr ſe habeat, vt copiosè docet Galen: 12: meth: Non naturales verò res ſunt quibus corpus humanum fouetur, vt ſanum permaneat, ſic dictæ, non ſanè quod in vniuerſum, ac ſimplicitèr corpori noſtro aduerſentur, ſed quod ſiniſtrè adhibitæ corpus humanum alterent, atque ſanitatem deſtruant; hinc Galen: cap: 85: art: med: eas res corpus noſtrum neceſſariò alterantes appellant, & ſunt numerò ſex Aer, cibus, & potus, ſeu ea quæ aſſumuntur, motus, & quies, tum totiùs corporis, tum, ſingularum partium, ſomnus, & vigilia, excretio, & retentio, ſeu inanitio, ac repletio, & animi perturbationes.

Res præter naturam ſunt quæ ex diametro naturæ aduerſantur, & ſunt tres, ſcilicèt morbus, morbi cauſa, et ſympthomata; cauſa eſt affectus præter naturam morbum præcedens, eumque excitans, quæ duplex eſt, externa, quæ procatharctica, ſeu primitiua dicitur, et interna, quam vnam tantùm aliqui ponunt, antecedentem ſcilicèt coniunctam è medio tollentes, ſed de hac Galen: in lib: defin: et lib: de hiſtor: Philoſ: meminit, adde, quod in 8: cap: in calce ſui Microtegni Gal: ſcriptum reliquit: *probibebitur futurum ſublata ea diſpoſitione, quam ſequi natura apta eſt talis vero diſpoſitio cauſa antecedens appellatur*. Facta autem ægritudo curatur, ſoluta ea diſpoſitione, à quà primùm læditur operatio, quam quidem, et ipſam morbi cauſam dicimus eſſe.

Cauſa antecedens ſunt humores, non actu putreſcentes; ſed in potentia valdè propinqua; cauſa coniuncta ſunt humores putreſcentes, vel mala complexio cauſata ab eis; mala autem complexio, aut eſt cum materia, aut ſine, aut eſt ſicut lapis in renibus cauſa coniuncta doloris renum, vt ponit Galen: loc: ſupracit: cauſæ verò primitiuæ extrinſecæ, vt res non naturales, de quibus ſatis. Morbus autem eſt affectus præter naturam à quo primùm vitiatur actio hinc, Princeps, *Ægritudo*, inquit, *eſt diſpoſitio non naturalis in corpore humano, ex qua in operatione eſſentialiter nocumentum, prouentu prouenit primò*, et alia ſimplex, alia compoſita, ſimplex eſt illa, in qua eſt vna ſpecies ægritudinis, compoſita verò eſt in qua plures ſpecies ægritudinis coniunguntur, ex quibus fit vna.

Ægritudo ſimplex alia in complexione, ſiuè membris ſimilaribus, alia in compoſitione, ſiuè in membris inſtrumentalibus, alia in vnitate, quæ dicitur continui ſolutio.

Ægritudo in complexione, alia ſimplex, alia compoſita, ſimplex diuiditur in quatuor ſpecies, ſcilicèt in calidam, frigidam, humidam, et ſiccam tantùm. Ægritudo compoſita diuiditur in quatuor ſpecies, ſcilicèt in calidam, et humidam, calidam, et ſiccam, frigidam, et humidam, frigidam, et ſiccam; et quælibet iſtarum, ſcilicèt tàm ſimplex, quàm compoſita diuiditur, quia alia cum materia, alia ſine materia, et ſic ægritudines in complexione ſunt ſexdecim.

Ægritudo in compoſitione diuiditur in quatuor ſpecies ſcilicèt in ægritudinem in formatione, in quantitate, numero, et ſitu: Ægritudo in formatione diuiditur in quatuor ſpecies, ſcilicèt in figura, via, ſuperficie, et receptaculo. Ægritudo in formatione maximè

fit

fit in via, et receptaculo de qua, communiter tractatur; Ægritudo in quantitate diuiditur in duas ſpecies, ſcilicèt in maius, et minus, quia alia ſecundùm genus augmenti fit, vt elephantia, alia ſecundùm genus diminutionis, vt Ptiſis Ægritudo in numero diuiditur in duas ſpecies, ſcilicèt in plus, et minus, quia alia eſt ex genere augumenti, et hoc augumentum, aut eſt naturale, et dens additus, vel digitus additus, aut non naturale, vt lapis; alia eſt ex genere diminutionis, et hæc aut naturalis, ſicut ſi quis naſcitur ſine aliquo digito, aut non naturalis, vt is, cui abſcinditur.

Ægritudo in ſitu diuiditur in ægritudinem in loco, et in ſocietate, exemplum primæ, vt exitus membri à iunctura ſua, aut à ſuo ſitu ità quod non egrediatur ſicut fixura, aut moueatur in eo loco motu non naturali, nec voluntario, vt tremor, aut in ſuo figatur loco, et non moueatur ab ipſo, ſicut accidit, cum iuncturæ indurantur in ægritudine Podagræ.

Ægritudines verò ſocietatis omnem diſpoſitionem colligunt, quam membrum habet compoſitione ſua ad aliud membrum, quod ſibi vicinum exiſtit, ſiuè ei appropinquetur, ſiuè ab eo elongetur non ſecundùm curſum naturalem; et ſunt duarum ſpecierum, vna vt accidat ei prohibitio motus ſui, aut duritèr ſit, ſicut digitus, cum ſibi vicinum tangere prohibetur, aut vt ab eo moueri prohibeatur, aut vt ſeparetur ab eo poſtquam erat poſſibile, aut ſit difficile, ſicut palpebræ relaxatio, iuncturarum laxatio in paralyxi, et durities aperiendi manum, et oculum.

Ægritudo verò ſolutionis continui, cum accidat, tàm membris ſimplicibus, quàm compoſitis, communis dicitur, ſicuti, excoriatio, vel ſcarnificatio ſi carni, in qua nondùm factum eſt pus plaga, cum purè vlcus dicitur; Si oſſi, aut ſecundùm latitudinem, et vocatur inciſio, aut ſecundùm longitudinem, et ſi numerus non fuerit multus fixura, ſi fuerit multus contuſio; ſi muſculo, aut ſecundùm latitudinem, et dicitur ſeparatio, aut ſecundùm longitudinem, et dicitur liquefactio; ſi numerus ſit paruus, ſi magnus attritio; ſi arterijs, et venis accidat, dicitur apertio; ſi ſecundùm latitudinem ſeparatio, ſi ſecundùm longitudinem dicitur fixura, et ſi eſt orificiorum apertio, dicitur perforatio, ſi panniculo, vt diaphragmati, ruptura, ſi iuncturæ, ſeparatio, vel diſlocatio, ſi neruo ruptura. Nota quod omnis ſolutio continuitatis ſi ſit in membro bonæ complexionis citò ſanatur, ſi verò in membro malæ complexionis, reſiſtit ſanitati longo tempore, et tanto plus cùm ſit in corpore patientis hydropiſis, aut conſtrictionis malitia, aut lepra.

Ægritudo compoſita eſt illa, in qua plures ſpecies ægritudinum coniunguntur, ex quibus ſit vna, ſicut apoſtema, et bothor, et ſex ſunt materiæ, ex quibus hæc apoſtemata fieri poſſunt, ſcilicèt humores quatuor, aquoſitas, et ventus ſecundùm quas ipſorum differentias vnuſquiſque ſumere poteſt, et ſpecies deducere, quas breuitatis cauſa prætermitto. Sympthoma, Galen: in lib: de Sympt: differ: authore, bifariam ſumitur, generatìm prò omni eo, quòd prætèr naturam animanti accidit, et ſpeciatìm prò omni eo, quod prætèr naturam ſe habet, exceptis morbis, et cauſis, et ſic ſumptum nihil aliud eſt, quam affectus præter naturam, qui, velut vmbra corpus, morbum ſequitur, et trifariam diſtinguitur, aut eſt in nocumento actionis, aut in qualitate corporis, aut vtrumque per immodicas excretiones, et retentiones ſequitur. Portò actionum noxæ duæ ſunt primæ differentiæ, vel enìm ſunt animalium, vel naturalium, ſi animalium, vel ſenſibilium, vt eſt viſus, auditus, guſtus, odoratus, et tactus, amiſſus prorſus, hebes, vel deprauatus; vel ſunt motricum actionum, vt immobilitas partis, vel difficilis motus; vel principum actionum, ſcilicèt imaginationis, cogitationis, vel memoriæ abolitæ, deficientis, vel deprauatæ. Affectus noſtri corporis ſunt quatruplices viſibiles, vt ſunt colores prætèr naturam occupantes totùm corpus, partem vnam, vel plures; olfatiles, vt fætores aurium, narium, oris, maxillarum, et aliarum partium putreſcentium, vt ructus fumoſi, et fætidi; guſtatiles, vt ſapores præter naturam; Tactiles vt durities, tenſio, ariditas, flacciditas, et rugoſitas cutis. Cætera ea, quæ prætèr naturam, vel excernuntur, vel detinentur à corpore, in triplici ſunt differentia, vel enìm tota ſubſtantia prætèr naturam ſunt, vt hemorrhagia, vel qualitate à naturali habitu aberrant, vt menſtruum profluuium, vel quantitate à naturali habitu recedunt, vt vrinæ, et ſudoris excretio, vel retentio, de quibus copioſè Galen: lib: de

Simp.

Sympt:cauſis; Notat item Galen:12: de Ing: in princ: quod Medici parua febrium accidentia nominare poſt ponunt, ac ſi non eſſent, ſed quæ rarò febrem ſequuntur, aut vltra quam ſolent, magna efficiuntur, et ponit exemplum in nocumento magno actionis de Syncopi, quæ eſt ſubitus caſus virtutis, qui fit immediatè à mala complexione calida, vel frigida vehementi alicuius membri cordi communicata, mediatè verò fit à cauſa extrinſeca, ſcilicet aere nimis calido, vel balneis.

Complexio verò frigida maximè fit ex duobus, ex dolore ſcilicet forti, & euacuatione ſuperflua, dolor autem fit, aut in ore ſtomaci, aut in inteſtinis, aut in matrice, in aliquo dente, in oculo, in aure, aut capite, his enim ſeptem modis maximè fit. Euacuatio ſuperflua, aut fit per fluxum ventris, aut per vomitum, aut per ſanguinem narium, hæmorrhoidarum, menſtruorum, his quinque modis fit euacuatio: Vigiliæ autem ſuperfluæ ſunt quandoque cauſa ſyncopis, reſoluendo calidum innatum; Accidentia animi deducunt quandoque ad ſyncopim, vt triſtitia, & gaudium, hoc dilatando, illa verò aſtringendo; Quare quinque ſunt accidentia, quæ trahunt ad ſe curam relicto morbo, ſcilicet ſyncopis, dolor, conſtrictio, ſolutio, vigilia, & accidentia animi, quando ſcilicet ſunt vehementia, tùnc ſunt apta inducere ſyncopim, quare citò ſuccurrendum, vt notat Auer. 7: & 12; meth: Accidentia verò, quæ ex mala qualitate corporis ſunt, curantur, curata mala qualitate faciente morbum; ideò hæc non trahunt ad ſe curam; horum omnium cauſa eſt diſpoſitio corporis, quam, ſiuè morbum quis nominet, ſiuè affectum nil refert, ex ſympthomatis autem iure agnoſcitur, quippè cum cauſæ ad ea rationem habeant, ideò nonnulla eorum diſpoſitionem ex neceſſitate conſequuntur, quædam verò non ex neceſſitate, ſed rarò; Sicuti rurſus alia ſympthomata neceſſariò diſpoſitionis differentiam ſequuntur, alia verò parciùs; Quæ ergò ex neceſſitate ſequuntur morbum ſympthomata Patognomica, ideſt paſſionis ſignificatiua, appellantur, atque certa eſſe hæc morbi inditia dicendum eſt, quæ verò non neceſſariò, ea morbi aut differentiam, aut morem, aut magnitudinem indicant. Vt igitùr morbus faciliùs dignoſci, ac curari poſſint, ponemus primò reſolutionem ſignorum in radices ſuas vt poſſimus morbum cognoſcere, & eius cauſas, 2: reſolutionem morbi in ſuas cauſas; vt eligi poſſint curæ, ſecundùm quas fit reſolutio in intentiones curatiuas, 3. reſolutionem cauſarum in intentiones curatiuas, vt morbus rectè curari poſſit.

Prò primo nota, quòd cùm Galen: 2: Tegn: poneret à quibus ſumuntur ſigna ſanitatis, dicens, quædam ſumuntur à ſubſtantialitèr inhærentibus, quædam à neceſſariò conſequentibus, quæ ſunt duo, ſcilicet operationes, & caſus; caſus autem dicitur de qualitate mutata, & ex eunte mutato. Per hæc dedit intelligere, quo modo ſigna ægritudinis ſumenda ſint, vnde radices ſignorum ſunt quatuor, ſubſtantialitèr in hærens, operatio læſa, qualitas mutata, & exiens mutatum; ſed cùm ſubſtantialitèr in hærens non poſſit aliquando ſumi in membris intrinſecis, eius loco ſumitur ſignum à iuuantibus, & nocentibus, & qûia membrum ægrum colligatum eſt alteri membro, ideò ſumitur aliud ſignum à membro colligato; in quibuſdam etiam morbis ſumitur ſignum à dolore, & apoſtemate, capitur etiam ſignum à rebus naturalibus, & non naturalibus; à naturalibus quidem, vt à complexione, & habitudine, ideſt compoſitione, ætate, ſexu; à rebus non naturalibus, à regimine præcedenti ex parte aeris, temporis, anni regionis, cibi, & potus.

His præmiſſis, fit exemplum reſolutionis ſignorum in ſuas radices in cephalea, ideſt dolore capitis, hoc pacto, ſi fit à mala complexione ſine materia, ſignum à ſubſtantialitèr inhærentibus eſt, qualitas mutata percepta à tactu, ſiuè ſit calida, ſiuè frigida; ſignum verò priuationis materiæ eſt priuatio grauitatis, ſola enim materia grauitatem facit; ſi verò mala complexio ſit cùm materia, puta à ſanguine, ſignum ſubſtantialitèr inhærens eſt caliditas magna, & leuis percepta à tactu ob caliditatem, & humiditatem; ſignum ab operatione læſa eſt dolor grauatiuus cùm pulſatione, & tenſione, grauatiuus quidem, quia proprium eſt materiæ grauare cùm pulſatione arteriarum pulſatilium, & tenſione, ratione plenitudinis venarum, & arteriarum; ſignum ſumptum à qualitate mutata, eſt rubedo faciei, & oculorum, eſt enim oculus verus nuntius cerebri; ſignum ab exeunte mutato

ratò eſt ſex à naribus declinans ad rubeum, & quia cerebrum collegatum eſt cùm corde mediantibus arterijs, ideò pulſus fit magnus, & plenus, & quia cerebrum colligatum eſt cùm hepate mediantibus neruis, ideò venæ plenæ, & tenſæ ſunt, & vrina rubea groſſa, quæ ab hepate procedit, & venis; idemque dicendum de alijs humoribus, ſecundùm ipſorum naturam, & qualitatem diſcurrendo; Si verò dolor à flatu prouenerit, ſignum à ſubſtantialitèr inhærentibus non ſumitur, niſi mediante complexione, quam ſequitur, quæ frigida eſt, quia frigiditas percipitur tactu.

Signum ab operatione læſa eſt dolor extenſiuus, & permutatiuus, & minoratio grauitatis reſpectu humoris; Signum à qualitate mutata eſt tenſio cedens tactui; Signum ab exeunte mutato ſiuè cùm ſonitu, ſiuè ſine ſonitu, ſonitus autem ventoſitatis, qui ſequitur impulſionem factam à manu, non propriè qualitas mutata dicitur, cùm qualitas mutata ad viſum, vel tactum propriè pertinere dicatur à Galen: 2: Tegn: tamen largè omnis qualitas ſenſu aliquo perceptibilis, qualitas mutata dici poteſt.

Prò reſolutione morborum in ſuas cauſas oportet intelligere morbum in eas cauſas reſolui debere, à quibus intentiones curatiuæ ſumi poſſunt; quare in cauſas materiales, & efficientes tantùm, morbum reſolui neceſſe eſt, quoniam ab his tantùm intentiones curatiuæ ſumuntur.

Materialis verò cauſa duplex, ſcilicèt in qua, & eſt ſubiectum quæ poteſt etiam dici cauſa efficiens, nàm materia in qua, & efficiens, multoties coincidunt, & ex qua, ſi aliquid componitur ex ea, & vtramque, vel alteram tangere oportet ſecundùm exigentiam rei.

Reſoluemus verò morbum in cauſas dictas; ſi morbus per dictas cauſas deffiniemus, à quibus cauſis omnes morbi diuiſiones ſumi poſſunt, v. g. quid eſt cephalea? eſt læſio in membris capitis à mala complexione, vel ſoluta continuitate proueniens, vel ab vtriſque; per id, quod dicitur in membris capitis tangitur cauſa materialis in qua, ideſt ſubiectum, iuxtà quam poteſt ſumi hæc diuiſio, quòd læſio poteſt eſſe in toto capite, & dicitur propriè cephalea, vel in parte, & tunc vel in medietate, & dicitur emigranea, vel in parte quarta, & dicitur monopagia, vel in paruo loco fixa, & dicitur clauus, & non ſufficit ſcire in vniuerſali, ſed in particulari, ſi eſt in panniculis intrinſecis, puta in piamatre, dolor communicat oculis directè; ſi in duramatre, lateralitèr, & ſi non communicat oculis, eſt in panniculo extrinſeco regente craneum, ſcilicet in almuchetim, et cùm caput ſit colligatum cùm alijs membris, datur alia diuiſio, ſcilicèt, quòd hæc læſio, aut eſt in capite per eſſentiam, aut per colligantiam ab alijs membris, quæ priùs patiuntur, quæ ſunt ventriculus, mirach, et matrix, et ſolent pulſare in anteriori parte, ſcilicet ſtomachus in temporibus, mirach, et matrix in anteriori, ideſt fronte, hepar in parte dextera, ſplen in ſiniſtra, renes in poſteriori; per id verò, quòd dicitur à mala complexione tangitur cauſa efficiens immediata, et datur intelligi mediata, quæ eſt duplex. Cauſa procathartica, et corporalis, quæ eſt duplex, antecedens, et coniuncta; Procathartica eſt aliqua ex ſex rebus non naturalibus; corporalis ſunt humores, ventoſitas, et vapor, et hæc, aut cùm materia, aut ſinè, aut ſimplex, aut compoſita; Si ſimplex, aut calida tantùm, aut frigida tantùm; humida enìm ſine materia dolorem nequaquàm efficere poteſt; Si compoſita, aut eſt calida, aut eſt frigida, ſi calida, aut ſanguinea, aut cholerica, ſi frigida, aut phlegmatica, aut melancholica, et ſic habes omnes diuiſiones, tàm ex parte cauſæ efficientis, quàm materialis, et ſic fit reſolutio morbi in ſuas cauſas. Reſtat vt ponamus nunc reſolutionem cauſarum in intentiones curatiuas, et cauſa exempli de morbo complexionandi tantùm. Eſt autem mala complexio duplex ſine materia, aut cùm materia, et ſic duplex eſt cauſa in genere malæ complexionis, materialis altera eſt complexionis malitia, altera verò materia. Complexionis malitia reſoluitur in intentionem curatiuam, in alterationem ſcilicèt per contrarium, quia omnis cura fit per contrarium, et conſeruatur ſanitas ſuo ſimili. Alia cauſa eſt materia, vel repletio, et intentio curatiua fit per euacuationem, quia ægritudines, quæ ex plenitudine fiunt, euacuatio ſanat, ſiuè per phlebotomiam, ſiuè per pharmaciam, ut dicetur in regulis ponendis circa euacuationem, et alterationem.

Et primò circa alterationem ſit hæc regula quia alteratio malæ complexionis debet fieri

per

per contrarium æquale in gradu, undè ſi iuuenis colericus in primo gradu incidat in febrem, et trahatur ad calidum ſecundi gradus, debebit curari per frigidum in 2: gradu, unde corollariè ſequitur, quòd ſecundùm maiorem, aut minorem elongationem à complexione naturali oporret uti fortioribus, et potentioribus, uel minùs potentibus contrarijs, et menſura elongationis cognoſcitur per complexionem naturalem, cognitam per ætatem, regionem, tempus anni, regimen vitæ præcedens, et conſuetudinem v. g. ſi iuuenis cholericus in p: gradu incurrat in febrem cholericam in regione calida, tempore calido, et regimine præcedente calido, parum à complexione naturali elongatur, quia per vnum gradum trahitur ad ſecundum gradũ caliditatis, et dicitur ægritudo proportionalis.

Si verò ſenex in principio flegmaticus labatur in febrem cholericam, et trahatur ad ſecundum gradum caliditatis, multum permutatus eſt à ſua naturali complexione quia per duos gradus, et dicitur ægritudo diſproportionalis, quare ſenex potentioribus, et frigidioribus in ſecundo gradu indiget, quàm Iuuenis non in maiori quantitate approximatis in vna uice, ſed frequentiùs adminiſtratis. Circà euacuationem nota, quòd euacuatio competit, quando materia egreditur curſum naturæ in quanto, uel in quali uel in utroque, uel in toto corpore, uel in parte; in quanto prouenit repletio, quoad uaſa, et facit laborem extenſiuum; In quali prouenit repletio quoad uirtutem, quæ facit dolorem ulceroſum. In utroque prouenit utraque repletio, quæ facit laborem apoſtemoſum, ideſt extenſiuum, et ulceroſum, unde ſit hæc regula.

In primo, et 3: egreſſu competit euacuatio per phlœbotomiam, quia phlœbotomia eſt euacuatio uniuerſalis multitudinem euacuans. Multitudo autem eſt aggregatio humorum ſuper æqualitatem ipſorum in venis; In ſecundo egreſſu euacuatio competit per pharmaciam, quia pharmacia eſt euacuatio particularis primò reſpiciens humorum malitiam in qualitate; & in eo non competit phlœbotomia niſi per accidens, ſcilicet euacuando humorem ſanguine mixtum, & nota, quòd humores alij à ſanguine poſſunt peccare in quanto particulari, non vniuerſali, ſcilicet, quando plus augumentantur, quàm virtus tolleret, & tunc euacuari debent per pharmaciam in principio eradicatiuè, ſi materia ſit furioſa, vel minoratiuè ſi ſit multa, vel venenoſa, & nota quòd euacuatio per phlœbotomiam tripliciter poteſt conſiderari; aut enim competeret ratione materiæ fluentis in aliquod membrum, & tunc ſi corpus eſſet valdè repletum, & fluxus adeſſet in principio, competeret euacuatio reuulſiua, quæ fit ad partem oppoſitam, & maximè diſtantem; Si verò partim materia fluxit, nec corpus ſit admodum repletum, competit deriuatiua euacuatio, quæ fit ad vicina, & ſecundùm rectitudinem; Si verò materia penitùs fluxerit ex eodem patiente loco euacuanda erit apponendo ventoſas cùm ſcarificatione, aut euaporantia, & huiuſmodi ſecundùm per multa, aut pauca, aut facilè, aut difficultèr euaporabilis erit.

Nunc verò de Diuinatione paucula dicam, quandoquidem nobis vtilis, tùm ad alia quædam, tùm ad curationem vel maximè videatur.

Primùm igitur diuinatricem conſtituere artem volenti, antè conſiderare neceſſe eſt tempus Vitæ, naturam ægroti, & quemlibet morbum, indè ſtabiliet quatuor dierum ſpatio ſolui non poſſe illum morbum, cui duorum menſium natura preſcripſerit terminum, & è contrà, non debet affligi longo tempore, qui patiens poteſt celerrimè fieri ſoſpes Vnum itaque, atque primùm neceſſe eſt, ſi aliqua ſit præcognitio, nonnulla eſſe in futuro dubio procul euentura; deinde quoniam modo poſſint inueniri, & quot, ac quæ ea ſint ſpectanda, non enim quæcunque ſunt circà ægrotantem oritura, neceſſariam generationem habent: Tumultus ergo ex vicinis per noctem, & canes latrantes, & quondam iniucundi nuntij, inſomnes ægrotos reddunt, quorum nullum, neque generationem habet neceſſariam, neque firmam diuinationem, nec quæcunque morbi ratione efficiuntur deffinitam generationem, certamque præcognitionem habent, poteſt enim ſuperfluus intrà corpus humor aliquis in particulam neceſſariam vitæ repentè influere, quemadmodum alius rurſus ex parte principe in viliorem tranſire, enim verò cum quis in precipuam illatus eſt ſummum periculum, quando autem in non primariam partem tranſmigrauerit, ſubita, atque inexpectata ſalus laborantis neceſſariò conſequetur; Huiuſmodi ſtatuum hoc tantùm præ-

no-

noſcas licet, nempè incoſtantiam, lubricitatemque, non tamen quando morbus terminaturus ſit comperies exactè; At in quibus non amplius defluunt excrementa, ſed in locum vnum craſſata illos occupant, in his præſagiri futurum poteſt, quando adſit cognitio facultatum naturæ, quibus regitur animal, ac qualis ſit earum differentia, & quæcunque per totum animal ſinè immodica multitudine deferuntur; dignoſcetur enim tempus coctionis excrementorum, ſi excrementi cuiuslibet naturam inuenerimus. Ità namque, & de eius coctione nonnulla coniectari licebit, videlicet ſi rectè omnia circà ægrotum generantur, idque per totum ſermonem opus eſt ſe, & aliud quidpiam meminiſſe: Sola enim optimi medici præſagia, curante quidem ipſo inuenientur. Medicus autem, non vti vates aiunt, ſeruatum ire ægrum afferit, cuncta licèt bene non adminiſtrentur, affirmat enim quod ſi omnia, vt oportet, non agantur, & ſi quidquam ſit omiſſum, licèt paruus adſit error, relabi ſolutionem ex ſeptimo die in nonum, ſi maior in XI: Si multò maior in XIV. Si perquam magnum, vice certæ ſalutis periculum ſequitur. Attentus enim ſemper duobus his Medicus eſt, velùt ob luctatoribus, nempè morbo, & Naturæ, ac primùm quidem euadendum, vel pereundum homini eſſe, ex robuſtiori dignoſcendo, diuinationem facit, deindè verò, & præfiniti temporis ex eo, quod quantò alter valentior ſit intelligatur. Itaque ſanitatem, & mortem non ex alijs meditationibus præſentiet medicus, quàm ex morbi, & naturæ robore exactè cognoſcendo. Ex his verò, & terminum vtriuſque inueniet, in propinquo enim morbi ſolutio erit, cum benè valuerit facultas, ſin fuerit imbecilla, morbus autem valentior, mors maturabit.

Præſcriptionis verò tempus indicat magnitudo exceſſus, ab his quidem ſcopis medicus prædiuinandi facultatem conſequetur, ſed de his latiùs in lib: de Iudicationibus.

Robur autem naturæ, præſertìm expulſiuum ex proprijs actionibus agnoſces, morbique magnitudinem ex ſuis accidentibus, quando verò alter alterùm ſuperet ex coctionibus, incoctionibuſque, & hac ex proprijs excrementis, quæ quidem in aluo ſunt per infernè ſublabentia, quæ in vaſibus per vrinas, per ſudores verò quæ toto corpore continentur; quæ autem in Thorace, ac pulmone, per ea, quæ extoſſiuntur; quæ in Iecore, per ima; per ea quæ vomuntur ſuperior venter, ac ſtomachus dignoſcitur; Quæ per palatum, vel per nares, vel per aures excernuntur, quomodo affectum ſit cerebrum declarabunt; Commune enìm in omnibus non priùs diſſolui morbum poſſe, quàm aliquod in decidentibus excrementis coctionis inditium apparuerit; ità ſiuè aures, ſiuè oculi, ſiuè fauces male habeant, in excrementis autem ſigna coctionis apparuerint, ſecuritatem ſalutis denotat; cruda autem, & incocta, & quæ in malos conuertuntur abſceſſus, infectas iudicationes, vel eorundem recidiuas portendunt. Et hæc de diuinatione ad præſens ſufficiant, copioſiùs autem in... à.

De diebus iudicialibus, ac iudicationibus, de quibus ſi paucula fortaſsè, exactè, breuiſſimèque percipere anhelas, ſcias iudicium ſubitam, ac præcipitem eſſe in morbo mutationem, quæ quatruplicitèr fieri poteſt, aut enìm ſtatìm Ægri à morbo liberantur, aut valdè melius mutantur, aut ſtatìm moriuntur, aut multò fiunt deteriores; Prima ſimplicitèr Criſis dicitur, 2: deficiens, 3: Criſis mala, 4: imperfecta, & mala nuncupatur. ...ijs patet mutationes, quæ paulatìm fiunt morbo, vel virtute debilitata, non criſes, ... ſolutiones appellari.

Ad Criſium verò præditionem neceſſariam eſt morborum, temporum, vigoriſque ...iſſimùm cognitio; vniuerſi morbi tempora à nonnullis vniuerſalia dicuntur, vt ... à particularibus differant, in quæ acceſſiones ſingulæ diuiduntur. Principium ...licitèr capitur, primo modo pro primo morbi inſultu, ſecundo modo prout ex...itur vſque ad tertium diem, tertio modo prò tempore, quo coctionis ſigna ma...lè apparent; Secundum tempus, quod augumentum dicitur, eſt quod ſtatìm poſt ...ipium ſequitur, & ad vigorem vſque protenditur, tertium quod vigor, eſt vehemen-

tiſſi-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

tiſſimum totius morbi tempus; 4: quod vigorem ſequitur, declinatio vocatur. Tempora particularia ſunt, vt exempli gratia in febrem principium, quando vigent extrema; augumentum, vbi frigus deſinit, et corpus calere incipit, non tamen exquiſito calore; vigor, quando calor æqualitèr in totum diffunditur corpus; declinatio, vbi calor imminuitur. Principium morbi quinque dignoſcitur morbis.

Primò ex morbi ipſius natura, et differentia, febres ſiquidem ardentes Pleuritidis in inflammationes viſcerum, et ſimiles breuis temporis principium habent.

Contrà epilepſia, coxendicum, et renum dolores longi temporis, et ſic à morbi ipſius principijs futurus finis deprehenditur. 2: à temporibus anni, morbi æſtate venientes breuiùs, hyeme verò longiùs principium habent. 3. ex ætate, et natura laborantis, quæ ſi ad calidum declinauerit, modicum tempus erit neceſſarium ad manifeſti ſigni coctionis generationem: 4: ex regione, 5: ex regimine præcedenti. Augumentum morbi ex tribus, hora ſcilicet, in qua fit acceſſio, longitudine eiuſdem, ac magnitudine deprehenditur.

Cùm enim acceſſio ſimilem anticipauerit proportionem, atque ità anticipando ad longiùs extenditur tempus, et vehementiùs afflixerit, tunc morbi augumentum manifeſtum eſt.

Quantùm verò augeatur, vnumquodque dictorum demonſtrabit; Vigorem autem indicat ſi in eiſdem permanſerint, et ſibi ipſis perquam ſimillima fuerint.

Declinatio contrarij augumento ſignis deprehenditur. Triplex itaque ſignorum omnium differentia: primi generis coctionis, et cruditatis ſigna; ſecundi ſalutis, et mortis ſigna, quæ mirum cum vrina, alui excrementis, ſputiſque excernuntur, facilis ſpiratio, leuis tollerantia, bonitas pulſuum, facilis ſomnus, facies ſano ſimilis, decens decubitus, ſudor, et his contraria; 3: generis ſigna indicatoria dicuntur, quæ duplicia ſunt, quædam tanquam cauſæ, et ſigna, vt vomitus, alui excrementa, vrinæ multitudo, ſudores ſanguinis, è naribus profluuium, Parotides, illapſus humorum ex vno loco in alium.

Aliqua verò tanquam ſigna ſolùm habentur, vt delirium, vigiliæ, comata, ſeù ſopores, inquietudines, difficilis ſpiratio, obtenebrationes, difficilis ſenſus, capitis dolor, colli, et ſtomachi, aurium ſonitus, ſplendores, lachrimæ inuoluntariæ, nox abſque ratione moleſta, labium inferiùs agitatum, obliuio, adſtantium ignorantia, vehemens rigor, acceſſio anticipans, facies vnà cum oculis, et naſo rubeſcens, hipocondriorum tetractio, nauſea, ſufficiens æſtus, et ſitis vehemens; Omnia hæc, quatenùs ſubitam mutationem oſtendunt indicatoria nuncupantur: hæc autem non ſemper habent ſtabilem, vt coctionis, et cruditatis poteſtatem, quocumque tempore morbi apparuerit, bona quidem ſunt, cùm poſt coctionem, ideſt in ſtatu apparuerint, cum verò in principio, et antè coctionem mala: At primum, et maximè inſtantis, et preſentis bonæ Criſis inditium ſunt coctiones, nemo enìm vnquam mortuus eſt, qui præcedentibus coctionibus criſim non habuerit; ſecundum eſt, vt ab aliqua die indice priùs indicetur cui ſanè annexa eſt diei indicatoriæ potentia.

Dies autem indicatorij in quaternarios, et ſeptenarios diuiduntur; ſeptenarius validior, quaternarius indicatiuus magis, nàm quartus ſeptimi, vndecimus decimi quarti, decimus ſeptimus vigeſimi, vigeſimus quartus vigeſimi ſeptimi, trigeſimus primus trigeſimi quarti, trigeſimus ſeptimus quadrageſimi index eſt, et ſic deinceps vſque ad centum, cæterùm voluit Hipp: vt hebdomadæ hoc modo numerentur 3: bonæ Criſis ſignum eſt, vt excretionis modus, et forma morbo conueniat, et reſpondeat, v. g. ſi eſt febris ardens, vel ſanguis è naribus fluat vel poſt vehementem rigorem ſudor multus, et calidus per totum corpus, per vomitum, aut per aluum aliquid bilioſum excernat æger, neceſſe eſt, pro hac materia facit Hipp: in ſec: lib: aph: 27: 28: 30: 33: 34: 35: 41: item 17: 22: 23: 24: 32: 34: 35: 36: 39: 40: lib: 4: et 27: 58: lib: 6: et ferè totus ſeptimus, et tandem totus præſagiorum liber Hippocrat: vbi à quauis parte notæ deſumptæ inueniuntur, familiariſſimus eſſe debet ei, qui prædicendi facultatem promptè habere cupierit. Cumque Luna in Criſibus, et diebus criticis peculiare habeat dominium, in hæc corpora inferiora, ideò diffuſiùs de hoc tractabimus in cap: Aſtrologiæ.

Quam-

Quamuis ex ſupradictis facilè patere poſſet methodus medendi, tamen cùm ad clariorem intelligentiam, tùm vt apertiùs quod in principio polliciti ſumus ſeruaſſe videamur, paulò latiùs, ac velut ferè ex profeſſo de ea ſcribere placet, vt de rè tàm vtili, tàmque neceſſaria verùm ſit dicere, ſepties repetita placebunt.

Inquit itaque Galen: in conſt: ar: & 3: regu: quòd primaria intentione ſemper per contrarium eliciendæ ſunt indicationes, & intentiones curatiuæ; 2. videndum an ſit poſſibile ſatisfacere ægritudini, intentionibus curatiuis inuentis, ipſiſque vti in tempore, & quantitate conuenienti in vnaquaque ægritudine per contrarium; à quatuor autem ſumendæ ſunt ſemper intentiones curatiuæ, vt clarè voluit Galen: 9: Meth: ſcilicet à morbo, morbi cauſis, à complexione naturali, & ab ambiente aere, v.g. ab ægritudine, ſi eſt febris, oportet infrigidare, à cauſa oportet remouere putredinem, & obſtructionem, à complexione naturali, quia eſt lapſa, oportet prius gradum ſuæ complexionis ſcire, vt ſciamus menſuras contrarietatis, & quantum debemus alterare, vſque ad ſuam naturalem complexionem reducendo, quia flegmaticus plus debet infrigidari, quàm cholericus; ab aere hoc modo indicatio ſumitur, nàm cùm eſt ſimilis ægritudini, tunc cauſa ægritudinis dicitur, & oportet, quòd cauſa remouens morbo ſit potentior; Si verò ſit contrarius, tunc medicina debet eſſe minus potens, & ſic ab aere ſumitur potiùs indicatio de quantitate Medicinæ exhibendæ, voluitque Galen: quòd ſicut ad complexionem naturalem reduci poteſt ætas, conſuetudo, & huiuſmodi, ſic ad aerem reducitur regio, Status Cæli, coniunctio planetarum, & Similia; Ab iſtis quoque quatuor, ſemper ſumitur indicatio per contrarium, & ad curationem, quæ per contrarium fit, optimè faciunt, quæ Galen: 11: meth: ſcripta reliquit, dicens in eo nos exercitare debemus, quo celeriùs, cuiuſque contrarium inueniamus, non enim in corporum modo, qualitate, verùm etiam in quantitate huiuſmodi contrarietatem inueniens, nàm vtique Ariſtot: oppoſitionem vocat non contrarietatem, neque enim magno vult paruum eſſe contrarium, ſed ad aliquid oppoſitum, neque multum pauco, ſed nec rarum denſo, nec relaxatum contracto, neque quod ſecundùm naturam ei, quod prætèr naturam eſt.

Verùm Hippocrati omnia ſupradicta contrariorum appellationem habent, ſicuti etiam Platoni, qui generationes ex contrarijs eſſe dicit. Curatio itaque omnis præcipuam, atque communiſſimam intentionem habet, ad id, quod eſt diſpoſitioni auferendæ contrarium, ideſt appoſitum; Calido enim affectui cauſa frigida contraria exiſtit, frigido autem calida, eademque in cæteris proportione. Etenim omne immoderatum eſt prætèr naturam, moderatum autem ſecundùm naturam, neceſſe eſt omninò, vt immoderatum, ab immoderato contrario, æquali in gradu, ut aliàs dictum eſt, ad mediocritatem redigatur.

At manifeſtum eſt inquit Galen: quod ſecundùm potentiam, non ſecundùm imaginationem & calefaciens, & refrigerans, & quæcumque alia eiuſcemodi oportet aſſumere ſecundùm potentiam autem vocatur, quod reipſa verè tale exiſtit, quale eſſe dicitur Secundùm imaginationem autem quod ex prompto quidem ſenſu tale eſſe imaginamur, cùm tamen verè tale non ſit. Quæ verba quomodo ab ingenioſo, & docto Vgone intelligantur, quouis pacto ſimilia ſimilibus ſeruanr, ad mentem Galen: breuitatis gratia nunc prætermittimus, ſpeciatim in fine de hæc doctrina diſtinctiùs dicturi. Contraria igitur, vt ab Hipp: dictum eſt, contrariorum remedia, particulatìm verò contraria particularia; in ſimilaribus quidem calido morbo frigidum, frigido calidum, ſicco humectans, humido ſiccans; in inſtrumentarijs verò morboſæ in ipſis immoderationis contrarium inducere oportet, vſquedùm ad commoderatum, & natiuum venerimus, vt ſi cuipiam vlceri, caro pluſquàm natura exigat, adoleuerit, non quòd carnem gerat, atque reſtituat, ſed quòd demoliatur, detrahat, atque corrumpat adhibere conuenit, quemadmodum, & cauo vlceri aliqua in parte genito, quòd carnem generet, admonere eſt neceſſarium quatenùs verò vtroque vtendum, vt tùm primùm deſinat, cùm ad commoderatum peruenerit, priùſque ad contrarium traſcendat, nàm & caro ſupereteſcens diminuenda, niſi in Symetro ſubſtiterit, et caua recreanda; Sicut igitur in his, quæ ad magnitudinem ſpectant, vel detrahere vel denuò alere, ſic in his quæ ad numerum uel totam partem eximere, uel gignere. In

ijs verò, quæ formationis ſunt ad naturales figuras reducere, & repleta euacuare, & euacuata replere, obſtructiones ex obſtruere, & oſculorum reſerationes cogere, & clauſa, ac denſata ad contrarium conuertere illa recludendo, hæc rarefaciendo, ſi quæ gibboſior ſit particula, quam aliæ, eam premendo, pellendoque ad cōtrarium reducenda, quæ compreſſę intrò ſunt, ac ceù reſimatæ, foras reuocandæ, vt naſus; quæ verò ex aſperis leues euaſere, exaſperandę, quemadmodum & aſperæ omnes leuigandæ, ſic & quæ cauitates, vel meatus, vel omninò foramina maiora, mir. oraué, aut iuſtò inaniora, aut pleniora, aut craſſis, lentiſque humoribus conferta, hæ quoque ad contrarium reduci debent, donec ad commodum peruentū fuerit, & quæcumque à naturali ſitu euaſere, & euocatione in contrariam, ad priſtinam naturam reducendæ ſecundùm variam poſitionis oppoſitionem, vt ante, & actio, dextrum, & ſiniſtrum, ſursùm, & deorsùm; Sicut enim in compoſitionis morbo ſcopus eſt ad naturalem ſtatum reuocaſſe, in ſoluta quoque vnione glutinationem diſcretarum partium moliri, omni priùs extraneo remoto, quod intentiones huiuſcemodi impedire poſſit, vt os ſeparatum, ſanguis congelatus; & tandem vt in omnibus tibi facilè eſt oppoſitum inuenire, ità morbi ſpeciem, nomen, quidué per ipſum importetur noſcas oportet; quo ſcito haud difficilè tibi erit oppoſitum ſignificatum inuenire, à quo intentio curatiua ſumi debet, ſicque cuiuſcumque morbi oppoſitum ſtatim tibi palàm fiet.

At videre debemus; vt dixi, 2: an ſit poſſibile ſatisfacere intentionibus curatiuis inuentis, nàm ſi quis habet manum abſciſam, vel corpus intrinſecè exſiccatum, indicatione ſumpta ab ipſa ægritudine, deberet apponi manus, & corpus intrinſecè humectari, ſed quia hoc eſt impoſſibile, medicus non deberet ſe intromittere; Vnde dicebat Gal: quòd in effectiuis cunctis artibus, non ex rerum faciendarum notione, ſed ex efficientis cauſæ potentia, vel impotentia. Prætereà, & materiæ copia, vel inopia effectus agendi poſſibilitatis indicatio ſumitur, ſubditque efficientes cauſas duas eſſe eorum, quæ circà corpus fiunt. Naturam, & medicum, quædamque Naturæ, quædam verò medico eſſe denegata; Os adeò fractum, vt diuaricent eius particulæ, peruerſumque membrum corrigere, ac conformare, Naturæ non licet, at medico licet; ſic luxati reponendi medico adeſt facultas; Naturæ non adeſt; Contrà verò cauum vlcus carne implere Naturæ datum eſt, Medico minimè, quæmadmodum, & ſemicoctorum, & incoctorum quidquam concoquere; Verùm ad hæc quoque adminiculatur Naturæ medicus, tùm purgantis medicaminis impoſitione, vlcus repurgando, tùm quæ commodè calefaciant ijs quæ concoqui poſſunt inſerendo.

Sunt item multa, quæ Natura ipſa, cùm antea ab ea effecta ſit, denuò efficere non poſſit, vt venam arteriæ, et colligamentum, et neruum, et quæcunque eius generis, et in hoc non parum prompta præſagiendi facultas tibi deſeruiet: proderit verò plurimùm ei, qui de Zogongia, ideſt animantis generatione, ac de facultatibus naturalibus librum ſtudioſè lectitauerit.

Debemus 3: inſtrumenta inuenire, et optimum eorum vſum, et in quantitate, et tempore, videndum præterea quando ſunt plures intentiones curatiuæ, à qua incipiendum ſit, vt à febre putrida prima intentio eſt infrigidare, 2: remouere putredinem, et fit remouendò obſtructionem, cuius cauſæ ſunt multæ, quia vel ſunt multi humores, et tunc euacuare oportet; vel craſſi, et tunc ſubtiliare, vel viſcoſi, et tunc incidere conuenit; Vndè Galen: inquit ſuperfluum vniuerſum euacuare conuenit diſtinctione, quomodo ſuperfluum ſit, vtrum, et quantum, aut quale; quod autem redire in naturale ſtatum valet, alterare per contraria craſſum, lentumque tenuando, tenue craſſando, vtrumque communitèr concoquendo, vndè nota contrà dicentes tenuibus humoribus craſſando digeſtionem non deberi, ſicut craſſis ſubtiliando, obſtructionem abſtergendo, poros aperiendo; ſi eorum ſit ſtrictura; Quæ verò prætèr naturam ſunt toto genere, vt venena, alterando vacuandoque.

Auic: p: 4: tract: 2: cap: 7: in fine facit regulam, cùm ſunt complicatæ plures intentiones à qua incipiendum ſit, et generalitèr in qua ægritudine; Galen: 10: meth: dicit, quòd tria ſunt conſideranda, ægritudo ſcilicet, ægritudinis cauſa, et virtus.

Duas

Duas primas interimere conuenit , tertiam verò cuſtodire; ſi quid eſt,quod minetur periculum, ab eo eſt incipiendum , ſi verò nihil tale exiſtat , ab eo , quod habet rationem cauſæ reſpectu aliorum , & ſine quo alia curari nequeunt , nàm ſtat , quod indicatio ſit ab accidentibus, quando dolor, qui eſt accidens , eſt adcò intenſus , vt ægritudine , vel aliquam malam diſpoſitionem faciat , & ſtat quod accidens indicet contrarium ab ægritudinem, & tunc dicebat Galenus,quod difficile eſt ſe benè gubernare;nàm indicatione ſumpta à dolore, debemus calefacere , indicatione autem ſumpta à febre debemus infrigidare ; in Pleuritide autem , vel dolore colico deſcendente à materia frigida , dolor indiget infrigidantibus, ideſt ſtupefacientibus, quando eſt valdè intenſus materia indiget calidis, & de hoc Galenus dedit duo exempla 9: meth: de labijs vulneris flegmonantis ; regula enìm eſt, cum omnia indicant vno modo , ſemper eodem modo procedendum , & à cauſa incipiendum eſt , etiam quod ſit aliquid, quod vrgeat, ſed ſi implicantur diuerſæ intentiones , tunc ſi quid vrget ab eo incipiendum, ſi non ab eo, quod habet rationem cauſæ , vel ab eo , quod eſt cauſa, quod omnia benè ſuccedant , vel ab eo , ſine quò non .

In febribus ergò non vrgente aliquo eſt incipiendum inquit Galenus à cauſa vltimatè coniuncta , cauſatur enìm à putredine humorum , ſecundò ab obſtructione, tertiò à multitudine humorum . Primò incipiendum eſt à Phlœbothomia remouendo multitudinem ; Secundò remouendo oppilationem, tunc remouetur putredo, & tandem febris, ſed dicebat duodecimo meth: ſi dolor,qui eſt accidens,quandoque trahat ad ſe curam,tunc debemus intendere dolori, & hoc duobus modis ; primò quando dolor habet rationem cauſæ ; ſecundò quando proſternit virtutem , habitis intentionibus curatiuis ægritudinis ſequitur euacuatio, quæ quidem multis fit modis , vel per phlœbothomiam, vel per balneum, quod nunc non eſt multùm in vſu,vel per frictionem,vel per exercitium,vel per ieiunium,ſeu per Medicinas, quæ agunt per primas virtutes, ſcilicèt qualitates primas, vel ſecundas, quæ faciunt iſtos effectus , vt repercutere , conſtipare, reſoluere, & id genus, qui effectus ſunt reducibiles ad primas qualitates,ſed non agunt in unaquaque parte corporis,ſed indeterminata parte,vt medicinæ, quæ frangunt lapidem in ueſſica, uel per proprietatem quartam, quæ eſt ab ipſa forma Medicinæ, agunt, ut rhabarbatum attrahit choleram, & magnes ferrum . Sunt prætereà conſiderandi modi euacuandi , quibus vti debemus in febribus , & maximè tempus , quia in hoc docti ab indoctis differunt , ideò p: Aph. p: inquit Hip. *occaſio* *præceps* ; Quantum ad euacuationem per phlœbothomiam p: uidendum an ſit agenda ; Galen: de febr: ad Glauc: dicit , quod à tribus ſumitur indicatio de phlœbothomia , ſcilicet b ægritudine , ætate , & uirtute , nihil enìm impedit phlębotomiam , cum ægritudo in-icat , niſi ætas , uel uirtus , ideò 11: Meth: & alibi plurièes, uoluit Galen: antè 14: annum, : poſt 65: non agendam phlębothomiam , Auic. à 14: uſque ad 40; ſeptuagenarijs ta-en ſanguinem mittit Galen: in lib: de phlœbotomia ; Vſus autem modernus eſt , quod iam in pueris , & ſenibus , quando neceſſitas morbi hoc requirat , agatur phlœbotomia m hirudinibus , uel etiam aliquando cum phlœbotomo . Idem Galen: tract: de phlœbo-mia ipſius declarans indicationes , clariſſimè dicit , quod ſolùm illa tria , ſcilicet ægri-do , ætas , & uirtus indicant numquid phlœbotomia agenda , uel non ; omnia uerò a de quantitate ſolùm , ut corpus laſſum , & molle non impedit , ſed minorem indi- ; ſic tempus anni , ſi ſit magnum frigus , aut caliditas magna in æſtate , & regio calida , frigida , phlœbothomiam non impediunt , ſed minorem indicant . Nota tamen , quod en: inquit 4: reg: aſu: , *cum fuerit aer calidus , & ſiccus , ità vt corpus ab eo citò euapo-r , à ſanguinis miſſione abſtinemus etiam ſi morbus magnus fuerit , florenſque ætate o , quare conſidera , & virtutis rationem ſemper habeto* ; In uere autem , & regione perata maior fieri poteſt phlœbotomia,& ſic de conſimilibus proportionabilitèr .

hlœbotomia ſolùm eſt facienda, cum adeſt dominium ſanguinis,& tunc duobus modis, anguis ſolùm peccat in quanto , & tunc audactèr mittendus eſt ſanguis, ut in Synocha putredine ; uel peccat in quali , & tunc cum maiori reuerentia : aduertenda eſt autem aci diſpoſitio antè phlœbothomiam , ſi in eo ſint humores corrupti , euacuandi oriùs cum caſſia , aut clyſtere , uel huiuſmodi . Circà uerò dierum numerum

ante quartum communitèr mittendus; Galen: 11: meth: ſi valentes vires ſint mittendum eſſe ſtatim dicit; ſi cruditas ventris non ſit, ſtatim morbo incipiente, ita 9: meth: vbi addit, non numerum dierum, ſed virium robur attendi debere, quippè licèt ægrotus ſit ſeruatus per 6. ſeptemuè dies, adhuc tamen ſi neceſſitas adſit, mittendus illi ſit ſanguis.

De hora autem phlœbotomiæ Galen: in lib: de cur: rat: per ſanguin: miſſion: circà finem, deridet, à ſecunda diei hora, ad quintam aut ad ſextam ſanguinem mittentes; vultque neque per noctem ſanguinem mittere non vereri debere, ſi febris remiſſio in nocte fiat; ſi non ſit febris, ſed dolor expectabitur, hora minoris afflictionis; ſi verò vniformitèr æger affligatur, tunc benè eligenda eſt hora de mane poſtquam per horam expergectus fuerit; Auic: dixit: *caue ne perducas ægrum ad alterum duorum, aut ad incrudationem humorum frigidorum, aut ad debullitionem cholericorum*, quod periculum facilè euitabimus, ſi benè Galen: verba intuebimur in Tract: de phlœbotom:, vbi dicit; *ſcias, quod quotieſcunque virtus eſt fortis, non eſt poſſibile, quod ſit cruditas humorum, & tanta cholera, quæ faciat periculum, quia cum cruditate humorum, & multa cholera non ſtat fortis virtus, & ſic virtute forti non eſt timendum.*

Sequuntur poſt phlœbotomiam alij euacuandi modi in omni febre conuenientes, quando ſcilicèt ad cauſam non attenditur, & in omni febris tempore, licèt oppoſitum malè ſentiat Gentil: p: 4: cap: de cur: putr: in generali, quia dicit; quod illis quatuor modis euacuandi: licèt vtamur in principio, non tamen euacuatur materia faciens febrem, authoritate Hip: p: Aph: aph: 22: concocta medicari, atque mouere non cruda &c: & dicit ipſe, quia in febribus putridis ſemper ſunt vapores corrupti, & putridi in ſtomaco, & inteſtinis, ſic in ambitu totius corporis ſunt vapores illi putridi, qui per ſudorem euaporantur, ideò tales medicinæ euacuant illos humores, & vapores, & non materiam putridam facientem febrem Galen: 11: meth: dicit, quod cum volumus remouere putredinis partem iam factam, euacuamur vel per prouocantia ſudorem, & vrinam, vel per ventrem lenientia, nam dixit, vt in rebus inanimatis, quæ incipiunt putreſcere, quod putrefactum eſt abſcinditur, ſic & in rebus animatis; Galen: igitur voluit intelligere de materia actu faciente febrem, quæ in principio illis modis euacuari poteſt & non de materia communi ſolùm; vndè dicebat: *ſi natura tentat vomitum, prouoca, ſi non, dimittas*, & hoc eſt, quia per vomitum materia actu faciens morbum expellitur; nonnè aliquis in quarta, vel tertia copiosè ſudans liberatur a febre? ergo ſignum eſt, quod per ſudorem materia peccans euacuatur, & non ſolùm materia communis, & ideò Hipp: loco illo eſt intelligendus, quia materia peccans non eſt euacuanda cum ſcamonea, & ſcamoneatis, coloquyntida, & eiuſmodi, ſed prouocandam vrinam, & ſudorem, & leniendum ventrem in principio non negat Hipp: quia ſunt euacuationes leues; nonnè aqua hordei prouocans ſudorem, & vrinam, dari debet in principio, quæ quidem euacuat materiam facientem actu febrem? vomitus quoque prouocandus eſt cum ſyrupo acetoſo, & aqua calida, & non cum medicinis laborioſè mouentibus, vt antiqui, qui helleboro vtebantur; non prouocandus eſt tamen, ſi naturæ non inclinatur; venter autem leniendus cum caſsia, vel clyſtere communi, & de hoc inquit Auic: de cur: putr: in generali, & quod apud me eſt magis dilectum eſt adminiſtratio Clyſteriorum. Nec deſunt inter communitèr practicantes, qui per os non ſolùm lenientia, ſed electuaria ſolutiua exhibent, quod quàm laudabile ſit longa indigeret diſputatione; Quidam ſunt, qui non exhibent ſyrupos, niſi prius caſsiam præbeant, quia ſi ſunt mali humores in ſtomaco, vel inteſtinis, ſubtiliantur, & petunt membra, vel venas, quod eſt malum, ſed hoc eſt falſum, quia licèt mel roſ:, & ſyrup: de endiuia ſubtiliant humores, non tamen faciunt penetrare ad intrà, ſed ducunt ad inteſtina, & ſic preparant ad expulſionem; declarat Galen: 11: meth:, cum quibus euacuabitur id, quod putridum eſt, prouocando ſudorem, vel vrinam, & dicit quod eligenda ſunt à Medico, quæ minus calefaciant, & exiccent, vt priſanæ ſuccus, oximel, aqua mellis, decoctum appij rad:, & dicit quod ſunt alia, quæ prouocant ſudorem, & vrinam, & ventrem leniunt,

ſed

ſed hæc ſunt minus calida, & ideò illa tantùm quatuor enumerat, & ſic vel eligenda ſunt minus calida, vel ipſis admiſcenda, quæ infrigident, quæ tantùm ſint aperitiua, vt ſemina communia, frigida, & dato, quòd appium ſit tantùm calidum in primo, cum ſit decoctio adhuc remittatur illa caliditas à frigiditate aquæ; verùm non vtuntur radic: appij propter eius ſaporem, ſed eius loco radic: fœniculi, & petroſ., quæ ſunt calidæ in 3:, quibus non deberemus vti in febribus, quippè quia Galen: illo loco non meminerit de Endiuia, quæ in tanto eſt vſu, fortè quia non multum eſt aperitiua, 8: de Sympt: med: dixit, quod Endiuia, tàm ſilueſtris, quàm domeſtica eſt frigidæ naturæ, de comp: med: dicit, quod Endiuia, & Cicorea habent ſtipticitatem, ſed propter amaritudinem quandam ſunt aperitiuæ, ſed dubitatio eſt de aqua Endiuiæ diſtillata, & cæteris aquis per ſublimationem extractis: Auic: dicit, quod ſunt plures Medicinæ, quæ diuerſas habent partes, vt roſa, & iſtæ partes quandoque reſoluuntur per decoctionem, quandoque per ſolam ablutionem, vt eſt Endiuia, prò quo vide etiam Meſ: in cap: de Roſa. Sed cum omne aperitiuum aperiat, vel ratione amaritudinis, vel acetoſitatis, vel acuitatis, aut ratione dulcedinis, cum quadam acuitate, vt ſemina communia frigida, aqua Endiuiæ, cum nullum huiuſmodi ſaporem retineat, non videtur eſſe aperitiua, niſi fortè per deſcenſorium diſtilletur, & hoc modo expertus ſum abſynthij aquam, & eam mirabilium effectuum inueni, & ſapor propriam eius virtutem teſtatur.

Hunc diſtillandi modum Galeno incognitum fuiſſe puto, ideò aquæ loco vſus eſt ſucco, vel decocto, vel rad: puluere, quia in illis ſemper remanet amaritudo, & per conſequens aperitio; Galen: 7: meth: dicit, quod non debemus vti purè aperientibus, ſed cum eis confortantia, quæ valent conſtringere, & vnire membrum ad partes membri, admiſcere debemus, & hoc non ſolùm in digeſtiuis, verùm etiam in ſolutiuis medicinis; Enimverò ſi vel Hippocrates, vel Ariſtoteles, vel ipſe etiam Galenus nunc reuiuiſceret, obſtupeſceret ſanè tot ornamentis artis ità adauctæ, atque illuſtratæ, tot nouis inuentis ditatæ, totque mirificis operationibus confirmatæ, vt in Hac:, quos, & quando purgari oportet, & dicit, quod talia debent eſſe, quod venenoſitatem, & malitiam medicinæ hebetent, & ſolutionem non impediant, & huiuſmodi ſunt aromatica calida, quia frigida, licèt medicinæ vitium remittant, ſolutionem tamen ſua ſtipticitate impedire poſſent, & propter hoc Galen: in p: de comp: med: cap: p: dicit, quod omne aromaticum corrigit venenum, & putredinem; Idem dicit cap: 6: Hipp: 2: de feb: acut: 10: vtitur ſeminibus odoriferis calidis prò correctione, & Gal: in com: illo, & ſequenti dicit, quod eſſe debent odorata, & inciſiua, quia frigida, & ſtiptica medicinæ actionem impediunt. Antequam autem de lenitiuis, & ſolutiuis medicinis quidquam ſcribamus, de priſana, oximelle, & aqua hordei non nihil dicamus, & p: ſciendum, quod Hip: p: reg: auct: te: 18:, & ibi Galen: dicunt, quod laudabiliùs ferculum eſt factum ex hordeo, quàm ex quibuſcunque alijs granis, et ſic melior eſt Priſana, quàm panatella, et in quibus non facilè acetoſata dànda eſt; Galen: 8: meth: circà in: ponit laudes Ptiſanæ p: de alim: cap: p: ponit modum ſuæ compoſitionis; Item Auer: 5: collig: cap: 31: Auez: p: The: trac: vlt: cap: 6: ponunt modum præparationis, et dixerunt, quod oportet hordeum eſſe integrum ad hoc vt ſoluat, quia torrefactum, vel in farina ventrem ſtringit, ac per duas, vel quatuor horas debet infundi in aqua frigida, quia in grano eſt virtus vegetatiua, ſecundùm quam attrahitur aqua ad intrà, et ſic aperiuntur pori, quibus apertis bullientis aquæ caliditas magis penetrat, cõtra verò in feruẽti aqua virtus illa corrũpitur. De quantitate aquæ dicunt, quod viginti partes aquæ, et vna hordei poni debet. De oximelle, et aqua mellis tractat Hip: 3: reg: acu: 26: dicens præcipuum remedium in putridis, ſed hodie communitèr practici, nimiam calefactionem ſubuerentes, eius loco vtuntur ſyrup: acetoſo, qui magis placet, licèt Hip: de reg: acu: vtatur in acutis, Galen: 8: meth: dicat, quod aliqua aperiunt, et notabilitèr expurgant, et iſta ſunt calida, non conueniunt in febribus, ſed ſolùm oximel aperit, et potentèr expurgat, et non calefacit. Et tàm oximelle, quàm ſyrup: acetoſo propter acetum in patientibus ſecundùm nerui vti non debemus, deque omni ſyrup: genere ſecundùm diuerſas intentiones amplum ſuis apparatum à diuo Meſue, et ab alijs practicis.

De aqua mellis tractat Hip: 3: reg: acu: à 10: vſque ad 26:, de aqua frigida ſimplici 3: acu: 4: dicit, quod non debemus ea vti, niſi in febribus valdè intenſis, & quæ conuenientèr eſſet admixta cum aliqua vini portione, licèt minima, quo maiorem haberet penetrationem, vt facit Galen: 3: acu: 4: 2:, licèt magis placeat hydromel: & aqua Sacchari, & ſi timor eſſet de conuerſione ad choleram miſce ſimul parum aceti albi; medicinæ lenitiuæ, quæ in principio ægritudinis exhibentur ſunt manna, tamarindi, mercurialis, anguria, caſſia, & huiuſmodi. De tribus mentionem fecit Galen:, ſcilicèt de mercuriali in 7: de ſympt: Med: dicens, quod lenit ventrem; de uiola, cuius ſuccus eſt, vt puto, ſolutiuus, ſicut ſuccus roſarum, & de anguria ſcribit Gal. (à quò appellatur melomagnus viridis) quæ remittit choleram, & lenit ventrem, propterea in febr: conueniunt acuta; fortè etiam de Manna viſus eſt aliquid tetigiſſe p: de alim: 38, de qua Meſues multa dixit, & quæ vacuat choleram non à remotis, ſed vſque à venis meſeraicis, cuius doſis eſt vſque ad vncias duas.

Thamarindi infrigidant, & leniunt aluum, & ſunt acetoſi, propterea non omnia acetoſa ſunt ſtiptica, ideò Syrupi dulces, ne ad choleram conuertantur, corriguntur cum decoctione Thamarindorum loco aquæ.

Medicinæ, quando ſunt in p, 2, 3, vel 4. gradu cognoſcuntur hoc modo, quantò Medicina eſt potentior, tantò minus de ea dandum eſt, & quia de aliquibus damus vſque ad dragm. 3., & 4., & ultrà tales erunt lenis ſolutionis, & in p: gradu; in 2: eſt Medicina, de qua datur uſque ad vnc: 1: cum dimidio, in 3: à dragm: 1: vſque 2, vel 3, vel 4: vt agar:, & turbit: in 4, de qua non tranſcenditur quantitas gran: 12: vel ſcrup: 1: ut ſunt coloquyntida, elacterium, & ſcamonea, de qua vſque ad gran: 12: exhibetur; Spargyrica verò medicamenta tali methodo ſunt exhibenda, ſcilicèt ſi ſunt extracta ad ſcrup: ſ: ad vnum, vel dragm: ſ: ad vnam, antimonialia, & mercurialia ad gran: 2., 4. ad 8. ut in ſuis locis diffuſiùs videbimus. Medicinarum lenitiuarum, quædam ſeruiunt lubricando, quando ſcilicèt ſe interponunt inter partes materiæ, eam teneram, & molliorem reddentes, quædam comprimendo, ut ſpongiam manu comprimimus, & dicit Auic: 2: cant cap: 4:, & Meſues, quod huiuſmodi Medicinæ debent dari parum antè cibum, quia ſic calor naturalis agit in cibum ſimul cum Medicina, & ſic non reſoluit Medicinam in vaporem, vel parum, & magis operatur, ſi verò per multum temporis antè cibum tales Medicinæ caperentur, earum partes totum corpus peterent, & ſimul cum urinis, & alijs ſuperfluitatibus euacuarentur.

De Medicinis ſolutiuis eſt dubitatio, numquid antè digeſtionem conueniant, & expreſsè Hip: in p: Aphor: 22: & Galen: in pluribus locis uolunt, quod non; Vbi nota in dicto Aphor: 59: *Mouere*, & Galen: dixit *Medicari*, ideſt uti medicamento purgante, & non eradicatiuè euacuante; intelligendus etiam Hipp: non ſolùm indicatione ſumpta à materia, ſed etiam uirtute, quæ antè digeſtionem non eſt, quia aliter non dixiſſet, niſi materia turgeat, ſed uel multa, uel uenenoſa, & ideò ſecundùm genuinum, & meliorem intellectum clariùs patet eius ſententia p: Aphor: 24: in acu: *rarò in principio*, &c. Et Galen: in com: Idem Hip: 2: Aph: 9: & ibi Galen: expreſsè ſe declarat, & hanc ſententiam præcisè determinat, & p: de Criſi cap: 9: declarat quid per materiam furioſam intelligat; Idem in con: art: med: & in febr: ad Glauc: & in tract: illo quos, & quando medicament: purgar: oport: & 4: de reg: ſanit:

Sed ne fortè uideatur Galenus in aliquibus locis in ſanis, & non in ægris in præſeruando, et non in curando nolle antè digeſtionem euacuari, de hoc licet uidere deciſionem ab ipſo in tract: de phlœbotomia ſum: 3: cap: 2: ubi dicit, *crudis verò humoribus ſuperuenientibus nequaquam*, *&c.* Ergo uoluit non ſolùm in ſanis, ſed multò magis in ægris antè digeſtionem euacuandum non eſſe pharmaco ſolutiuo, ſed ſi materia peccans in quanto faciat periculum, non propter hoc eſt euacuanda antè digeſtionem, ſed per frictionem, uel per ieiunium, quia uniuerſalitèr dicebat Galenus 2: meth: cap: 3: *iſte caſus eſt deſperatus*, undè prædices

illi

i mortem, & nihil facies, quia tales ſolis pronoſticis ſunt relinquendi.

De victus ratione multa eſſent dicenda, quæ nunc prætereo; verum eſt, quòd commu-ter non obſeruatur, quia cæna debet eſſe maior prandio, tàm in ſanitate tuenda, quàm morbis curandis, vt vult Galen: 6: de Sanit: tuen: & 9. meth:, aſſignatque rationes, qua-cæna debet eſſe maior prandio; diſſentit tamen Auic: p: 3: de cura epilep: vel fortè litte-eſt corrupta, quia in p: p: de cur: Epilep: diuid: quòd duæ partes cænæ, & tertia pars ndij debent eſſe. Ad hanc materiam videndus Curtius Oddus de Oddis cum Petro Tho-o, & Andreas Turinus. Eſt & aliud, quod non obſeruatur temporibus noſtris, & eſt er-r, quòd in principio groſſiùs diætare debemus, & verſus ſtatum ſubtiliùs, cuius oppoſi-m fit hodie, nàm tranſacta 4: vel 2: dant carnes, quæ eſt diæta groſſior quàm panatella, od eſt contra Hipp: & Galen: p: Aphor. 7: & 8: Indicatione enim ſumpta ab actione vir-is ſuprà materiam, ſemper debet eſſe ſubtilior victus versùs ſtatum, quia tunc eſt maxi- pugna virtutis, ſiuè naturæ cùm materia morbi, & tunc ſi cibo diuertitur, ac impe-ur ab eius actione, fiunt criſes malæ, & imperfectæ. Notandum prætereà quæ hepa-abent groſſum nutrimentum, vt vult Galen: 3: de alim: cap: 2: ſed fortè non intelligit hepatibus gallinarum, ſed anſeris, & ſuis illo modo preparatis.

De hora quietior eligenda eſt, 2: conſueta, 3: frigidior; Galen: p: ad Glaucon: dicit d hora quietior vincit alias horas, 11: meth: reprobat vſum fomentationum, emplaſtro-, & vnctionum corpore repleto, & hæc circà methodum dicta ſufficiant.

is præmiſſis tempus eſt, vt regulas, atque modos explanandi caſum, atque, vt ità dicam rbum in ſuum capitulum reponẽdi tradamus, totumque hoc negotiũ in tribus potiſſimũ ſtere volumus, in morbi eſſentiæ declaratione, in prognoſtico, ſiuè diuinatione, & cura. rò primo explendo ſex ponemus inſtrumenta, quibus ſex modis diuerſis, cùm libuerit inatè ac ſcientificè morbum vnumquemque manifeſtare poteris; hæc autem erunt via, ordo reſolutiuus, compoſitiuus, definitiuus, proceſſus quia, ſiuè à ſigno, proceſsus pter quid, ſiuè à cauſis, & diuiſiuus diſcurſus, de quibus omnibus ſigillatim exempla lariorem doctrinam ſubijciemus: Nota non eſse difficultatem in cognoſcendo mor-generalitèr, cum primò, & per ſe generis cognitio ſe offerat.

t primò de ſylogiſmo, diſcurſuque diuiſiuo, Socrates melancholia laborat, cerebro, pro-, & primario affectu patiente, & non aliundè detrimentum accipiente, quod ſic colli-r. Affectio melancholica vocata, vt e x Galen: conſtat: lib: de locis affectis, & à Paulo ſequuto, tribus fit modis, p: quando cerebrum eſt primum patiens, 2: quando toti cor-compatitur, 3: quando naturalibus membris, vt in ea, quæ inflatiua, & hypocondriaca io vocatur, ſed hæc non eſt ſecundi, aut tertij modi, igitùr neceſsariò ſub primo contine-macilenti enim ſunt nigri hirſuti, quibus atrabilis in toto corpore apta eſt generari, & ſi lijs quibuſdam congregatur, vigiliæ, labores, ſollicitudines, tenuiſque victus, aut cibi, nigrum valent humorem gignere præceſſerunt; Aibus autem eſt hic vir, ſatiſque corpu-us, nec eo victu vſus, qui hunc peſſimum humorem valuerit in tanta copia congrega-vt totum oppleret corpus, à toto igitur corpore non videtur hęc affectio dependere.

Quòd verò neque hypocondriaca ſit, facilè ex hoc probari poteſt, quod eadem ſunt indicia, verbis Dioclis à Galen: 3: de loc: affect: lib: recitantur, ſed illis prætermiſſis, proprij verbis propoſitum demonſtrabo.

it enim illo loco: *cum circà ventriculum ſymptomata primùm cæperint, ipſiſque au-melancholica ſequatur affectio, deindè alui deiectione, vomitu, proba concoctione, ru-ſque leuetur is qui laborat, hypocondriacum, flatuoſumque morbum ipſius nominabi-, huius verò morbi ſymptomata mæſtitiam, & metum dicemus*; & ſubdit, *cum autem ria melancholiæ accidentia auctiora videntur, circà ventriculum vero, aut nulla, aut a ſunt, haud ab re exiſtimaueris primitiuam in cerebro affectionem conſiſtere ob atram n in ipſo congeſtam*; ex quibus Galen: verbis, non hypocondriacam, ſed cerebralem ùs in hoc viro, & nunc adeſse, & à principio fuiſse melancholiam apertum eſt, nullis indicijs, aut melancholiæ vniuerſalis, aut hypocondriacæ apparentibus.

oncludendum ergo, vt Ætij verbis vtar, in ſolo capite eſse melancholiam, id videlicèt,

B 3 quod

quod huius affectionis iam factum eſt, vel adhuc fit, nam non eſt negandum, ſtatis, & certis temporibus quidpiam eius adhuc fieri vaporibus videlicet, & interdum humoribus, quos neceſſe eſt ad atram bilem vergere, ad caput aſcendentibus.

His addidi, vt omnis morbi ratio, & facti, & qui fieri poteſt, tangatur, nihilque ad eius conſiderationem ſpectans prætermiſſum videatur, & hic procedendi modus facilis admodum, & accomodatus erit.

De proceſſu propter quid conſequens eſt, vt exemplum ponamus, & eſt ſciendum; quod talis proceſſus eſt argumentatio à cauſa. vel cauſis ad effectum neceſſariò, vel quaſi ab illis dependentem, vndè ſic arguemus. Plato exercitari ſolitus, per notabile tempus vſus eſt otio, & cibis, potibuſque ſanguinem multiplicantibus, febricitat ergo Synocha, à medicis ſic appellata, à Galen: Dyarria ex obſtructione; Adde ergo ſi vſus eſt multis fructibus aptis gignere ſanguinem ad ebollitionem, & putredinem diſpoſitum, erit huiuſmodi febris ſynocha cum putredine, quòd ità ſit; poſteà poterit confirmari per ſua ſigna, quæ ſtatim in alio proceſſu, ſcilicèt quia, narrabuntur, ſic arguendo.

Signis ſumptis à quatuor rebus, & primo à ſubſtantialitèr inhærentibus, eſt caliditas in eo magna, & lenis; calidus enim, & humidus eſt ſanguis ab operationibus læſis, & primò à vitali pulſum habet magnum valdè, & plenum, ab operatione ſenſitiua, dolore capitis affligitur cum pulſatione, ratione plenitudinis arteriarum cum tentione, ratione plenitudinis venarum, & arteriarum, ab operatione naturali; ſiti vexatur intenſa ratione inflammationis hepatis à qualitate mutata, rubedo faciei apparet, & oculorum, apparitio lampadarum ardentium, ratione vaporum aſcendentium, & permutantium mentem; ab exeunte mutato, vrina rubea, & groſſa eſt, ergo talis laborat Synocha ſi ſine fætore, ſine putredine, & hic dicitur proceſſus quia, ideſt procedens à ſigno, vel ſignis, omnia enim illa ſigna teſtantur ſuper ſanguinem, & ſic inuenimus cauſam antecedentem, acconiunctam febris.

Definitiuus ordo dicitur, nòn tantùm, quia definit, ſeu definitionibus vtitur, vel quia à definitione initium ſumit, ſed quia rei, quam docturus eſt generalem definitionem proponit, quibuſdam veluti capitibus omnes eius partes continentem, quæ capita rurſus in partes diſſoluit, haſque iterum in alias, nec ab eiuſmodi ſectione diſcedit, donec omnia ad rem ſpectantia declarauerit, veluti ſi quis hoc ordine grammaticæ artem tradere voluerit, hoc modo definiet: Grammatica eſt ſcientia litterarum, ſyllabarum, dictionum, & orationum, deindè ſingulas definitionis partes definiat, & in alijs diuidat, vt litteras in vocales, ſemiuocales, & mutas, ſyllabas in longas, & breues, dictiones in nomina, & verba, & reliquas orationis partes, orationes in congruam, & incongruam, nec ab huiuſcemodi definitionibus, diuiſionibuſque ceſſet, donec omnia ad grammaticem ſpectantia plenè abſoluerit. Exemplum in re medica, ſoda, ſiuè capitis dolor eſt læſio in membris capitis à mala complexione, vel ſoluta continuitate, vel vtroque procedens; per id, quod dicitur in membris capitis tangitur cauſa materialis in qua, iuxtà quam ſumi poteſt hæc diuiſio; dolorum alius comprehendit totum caput, & dicitur Cephalea, alius mediatatem, & dicitur Emicranea, alius quartam partem, & dicitur Monopagia, vel in paruo loco fixus, & dicitur Clauus; ſi dolor communicat oculis de directo eſt in piamatre, ſi non ex directo, ſed lateralitèr in duramatre; ſi non communicat oculis eſt in panniculo exteriori, ideſt Almucharim, et cum caput ſit colligatum alijs membris, datur intelligi alia diuiſio, quòd hic dolor, vel eſt in capite per eſſentiam, vel per conſenſum ab alijs membris, et per hoc, quod dicit à mala complexione etc.

Conſiderare debes ſi ſine materia, vel cum materia, et ſi cum materia ſi à ſanguine, vel cholera, vel flegmate, vel melancholia, et ſi à ſoluta continuitate, vel vtroque, et ſic diſcurrendo morbi, quem quæris, plenam eſſentiam inuenies; Eodem modo, et in febribus ſic iuxtà Auic: lib: 4: fœn: 1: doctr: 1: cap: 1: definiendo: febris eſt calor extraneus accenſus in corde, et ab eo procedens mediante ſpiritu, et ſanguine in totum corpus per arterias, et venas nocente operationibus naturalibus, ità vt retineantur, ideſt non ablatæ, ſed corruptæ, vel diminutæ, diſcutte per huius definitionis partes, et febris, quam curare

quæ-

quæris, eſſentiam inuenies, et hoc doctrinæ ordine vſus eſt Galen: in tradenda Medicinæ ſcientia in lib: tegn: à quo; definitionis diſſolutio vocatur, quia definitionem, quæ vna erat, in plura membra diſſoluendo partitur, vndè, et non immerito, explicatio nominari poteſt quoniam illud, quod in definitione quodammodo implicatum erat, vt conſpici, et intelligi poſſit, explicat, & extendit:-

Reſolutio quoque dicitur, quia definitione veluti totum quoddam in partes reſoluit, dicitur, et diuiſio, ſemper ſubintelligendo definitionis, quoniam vt viſum eſt definitum in partes, veluti totum quoddam diuidit.

Nunc de reſolutiuo ordine pariter, et compoſitiuo dicamus, intellecto enim vno, alius ſtatim percipietur, cum oppoſito ſe habeant modo, ſed prò ampliori intelligentia eſt ſciendum reſolutionem multiplicitèr dici vno modo, ſicut compoſitio à ſimplicibus ad compoſita, ità reſolutio eſt contrà à compoſitis ad ſimplicia proceſſus dicitur, ſecundùm quam acceptionem de reſolutione tractauit Philoſophus in Attal: lib: prim: et poſtèr: Hammon: in præfat: lib: Porph: de quinque vocibus, et in com: in priores reſolutiones Ariſt: hanc quoque Ioan: Grammaticus multiplicitèr dici aſſerit; Eſt enìm inquit reſolutio totius in partes, et compoſitorum in ſimplicia, qua Geometri vtuntur, ac corporum naturalium in elementa quatuor.

Eſt et reductio Sylogiſmorum in proprias figuras, veluti principia quædam, ac regulas artificiosè ſcientias parientes, alioquin autem cum reſolutionis nomen multiplicitèr dicatur, licèt et ſecundùm hoc dicere reſolutionem eſſe regreſſionem quandam ad id, quod prius eſt, et cauſa compoſitionis exiſtat, ſiuè progreſſum ex his, quæ à principijs ortum habent ad ipſa principia, ſeu tranſitum a compoſitis ad ſimplicia, ex quibus, tanquam ex proprijs principijs, ideſt elementis, ſunt conſtituta, vel ad vniuerſalia à particularibus aſcenſum. Dicitur, et reſolutio, cùm notum aliquid in principia, et cauſas, ex quibus, et quod ſit, et quod noſcatur habetur, reſoluimus iuxtà quod reſolutionis ſignificatum:

Scientia demonſtratiua, reſolutiua vocatur; Eſt et alia Sylogiſmorum reſolutio in principia, hoc eſt in propoſitiones, ac terminos ex quibus primò fuerunt constructi.

Io: quoque Damaſcenus in lib: in quo de arte, quæ Logica dicitur, ità ſcribit; *Sciendum eſt, quod quatuor ſunt Dialecticæ ſpecies*, p: Logicæ methodi diuiſiua, quæ genus in ſpecies per differentias ſecat; 2: definitiua, quæ ex genere, et differentijs, quibus vſa eſt diuiſiua propoſitæ rei definitionem conſtituit; 3: reſolutiua quæ id, quod magis compoſitum exiſtit in ſimpliciora reſoluit, quæ triplex eſſe dicitur, naturalis ſcilicèt, Logica, et Mathematica; Naturalis erit ſi oſtendere velim hominem eſſe compoſitum, reſolutiua vtens dicam; Homo componitur ex anima, et corpore, corpus quidem, totum eſt, omnis totalitas ex aliquibus partibus conſtat; corpus igitur immediatè componitur ex partibus organicis, organicæ autem partes ſunt caput, pedes, etc. quoniam vnuſquiſque iſtis vtens inſtrumentis operatur; *Singulæ verò ex his* organicis partibus compoſitæ ſunt ex venis, arterijs, muſculis, nervis, carnibus, oſſibus, quæ omnes ſunt partes ſimilares compoſitæ, et ipſæ ex ſanguine, pituita, flaua bili, et nigra: *Hi* verò quatuor humores ex quatuor elementis Terra, Aqua, Igne, et Aere conſtituuntur.

Reſolutio Logica eſt quando propoſitum ſyllogiſmum in propriam figuram reſoluimus. Mathematica verò eſt quando accipimus id, quod quæritur, tanquam confeſsum, atque ab eodem progredimur, donec ad aliquid omnium opinione confeſsum perueniamus, ex quo poſtmodum propoſitum adſtruitur, veluti ſi queſtio ducatur, numquid anima ſit immortalis; hoc ipſum, quod quæritur accipio tanquam confeſsum, atque ità ratiocinor: quandoquidem Anima eſt immortalis ſunt prò malis, et bonis actionibus præmia repenſa: ſi ſunt prò malis, et bonis præmia repenſa, eſt quod indicat, et quod indicatur; ſi eſt indicans et indicatum eſt quod prouidet, ex prouidentia tandem in prouidentiam deuenimus, quam omnes cõcedunt; mox per compoſitionem dico, quandoquidem ex prouidentia, atque inditio præmia rependuntur, ſi præmia rependuntur, eſt quod indicatur; ſi eſt aliquid quod indicatur Anima eſt immortalis. Idem prorſus affirmat Alexander in prioribus reſolutorijs, in eandem fermè ſententiam videtur ſcribere Alcinous Phi: Platonicus eximius de Platonis

doctrina cap: 5: vbi reſoluendo, & componendo animam immortalem eſſe probat.

Item hoc eodem ordine in Sympoſio amatoria reſolutione vſus eſt Plato, dimiſſis Proclo Gemino, Themiſtio, & Simplicio idem fermè affirmantibus; alium reſolutionis modum adijciamus, qui, vt teſtatur Ariſt: lib: 3: morb. eſt reſolutioni Mathematicæ ſimilis, quem Gal: præcipuè methodum reſolutionis nominat, quidam ex neothericis Sylogiſmum practicum vocant; fit autem hoc modo, proponitur, finis, quem aſſequi intendimus deindè inquiruntur illa, per quæ eundem finem attingere poſſumus, numquam ceſſante inquiſitione, donèc ad aliquod vltimum peruenerimus, quod ſit actionis principium; de tali reſolutione Ariſt: lib: allegato in hunc modum loquitur: Nec ſanè de finibus conſultamus ſed de his, quæ ſunt ad finem; Medicus enim non conſultat an ſanum faciat, nec Orator an perſuadeat, neque Gubernator Reipublicę an benè Ciuitatem inſtituat, neque aliorum quiſque de fine deliberat, ſed conſiderat quomodo ad illum finem peruenire poſſit, e ſi per multa fieri poſſe conſtat, per quod illorum facillimè, & optimè fiat, perquirit.

Si verò per vnum quemadmodum per vnum fiat & id rurſus per quod, donèc ad primam cauſam perueniat, quorum inuentione vltimum eſt eiuſdem reſolutionis, quæ à fine propoſito ſumit initium; habetur exemplum apud eundem Ariſt: 7: meth: tex: com: 23: his verbis: fit autem ſanus ità cogitante, ſcilicèt Medico, quoniam ſanitas eſt tale quid, neceſſe eſt ſi ſanus futurus ſit, vt hoc adſit, ſcilicèt æqualitas, & ſi hoc caliditas, & ità ſemper ratiocinatur donèc reduxerit ad hoc, quod ipſe efficere poteſt, hoc in loco oſtēdit Ariſt: quomodo ſanitas à Medico reſtituatur, ſi quē contingat ægrotare, ità ſcilicèt eodem Medico ratiocināte: ſi ſanitas eſt ęqualitas calidorū, & frigidorū, factam in his inęqualitatem oportet peruenire, quòd alter alterum non excedat; Si verò debeat eſſe æqualitas, oportet vt adſit caliditas, ſupponatur enim frigidum ſuperabundare; at ſi caliditatem adeſſe conuenit frictione opus eſt.

Incipit ergo Medicus à frictione, quam facere poteſt, quæ quidem frictio vltima eſt ſecundùm intentionem ad ſanitatem, & qualitatem, & caliditatem collata, & hoc eſt illud, quod dicitur, quòd principium operationis eſt finis cognitionis, & principium cognitionis eſt finis operationis.

De tali reſolutione, quæ à fine concepto ſumit initium, mentionem facit Simplic: in expoſitione 2: Phyſic: Ariſt:; confirmat & ipſe Ariſtot: ex arte, quiſpiam enim ſtatim à principio concipiens vſum domus, ac vtilitatem, & prius figuram animo fingens, ſic apponit materiam, eſt enim finis notio principium ſpeculationis, ſed non actionis, nàm contemplatio, & actio aduerſum iter tenent, etenim contemplatio à fine incipiens via incedit ad principium, actio autem à principio ad finem progreditur: Sed & Galen: ipſe vſum reſolutiuè meth: lib: 11. c. 10. artis curatiuæ tali declarat exemplo: His igitur, qui febrem ſanare conantur, neceſſarium eſt putredinem amouere; quare duæ fiunt intentiones, altera à febre, altera à putredine, vt quod quidem febris factum eſt curetur, quod fit prohibeatur, & quia hæc quæ fit, caret tranſpiratione, ideò ab hac duæ aliæ rurſus erunt indicationes, ſcilicèt, vt quod iam retentum eſt euacuetur, quod futurum eſt prohibeatur; prohibebitur verò futurum, ſi humorum influxum, qui obſtructionem faciunt, coerceamus, quod igitur vltimum eſt inuentum ſecundùm methodum reſolutiuam hoc primum facere oportet in curatione. Tertia reſolutionis acceptio eſt doctrina ordini inhærens, quæ fit ex notione finis ſecundùm reſolutionem inuenta; finis enim (teſte philoſopho) neceſſitatem imponit his, quæ ſunt ad finem, & eſt (vt Galen: voluit in lib: cui titulus eſt, an Ars tuendæ ſanitatis ad medicam ſpectet artem) regula, atque iudicium omnium eorum, quæ in quauis arte, & & ſcientia traduntur, illa enim principia, ac Theoremata artis eſſe dicuntur, quæ ad finem eius artis, vel ſcientiæ citiùs, vel faciliùs conſequendum vtilia ſunt, alioquin ſi nullum præſtarunt finem, artis vſum, nec Theoremata quidem, (vt ait Galen: in lib: de opt: doct:) dicerentur, & proptereà eo intellecto poſſunt per abſolutionem ordine quodam reliqua ad artem ſpectantia inueſtigari, nec per notionem finis quilibet finis notus eſt intelligendus, quem vnuſquiſque ſibi animo proponit, & aſſequi intendit, ſed ſolùm ſpecialis finis alicuius artis, vel ſcientię, quam doctor conſtituere intendit, atque obitèr conſtituendo docere.

Si

Si igitur ſcientia eodem ordine, quo inuenitur, & primùm in mēte, conſtituitur, ordinatur, & demonſtratur, huiuſmodi ordo reſolutorius vocatur; ſi ordine conuerſo, compoſitorius appellatur, vt ſi quis volens docere artem conſtituendę domus, primùm doceret qua forma & qua materia tectum ſit conſtruendum, ſecundo loco, quo modo parietes ſunt erigendæ, 3: loco vt ſint iacienda fundamenta, vltimo loco qualitèr terra excauanda, ordinem docendi ſeruaret reſolutorium, qui à notione finis incipit, tegumentum enìm, & defenſaculum à frigoribus, & imbribus eſt finis, quem ſibi proponit, qui domum vult conſtruere; ſi verò contrarium ſeruaret ordinem, & primùm quomodo terra effodienda, ſecundo loco, vt iacienda fundamenta, 3: quomodo parietes attollendi, vltimo loco qua forma, & qua materia tectum ſit fabricandum doceret, talis ordo diceretnt compoſitorius, qui ordini, quo fit domus congruit, ſicut primus reſolutorius eſt idem cùm ordine quo ratio faciendæ domus inuenitur, & ſecundùm hunc ſenſum intelliguntur verba Galen: in Procmio artis paruæ, vbi aſserit neminem antè eum tradidiſse ſcientiam à notione finis, ſecundùm reſolutionem factam, quē ordinem ſeruauit Galen: in tradenda medicinæ ſcientia in lib: de conſt. artis, ſicut & compoſitorium in cęteris libris, ſi eo legantur ordine, quo ipſe in fine microtegn. enumerauit, ſecundùm quem ordinem Auic:, & nonnulli alij medicinæ ſcientiam voluiſse tradere viſi ſunt. At vt ſummatim dicam in quocunque ſignificato huiuſmodi ordines ſumantur ad propoſitum noſtrum aptiſſimi inuenientur, & primo ſi prò reſolutione compoſita in ſua ſimplicia, cui dubium, quod ſi quis corpus humanum in ſuas debitas, & benè diſpoſitas partes ordinatè reſoluere ſciat, vt aliàs exemplo declaratum eſt, eandem partem à recta valetudine recedentem, & vitiatam functionem habentem, ex quò morbi reſultat eſsentia, rectiſſimè cognitionem habebit, nàm ſicut neceſſe eſt, tùm ad domus, cuius non eſt conſtructio, tùm ad perpeſſæ inſtaurationem (eſt enim Medicina, inquit Gal: non ſimplicitèr effectiua, perindè, ac ædificiaria, ſed vt reparatrix collapſæ domus, ac laceratarum veſtium ſarcinatrix) partes domus vniuerſas artifex cognoſcat, quæ ſit ſubſtantia, quali formatione, quo numero, quanta magnitudine, ac quomodo inter ſe cohęreant; Sic & artem corpori dicatam cōſtituenti, & vt qui iam factam domum, qualis nàm ſit, noſce accuratiùs vult, & reſolutione, diſſolutioneque ad eam ſucceſſit pernoſcendam, eodem nobis modo, hominis corpus ex diſectione innoteſcet, neque enìm domus, neque alterius vllius omnium alitèr quis conſtitutionem, num accuſatione careat, an crimini obnoxia ſit exquiſierit, niſi compoſitiuas partes, quantę, quotuè ſint, & quo pacto formam adeptæ, & qu aratione conſtent, quovè ſingulæ fungi debent officio perſpexerit; Sed in his compoſitorum omnium corporum virtus, & vitium eſt. Si verò prò reſolutione ex notione finis facta capiat dubio procul ad noſtrum conducit negotium, nàm propoſita ſanitate, tanquam fine intento, & deſiderato, quam in commoderatione, eſſe iam diximus, quod ægrotet in moderatum, morbumque ipſum in immoderatione eſſe conſpicier, & in tali, quod ab ea diſpoſitiones, quæ functionem lædunt, proficiſcuntur; has tamquam cauſas ſymptomata nonnulla ex neceſſitate ſequuntur, quæ pathognomica, ideſt paſſionis ſignificatiua, atque certa morborum inditia nuncupantur, at vt clariùs patear exemplo à Gal: in de con: ar: deſumpto declarabo. *Suppoſitum* ſit membranā, quæ coſtas ſubcingit phlegmone laborare, eſt hic nimirùm affectus *phlegmone*, qui quidem ex neceſſitate habet ſymptomata, tumorem præter naturam, ruborem, dolorem, quorum duo nunc ſub ſermone non cadunt, dolor autem ſolus relinquitur, qui ad coſtas firmatur, pungenſque ſit; dolet igitur homo, quoniam phlegmone affectus eſt, ſpecies autem doloris pungens, quòd, & membranoſa ſit partis affectæ ſubſtantia firmatur ad coſtam, quoniam in hac ſitus eſt perpeſſus locus, eo quidem latiſſimè quoque diffunditur, quoniam & ſuccingens ipſa membrana ad plurimum ſpacij extenſa eſt; comitatur febris neceſſariò, tùm ob affectum, tùm ob ſitum offenſæ particulæ, quorum abſit alterum non ex neceſſitate conſequetur febris, quin & ægra ſpiratio inter ea cenſebitur, quæ affectum locum neceſſariò ſequitur, quoniam reſpiratorij pars cuiuſdam eſt inſtrumenti, ęgræ tamen ſpirationis non ob partem ſpecies erit, ſed ob affectum, prohibetur enim dolor, quò minùs reſpirationis inſtrumenta plurimùm attollantur, itaque reſpirationis actionem deſinunt vſu nondùm

com-

completo, vndè ad ſecundam actionem pergere citò coguntur itaque fit ſpiritus paruus, & creber, ſed pulſuum quoque alteratio neceſſariò afficitur, tùm quæ à febribus inſeparabilis eſt, tùm quæ pro loci affecti ſpecie conſiſtit, pulſant enim arteriæ maiùs, celeriùs, crebriùſque, quoniam adeſt febris, quia verò neruoſa eſt pars, quæ flegmone laborat vnà cùm tenſione, & duritie, hęc itaque ex neceſſitate ſuccingentis membranę phlegmonem ſequuntur ſymptomata ex neceſſitate autem, & quodpiam vnum ex conſequentibus, nempè decubitum, aut minùs in affectum latus, aut in oppoſito, aut in vtrumque, ſimilitèr dolorem excitare, ſed quoniam hęc, & ſimilia ſigna, tùm morbi magnitudinem, tùm morem ſignificantia, apud Gal: tu ipſe facilè videre potes, & te ad actum practicum faciliori progreſſu deducam.

Exemplum exponendi caſus.

SVpponamus exempli gratia Franciſcum Iuuenem florente ętate, temperatura ſanguinea, prędicto morbo laborare, ſic procedam. Doctores egregij tria nobis conſideranda ſe ſe offerunt, morbi ſcilicèt eſſentia, cum morbus nullus curari poſſit, niſi cognoſcatur, prognoſticum, & cura. Quantùm ad primum quia hic Nobilis dolet dolore lateris pungenti, febrit, difficulter ſpirat, cùm pulſu ſerrino, phlegmone, membrana, quę coſtas tegit, laborat, & cùm duplex membrana ea ſit, quia faciliùs in oppoſitum latus decubat, pars eius exterior circà oſſa infeſtatur valentiùs, opprimitur enim, ſi ſub affecta cubet parte, quàm ſi quis altera, quę intus eſt, id quod magna ex parte accidere conſuenit, in oppoſitum decumbens magis doleret, ſuſpenſa enim ipſa pars, eſt phlegmoni vitiata, & quia rubrum eſt ſputum, cruentum eſt, quòd in ſubcingentem fluxit:

Habes igitur ordine reſolutorio morbi eſſentiam, & cauſam à qua dependet, quòd ſi ordine compoſitorio vti malles, ſic dices, hic temperatura eſt, vt diximus ſanguinea, vſus eſt victu ſanguinis multiplicatiuo, immoderato exercitio, et magno vini potu, vndè ſanguinis effecta eſt ebullitio, & ſanguinei humoris defluxus ad membranam coſtas ſuccingentem, ex quo flegmone genita eſt; demoſtrant hoc dolor lateris pungens, febris, &c.

Quod prognoſticum licèt morbus ſit de genere acutorum, non poſſumus tamen niſi benè ſperare, videmus enim virtutem validam, morbique materiam ſuperantem, ſputum apparer, vndè iuxtà Hypp: ſententiam lib: p: aph: 12: in morbo laterali, Si circà initia ſputum ſtatim appareat, morbum breuiat; accedit, quòd ſicut perniciosiſſimus eſt melancholicus humor præpollens, tùm quia, & prædictus ipſe ſit moribus peſſimis, & maximè erodat, concoquaturque ægrè, nec facilè expurgetur, tùm quia plurimæ ſit caliditatis index, à qua aſſatus genitus eſt; Irà æquiſſimus omnium ſanguineus, vt qui dulciſſimus exiſtat, & concoctu facillimus.

Circà tertium verò eſt ſciendum, quòd cura ſecundùm Galen: in lib: dè par: at: med: Auic: 4: primi in princ: Cornel: Celſ: in proemio, tres diuidi poſſ: partes, diætheticin, pharmacephticin, chirurgicin, ſcilicèt in dietam, ſiuè victus rationem, medicamentorum exhibitionem, & operationem manualem.

Circà primũ Ptiſſanæ ſucco duobus primis diebus contentus ſit, pultæ, ex farina Ordei, vel tritici cum penidijs, & huiuſmodi inflammationem mitigantibus, fluxum prohibentibus, & ſputum facilitantibus. Potus ſit aqua hordei cum ſaccharo, vel iulep. violaceo decoctione pectorali, & ſimili: abſtineat ab ouis, carnibus, vini potu, ira, & mærore, & à cæteris, quæ materiam mouere, aut quomodolibet inflammare, & phlegmonem augere valeant, & ſecundùm hanc intentionem cæteræ res non naturales diſponendę, ac præſcribendæ erunt. Quoad reliquas duas intentiones, confeſtim præmiſſo clyſtère leniente, ſanguis mittatur ſecundùm Hip: & Gal: ſententiam à vena gubiti interna, quam baſilicam vocant in brachio è directo particulæ patientis poſito, quæ non ſolùm à loco affecto retrahit, verùm etiam euacuat, eò vſque autem detrahendus, donec, vel multò rubicundior, teſte

teſte Hypp: vel prò puro, rubidoque, liuidus effluxerit, nec propter hoc tamen culpandus eſſet, ſi quis ſimultaneam cauens ſanguinis euacuationem, nec tantum ſanguinis auferre ſemel volens, quantum neceſſe eſt fluere, ſi is, qui in phlegmone continetur extrà duci debet contrariam patienti lateri venam, reuulſionis potiùs gratia, quàm euacuationis ſanguinis in tumore contenti nonnunquam ſi videatur ità conſultum; primo ſecuerit, deinde vel eodem, vel altero die per eiuſdem lateris venam reliquum abſtulerit, præſertìm ſi peſtilentialis fuerit, ideſt vagans, & perniciosa pleuris, in qua ſanguis, quantum fieri poteſt eſt longiſſimè à principalibus membris diſtrahendus, quod per malleoli, vel tali, magiſque per alterius venæ ſectionem fieri nemo ignorat, quam, ſi ſit etiam mulier, cui menſtrua defecerit purgatio, vel vir, cui conſueta ſanguinis per ani venas ceſſet euacuatio, quis vitio dederit ſi his per inferiores venas quis ſanguinem detraxerit.

Cumque nulla alia ex cauſa Hipp: & Gal: videantur in pleuritide eiuſdem lateris ſectionem præferre, niſi quia per vnicam ſectionem volunt ſanguinem in inflammatione exiſtentem citò è corpore extrahere, hac intentione ceſſante, quæ hoc æuo ferè ceſſat in hac noſtra regione, in qua non adeò copioſis propterea vtimur euacuationibus, quia corpora noſtra imbecilliora, quàm vt eas ferant, nunc inueniuntur; non aberrare videbitur, qui aliam venam maioris reuulſionis gratia ſecuerit; qui plures huius dictæ rationes videre voluerit legat *Epiſtolam* 5: 12: lib: Manard: Quoad medicinalia ordinanda ſunt, quæ dolorem mitigent, vt fomenta, & vnctiones pectorales, & quæ ſputum faciliient, vt Syruppi, & confectiones pectorales, & in medicinis aluum ſoluentibus, euitentur ſcamoneata, & laborioſè ſoluens omninò. At ne promiſſorum oblitus videar, nunc ingenioſiſſimi Vgonis hypotheſes, & concluſiones quomodo corpora parùm à temperamento lapſa ſimilibus conſeruentur, veriùs, clariuſuè cæteris declaratis ſubnectam; & prò clariori notitia eſt notandum, quòd res dicitur talis quatuor modis; p: quia temperato corpori approximata eſt, eiuſdem à proprio temperamento verſus calidum eductiua, vel verſus aliam diſtemperatam gradualem denominationem, & hic modus eſt magis in vſum. Secundo modo aliquod dicitur tale, quia talis qualitatis in corpus, vel partem corporis eſt per ſe inductiuum, & iſto modo aer, tum in primis venit ad temperandum Spiritum dicitur frigidus in effectu; 3: modo aliquod dicitur calidum, quia temperato corpori approximatum non eſt eiuſdem ità per ſe infrigidatiuum, vt oporter, ad corporis temperati, conſeruationem optimam, ſed minus, & ità de frigido, & humido, et ſicco, vt parua quies reſpectu corporis temperati, 4: res dicitur talis virtualiter, ſiuè effectiuè non in relatione ad corpus temperatum tantùm, ſed reſpectu corporis cui approximatur; et quia in corpore, cui approximatur eſt apta derelinquere complexionem, ſecundùm gradualem denominationem talem, ipſam non remittendo, ſiuè illam intenderet, ſiuè non; et hoc modo res approximata corpori cholerico, quæ ipſius complexionis non eſt remiſſiua ſecundùm denominationem dicitur effectiuè, vel virtualitèr calida, non quia faciat nouam caliditatem, ſed quia caliditatem ſuprà temperamentum derelinquit, ipſam in denominatione non remittendo, v. g. ſi dicamus quòd ad conſeruationem cholerici corporis requiratur aer frigidior temperato, ille tamen, aer, quia cum approximatur corpori cholerico ipſum non eſt aptus reddere ſecundum denominationem frigidius, aut minus calidum, immò derelinquere ipſum calidum ſuprà temperatum, dicitur reſpectu ſui calidus virtualitèr, et hoc modo aliquod poteſt dici calidum, et frigidum reſpectu diuerſorũ, vt oleum roſ:, quod infrigidatos calefacit, et calefactos infrigidat. Ex his patet, quod rem aliquam ſimilem eſſe corpori alicui conſeruando pluribus modis intelligi poteſt, uno modo, quia quoad primas qualitates ſit ſimilis in forma, et gradu, quia tantum habeat caliditatis, vt res ab illa denominari debeat tantum calida, in ſe, quantum corpus, cui approximatur eſt calidum.

Secundo modo poteſt res dici ſimilis, quia in latitudine ſuæ denominationis obtinet ſitum correſpondentem ſitui, quem obtinet corpus in latitudine corporum, v. g. aer calidus in ſecundo dicitur ſimilis corpori cholerico in ſecundo; Tertio modo dicitur aliquod ſimile corpori approximatum eſſe aptum corpus in eadem ſanitate complexionali ſecundùm ſpeciem, et ſecundùm gradualem denominationem conſeruare, et per conſequens ſanita-

tem

tem complexionalem ſimilem gradualitèr ſanitati, quæ eſt in corpore derelinquere; ità quòd qualecunque ſit exercitium ſiuè magnum, ſiuè paruum, ſiuè forte, ſiuè debile, per quod cholericum corpus, vt dicitur, conſeruetur, illud exercitium dicetur ſimile corpori, quò d ab eo conſeruatur, & paritèr de quiete, ſomno, & vigilia, & alijs rebus, quæ omnes res dicuntur ſimiles virtualitèr quia ſanitas remanens per earum applicationem eſt ſimilis ſanitati priùs exiſtenti.

Sequuntur hypotheſes, quarum prima eſt in adminiſtrandis rebus non naturalibus; non tantùm eſt conſideranda complexionum diuerſitas, ſed etiam ætatum quod probatur per Gal: 5. ſalubr:, vbi alium victum prò puero, alium verò prò ſene inſtituit, quamuis eandem temperiem ſint nomine ſortiti; idemque facit Auic: 3: primi; ſenibus temperatis congruunt cibi humidi, nam Galen: ait loc: ſupra cit: *cum ſenectus frigida ſit, & ſicca, per contrarias qualitates humidas, & calidas fouenda eſt, per dulcium aquarum lauacra, vini potum, victum calefacientem, & humectantem &c.* Pueri temperati victu humido fouendi ſunt ex Hipp: aphor: 16: lib: 1: *victus humidus febricitantibus, & Pueris eſt aſſuetus*; ſimilitèr ex Galen: ſuper eundem locum, & Auic: 3: primi 4: *longè plus ſecundùm temperiem diſtat puer à ſene in ſiccitate, & humiditate, quàm pituitoſus homo à bilioſo ætatis eiuſdem*; *probatur experientia ad contrectationem, nullus namque puer vtcunque bilioſus tantò deprehenditur eſſe ſiccior pituitoſo., quantò ſenex temperatus puero temperato.* Ætas Iuuentutis eſt potiſsimùm temperata, patet p: 8: c: de Ætat: 6: *non modò temperatus ſenex, & puer humidis fouendi ſunt, verùm etiam bilioſus, & pituitoſus non multùm à temperamento declinantes.*

Ex his aliquæ inferuntur concluſiones, & prima: non quiuis temperatus conſeruandus eſt victu temperato; patet de puero, & ſene.

Secunda concluſio: non quiuis ſiccus victu ſicco conſeruatur; probatur per puerum bilioſum, & ſenem bilioſum, qui victu humido conſeruantur.

3. Concluſio: non quilibet humidus victu humido conſeruatur; probatur per ſenem pituitoſum qui cibis ſiccioribus, eſt conſeruandus.

4. Concluſio: verùm non eſt generatim conſeruandum eſſe corpus à temperamento lapſum ſimilibus, ſecundùm denominationem, & correſpondentiam ſitus in ſua latitudine ad ſenſum ſuperiùs datum; oportet enim diſtinguere iuxtà varietatem ætatum, quia ſi hoc non faciunt innumeris, & inextricabilibus ſe inuoluunt argutijs.

5. Concluſio: non quiuis temperatus optimam compoſitionem ſortitus, ſolis temperatis eſt conſeruandus; probatur, quia plus complexionalitèr diſtat temperatus aliquis à bilioſo, quàm temperatus Iuuenis ab atrabilario Iuuene; ſed propter talem Iuuenum diſtantiam non ſunt Iuuenes atrabilarij temperatis rebus conſeruandi, ergo neque ambo illi temperati.

6. Concluſio: quiuis temperatus in ætate temperata per omnia ſecundùm denominationem ſimilia eſt conſeruandus; conſonant hæc verbis Galeni, qui quotieſcumq; temperatum temperatis eſſe conſeruandum proponit.

7. Concluſio: non quoduis corpus à temperamento declinans conſeruari debet, per ſimilia in denominatione; probatur in puero bilioſo, qui conſeruandus eſt humidis, & identidem in ſene, tàm bilioſo, quàm atrabilario.

8. Concluſio: non quoduis corpus à temperamento lapſum conſeruatur cibis nomine contrarjs ſuæ temperiei; probatio eſt in Puero pituitoſo, qui lacte conſeruatur humido, & frigido, & itidem in Sene phlegmatico, qui conſeruatur cibis humidis.

9. Concluſio: quoduis corpus à temperamento gradualitèr recedens conſeruatur rebus non naturalibus ſecundùm denominationem, corporis denominationi contrarijs; probatur in homine pituitoſo, eodemque modo in alijs probationes quæri poſſunt, conſeruatur enim calido, & ſicco, aere indiget namque minori, refrigeratione, & reſolutione maiori, exiccationeque, quàm temperatus, exercitio opus habet maiori, calidiori, & reſoluente, quia calor eius difficultèr excitatur; ſomno indiget breui, & vigilijs pluribus, ne nimiùm refrigeretur, & humectetur euacuatione, & repletione; ſtudendum eſt expulſioni

fri-

frigidarum magis rerum, animi affectus calefacientes, & exiccantes faciliùs tolerabit, cibi, & potus paucarum ſint ſuperfluitatum, non reſiſtentes, cuiuſmodi ſunt cibi calidi, & ſicci, horum enìm coctrix virtus debilis eſt propter frigiditatem, & facilè in his excrementitiæ ſuperfluitates generari poſſunt.

10. Concluſio: corpus à temperamento lapſum conſeruatur per ſimilia effectiuè.

11. Concluſio: his vtcunque habitis non eſt abſurdum corpori pituitoſo cibum offerri poſſe ſimilem effectiuè, & aliquem temperatum; probatur, quia reperitur cibus frigidus coctionem facilè admittens ratione ſuæ ſubſtantiæ, & conſuetudinis, & facilis expulſionis excrementitiæ ſuperfluitatis, vt ſanguis, & nutrimentum indè genitum corpori pituitoſo fiat admodum conueniens; itidem ſciendum de calido, & temperato, reperibilis enìm eſt cibus, qui in temperato vertatur in ſanguinem temperatum, in biliofo in calidum, in pituitoſo in frigidum, experientia itaque conſtat, carnibus hædorum, pullorum, caſtratorum, vitulorum lactentium, agnorum, pane ſiligneo, vino temperato innoxiè veſci prò conſeruatione plurimos homines diuerſis temperaturis præditos, cum hæc alimenta coctu tàm facilia ſint, vt à calore diuerſarum temperierum leuitèr in ſimilitudinem corporum conuerti poſſint. Equidem res calida in ſanguinem frigidum conuerti poteſt, virtute coctrice imbecille exiſtente, cum eadem ſæpè etiam in pituitam crudam cibum vtcunque bonum vertat, frigiduſque victus à calore forti in ſanguinem calidum mutari poſſit; deinde Galen: affectus animi exiccare corpus pronunciat, quod intelligas de affectibus, qui ſollicitudinem includunt, aut de ſuperfluis, qui ſuperfluo, & inordinato ſpirituum motu exiccant, non enìm ſemper deſiccant, cum nonnulli refrigerent, ad quod Virgilius alludit, dicens: *Extemplo Æneæ ſoluuntur frigore membra.* Similia igitur ſimilibus offerenda intelligit Galen: Vgonis ſententia, effectiuè non formalitèr, nec ſecundùm denominationem, & ſecundùm hunc ſenſum intelliguntur dicta Galen: in 3: tegn: 44:, & infrà vſque ad 49:, & 6: ſalubr: cap: 3:, & 8: meth: circà fin:, & Nal: p: pract:, & Auic: 3: primi doct: 4: c: 1: & 4: primi, vbi dicit, quod ſanitas conſeruatur ſuo ſimili.

Permutare autem, & ad melius traducere, quod ab optima temperatura deficit corpus, Galen: infrà 3: tegn: docet, per contraria ſiquidem contraria applicata inuicem alterari, quouſque ad medium ſe deducant, & corpora lapſa ad temperamenta reducantur, corrigere autem oportet, & ſenſim ad meliora transferre intemperiem, quod etiam 6: ſalubr: teſtatur.

Organizatio corporum format complexionem, & ſicut videtur nullum corpus propter diuerſitatem pilorum, cutis, coloris, formæ, capitis, oculorum, frontis, naſi, faciei, oris, colli, brachiorum, manuum, pectoris, &c. aſſimilari alteri, ità etiam temperamenta ſunt diuerſa; differt etiam vnus ab altero in venis, neruis, oſſibus, ſtatura, motu, allocutione, & in omnibus operationibus, quæ conſtituunt complexionis etiam differentiam; caliditas enìm, frigiditas, humiditas, & ſiccitas ſunt in humano corpore iuxtà ſuos gradus, primum ſcilicet, ſecundùm, tertium, & quartum, vndè in mixtione iſtarum qualitatum corpus ritè organizatum habet venas, neruos, oſſa, & omne aliud proportionatum, & ità humores in eo ſunt aptati in qualitate, & quantitate, vndè prouenit optima complexio; in corporibus autem malè organizatis adſunt venæ, nerui, & omne aliud deficiens, vndè intemperies humorum cauſat defectum in concoctione alimentorum, aut in prima, aut in 2: aut in 3: digeſtione, ſed ſpecialitèr in Pancræa, in qua generatur ſanguis, & fit ſeparatio humorum alimentariorum in omnibus corporis partibus, & à ſimilibus deficientijs redduntur iſti humores alimentarij acres, mordaces, aduſti, frigidi, à quibus omnes morborum ſpecies cauſantur; ab humoribus alimentarijs enìm, qui ſeparantur in Pancræa (ſi benè obſeruetur) cauſantur omnes febrium ſpecies, iuxtàque gradus humoris alterati, aut putridi fit in febribus, & alijs morbis diſtinctio. Succus pancræaticus auget, & conſeruat ſpiritus pulſatiles, qui manent in veſſica, & glandulis propè cor, quæ continent humidum in arterijs propter ſuſtentamentum vitæ, in partibus cerebri, in potentijs animæ, in neruis, propter conſuetudinem motus, ità

pa-

pariter in hepate, in venis, in organizatione viſcerum, vt auxilietur in omnes partes ad omnes operationes, & effectus naturales exercendos.

Paulatim namque acquiritur gradus naturalis, nec admodum ſuffert natura repentinas mutationes, huiuſmodi autem de contrarijs canon intelligitur, quemadmodum aliàs diximus, capiendo contraria prò oppoſitis, & eſt perpetuæ veritatis, niſi fiat cura per accidens vt inquit Galen: in com: 21: aphor: 3: lib: vbi docet ſanari diſtenſionem, quæ fit à pituita per multam aquæ frigidæ perfuſionem calorem reuocando, qui hanc ſoluit, & 3: de Sanitat: tuen: vbi docet oportere labore laborem ſoluere, Hipp: 2: Epid: dolorem dolore ſolui, niſi ſit aliquod accidens magis vrgens, tunc enim relinquitur cura per contrarium ad accidens, quod magis periculum affert obſiſtendo, deindè quod paſſum eſt per contrarium ad propriam temperiem reuocando, vt docet Galen: in com: 19: aphor: lib: 5: quæcunque refrigerata ſunt excalefacere oportet, exceptis his, quibus ſanguis fluit, aut fluxurus eſt, & hæc de conſeruatione per ſimilia, reductione per contraria dicta ſufficiant. Non præteribo tamen eiuſdem Vgonis expoſitionem ſubijcere ſuper illis verbis Galen: ſecundùm potentiam, non autem imaginationem calefaciens, & refrigerans oportet aſſumere, quandoquidem potiſſimùm viſum eſt hunc noſtrum reflexiſſe ſermonem, calidum, & frigidum, inquit, & reliqua vt ex lib: 3: de Temperam: liquet, dicuntur nonnunquam actu primo iuxtà eam diſpoſitionem, quam habent in præſentia, nonnunquam ſecundùm potentiam, quæ videli. èt nondùm eam habent diſpoſitionem, propter quam talia dicuntur, quorum quædam eam inſitam vim habent, per quam fiunt talia, cuiuſmodi catulus, qui eſt iam natus, venaticus dicitur in potentia, & iam edita auicula, volatilis dicitur, quamquam non volet, principia tamen, & virtutem habent, per quam abducto impedimento fiat volatilis & hic eſt prior, & dignior modus dicendi aliquid in potentia ſecundùm Galen: loc: cit: eorum verò quæ actu ſunt talia, quædam per ſuam naturam talia exiſtunt, vt ignis calidus, & aqua frigida, quædam talia ſunt ex accidenti, & non ex inſita natura, vt aqua calida &c.

Quæ item potentia dicuntur, quædam ſunt talia naturalitèr, vt piper, & euphorbium calida, quædam ex accidenti ſicut frigida cauſonide laboranti propinata in mediocri quantitate, quæ caleſcit in eius ventriculo, vt & ipſa ex indè calefaciat, indè liquet ſenſus verborum Galen: quæ calida, & frigida &c. tàm actu, quàm potentia, quæ medicus vult aſſumere ad curationem inſtituendam, debent eiuſmodi eſſe per eſſentiam, & naturam ſuam, & non ex accidenti, aut contrà ſui naturam licèt talia ſint iuxtà præſentem ſenſum; ratio redditur, cur hæc ſint aſſumendæ, quia operatio illorum, quæ vtique exhibere corpori inſtituimus, perſeuerat ſemper, aut certè plurimùm quia non fruſtrabimur inſtituto noſtro; Eorum verò operatio, quæ ex accidenti ſunt huiuſmodi, rarò, & exiguo tempore perdurat; & agit hoc, quod quærimus; Galen: autem quinque prioribus libris de facul: ſim: med: diligentèr oſtendit, quomodo ſit diſtinguendum inter ea, quæ talia ſunt vera, & quæ ex accidenti, tàm experimento quod certiùs perhibetur, quàm ratione, quæ minus certa eſſe videtur &c.

(∴)

DE

DE HVMORIBVS IN GENERE.

Additio.

QVamuis in hoc meo Opuſculo principia, atque inſtitutiones omninò ſint iuxtà doctrinam Galenicam, & Canones antiquorum, adhuc tamen, quia in meis obſeruationibus ſubſequentibus, & in Arcanis Præceptoris mei Lazari Riuerij adſunt vt plurimùm remedia ſpargyrica, & in meis curis præcipuè medicamentis chymicis vſus fuerim, quæ ſalubriora inueni, ideò non diſſonum mihi videtur quid Chymici de humoribus ſentiant hìc addere, eò magis, quia à Galenicis tantùm in nominibus diſcrepant. Quod enim Galenici humorem radicalem, alimentum partium proximum, humorem vitæ, ſubſtantiam vitalem, & ſimilia vocant, Chymici Mercurium vitæ nominant, quare in qualitate, in proprietate, in effectu non differunt, ſed tantùm in nomine; Eſt igitur humor radicalis, ſeu Mercurius vitæ, fundamentum ſpiritus, & innati caloris, atque prima ſubſtantia, in qua primus, & communis viuentium omnium ſpiritus calore perfuſus primùm, & per ſe conſidet, adeò vt neutrum abſque iſtius humoris ope permanere poſſit. Subſtantia huius humidi radicalis, ſeu Mercurij vitæ nihil aliud eſt, quàm pars purior, & ſubtilior humorum, quæ à Galenicis vocantur ſanguis, pituita, & vtraque bilis, à Spargyricis verò Mercurius, Sal, & Sulphur; Mercurium enim prò tota maſſa ſanguinea accipiunt, & ſi propter incoctionem, aut caliditatem fiat pituita, aut bilis, vocant primam Sal, ſecundam Sulphur; Sal enim apparet in ſputis, vrina, ſudore, quæ omnia ſunt Sal ſolutus; omne autem humidum ignibile, quod apud Galenicos eſt bilis, apud Chymicos eſt Sulphur, vtporè apparet in adipe, & axungijs. Affirmant etiam Chymici omnium rerum compoſitionem fieri ex illis tribus, quod probant, quia per ſeparationem homogenæi ab æthereogenæo in quolibet compoſito reperiuntur iſta tria Mercurius videlicèt, Sal, & Sulphur. Hinc nota tantùm diſcrepantiam in nominibus adeſſe circà conſtitutionem humorum in noſtro corpore inter Chymicos, & Galenicos.

Definitionem, & alia Spargyricæ ſuperfluum eſt hìc ponere, cùm in tot Authoribus poſſit hoc diffusè videri; nil enim aliud eſt, quàm ſeparatio puri ab impuro, vtporè Natura in noſtris corporibus chymicè operatur; ſeparat enim partes puras, quæ fiunt alimentares, à partibus impuris, quæ conuertuntur in feces. Et re vera Chymica medicamenta ſunt aptiora ſaluti humanæ reſtaurandæ, cùm ſint magis depurata, quàm Galenica, ideoq; ſtatim atque perueniunt in ſtomaco, non eſt opus naturæ illa concoquere, nec ſeparare pura ab impuris, ſed ſtatim cum ſua ſubtilitate incidunt in humores peccantes, illoſque expellunt ſine Naturæ grauamine, & licèt tempore operationis aliquam demonſtrent violentiam, perfecta tamen operatione, reddunt vires validiores.

Duæ ſunt ſpecies medicamentorum, primum ſympaticum humoribus, & antipaticum Naturæ; 2: ſympaticum Naturæ, & antipaticum humoribus peccantibus; iſta ſunt medicamenta Alexipharmaca cordialia, quæ non habent qualitatem purgantem, ſed vniuntur Naturæ, & expellunt morbum; ſympatica autem humoribus ſunt medicamenta purgantia, quæ vniuntur cum humoribus, vndè natura adunat vires ſuas, vt expellat dictos humores ſimul cùm medicamentis ſibi antipaticis; vndè medicamentum chymicum cum ſit purum, eſt ſympaticum Naturæ, & cum illa vnitur, & citò penetrat, vbi adeſt opus; Si poſteà eſt antipaticum ſimilitèr cum ſua ſubtilitate vnitur humoribus, & commouens corpus, facilitèr à Natura cum humoribus peccantibus expellitur.

Scientiam Chymicam multi aſſerunt eſſe nouam, dicendo, quod Paracelſus fuerit Inuentor, & Princeps; ſed hæc ſcientia eſt antiquiſſima, vtporè exercita ab Hermete, Geber, Camo, Mizzaimo, & multis alijs, & poſt Natiuitatem Ieſus Chriſti Mundi Saluatoris legitur, quòd Diocletianus Imperator iuſſit incendiari omnes libros Chymicos exiſtentes apud Ægyptios, verens, ne Populi illi virtute huius ſcientiæ diuites facti aliquo tempore contumaces Imperio Romano eſſent euaſuri. Manipulatio verò huius profeſſionis ab imperitis facta, eſt illa, quæ cauſat damnum notabile in medicamentis, vndè ipſa hæc eadem adeò nobilis vituperatur. Ab hoc motus ego volueram dare Typis opuſculum ſuprà errores, quos committunt Imperiti in varijs manipulationibus, ſed vſque adhuc hanc voluntatem non expleui; ſi autem Deus mihi dabit aliquod reſiduum vitæ, ſpero quamprimùm, ſupradictum opuſculum typis mandare.

(***)

LIBER SECVNDVS.

In quo Medicinale compendium ſequitur, & omnia particulatim, quæ conueniunt in conſultationibus omnium morborum à capite vſque ad pedes, declarando eorum eſſentias, cauſas, ſigna, prognoſtica, & curationes; cum aliquibus Obſeruationibus.

P. Fratris Bernardini Chriſtini 2. à Iuuellina Cyrnei Minor: Obſeru: S. Fr.

IGitur ſicut vnaquæque Ars, vt puta ferrarius ferrum, lignarius lignum primò conſiderat, ità & Medicina circà corpus humanum ſanabile, tanquam ſuum proprium ſubiectum, verſatur, cuius ſanitatem conſeruat, & ægritudinem curat. Eſt autem vtraque, ſanitas ſcilicet, & ægritudo in membris corporis, quæ duplicia ſunt, videlicèt inſtrumentalia, & ſimplicia, quæ ſunt partes inſtrumentalium. Inſtrumentalia membra ſunt, quæ corpori adminiculantur, vt manus, pedes, oculi, nares, & huiuſmodi partes; ea nàmque componuntur ex ſimplicibus, quæ etſi ſimplicia videantur ad ſenſum eadem, tamen ex ſimplicioribus partibus conſtituuntur, vt facilè ex intellectu comprehenditur. Siquidem, etſi ſimplex membrum videatur ad ſenſum, ſecundùm omnem ſui partem eiuſdem rationis, puta neruus, omnem partem neruus habeat, caro itidem, & os ipſum; ratio tamen, & intellectus diſcurrens inuenit vnumquodque eorum ex ſimplicioribus partibus conſtitutum, quoniam ſi neruus frigiditatem habet, neque ea ſit in ſummo (quæ tantùm elementis competit, puta Terræ, Aquæ, eſſet enim ſic & ipſe neruus elementum) neceſſe eſt, quòd qualitas remiſſa ſit per qualitatem contrariam ſolidi ſcilicèt, quod in eius generatione commiſcetur; vndè ex hac conſtat ratione, neruum (etſi ſimplicem eam partem ſenſus iudicet, tamen intellectus iudicio compoſitam) ex ſimplicioribus elementis intelligendum. Sunt autem elementa quatuor, Ignis, Aer, Aqua, & Terra, quibus quatuor qualitates alteratiuæ in ſummo debentur, ſiccitas quidem, & caliditas igni, caliditas, & humiditas aeri, frigiditas, & humiditas aquæ, & frigiditas, & ſiccitas terræ.

Eſt ergo ſanitas, & ægritudo in vtriſque membris tàm ſimplicioribus, quàm compoſitis ſeù inſtrumentalibus, quarum vtraque quid ſit primùm Tyronem Medicum intelligere oportet. Eſt autem ſanitas in ſimplicibus temperantia quatuor Elementorum qualitatum, quibus ſimplicia ipſa conſtituuntur, temperantia ſcilicèt calidi, frigidi, humidi, & ſicci ſecundùm exigentiā ipſorum prò ſuis perficiendis actionibus, & paſſionibus: Huius contra-

rium eſt in iiſdem ægritudo, intemperantia ſcilicèt dictarum qualitatum faciens prò ope- rationum eorundem læſione. Si igitur temperantia calidi ſanitas eſt eius partis ſimplicis, eiuſdem intemperantia per exceſſum, vel defectum eſt ægritudo; idem dicatur de alijs qua- litatibus, ſi earum temperantia eſt ſanitas, earum intemperantia per ſuperabundantiam, vel defectum eſt ægritudo.

Conſtat liquidè, prima genera morborum ſimplicium quatuor eſſe, totidem & compoſita, quæ omnia vel cum materiæ fluore ſunt, vel citrà materiæ confluxum; ſexde- cim ergo fient morbi in genere, quatuor ſcilicèt ſimplices, quatuor compoſiti, quatuor cum materia, quatuor itidem citrà materiam. Sanitas autem in membris compoſitis eſt debita commoderatio eorundem, quoad formationem ſcilicèt, formam, numerum quan- titatem, ſitum, & poſitionem quoad quidem formam quoniam conſiſtit in debita fi- gura membri, debita ſuperficie, debita via, & decente receptaculo prò inſtrumentalibus operationibus obeundis.

Huius contrarium debet eſſe ægritudo, quoniam incommoderatio eorundem facit ad noxam operationum; puta ſi debita figura manus ſanitas eſt, indebita figura eſt ægritudo; ſi debita ſuperficies, debita via, & decens receptaculum, bona valetudo, indebitæ omnes ex aduerſo erunt ægritudines; ſi partium manus ſufficiens numerus, ſanitas eſt, ſi eius quantitas conueniens, ſi partium ſitus, & poſitio, vt decet, pro valetudine eſt, prò ægri- tudine eſt excedens, vel diminutus numerus earundem partium, ſicuti exceſſus in quan- titate, per maius, & minus, ſic & inconueniens partium ſitus, & poſitio prò ægritudine habentur.

Eſt item vtriſque membris communis diſpoſitio, quæ vnitas, & continuitas, dicitur ſa- nitas, cuius contrarium diuiſio, ſeu ſolutio eſt ægritudo. Patet hoc, quoniam vtraque membra ſanitate funguntur, quùm debitam habent vnitatem, & partium vnionem, qua- rum diſcontinuatio, & ægritudo neceſſariò dicitur, quùm ad functionum noxam ſolutio continui vtrarumque partium faciat.

Quùm ergo in membris corporis ſit ſanitas, & ægritudo, ex oppoſito diſtinguun- tur, & vtraque ad Medicum pertinet, hæc quidem, quæ ſanitas eſt, inculpata ſcilicèt, & optima, vt conſeruetur, altera verò, quæ eſt ægritudo, vt curetur; prima demiſſa, tan- tùm de ſecunda in hoc Opere pertractabimus, non quòd ea ſit prior, & nobilior, ſed quòd ea corrigenda frequentiùs medico occurrat. Dicemus itaque, quòd ægritudines quædam præcedunt, quædam iterum ſubſequuntur, quæ præcedunt, cauſæ appellantur, quæ ſub- ſequuntur ſymptomata, vel accidentia, ideſt effectus ægritudinum.

Cauſæ duplices ſunt genere primitiuæ, ſeù procatarticæ, & quæ antecedentes appel- lantur, extrinſecæ quidem quæ corpori extrinſecùs occurrentes ipſum alterant, & ad ægri- tudinem immutant. Huius generis ſunt aer, cibus, & potus, ſomnus, & vigilia, motus, & quies, euacuatio, & repletio, accidentia animi, atque Venereorum vſus, quæ ſcilicèt neceſſariò ferè omnia corpori occurrunt; hæc ſi quidem debitè occurrentes, ſicuti corpus ſeruant, ità indebitè corpus ad ægritudinem promouent. Sunt & aliæ cauſæ extrinſecę, quæ caſualitèr corpori accidunt, de quibus ideò doctrina tradi minimè poteſt.

Antecedentes cauſæ, ſeù intrinſecæ ſunt humorales omnes, atque complexionales, quæ corpus, atque eius partes morbo laborare faciunt.

Quæ ſubſequuntur ſymptomata, ideſt effectus, in triplici genere ſunt. Enimverò genus vnum eſt, quod noxa functionum dicitur; ſecundum eſt quod qualitas mutata; 3. quod exiens mutatum appellatur; ab ægritudine immediatè ſequitur actio læſa, ſeu functio læſa membri, cuius eſt ægritudo, ab eadem, mediante eadem actione læſa, ſequuntur duo alia, ſcilicèt qualitas mutata, & exiens mutatum.

Licet autem ex actione læſa membrũ, & corpus ęgrum deprehendere, ex qualitate muta- ta, morbi eſſentiam, ſicut ex exeunte mutato vt plurimùm etiam morbi cauſam intelligis.

Quùm ergo ægritudinum quædam ſint citrà materiam, quædam cum materia efficiantur, vtrarumque non eſt vna curatio; quæ nàmque citrà materiam ſunt, vna egent intentione, vt intemperantia cum contrario æquetur; ſi verò materiales fuerint,

du-

duplici quidem intentione habita eas curamus; prima, vt materiam ipſam à corpore, & parte ægrota educamus; 2. vt corpus, vel partem ipſam affectam contrarijs alteremus, temperemuſque.

Euacuamus autem multiſariam; ſenſibilitèr quidem per miſſionem ſanguinis, vbi ſanguinis fluore ægritudo contingat; pharmacia alios humores à ſanguine educimus; interdùm vomitu, aliquando per ſeceſſum; competit interdùm etiam per vrinæ prouocationem, & per ſudorem ipſum redundantes humores, à quibus morbi fiunt; euacuare inſenſibilitèr quidem per inediam, & motum corporis, vel ipſas frictiones, modò redundantia infrà mediocritatem humorum inſit corpori. Expedit ergo ſcire quotuplici vla ſanguinem euacuamus. Euacuatur ſanguis per venæ ſectionem, per ſcarificationem à cucurbitulis, atque per admotas hirudines. Venæ autem quæ ſecantur multiplices ſunt iuxtà affectæ partis diuerſitatem, enimverò in affectu capitis à ſanguine, cęphalicam venam dictam incidimus, vbi autem partes malè habuerint, quæ ſub capite ſunt, vel totum ipſum corpus, interdùm communem, ſeu nigram, aliquando iecorariam, nunc à dextero, nunc à ſiniſtro latere, ſecundùm quod magis dextero, vel ſiniſtro lateri inſiderit ægritudo. Minuimus etiam interdùm ſanguinem à venis, quæ ſunt ſub poplite, vel quæ iuxtà malleolos habentur, quarum vna ſciatica dicitur, à parte ſcilicet ſilueſtri, altera verò parte domeſtica, quæ ſaphæna vocatur, hoc quidem vbi ægritudo à medio corpore infrà extiterit, aliquando etiam ſecatur vena, quæ eſt ſub lingua, vbi morbus Zophagum, atque Pharingen; fauceſque ipſas occupauerit.

Mittitur item ſanguis in morbis ſcarificatione à cucurbitulis; quæ interdùm ſcapulis admouentur, & naribus, & interdùm toti dorſo. Nonnunquam ſub poplite licitum eſt ſcarificare iterum, ſuppletque eiuſmodi euacuatio eam, quæ fit per ſectionem venæ; mittimus etiam ſanguinem per hirudines hęmorrhoidibus admotas, vbi præſertim capiti, vel cordi, alijſque ſuperioribus partibus ægritudo inſiderit.

Si verò à ſanguine morbi contingant, ex humoribus alijs, vt pharmacia eos educere operæ pretium eſt, eorumque euacuationem multiplicitèr fieri contingit; interdùm ſcilicèt vomitu, interdùm ſeceſſu, interdum vrina, ſeu lotij prouocatione, aliquando ſudore, & hoc quidem, quùm ſenſibilitèr euacuare humores peccantes in morbis voluerimus.

Vomitus ergo interdùm leuis fit, quando materiæ ſcilicèt in ſtomaco ſupernatant, & à leni vomitiuo educi poſſunt, fortior autem, quùm ſunt adhęrentes ſtomaci parietibus, & imbibitæ, viſcoſitatem habentes, vtrumque tamen præcedere debet ventris ſubductio, ſi non naturalis, saltèm artificiata cum Clyſterijs.

Si verò per ſeceſſum humores euacuare maluerimus, primùm quidem leniente medicina vtemur, ſed vbi copia humorum in corpore fuerit, eos cum leniente medicina, atque ſimul expurgante minorabimus, nulla etiam præeunte digeſtione, verùm vacuabimus medicina exoluente, & eradicante humores facientes noxam corpori, ſemper præmiſſa concoctione, & eorundem alteratione, cum ſyrup: vel decoctis, niſi materia turgida fuerit, & mobilis, quo caſu nulla præeunte coctione, in ipſo etiam morbi initio euacuandum eſt.

Per vrinam verò nunquam expedit euacuare, niſi præmiſſa corporis lenitione, vel minoratione humoris, atque etiam euacuatione facta cum exoluente; neceſſe enim eſt antè vrinæ prouocationem, quæ eſt ad euacuandum humores, qui ſunt in venis, præmittere lenitionem ventris, euacuationem à ſtomaco, & hepate, ſicuti etiam vbi opus fuerit euacuare per ſudorem humores, qui ſunt in membris, neceſſe eſt vt omnes prædictæ euacuationes præceſſerint, quando regularitèr, atque canonicè operaturus ſit Medicus.

Euacuatio autem inſenſibilis per inediam, & frictiones fit, vbi paucitas humorum ſit in corpore, uel ubi præceſſerint aliæ purgationes dictæ, & hi modi ſunt in genere euacuationum humorum, qui in corpore ægritudines efficiunt, à quibus euacuationibus expedit corpus alterare, atque idem temperare cum contrarijs auxilijs, interdùm intrà corpus adhibitis, interdùm extrà admotis. Quæ corpori intus adminiſtrantur alterantia ſunt

uariarum formarum, quædam ſub forma ſyruporum, quædam ſub forma decoctorum, alia ſub forma aliarum aquarum. Idem interdùm efficiunt Medici confectionibus, uel electuarijs, uel pillulis, uarijs extractis, & tincturis, aliquando etiam cum pulueribus aliquando ſpiritibus, ſalibus &c.

Quæ uerò extrinſecùs admouentur ſunt etiam diuerſarum formarum, ſunt enim olea quædam, unctiones quædam, & unguenta; quædam rurſùs emplaſtra, & cerata ad eadem perficienda aliquando fomentis, embrochijs, & lotionibus utuntur Medici, de quibus omnibus indè, morborum particularium curationibus particularibus, particulariter eſt agendū.

Et quia febris omnibus morbis moleſtior eſt, ut inquit Galen: 8. meth: ideò à febre dignum duximus inchoare. Igitur febris, quæ à feruore dicitur, eſt calor præter naturam accenſus in corde, & arterijs, diffuſus ad alia membra, incommodans naturalibus actionibus, qui calor duplex eſt, alter natiuus, alter uerò acquiſitiuus, qui ſi per totum corpus diffundatur, febrem efficit, ſin minus, laſſitudinem inducit, ut inquit Galen: 2. de cauſ: mor: & Alex: lib: 5. cap: 1. & Auic: Vndè aliæ ſunt ſubſtantiales, & aliæ ſunt accidentales; ſubſtantiales ſunt triplices in genere, ſcilicèt Ephimera, cuius ſubiectum ſunt ſpiritus; putrida, cuius ſubiectum ſunt humores, & Ethica, cuius ſubiectum ſunt membra ſolida, ut Galen: 1. de def: feb: Accidentales dicuntur, quæcunque oppilationes, & inflammationes, ſiuè alios abſceſſus ſequuntur; indè aliæ ſunt breues, aliæ longæ, aliæ interpolatæ, aliæ continuæ, & aliquæ ſunt ſimplices, aliquæ compoſitæ. Rurſùs interpolatarum tres ſunt ſpecies, quotidiana, tertiana, & quartana; continuarum duæ ſunt ſpecies, altera Synocha dicta, altera continua. Synochæ tres ſunt; quædam à principio uſque ad finem æquales perdurant homotenæ, quædam augentur acmaſticæ, quædam decreſcunt peracmaſticæ dicuntur; continuarum nonnullæ ſingulis tertijs diebus inualeſcunt, nonnullæ in quotidianarum figura progrediuntur, & aliæ in quartanarum forma; Cauſa febrium eſt duplex, extrinſeca, & intrinſeca; extrinſeca fit ab aere calido, uel frigido, à mala qualitate, à corruptione, à motu, & ab otio; intrinſeca diuiditur in cauſas procatarticas, antecedentes, & coniunctas. Hæ referuntur etiam ad cauſam efficientem, nàm cauſa materialis in febribus erunt membra, ut in ethica humores, in putrida ſpiritus; ephimeræ cauſa formalis erit calefacere, & adurere corpus, & cauſa finalis, cuius gratia hæc aguntur, erit ſenſibilis læſio operationum; & quia ephimera ſecundum Auic: eſt aliarum febrium cauſa primitiua, ideò de ipſa primitùs inchoetur.

Caput I. De Ephimera.

Doctor egregie. Temperatura huius puellæ fermè eſt frigida, & humida, indè morbus eſt febris de genere ephimerarum procedens ab ipſa diſtemperantia ſpirituum, & quia non fit ab humore, nec à cauſa antecedente, ſed primitiua ut plurimùm, ideò febris hæc fuit ſine rigore, et ſine horripilatione; ut patet per ſigna ſumpta à quatuor rebus, parùm traſcendunt in latitudinem ſanitatis, et propriæ curſum naturæ ut habetur à Galen: lib: p: de def: feb:, & 1. ad Glauc:, earum uerò generationis occaſiones ſunt uigilia, cruditas, triſtitia, timor, ira, curæ deuſtio, refrigeratio; laſſitudo, ebrietas, & quæcunque ſimilia, nec dubium eſt, quod cauſa huius febris fuit calor ſolis, & cibi inflammatiui, undè eius indiſpoſitionem in cap: de Ephimera à cauſa calefaciente poſſumus eſſentialitèr reponere.

Circà prognoſticum, hæc febris ordinariæ non pertranſit diem, quandoque tamen pertingit uſque ad tertium, & quartum diem, quem terminum ſi tranſcendit, tranſit in putridam, uel ethicam, & aliquando terminatur cum ſudore uaporoſo non plurimo, ſed propter malitiam regiminis, & naturam corporis. Quantum ad curam dicimus uictum, ac regimen in ſex rebus debere declinare ad frigidum, & temperatè humidum, ut ait Hipp: p: aphor:, *humidæ dietæ omnibus febrientibus conferunt*, & prò capitis alteratione utamur hoc lenimento, ut ℞. olei roſ: unc: 2., camomillini, unc: 1., acet: roſ: unc: ß., miſce, &

pe-

petia linea intincta applicetur fronti, & temporibus. Poſſumus vti clyſtere leniente, & alia alterantia intrinſeca, & extrinſeca, & etiam ſanguinem minuere ſi fuerit pletoricus, ſi vires, & ætas comportent &c.

Exempla ad hoc.

NEapoli, 26. Iunij D. Ioann: Dominicus Doninns annorum 34: fuit circà meridiem affectus à maximo frigore per ſpatium 5. horarum, indè ſuperuenit calor intolerabilis, ſitis, grauis dolor capitis, atque renium, cum pulſu pleno, frequente, vrina craſſa, ſubcitrina &c. perdurauitque dictus impetus febris vſque diem 27. & in media nocte euaſit omninò liber.

Aliud.

SVlmonæ Iuuenis annorum 26., temperamenti inter billoſum, & ſanguineum, laſſus propter laborem, incæpit ægrotare cum impetu febris calidæ, dolore capitis acerbiſſimo, ità vt haberet aliquod delirium; iuſsi aqu: lactuc:, borragin: cum ſpirit: ſulph:, & ſyrup: acted: citt: cum lact:, ſemin: pepon:, & hord:, de qua bibebat; fuerunt applicatæ epictimæ refrigerantes temporibus; & fuit factum Clyſtere in mane ſubſequenti cum decoct: malu:, mercur:, ſolatr:, endiu: cum caſſ: diſſolut:, & oleo; in die poſtero fuit facta phlœbotomia baſilicæ, & extractæ unc: 8. ſanguinis, vndè ad optimam valetudinem fuit perductus, licèt per multùm debilis remaneret.

Aliud.

AQuilæ Antonius Gratianus Calaber annorum 38., temperamenti aduſti, cum per tres noctes per ſpacium duarum horarum non requieuiſſet paſſus fuit febrem maximam, cum dolore acerbiſsimo capitis; iuſsi inediam per 24. horas, & fuerunt applicata temporibus repetita linteola humefacta cum ſuc: lactuc:, iuſquiam:, albumin: ou:, & dragm: ß. opij, cum ſcrup: 1. camphur:, & euaſit liber.

Aliud.

BAiij Lauinia de Sanctis annorum 26., temperamenti mixti præ multis manducatis auellanis à fluxione adeò magna ventris aggreſſa eſt cum dolore, vt per 32. vices purgauerit aluum, & excrementa erant cruda, piruitoſa, adeò vt ſpacio duorum dierum eſſet valdè extenuata, & ex inanitione viſcerum fuerit cauſata febris ardentiſsima cum vehemente ſiti. Iuſſi ad formam iuris conſumati ideſt reſtauratiui unc: 4., cui fuit addita vnicorn:, corall: rub: præparat:, margarit: præparat:, ſal: prunel: an: dragm: ß., confect: Hyacint: ſcrup: 1:, cum quo euaſit liber.

Aliud.

IBidem Antonius Maria Sanctes Neapolitanus annorum 22. optimè complexionatus ex nimia repletione cibus, & potus fuit affectus à febre ſubita, cum maxima anguſtia; incitaui vomitum, cum gr: 6. noſtri Aureati, & euomuit multa incocta, & permultum vini, & in ea nocte parùm requieuit, die autem ſubſequenti

optimè conualuit. In repletionibus enim multotiès ſolent euenire febres ephimeræ; quas ego ſemper expuli, aut cum Calice Chymico, aut vino infuſo cum Aureato noſtro; Perſæpè etiam cauſantur iſtæ febres à tumoribus, ideſt quouſque in tumoribus generatur pus; ſed id videndum in noſtris Centurijs obſeruationum, vbi multa alia exempla reperiuntur adnotata.

Cap. II. De Synocha ſine putredine.

Doctor egregie; Temperatura huius ægri, vt mihi videtur, eſt calida, & humida, morbus eſt febris continua, quæ ephimeræ proportionatur, & dicitur Synocha de ſanguine peccante, ratione ſuæ quantitatis, ob copiam crudorum humorum ſanguine admixtorum; Synocha enim eſt calor extraneus in corde accenſus ob ebullitionem ſanguinis propè cor, & à corde emanans per venas, & arterias in totum corpus, operationes ſanas lædens, vt habetur à Gal: lib: p: ad Glauc:, & 9: meth: cap: p:, & patet per ſigna, quia non ſentitur fætor in vrina, nec multum diſtat à ſana, niſi quando eſt groſſa turbida, et rubea, ſeque ægrotans intumeſcere putat ac inflari; adeſt grauitas capitis, inflatio ſpatularum, repletio venarum, rubedo faciei, et flagellatio totius corporis, plenitudo pulſus, vndoſitas, et diuerſitas, vndè eius indiſpoſitionem in cap: de Synocha ſine putredine propter multitudinem humorum crudorum eſſe ponendam nulli dubium eſſe poterit.

Circà prognoſticum Gal: 3: de Criſ: cap: 4:, et Auic: 4: ca: cap: 440:, *Synochi rarò eueniunt, & vbi nullus error ſit in quarto finiuntur, natura propÿs circuitibus pereunte.*

Quantum ad curam dicimus regimen in ſex rebus debere declinare ad frigidum, et moderatè ſiccum, prohibenda ſunt omnia ſanguinem multiplicantia, ut carnes, uinum, et oua, competit igitur pro cibo, & potu ptiſana hordeacea cum ſacchato, panis aqua dilutus ſimpliciter, aut cum medico uini granatorum; conueniunt etiam emulſiones cum aqua hordei, roſacea &c. in augumento requiritur dieta ſubtilior, in ſtatu ſubtiliſſima, in declinatione uerò ingroſſari paululùm poteſt. Circà ſecundam partem præmiſſo Clyſtere leniente ſanguis mittatur à Vena Baſilica dexteri cubiti, aut media; teſte enim præceptore meo Riuerio in hoc affectu uenæ ſectio eſt omnimodè neceſſaria, cum à ſanguinis copia generetur, eaque ſtatim celebranda, quacunque hora uocatus fuerit Medicus, niſi uentriculus cibis refectus fuerit; aut per extrinſeca alterantia, ut cucurbitam, hirudines, anodinam &c. & per intrinſeca refrigerantia, & purgantia curatur, ſicuti caſſ:, man., ſyr: roſac:, tamarind:, catholic:, ſeù uinum infuſum Calice Chimico, aut Catholicum noſtrum, aut Aureatum noſtrum, Aquam Catholicam, Antifebrile, & ſimilia.

Exempla ad hoc.

Aquilæ 5. Auguſti Ioannes Petrus Marianus Sardus annor: 32: Temperamenti mixti, cum febre Synochali per duos dies antè inceptа, erat enim corpus plectoricum, peradmodum craſſum; uocauit me, & inueni illum cum febre continua, pulſu uehemente, facie rubea, ignita, cum dolore tenſiuo capitis, ſomnolentia, inquietitudine, pulſatione in temporibus, difficultate anhelitus, urina craſſa, cum colore, uenis plenis, undè iuſſi in eodem die Clyſterium cum decoct: malu:, viol:, ſolatr:, cum addit: caſſ:, & oleo; indè fieri phlœbotomiam baſilicæ vnc: 10: ſanguinis, qui erat craſſus, ignitus, in principio autem noctis iuſſi denuò ſectionem venæ, et fuerunt extractæ aliæ quinque vnciæ ſanguinis, et inſtitui dietam cum uictu humectante, et refrigerante, cum aqua acetoſ:, endiu:, borrag:, cum ſpirit: uitriol:, qui ſufficiebat, ut fieret acida, quam bibebat, et tranſierunt quatuor dies abſque ullo iuuamine; in quinto iuſſi minoratiuum ideſt vnc: 6: Syr: roſ: ſolut:, cum vnc: 3: decoct: Tamarind:, ubi fuerat infuſ: Rhabarb:

dragm:

dragm: 1., & crem: tart: dragm: 1.; euacuauit ſextiès, adhuc tamen tranſegit ſextum diem cum anguſtia; fuit replicata aqua ſupradicta cum ſyr: Accetoſæ, Endiu:, Acred: citr: & fuerunt applicatæ cordi epictimæ cordiales, & refrigetantes hepati; in 7: adfuerunt peſſima ſigna, in 8. fuit renouatum clyſterium ſuptadictum, & iuſſi ſectionem venæ lateris ſiniſtri, à qua fuerunt extractæ vnc: 7. ſanguinis, tamen in nocte fuit affectus grauedine; habebat ſtomacum turbidum cum nauſea, in 9. dedi Aureati noſtri gr: 5., & euomuit circà quatuor libras rerum biliosarum, & per ſeceſſum quinquiès expurgatus fuit; in 10. ſe melius habuit, in 11. autem fecit criſem cum ſudoris copia, cum quo febris terminauit. Iudico illud vomitiuum exoneraſſe naturam, vndè in die indicatorio eam effecit reſolutionem.

Aliud.

BVcanici Aprutin: Prouinciæ 12. Auguſti. Vxor Sancti de Sanctis annorum 30. Temperamenti tendentis ad Sanguineum, permanſit per triduum cum febre continua abſque mutatione, cum pulſu frequente, vrina craſſa, inflammata, inquietudine, anguſtia cordis, difficultate anhelitus; iuſſi clyſterium, & fieri phlœbotomiam Saphenæ pedis dexteri cum extractione vnc: 10. ſanguinis, qui erat craſſus; indè iuſſi victum tenue, humectans, atque refrigerans, pro potu concedebam Ptiſanam cum decoct:, videlicèt ℞. radic: acet: cum folijs manip: II. fol: fragar:, violar:, endiu: an: man: I. hord: vnc: 2. ſ. decoct: vſque quo hordei ſciſſi ſint, poſteà colatis vnc: 20. add: Syr: acred: citr: vnc: 3., ſpirit: ſal: dulc: ſcrup: ß:, m:; hanc capiebat ſæpè; in 5. iuſſi aquæ Acet:, portulac: an: lib: 1. ß., in qua decoquebantur Tamarind: vnc: ß. ſem: frigidi, maioris an: ſcrup: 1., ſem: citr: dragm: 1., colabantur vnc: 10. infundendo rhabarb: dragm: 1. ß., magiſter: Tartar: liquidi g: 20., cap: euacuauit multa mixta, & febris continuauit, adhuc tamen eodem modo in 7. & 8. fuit datus Syr: ex acred: citr:, ſuc: acetoſ:, ſcord: an: vnc: ß. cum Bezoard: mineral: dragm: ß., & trociſci noſtri alexipharmaci ſcrup: 2. in 9. morbus perſiſtebat, vndè iuſſi puluerem Cornachini gr: 50., & euacuauit ſeptiès; fuit replicata in 10. confectio ſupradicta, & ſe habuit melius, in 11. ſuperuenerunt menſtrua, & libera euaſit.

Aliud.

IN eadem Terra Bucanici Antonius Iohannis annorum 31. temperam: ſanguinei, carnoſi, laborabat febre graui continua à quatriduo, cum dolore vehementi capitis, & [illegible]um, ſyncope in corde, quæ perdurabat per tres, vel quatuor horas, pulſu formicante, & veloci, vrina rubea; Iuſſi ſtatim clyſterium, & poſteà eſtractionem ſanguinis ex baſilica ad vnc: 8.; prò potu aquas borag:, melis:, acetoſ:, pimpinel:, cum ſyr: acred: citr:, & ſpir: vitriol:; in die ſequenti dedi aurati noſtri gr: 4., & euomuit multa mixta, & in eodem die conualuit.

Aliud.

IBidem; Marcus à Ripa annorum 42. temperamenti Sanguinei, laborabat paritèr ab hinc quatriduo febre continua, cum ſiti vehemente, dolore capitis, vrina craſſa, & rubea, pulſu pleno, furioſo; iuſſi clyſterium, & ſectionem baſilicæ ad extractionem lib: 1. ſanguinis; in 5: dedi extract: antifebril: noſtri dragm: 1. ß.; euacuauit ſeptiès, & febris continuò euanuit. Multa alia exempla ſunt videnda in Centurijs, fateor tamen, quod multotiès vſus ſum concoquentibus lentè, vt curatem morbum, ſed cum iſta via ſemper viguit, ità vt me per ſæpè in confuſione poſuerit.

Caput III. De Synocha cum putredine.

DOctor egregie; Temperatura huius Nobilis fermè eſt calida, et humida; morbus eſt febris continua à ſanguine peccante, ratione ſuæ quantitatis, & putrefactionis, & fit, vt ità dicam, vbi in omnibus vaſibus æqualitèr omnes putreſcunt humores, quod quidem euenire ſolet quando à vehementi conſtipatione, qui intrà corpus eſt, febrilis calor cohibetur; Signa à Galen; poſita lib: p: de deſ: febr: cap: p:, & 9 meth: ca: 3. Paul: lib: 2. cap: 27. ſunt hæc: *pulſus maximus, vehemens, celer, & æqualis, febris aſſidua, rubedo faciei, & oculorum, inflatio venarum, temporum, & vrina fætida, rubea, ſpiſſa, & liuens, & alia ſigna ſumpta à quatuor rebus, magis diſtant à naturali ſitu, quàm prò parte ſui ratione, & indiciis ſine putredine; & ſunt tres huius febris ſpecies, ſcilicet Augmatica, quæ ſemper augendo procedit, quia putrefactio maior eſt reſolutione; Omotona, quæ æqualitèr procedit; Epigmatica, quæ declinando ſequitur, quia reſolutio maior eſt putrefactione*; vnde Augmatica in cauſa mihi videtur eſſe quia continuè manet aſcendendo, & eſt inter omnes deterior, & etiam præcedens regimen confirmat; Ideò in cap: de Augmatica à vehementi ſtipatione, & putrefactione ponendam eſſe nulli dubium eſſe poterit.

Circà prognoſticum materia apparet multa, virtus non admodùm fortis, ſomnus, & rugitus ventris abſque reſolutione, ex ſolutione ventris videtur, puſtulæ nigræ apparent, lacrimæ inuoluntariæ, difficultas anhelitus, & præfocatio, ſomnus laborem præſtans, quæ omnia mortem ſignificant, nihilominus ſuccurramus ei quàm citò poſſumus, & fiat voluntas Dei.

Circà curam verò conſiſtit in euacuatione per phlœbotomiam, vt habetur à Galen: 9. meth: alteratione, & purgatione cum ſanguinem mundificantibus; & clyſterium, quod competit antè phlœbotomiam, medicinale, ſiuè compoſitum eſſe debet, quod infundatur, eoque effuſo, poſſumus incidere venam Iecoram dextri cubiti, aut mediam, & poſt phlœbotomiam poſſumus exhibere pharmacum lenitiuum, vt caſſiam, mannam, catholicum, ſyr: roſ: ſolutiu: ſeù aureum, aut vinum emeticum Calicis Chymici, ſeù Auratum, aut extract: antifebril: noſtri, & ſimilia; poſteà debemus concoquere humores exiſtentes in ventriculo, & alijs vaſibus, videlicèt cum ſyr: de cicor:, aceroſ:, acreſt:, ſcord:, acred: citr:, vel oximel: ſimp:, vel melle roſ: ſol:; Et poſteà per os exhibenda incraſſantia, aſtringentia, & roborantia, vt pulueres corallorum, margarit:, raſur: eboris, ſandalor:, bezoard: iouial:, mineral:, panaceæ noſtræ in form: oppiat: cum conſeru: roſar:, aut iulep: ex aquis roſar:, lactucæ, portulacæ &c.

Exempla ad hoc.

SVlmonæ Reuerend: Domini Blaſius annorum 35., temperamenti mixti, fuit affectus febre continua, & perdurauit per multos dies abſque ſigno acceſſionis; febris erat ardens, cum ſiti vehemente, dolore capitis, ſtupore, ſomnolentia, facie rubea, venis turgidis, pulſu vndoſo, pleno, vrina craſſa; Iuſſi clyſterium, & ſanguinis extractionem mediæ ad vnc: 10.; qui erat putridus; veſpere fuit denuò facta extractio vnc: 6. ſanguinis, qui paritèr erat putridus; in die ſequenti iuſsi caſſ: recent: extract: vnc: 1., pulp: tamarind: vnc: ſſ., cremor: tartar: dragm: 1., m: cum ſacchato f. b. cap:; euacuauit quinquiès; inde dedi digeſtiua, ideſt ℞. Syr: aceroſ: vnc: ſſ., ſcord:, borrag: an: vnc: ſſ., aq: borrag:, aceroſ:, an: vnc: 2., m:, & cap:; per quinque dies cæpit hanc doſem, & infrà hoc tempus quotidie potauit lactatam ſem: pepon: cum hord:, Sal: prunel:; febris tamen perſiſtebat in eodem ſtatu, vndè dedi hoc purgans Rec. caſſ: nouitèr extract: vnc: ſſ., electuar: de diactil: dragm: 1., diſſoluantur in decoct: florum trium cord:, & fructuum f. pot: cap:; euacuauit aluum nouiès, ſed abſque iuuamine, vnde iuſsi in die ſequenti conditum hoc; Rec,

aq:tor:citr: lib:ſſ:, aq:acetoſ:, borragin:, melis:, rutæ caprar:an:lib: 1., conſ: flor: borragin: roſat:, nenuphar: an: vnc: ſſ:, confect: hyacinth:, ſal: prunel: an:dragm:1., ſpirit: vitriol: g: 10., m:, & cap:; perſtitit febris, licèt minorata, vndè denuò fuit renouata hæc potio ℞: aq: borragin:, acetoſ:an: vnc:4., rhaburb: elect: dragm:1., ſpic: gr:3., infundantur per noctem, manè fiat fortis expreſſio, cui add: diacatholic: dragm:4., elect: de ſuc: roſar:, diafinicon an: dragm:1., diſſolue in aqua ſupradicta, & cap:; adhuc febris noluit deſinere, vndè fuerunt applicatæ hirudines venis hemorroidalibus, & fuit extracta vnc: ſſ: ſanguinis, & febris aliquantulùm ſe remiſit, ſed tranſiuit in Icteritiam vehementiſſimam, ità vt videretur corpus emaciatum; iuſsi ſyr: magiſtra: ideſt ℞: folior: celidon:, hypericon:, marub:, abſynth:, centauræ minor: an: man: 1:, radic: rubeæ tinctor: vnc: ſſ:, pulueris ex ſtercore anſerino, gallinæ, lanuginis eboreæ an:drag:4., croci ſcrup:1., ponantur puluer: in nodulo, & omnia coquantur in æquis partibus vini albi, & aq: abſynth:, & fiat ſyr:, de quo dabatur vnc: 1.ſſ: prò quolibet mane, & in ſeptem dies icteritia, & febris euanuit.

Aliud.

IN Ciuitate Theatina Antonius Mirobellus Calaber miles annorum 38., temperamenti ſanguinei ægrotabat cum febre continua peradmodum ardente, nec innoteſcebat mutatio; habebat faciem inflammatam, venas replenas, dolores acerbiſsimos capitis, laſſitudinem, & diminutionem virium, cum pulſu pleno, frequente, vrina rubea, craſſa, ſomno inquieto, & anguſtia viſcerum; Iuſſi clyſterium, & phlœbotomiam baſilicæ ad vnc: 10. ſanguinis, qui erat putridus; fuit replicata phlœbotomia in altero brachio eodem veſpere, & fuerunt extractæ vnc: 6. ſanguinis paritèr putridi; dedi in die ſequenti de vino calicis chymici vnc: 8., euomuit multa mixta, & euacuauit ſextiès, & ſic fuerunt moderati humores, indè iuſsi ſyr: concoquentem endiu:, borragin:, & poſt triduum dedi antifebrilis noſtri dragm:1., & euaſit ad ſalutem.

Aliud.

IN eadem Ciuitate Nazalius Ceruonus à Caccia Cyrneus miles annorum 56. temperamenti fortis ſanguinei, ægrotauit cum febre, cum calore, & vehementi impetu, in qua amiſit vires omnes, cum anguſtia maxima, dolore capitis, ſiti ardentiſsima, ſomno moleſto, pulſu pleno, vrina rubea, facie rubea inflammata. Iuſsi cliſterium, & poſteà phlębotomiam baſilicæ, circà lib:1. ſanguinis, eratque putridus; fuit reiterata ſectio venæ in altero brachio, & fuerunt extractæ vnc: 8. ſanguinis; dedi lactatas ſemin: pepon: cum aq: endiu:, acetoſ:, cum ſpirit: vitriol:, & die ſequenti dragm: 2. antifebrilis noſtri, & euacuauit octiès, & febris diſceſsit. In hiſce enim febribus, & generalitèr in alijs morbis, medicamenta Spargyrica ſemper magis proficua reperij.

Cap: IV. De Cauſonide.

DOctor egregie; Temperatura huius Nobilis fermè eſt calida, & ſicca, indè morbus eſt febris ardens, & continua, proueniens à quacumque cauſa primitiua à rebus nempè calidis, & ſiccis, vt vini potu, ſalſis cibis, vigilijs, motibus laborioſis, ira, & ſimilibus; Antecedens verò ex cholera putrefacta mixta flegmati in vaſibus cordi magis propinquis, ideò cauſonis appellatur. Demoſtrant hæc continua febris, & cum maximo ardore, & inflammatione, & dolore in toto corpore; nulla, aut certè perquàm exigua requies, niſi vt ſynochus in aurora, non à ſe quidem, ſed à tempore, quod tunc eſt frigidius, & eo tempore cibus laboranti eſt præbendus, vt Galen: inquit; ſym-

ptoma-

ſymptomata longiora ſunt, & grauiora, quam in Tertiana continua, ut præſertim ſitis, cui tuſſicula ſuperuenit, linguæ ariditas, & nigredo, & mordicatio circa uentriculum, & regionem hepatis, & pulmonis, ubi plerumque putret bilis, quæ hanc febrem facit, & in uenis cordi magis propinquis; & indè eius pulſus eſt frequens, uelox, cum quadam duritie, & urina eſt nimis ſubtilis, ignea, cum fætore, & aliqua liuiditate, undè ætas, complexio, anni tempus, & præcedens regimen idem confirmant. Igitur in cap: de Cauſonide ponendum, nulli dubium eſſe poterit.

Circà prognoſticum hic morbus eſt breuis terminationis, & ſolet aliquando terminare in 4: aliquando uſque ad 7. extenditur, nec mihi uidentur apparere ſigna mortem ſignificantia, tamen Hipp: 4. Aph: 48. ait: *in febribus non intermitentibus ſi partes exteriores frigidæ, interiores uruntur, & ſitim habeat, lethale eſt*; nihilominùs uirtus uidetur ſatis ualida, undè non poſſumus niſi iudicare modico auxilio naturam ipſum morbum ſuperaturam, & proindè bonum ſucceſum.

Curatur hæc febris quadrifariam; p: uictus ratione, quæ humidis, & frigidis conſtet; 2. euacuatione, quæ per ſecationem uenæ, & aliud poteſt fieri; 3. cum extinctione caloris febrilis; 4. cum accidentium correctione, undè competunt in regimine ſex rerum non naturalium, ea quæ ad frigidum, & humidum declinent, ut ptiſana, portulaca, lactuca, cucurbita, & ſimilia. In hoc morbo eſt ſitis intolerabilis, & Galen: 8. de inge: ſanit: ait: *Sitim tolerare in febribus eſt martirium ſine iuuamento, quoniam virtutem debilitat, febrem inflammat, vigilias cum anguſtia multiplicat, vias ſtipticat, digeſtionem, & euacuationem retardat*. Et quia excrementa alui propter uehementem calorem plerumque ſicca ſunt, ideò curandi ratio ab enematis mollientis, & infrigidantis iniectione, inchoandum eſt; poſt enema poſſumus extrahere ſanguinem, ſed in pauca quantitate, non ad cauſam, ſed ad morbum, & ad ſymptomata corrigenda, ſicuti aliquando ad morbum, aliquando ad cauſam, aliquando ad ſymptomata corrigenda fit; ut notat Galen: pluribus in locis, undè enema tale eſſe poteſt ℞. caſſ: recentèr extract: unc: 1, ſacchar: rub: unc: 1., olei uiolat: unc: 4., decoction: comun: lib: 1., et ſſ: adito folior: lactucæ, et cucurbitæ an: m: 1. cum prunis xebullitis, et colatis fiat enema antè paſtum; uel prò enemate ſit: ℞: folior: uiolar:, neunpharis, ſolatr:, hord: an: m: 1. fac ebull: in ſuff: q: ad conſumptionem tertiæ partis, cuius decoctionis Rec: unc: 15., caſſ: pinguis dragm: 6., ſalis unc: ſſ:, ſacchar: unc: 2., ol: uiolar: unc: 3., fiat enema, et ſtatim ſanguis mittatur; deindè ſumat medicamentum leniens tali forma ℞: caſſiæ nouitèr extract: unc: 1., man: elect: unc: 1. ſſ:, miſce, et cum decoctione communi q: ſſ: fiat potio; uel ſic ℞: Caſſ: pinguis unc: ſſ:; Rhabarb: dragm: 1., ſquinant:, cinnamom: an: ſcrup: ſſ:, ſacchar: q: ſſ: fiat bolus, aut cum aq: cichor:, et portulach: an: unc: 3. fiat potio:, uel ℞: Syr: roſ: ſol: unc: 4., diacathol c:, et diaprun: lenitiu: an: dragm: 2., decoct: flor: cordial:, cum ſem: pepon:, limon: q: ſſ: fiat por:; item ſyr: roſ: aurei unc: 6.; item ſyr: mell: roſ: ſolut: unc: 3., electuar: ſuc: roſar: dragm; 3., aq: cicor:, et uiolar: q: ſſ:; item ℞: Mannæ electæ unc: 1., Rhabarb: dragm: ſſ:, aut ſcrup: 2., cynnamomi:, ſquinant: an: ſcrup: ſſ:, cum aqua uiolar: f: pot:; item prò digeſtione materiæ uti poſſumus, hoc ſyr: videlicèt ℞: ſyr: de limon:, acetoſ: an: unc: 1., miſce; uel ℞: ſyr: nenuphar: unc: 1. oxiſacchar: unc: ſſ:, ſpirit: calchant: g: 10., aq: cicor:, nenuphar:, uiol: an: unc: 2., m: cap:; uel ℞: ſyr: acetoſ:, citr:, ſyr: de ribes an: unc: ſſ:, ſpirit: ſulphur: eliciti per campanam g: 10., aq: nenuphar:, uiolar:, ſolatr: an: unc: 2., m: cap:. Debet autem uti ſyrup: uſque quò uideantur ſigna digeſtionis perfectæ, et poſteà cum pharmaco ualido debet æger purgari. Ad nauſeam ſunt apta extracta rhabarbar:, mechiocanis, aut compoſiti, ut Catholicum Quercetani, Catholicum noſtrum, Antifebrile noſtrum, et etiam conferunt uomitiua, ut uinum emeticum, tàm ex Calice chymico, quàm ex Aureato, aut Algerot: &c.

Exem-

Exempla ad hoc.

TAlia cotij Aquilen: Prouinciæ. Petrus Iacobi Annorum 28. temperamenti mixti, laborabat ab hinc biduo ardentiſſima febre, cum ſiti magna, & inflammatione viſcerum tali, vt ei viderentur accenſa, cum oculis vitreis caliginoſis, lingua arida, & nigra, pulſu ſubtili, frequenti, et quaſi formicanti, capite inflammato, vt potè cum principio delirij; vrina perlucida, & puncturæ in viſceribus; Iuſſi Clyſterium emolliens, & refrigerans, pariterque victum humectans, ex refrigerans cum emulſione quadam, ideſt priſanę hordeaceę vnc: 6., aq: ſuc: borragin:, acetoſ: an: lib: ſſ:, iulep: roſat:, violac: an: vnc: 1., ſal: prunel: dragm: 1., mi:, & cap:; indè dedi minoratiuum validum, purganſque, ideſt electuar: pſyll: vnc: ſſ:, electuar: ſucc: roſat: dragm: ſſ:, aq: fumar:, cicor: an: vnc. 3. ſſ:, f: pot: clarificata, & cap:; euacuauit ſextiès; indè iuſſi in die ſubſequenti hoc digeſtiuum ℞ ſyr: nenuphar:, endiu: an: dragm: 6., aq: violat:, cicor: an: vnc: 2., mi:, & cap: manè, & ſerò, tribus horis antè cibum, cum g: 5. ſpirit: vitriol:; & infrà diem dabam ei duo cochlearia oppiati, videlicèt Rec: conſ: flor: roſat: nenuphar:, violar: borrag:, papauer: erratici an: vnc: 1., terræ ſigillatæ, oſſ: cord: ceru:, corallor: præparat: an: dragm: ſſ:, ſal: prunel: dragm: 1:, mi:, & cap:; bis in die fiebant etiam epictimæ cordiales cordi, & refrigerantes hepati; in 5. apparuit vrina ad modùm colorata, quare iuſſi miſſionem vnc: 8. ſanguinis à baſilica, qui erat putridus, ſed demonſtrabat mixtionem cum bile; in 6. ad fuerunt ſigna peſſima, ſed pectus aliquantulùm humectatum fuit; in 7. manebat grauis, itá vt arbitraremur mortem fore propinquam; in nocte dedi cum confect: hiacynth:, belzoar: oriental: g: 14., bezoar: ſolar: ſcrup: ſſ: itá vt permultus ſudor manauerit, & febris moderata fuerit, in 9. autem omninò euanuit.

Aliud.

IN Arce Media eiuſdem Prouinciæ. Hieronymus Nardus annorum 23. temperamenti mixti inter bilem; et pituitam, ægrotabat iam biduo febre continua, quæ incæpit cum multo rigore, ſed poſteà ſemper fuit calida, cum dolore capitis acerbiſſimo, ſiti intolerabile, extremitatibus frigidis, lingua arida, & nigra carbonis ad inſtar quam duabus quibuslibet horis erat opus humectare, vt tolleretur quædam materia atra, quæ ipſi verba impediebat; vrina erat eius craſſa, ebulliens pulſus, oppreſſus, ſeratilis; delirio agebatur, & præcipuè cum claudebat oculos, videbatur ei proſpicere varia fantaſmata. Iuſſi aureati noſtri gr: 5. in 3. die ægritudinis, & euomuit multa pituitoſa, & biliosa; indè dedi hoc conditum liquidum: Rec: aq: flor: roſat:, nenuphar:, violar:, de ſucc: borragin:, de ſucc: acetoſ:, ſcord: an: libr: ſſ:, decoct: citr: vnc: 4., in quibus infundantur ſal: prunel:, corall: an: dragm: 1. ſpirit: ſulphur: ſcrup: 1., confect: hiacynth:, alcherm: an: dragm: ſſ:, ſyr: acred: citr:, acetoſ:, ſcord: an: vnc: 1., bezoar: orient: ſcrup: 1., bezoard: mineral:, ioual:, vnicorn:, terr: ſigillat: ann: dragm: ſſ:, m:, & agita ſepè, & cap: quatèr, aut quinquiès in die; in 4. fuit aliquantulùm diminuta ægritudo, & iuſſi emiſſionem vnc. 6. ſanguinis à baſilica, & veſpere fuerunt applicatæ epictimæ cordiales cordi, & refrigerantes hepati, & fuerunt etiam applicata vexicantia brachijs, & coxis, continuans potionem ſupradictam alexipharmacam; hora ſomni dabam ei gr: 3. laud: nepent: Quercetani, adeò vt in 7. euacuauerit per ſeceſſum multa atrabilaria, & magnam vrinæ copiam, cum qua euacuatione febris euanuit, & euaſit liber.

Aliud.

SVmonæ Io: Tortes faber muratius annorum 36., temperamenti, bilioſi ægrotabat ab hinc biduo febre ardentiſſima, in qua erant eadem ſigna ſitis, cum dolore capitis, extremitatibus frigidis, lingua arida, vrina craſſa, pulſu debili; dedi pariter Aureati noſtri g: 4.; non euomuit ſed per ſeceſſum euacuauit duodeciès multa biliosa; fuit facta potio ſimilis ſupradictæ alexipharmacæ, & veſpere dabam gr: 2. Laudani; in 4. fuerunt applicata vexicantia coxis, & brachijs, & vnum commiſſuræ coronali, namque aderat delirium; iuſſi fieri confricationes dorſo, & fuerunt applicatæ cucurbitulæ ſcarificatæ humeris, & cum in 22. hora quinti diei ſuperuenerit rigor gelidus, iuſſit ſibi porrigi phialam quandam, vbi erant lib: 4. ſupradictæ potionis, & abſque vllius conſenſu totam illam aquam bibit, & poſteà optimè coopertus madefactus eſt copioſo adeò ſudore, vt opus fuerit per tres vices lintea permutare, & febris euanuit. Alia exempla in Centurijs ſunt videnda.

Caput V. de Tertiana pura.

EGregie Doctor. Temperatura huius Nobilis fermè eſt calida, & ſicca; morbus eſt febris de genere putridarum ab ipſa flaua bile putrefacta, quia principium huius febris fuit cum horrore, & rigore difficili, ità vt pungi, ac vulnerari cutis videatur, & apparuit ſudor in receſſu paroxiſmi per totum corpus, & vrina eſt rubea, ac veluti ignea; lingua aſpera eſt cum citrinitate; ſitis, & alienatio adſunt, ſine capitis grauitate, & pulſus eſt magnus, & velox cum quadam mordicatione, vt Galen: inquit 2. de def: febr:, & 2. de criſ: cap: 3., & Paul: lib: 2. cap: 18., ſic, & ætas, complexio, anni tempus, & præcedens regimen idem confirmant, vndè eius indiſpoſitio in cap: de tertiana continua pura, vel intermittente ponenda eſt.

Circà prognoſticum criſis in hac, & in ſynocho non ſuperat diem 14., nec adeſſe videntur ſigna à Principe poſita p: 3. mortem ſignificantia, vt vigilia, & ſomni prohibitio, cum vomitu in febre acuta, nec lippitudo, quæ pupillam tegere incipit, ſicut tela araneæ; deinde adunatur quod ſignum, inquit, ſignificare ægrum morti eſſe propinquum, hinc ſequitur, nos poſſe de ægri ſalute meritò benè ſperare, & hæc de prognoſtico.

Aliud prognoſticum Gal: inquit 3. de criſ: cap: 3. tertiana vomitibus, & excrementis bilioſis, & ſudoribus toto corpore fluentibus finiri debet, quia humor tenuiſſimus ſi modò aſcendit, vomitum irritat, ſi deſcendit aluum mouet, ſi ad meatus cutis ſudorem copioſum ob ſui tenuitatem elicit, & reſoluitur, & hæc de 2. prognoſtico.

Circà curam quinque ſunt intentiones, quarum prima eſt victus ratio, vnde competunt in regimine ſex rerum non naturalium, ea, quæ ad frigidum, & humidum declinant, ſicut eſt lactuca, endiuia, cucurbita, cremor ptiſanæ, & ſorbitiones alicæ, aqua hordeacea, & ſimilia. Secunda eſt lenitio ventris, quæ multùm neceſſaria eſt in qualibet febre putrida, & hæc aut exhibendo per os lenitiua vt caſſ:, vel mann: cum cremor: tartar:, aut catholicum, diaprun: lenitiui, ſyr: aureum, violac: ſol: in forma potionis, ſeù in forma boli, & antiſebril: noſtrum, ſiue catholic:, aut extract: rhabarbar:, aut puluerem Cornachini, et ſimilia. Si in principio paroxiſmi eueniunt vomitus Medicus rectè debet ſequi motus naturæ, ſicut ait Hip:, quæ ducere oportet, &c., aut per clyſteria ex caſſia, rhodomelle, et oleo violato, et ſimilia. Prò vomitiuis poſſumus vti decoct: aſſat:, ſal: vitriol:, vin: ex reg:, aureato, hiacynthino, et ſimilibus. Tertia eſt digeſtio, quæ perficitur dando ſyr: violat: de endiu:, roſ:, de agreſt:, acetoſ:, de ſucc: acetoſ:, cum aq: endiu:, viol:, et ſimilia. Quarta eſt euacuatio, et primò per phlebotomiam, quia eſt vniuerſalis euacuando humorem ſanguine mixtum à vena communi brachij dexteri per pharmaciam ſuo loco, et tempore,

cum

cum rhabarb:, caſſ:, diacatholic:, electuar: ſucc:roſ:, ro:Mes:, & ſimilibus. Quinta eſt prouocatio vrinæ cum diureticis, aut ſudoris cumdiaphoreticis multis, vt in noſtris Obſeruationibus, exhibendo ſyr: acetoſum cum emulſione ſeminum communium frigidorum, & aquæ endiuiæ, vel poſſumus exhibere aquam hordei cum modico ſucci, & ſit ſemper calida, & ſimilia. Clyſteres etiam emollientes, & refrigerantes in fine paroxiſmi, & antè illius inuaſionem erunt vtilimi.

Vt potè dictum eſt febris tertiana cauſatur ab humore bilioſo excrementitio contento in prima regione corporis putrido, ita etiam efficit diuerſiſſimos effectus intermiſſionis, & habet varia nomina, nempè legitima, illegitima, pura, non pura, notha, &c. Legitima, & exquiſita terminat in horas 12., quia producta eſt à bile naturali putreſcente, aut ſucco acri, & mordaci, ſalſo, & elixiuatre facto in pancræa. Notha, & non pura habet horas duodecim augumenti, & duodecim declinationis, quia cauſatur à bile præternaturali putreſcente, aut à naturali mixta cum pituita, aut à ſupradicto ſucco in pancræa acriori, & mordaciori, & ſalſiori, &c. Hinc tertianæ ſunt aut ſimplices, aut duplices; ſimplex eſt illa, quæ habet acceſſionem 12. horarum, & relinquit corpus quietum per vnum diem, & altero illud affligit; duplex eſt quando acceſſio quotidie ſuperuenit cum eodem rigore, à quo afficitur ſimplex, ità vt connumeretur inter continuas, quia numquam corpus remanet febre vacuum, niſi per quatuor, aut per ſex horas. Iam omnes conditiones febrium originem trahunt à peſſimis fermentationibus humorum, aut putrefactionibus prefati ſucci pancræatici, & iuxtà acredinem, aut ſalſedinem magis, aut minus efficiunt clixiuationem quandam, & differentias febrium.

Exempla ad hoc.

IN Terra Sanctæ Mariæ propè Talliacotium Io: Caroli annorum 24., temperamenti bilioſi, ægrotabat iam ab hinc nouem diebus, febre tertiana ſimplici; ideſt erat acceſſio in vno die, in altero verò non; in principio adueniebat cum permulto rigore, cuiuſmodi perdurabat per ſpacium trium horarum, cum dolore acerbiſſimo capitis, & renium; vrina crocea erat, pulſus frequens, et paulò antè fuerat purgatus, cùm ſecatione venę; Vocatus ego iuſſi electuar: ſucc: roſar: vnc: ß., caſsiæ nouitèr extract: vnc: 1., decoct: flor:, & fructuum cordial: q: ß., fiat potio, cap:; euacuauit ſeptiès multa bilioſa, ſed in die ſequenti febris redijt eodem modo, & eadem hora; iuſsi ſyr: concoquentem, ideſt ſyr: acetoſ: ſimpl: vnc: 1., endiu: vnc: ß., aquar: buglos:, endiu: an: vnc: 2., ſal: abſynth:, & tartar: an: ſcrup: 1., m:, & cap:; hic repetitus fuit quinquiès corpore ieiuno; ultrà quem fiebant anodina refrigerantia fronti, & renibus, vngebaturque cum refrigerante Galenico, & vnguento ſandalino; in die 16. perſiſtebat febris, quare denuò dedi medicamentum purgans, ideſt: ℞: elect: diacatholic: vnc: 1., electuar: ſucc: roſar:, diapruni ſolutiui an: dragm: 1. ß., cremor: tartar: dragm: 1. diſſol: cum decoct: flor: cord: q: ß., fiat potio; euacuauit nouiès multa bilioſa, adhuc tamen pertinax febris eum minimè deſtituebat. In 18. iuſsi applicari hirudines venis hęmorrhoidalibus, & fuerunt extractæ vnc: 6. ſanguinis; nihilominus verò redijt eodem modo febris; hinc iuſsi decoct: camomil:, centaur: minor:, camedrios an: man: 1., endiu:, borragin:, capil: vener: an: pugill: 1., cremor: tartar: dragm: 1., ſal: abſynth: dragm: ß.; replicatum fuit hoc per quinque dies, neque tamen febris diſcedebat. Fuerunt facta multa clyſteria lenitiua, confricationes, & appoſitæ cucurbitulæ, Tandem 24. die applicaui duo emplaſtra pulſibus manitum ex folijs urticæ, vmbillico veneris, ſale, & araneis cum ſuis telis, duabus horis antè acceſsionem, & venit rigor mitior, altero autem die fuit diminutus, indè ampliùs non redijt.

Aliud.

Aliud.

POdij Vittiani Simon Angeli annorum 36. temperamenti biliofi, ægrotabat menſe ab hinc tertiana ſimplice, quæ accedebat cum acerbiſsimo rigore, & bis fuerat purgatus, tèr verò facta emiſsio ſanguinis, nihilominus nec permutauerat typum. Dedi vinum calicis chymici ad vnc: 6., & euomuit multa pituiroſa, & viridacea, ſtatìmque conualuit.

In eadem terra, vetulæ ſocero Petri Sancti Cyrnei annorum 68. fuit paritèr exhibitum vinum Calicis Chymici, & ſtatim febris aufugit.

Reperij eodem tempore in terra Cicoli ideſt cùm tertianis ſimplicibus circà 34 ægrotos variarum complexionum, ætatum, & ſexus, & quamuis eſſent corpora impuriſsima, ex deficientia medicamentorum dedi omnibus aureatum noſtrum, iuxtà ætatem, & vires; cui præbebam gr: 2., cui 3., cui 4., cui 5., hoc autem tanto iuuamine, vt omnes Dei gratia liberi euaſerint. In Lixiano paritèr, Lignano, Sancta Rufina, Cantalice, & Ciuitate Ducali pluſquam 60., qui laborabant tertiana ſimplici, atque duplici, aureatum noſtrum reddidit ſaluti.

In Monte Leone Io: Franciſcus Picænus annorum 32., afficiebatur à ſeptem diebus tertiana ſimplici, ideſt vno die videbatur morti propinquus, altero verò nullam propemodùm febrem habebat. Iuſsi tamat ind: vnc: 1. diſſoluti cum ſucco endiuiæ clarificato, & ſaccharo q: ſ:, & cæpit hoc iẻi:, 2. die iuſsi miſsionem vnc: 8. ſanguinis á baſilica, qui erat putridus & 3. die præcepi rhabarbar: dragm: 1., ſpic: indic: g: 4., infund: in aq: endiu: vnc: 6., ſpirit vitriol: g: 6. per noctem; poſteà facta forte expreſsione add: elect: lenitiu: dragm: 7., f: pot: cum decoct: flor: q: ſ:; euacuauit ſextiès, & febris aliquantulùm moderata eſt, ſed non deſtitit; fuerunt facta decoct: bottagin:, endiu:, ciçor:, pimpinel:, capil: vener:, acetos: an: man: 1., in quibus dabatur ſyr: acetoſ:, & endiu: an: vnc: ſſ:, quos repetendos optimum ſenſi per ſeptem dies; indè electuar: ſucc: roſar: vnc: ſſ:, caſſ: recentèr extract: dragm: 6., electuar: diaprun: ſolut: dragm: 3., cremor: tartar: dragm: 1., decoct: cord: q: ſ:, fiat pot:; euacuauit vndeciès, & febris euaſit mitior, ſed non deſijt. Iuſsi decoct: ut ſuprà cum add: fol: camedrios, abſynth:, centaur: minoris, celidon: an: pugil: 1:, quod ſumpſit per duodecim dies, & poſt triduum fiebat ſemper clyſterium emolliens; indè dedi chin: Chin: dragm: 2., & febris eum dereliquit.

In multis locis etiam vſus ſum Antifebrile noſtro purgante gratioſo, & varijs corporibus ſine digeſtiuis, & alijs medicamentis cum hoc tantùm fuit reſtituta ſalus, & ſuperatæ tertianæ ſimplices, & etiam duplices, & quotidianæ. Sic etiam cũ puluere Cornachini, ut præparatur à Patre Lauda, multos curaui felicitèr in Hortona, Planella, Ciuitate Theatina, Sulmona, Aquila, & alijs locis, ſicut & Veletijs. Doſis autem eſt iuxtà ætates, uireſque proportionalitèr. In multis tertianis ſimplicibus accidunt obſtructiones, & in his ſunt neceſſaria diſopilatiua.

Cap: VI. De febre Tertiana notha.

EGregie Doctor. Temperatura huius Nobilis fermè eſt cholerica cum aliquali dominio pituitæ, indè morbus eſt febris de genere putridarum ab ipſa flaua bile mixta pituitæ putrefacta, ac mota ex uaſibus latis ut potiſsimùm, quia grauitas capitis cum dolore tenſiuo uidetur, & acceſsio durat vſque ad 30. horas, & tepor eius uſque ad 48., indè non apparet concoctionis ueſtigium, ſed urina eſt crudiſsima, nec extenuatur corpus, ſicuti in tertiana ſimplici, nec deſinit cum ſudore, nec rigorem interdùm habet, nec adeſt caliditas acris, & mordax, nec adſunt ſæua accidentia, & idem acceſsionis tempus ſemper eſt, ut inquit Galen: 1. ad Glaucon: cap: 8., & Auic: 4. can: 2. tract: cap: 37., & ſimilitèr

idem

idem confirmant ætas, complexio, anni tempus, & præcedens regimen, undè eius indiſpoſitionem in cap: de tertiana notha maioris famæ ponendam eſſe, nulli dubium eſſe poterit.

Circà prognoſticum, dubitant authores de morbi prolungatione, undè Hipp: 4. aphor: 43. ſit ait: *Febres quæcumque non intermittentes tertia die fortiores fiunt, magis periculoſæ, quocumque modo intermiſerint, periculum abeſſe ſignificat*; & Galen: idem 2. prognoſticom: 25., & Auic: 4. c an: cap: 35. dicens: *Hæc quidem non pura quandoque prolongatur tempore longo, & circitèr medietatem anni, & quandoque perducit ad molliciem, & magnitudinem ſplenis*; & hæc de prognoſtico.

Adde, quod ſi in tertiana ſuperueniat dolor capitis primo die fit difficilis in 4., & 5., & terminatur in 7.; quibus incipit in 3., & fit difficilis in 5., terminatur in 9., uel 11.; quibus incipit in 5., terminatur in 14; ex Galen: cap: 2. de Criſ: *Criſim factam in die pari recidiua ſequitur, quæ autem fit antè diem criticam in longum producit ægritudinem*.

Cura tertianæ nothæ non differt intentionibus, & modis à tertiana ſimplici ſuperiùs dicta, niſi quod in hac clyſteria præparantur ex caſsia, hierapigra, oleo camomillino, & ſale; aut minoratiuo cum ſupradictis pharmacis in cap: antecedenti; ſimilitèr præparatio materiæ fit cum ſyr: acet: ſimp:, rhodomell:, ſyr: de duobus radic: biſanthino, lupulis, cicor:, limon:, cum aquis, & decoctis cicor:, fænicul:, borragin; & ſimilibus. Indè poſt ſectionem uenæ, tunc uomitu, uel pharmaco ſolutiuo euacuatur, ut puta cum infuſione rhabarbar:, agaric:, aut cum diafinic:, caſſ:, & ſimilibus; 4. erit urinæ, & ſudoris pronocatio, quæ poteſt fieri cum hordei decoct:, petroſel:, apij, cicor:, cum ſal: abſynth:, iuniper:, & alijs diureticis; 5. erit roboratio membrorum, & fit cum troc: de roſ:, de eupator: aut aromatic: roſ:, extrinſecùs cum oleo de maſtice, de ſpica, de menta, de abſynthio, aut cum fotu ex camomilla, abſynthio, menta, addendo ſemper aliquid uini boni, & odoriferi, & alia ſimilia. In his tertianis opus eſt obſeruare cognitionem mixtionum humorum, & impuritatem corporum, nàmque multæ malignantur multæ fiunt quartanæ, & multæ cum opilationibus extraneis.

Exempla ad hoc.

NEapoli Simon Iulij annorum 46., temperamenti melancholici, à menſe afficiebatur tertiana duplici; tèr fuit purgatus, tèrque fuit facta miſsio ſanguinis à brachio, & ſemel cum hirudinibus uenis hemorrhoidalibus, febris autem numquam fuerat diminuta, accedebat cum rigore, & finiebat cum ſudore; uires hebetatæ erant, habebat obſtructiones in regione ſplenis, & hepatis; undè iuſsi ſyr: uidelicet ℞: ſcolopendr:, politric:, adiant:, rubeæ tinctor:, pimpinell:, capill: uener:, endiu:, cicor:, borrag:, acetoſ: an: man: 1., radic: zedoar: dragm: 1. fiat ſyr: ſec: art:, cuius dabantur ægroto quolibet mane unc. 2., cum unc: 6. aq: abſynth: diſtillat:, cum ſal: abſynth: uitriolat:, et antiſcorbutic: noſtri an: ſcrup: 1.; exhibitus eſt per ſeptem dies præfatus ſyr:, & per tres dies dabantur ei pillulæ ſequentes, ideſt dragm: 1. antè cænam per dimidiam horam ℞: pillul: aggregat:, rhabarba: an: dragm: ß:, ſal: abſynth: calybeat: ſcrup: 1., m:, & cap:, & ità deſtitit ſudor, ſed urina erat adhuc copioſa, cum quo diuulſa fuit febris omninò, & fuerunt exhibita multa cordialia, & ſtomacalia ut reuiuiſcerent uires.

Aliud.

IBidem Aniellus Marinus annorum 41., temperamenti mixti, à 44. diebus afficiebatur tertiana duplici, quæ accedebat cum rigore per dimidium horæ, ſed per duodecim horas leniebatur ſcilicèt 22. hora accedebat, & permanebat per totam noctem uſque in mane, & reliquo diei erat ab illa derelictus, quatèr autem fuerat purgatus abſque iuuamine,

uariarum formarum, quædam ſub forma ſyruporum, quædam ſub forma decoctorum, alia ſub forma aliarum aquarum. Idem interdùm efficiunt Medici confectionibus, uel electuarijs, uel pillulis, uarijs extractis, & tincturis, aliquando etiam cum pulueribus aliquando ſpiritibus, ſalibus &c.

Quæ uerò extrinſecùs admouentur ſunt etiam diuerſarum formarum, ſunt enim olea quædam, unctiones quædam, & unguenta; quædam rurſùs emplaſtra, & cerata ad eadem perficienda aliquando fomentis, embrochijs, & lotionibus utuntur Medici, de quibus omnibus indè, morborum particularium curationibus particularibus, particularitèr eſt agendū.

Et quia febris omnibus morbis moleſtior eſt, ut inquit Galen: 8. meth: ideò à febre dignum duximus inchoare. Igitur febris, quæ à feruore dicitur, eſt calor præter naturam accenſus in corde, & arterijs, diffuſus ad alia membra, incommodans naturalibus actionibus, qui calor duplex eſt, alter natiuus, alter uerò acquiſitiuus, qui ſi per totum corpus diffundatur, febrem efficit, ſin minus, laſſitudinem inducit, ut inquit Galen: 2: de cauſ: mor: & Alex: lib: 5. cap: 1. & Auic: Vndè aliæ ſunt ſubſtantiales, & aliæ ſunt accidentales; ſubſtantiales ſunt triplices in genere, ſcilicèt Ephimera, cuius ſubiectum ſunt ſpiritus; putrida, cuius ſubiectum ſunt humores, & Ethica, cuius ſubiectum ſunt membra ſolida, ut Galen: 1. de def: feb: Accidentales dicuntur, quæcunque oppilationes, & inflammationes, ſiuè alios abſceſſus ſequuntur; indè aliæ ſunt breues, aliæ longæ, aliæ interpolatæ, aliæ continuæ, & aliquæ ſunt ſimplices, aliquæ compoſitæ. Rurſùs interpolatarum tres ſunt ſpecies, quotidiana, tertiana, & quartana; continuarum duæ ſunt ſpecies, altera Synocha dicta, altera continua. Synochæ tres ſunt; quædam à principio uſque ad finem æquales perdurant homotenæ, quædam augentur acmaſticæ, quædam decreſcunt peracmaſticæ dicuntur; continuarum nonnullæ ſingulis tertijs diebus inualeſcunt, nonnullæ in quotidianarum figura progrediuntur, & aliæ in quartanarum forma; Cauſa febrium eſt duplex, extrinſeca, & intrinſeca; extrinſeca fit ab aere calido, uel frigido, à mala qualitate, à corruptione, à motu, & ab otio; intrinſeca diuiditur in cauſas procatarticas, antecedentes, & coniunctas. Hæ referuntur etiam ad cauſam efficientem, nàm cauſa materialis in febribus erunt membra, ut in ethica humores, in putrida ſpiritus, ephimeræ cauſa formalis erit calefacere, & adurere corpus, & cauſa finalis, cuius gratia hæc aguntur, erit ſenſibilis læſio operationum; & quia ephimera ſecundum Auic: eſt aliarum febrium cauſa primitiua, ideò de ipſa primitùs inchoetur.

Caput I. De Ephimera.

Doctor egregie. Temperatura huius puellæ fermè eſt frigida, & humida, indè morbus eſt febris de genere ephimerarum procedens ab ipſa diſtemperantia ſpirituum, & quia non fit ab humore, nec à cauſa antecedente, ſed primitiua ut plurimùm, ideò febris hæc fuit ſine rigore, et ſine horripilatione; ut patet per ſigna ſumpta à quatuor rebus, parùm traſcendunt in latitudinem ſanitatis, et propriæ curſum naturæ ut habetur à Galen: lib: p: de def: feb:, & 1. ad Glauc:, earum uerò generationis occaſiones ſunt uigilia, cruditas, triſtitia, timor, ira, curæ deuſtio, refrigeratio, laſſitudo, ebrietas, & quæcunque ſimilia, nec dubium eſt, quod cauſa huius febris fuit calor ſolis, & cibi inflammatiui, undè eius indiſpoſitionem in cap: de Ephimera à cauſa calefaciente poſſumus eſſentialitèr reponere.

Circà prognoſticum, hæc febris ordinariæ non pertranſit diem, quandoque tamen pertingit uſque ad tertium, & quartum diem, quem terminum ſi tranſcendit, tranſit in putridam, uel ethicam, & aliquando terminatur cum ſudore uaporoſo non plurimo, ſed propter malitiam regiminis, & naturam corporis. Quantum ad curam dicimus uictum, ac regimen in ſex rebus debere declinare ad frigidum, & temperatè humidum, ut ait Hipp: 1: aphor:, *humidæ dietæ omnibus febrientibus conferunt*, & prò capitis alteratione utamur hoc lenimento, ut ℞. olei roſ: unc: 2., camomillini, unc: 1., acet: roſ: unc: ß., miſce, &

pe-

petia linea intincta applicetur fronti, & temporibus. Poſſumus vti clyſtere leniente, & alia alterantia intrinſeca, & extrinſeca, & etiam ſanguinem minuere ſi fuerit pletoricus, ſi vires, & ætas comportent &c.

Exempla ad hoc.

NEapoli, 26. Iunij D. Ioann: Dominicus Doninns annorum 34: fuit circà meridiem affectus à maximo frigore per ſpatium 5. horarum, indè ſuperuenit calor intolerabilis, ſitis, grauis dolor capitis, atque renium, cum pulſu pleno, frequente, vrina craſſa, ſubcitrina &c. perdurauitque dictus impetus febris vſque diem 27. & in media nocte euaſit omninò liber.

Aliud.

SVlmonæ Iuuenis annorum 26., temperamenti inter billoſum, & ſanguineum, laſſus propter laborem, incæpit ægrotare cum impetu febris calidæ, dolore capitis acerbiſſimo, ità vt haberet aliquod delirium; iuſsi aqu: lactuc:, borragin: cum ſpirit: ſulph:, & ſyrup: acred: citr: cum lact:, ſemin: pepon:, & hord:, de qua ſbibebat; fuerunt applicatæ epictimæ refrigerantes temporibus; & fuit factum Clyſtere in mane ſubſequenti cum decoct: malu:, mercur:, ſolatr:, endiu: cum caſſ: diſſolut:, & oleo.; in die poſtero fuit facta phlœbotomia baſilicæ, & extractæ unc: 8. ſanguinis, vndè ad optimam valetudinem fuit perductus, licèt per multùm debilis remaneret.

Aliud.

AQuilæ Antonius Gratianus Calaber annorum 38., temperamenti aduſti, cum per tres noctes per ſpacium duarum horarum non requieuiſſet paſſus fuit febrem maximam, cum dolore acerbiſsimo capitis; iuſsi inediam per 24. horas, & fuerunt applicata temporibus repetita linteola humefacta cum ſuc: lactuc:, iuſquiam:, albumin: ou:, & dragm: ß. opij, cum ſcrup: 1. camphur:, & euaſit liber.

Aliud.

BArij Lauinia de Sanctis annorum 26., temperamenti mixti præ multis manducatis auellanis à fluxione adeò magna ventris aggreſſa eſt cum dolore, vt per 32. vices purgauerit aluum, & excrementa erant cruda, piruitoſa, adeò vt ſpacio duorum dierum eſſet valdè extenuata, & ex inanitione viſcerum fuerit cauſata febris ardentiſsima cum vehemente ſiti. Iuſſi ad formam iuris conſumati ideſt reſtauratiui unc: 4., cui fuit addita vnicorn:, corall: rub: præparat:, margarit: præparat:, ſal: prunel: an: dragm: ß., confect: Hyacint: ſcrup: 1:, cum quo euaſit liber.

Aliud.

IBidem Antonius Maria Sanctes Neapolitanus annorum 22. optimè complexionatus ex nimia repletione cibus, & potus fuit affectus à febre ſubita, cum maxima anguſtia; incitaui vomitum, cum gr: 6. noſtri Aureati, & euomuit multa incocta, & permultum vini, & in ea nocte parùm requieuit, die autem ſubſequenti

D 3 opti-

optimè conualuit. In repletionibus enim multotiès ſolent euenire febres ephimeræ; quas ego ſemper expuli, aut cum Calice Chymico, aut vino infuſo cum Aureato noſtro; Perſæpè etiam cauſantur iſtæ febres à tumoribus, ideſt quouſque in tumoribus generatur pus; ſed id videndum in noſtris Centurijs obſeruationum, vbi multa alia exempla reperiuntur adnotata.

Cap. II. De Synocha ſine putredine.

Doctor egregie; Temperatura huius ægri, vt mihi videtur, eſt calida, & humida, morbus eſt febris continua, quæ ephimeræ proportionatur, & dicitur Synocha de ſanguine peccante, ratione ſuæ quantitatis, ob copiam crudorum humorum ſanguine admixtorum; Synocha enim eſt calor extraneus in corde accenſus ob ebullitionem ſanguinis propè cor, & à corde emanans per venas, & arcterias in totum corpus, operationes ſanas lædens, vt habetur à Gal: lib: p: ad Glauc:, & 9: meth: cap: p:, & patet per ſigna, quia non ſentitur fætor in vrina, nec multum diſtat à ſana, niſi quando eſt groſſa turbida, et rubea, ſeque ægrotans intumeſcere putat ac inflari; adeſt grauitas capitis, inflatio ſpatularum, repletio venarum, rubedo faciei, et flagellatio totius corporis, plenitudo pulſus, vndoſitas, et diuerſitas, vndè eius indiſpoſitionem in cap: de Synocha ſine putredine propter multitudinem humorum crudorum eſſe ponendam nulli dubium eſſe poterit.

Circà prognoſticum Gal: 3: de Criſ: cap: 4:, et Auic: 4: ca: cap: 440:, *Synochi rarò eueniunt, & vbi nullus error ſit in quarto finiuntur, natura propÿs circuitibus pereunte.*

Quantum ad curam dicimus regimen in ſex rebus debere declinare ad frigidum, et moderatè ſiccum, prohibenda ſunt omnia ſanguinem multiplicantia, ut carnes, uinum, et oua, competit igitur pro cibo, & potu ptiſana hordeacea cum ſaccharo, panis aqua dilutus ſimpliciter, aut cum modico uini granatorum; conueniunt etiam emulſiones cum aqua hordei, roſacea &c. in augumento requiritur dieta ſubtilior, in ſtatu ſubtiliſſima, in declinatione uerò ingroſſari paululùm poteſt. Circà ſecundam partem præmiſſo Clyſtere leniente ſanguis mittatur à Vena Baſilica dexteri cubiti, aut media; teſte enim præceptore meo Riuerio in hoc affectu uenæ ſectio eſt omnimodè neceſſaria, cum à ſanguinis copia generetur, eaque ſtatim celebranda, quacunque hora uocatus fuerit Medicus, niſi uentriculus cibis refectus fuerit; aut per extrinſeca alterantia, ut cucurbitam, hirudines, anodinam &c. & per intrinſeca refrigerantia, & purgantia curatur, ſicuti caſſ:, man., ſyr: roſac:, tamarind:, catholic:, ſeù uinum infuſum Calice Chimico, aut Catholicum noſtrum, aut Aureatum noſtrum, Aquam Catholicam, Antifebrile, & ſimilia.

Exempla ad hoc.

Aquilæ 5. Auguſti Ioannes Petrus Marianus Sardus annor: 32: Temperamenti mixti, cum febre Synochali per duos dies antè incæpta, erat enim corpus plectoricum, peradmodum craſſum; uocauit me, & inueni illum cum febre continua, pulſu uehemente, facie rubea, ignita, cum dolore tenſiuo capitis, ſomnolentia, inquietitudine, pulſatione in temporibus, difficultate anhelitus, urina craſſa, cum colore, uenis plenis, undè iuſſi in eodem die Clyſterium cum decoct: malu:, viol:, ſolatr:, cum addit: caſſ:, & oleo; indè fieri phlebotomiam baſilicæ vnc: 10: ſanguinis, qui erat craſſus, ignitus, in principio autem noctis iuſſi denuò ſectionem venæ, et fuerunt extractæ aliæ quinque vnciæ ſanguinis, et inſtitui dietam cum uictu humectante, et refrigerante, cum aqua acetoſ:, endiu:, borrag:, cum ſpirit: uitriol:, qui ſufficiebat, ut fieret acida, quam bibebat, et tranſierunt quatuor dies abſque ullo iuuamine; in quinto iuſſi minoratiuum ideſt vnc: 6: Syr: roſ: ſolut:, cum vnc: 3: decoct: Tamarind:, ubi fuerat infuſ: Rhabarb: dragm:

dragm: 1., & crem: tart: dragm: 1.; euacuauit ſextiès, adhuc tamen tranſegit ſextum diem cum anguſtia; fuit replicata aqua ſupradicta cum ſyr: Acetoſæ, Endiu:, Acred: citr: & fuerunt applicatæ cordi epicthimæ cordiales, & refrigerantes hepati; in 7: adfuerunt peſſima ſigna, in 8. fuit renouatum clyſterium ſupradictum, & iuſſi ſectionem venæ lateris ſiniſtri, à qua fuerunt extractæ vnc: 7. ſanguinis, tamen in nocte fuit affectus grauedine; habebat ſtomacum turbidum cum nauſea, in 9. dedi Aureati noſtri gr: 5., & euomuit circà quatuor libras rerum bilioſarum, & per ſeceſſum quinquiès expurgatus fuit; in 10. ſe melius habuit, in 11. autem fecit criſem cum ſudoris copia, cum quo febris terminauit. Iudico illud vomitiuum exoneraſſe naturam, vndè in die indicatorio eam effecit reſolutionem.

Aliud.

BVcanici Aprutin: Prouinciæ 12. Auguſti. Vxor Sancti de Sanctis annorum 30. Temperamenti tendentis ad Sanguineum, permanſit per triduum cum febre continua abſque mutatione, cum pulſu frequente, vrina craſſa, inflammata, inquietudine, anguſtia cordis, difficultate anhelitus; iuſſi clyſterium, & fieri phlœbotomiam Saphenæ pedis dexteri cum extractione vnc: 10. ſanguinis, qui erat craſſus; indè iuſſi victum tenue, humectans, atque refrigerans, pro potu concedebam Ptiſanam cum decoct:, videlicèt ℞. radic: acet: cum folijs manip: 11. fol: fragar:, violar:, endiu: an: man: 1. hord: vnc: 2. f. decoct: vſque quo hordei ſciſſi ſint, poſteà colatis vnc: 20. add: Syr: acred: citr: vnc: 3., ſpirit: ſal: dulc: ſcrup: ß:, m:; hanc capiebat ſæpè; in 5. iuſſi aquæ Acet:, portulac: an: lib: 1. ß., in qua decoquebantur Tamarind: vnc: ß. ſem: frigidi, maioris an: ſcrup: 1., ſem: citr: dragm: 1., colabantur vnc: 10. infundendo rhabarb: dragm: 1. ß., magiſter: Tartar: liquidi g: 20., cap: euacuauit multa mixta, & febris continuauit, adhuc tamen eodem modo in 7. & 8. fuit datus Syr: ex acred: citr:, ſuc: acetoſ:, ſcord: an: vnc: ß. cum Bezoard: mineral: dragm: ß., & trociſci noſtri alexipharmaci ſcrup: 2: in 9. morbus perſiſtebat, vndè iuſſi puluerem Cornachini gr: 50., & euacuauit ſeptiès; fuit replicata in 10. confectio ſupradicta, & ſe habuit melius, in 11. ſuperuenerunt menſtrua, & libera euaſit.

Aliud.

IN eadem Terra Bucanici Antonius Iohannis annorum 31. temperam: ſanguinei, carnoſi, laborabat febre graui continua à quatriduo, cum dolore vehementi capitis, & n[illegible]um, ſyncope in corde, quæ perdurabat per tres, vel quatuor horas, pulſu formicante, & veloci, vrina rubea; Iuſſi ſtatim clyſterium, & poſteà extractionem ſanguinis ex baſilica ad vnc: 8.; prò potu aquas borag:, melis:, acetoſ:, pimpinel:, cum ſyr: acred: citr:, & ſpir: vitriol:; in die ſequenti dedi aurati noſtri gr: 4., & euomuit multa mixta, & in eodem die conualuit.

Aliud.

IBidem; Marcus à Ripa annorum 42. temperamenti Sanguinei, laborabat paritèr ab hinc quatriduo febre continua, cum ſiti vehemente, dolore capitis, vrina craſſa, & rubea, pulſu pleno, furioſo; iuſſi clyſterium, & ſectionem baſilicæ ad extractionem lib: 1. ſanguinis; in 5: dedi extract: antifebril: noſtri dragm: 1. ß.; euacuauit ſeptiès, & febris continuò euanuit. Multa alia exempla ſunt videnda in Centurijs, fateor tamen, quod multoties vſus ſum concoquentibus lentè, vt curarem morbum, ſed cum iſta via ſemper viguit, ità vt me per ſæpè in confuſione poſuerit.

aq:tor:citr: lib:ſſ:, aq:acetoſ:, borragin:, melis:, rutæ caprar:an:lib: 1., conſ: flor: borragin: roſar:, nenuphar: an: vnc: ſſ:, confect: hyacinth:, ſal: prunel: an:dragm:1., ſpirit: vitriol: g: 10., m:, & cap:; perſtitit febris, licèt minorata, vndè denuò fuit renouata hæc potio ℞: aq: borragin:, acetoſ:an: vnc:4., rhaburb: elect: dragm:1., ſpic: gr:3., infundantur per noctem, manè fiat fortis expreſſio, cui add: diacatholic: dragm:4., elect: de ſuc: roſar:, diafinicon an: dragm:1., diſſolue in aqua ſupradicta, & cap:; adhuc febris noluit deſinere, vndè fuerunt applicatæ hirudines venis hemorroidalibus, & fuit extracta vnc: ſſ: ſanguinis, & febris aliquantulùm ſe remiſit, ſed tranſiuit in Ictericiam vehementiſſimam, ità vt videretur corpus emaciatum; iuſsi ſyr: magiſtra: ideſt ℞: folior: celidon:, hypericon:, marub:, abſynth:, centauræ minor: an: man: 1:, radic: rubeæ tinctor: vnc: ſſ:, pulueris ex ſtercore anſerino, gallinæ, lanuginis eboreæ an:drag:4., croci ſcrup:1., ponantur puluer: in nodulo, & omnia coquantur in æquis partibus vini albi, & aq: abſynth:, & fiat ſyr:, de quo dabatur vnc: 1.ſſ: prò quolibet mane, & in ſeptem dies ictericitia, & febris euanuit.

Aliud.

IN Ciuitate Theatina Antonius Mirobellus Calaber miles annorum 38., temperamenti ſanguinei ægrotabat cum febre continua peradmodum ardente, nec innoteſcebat mutatio; habebat faciem inflammatam, venas replenas, dolores acerbiſsimos capitis, laſſitudinem, & diminutionem virium, cum pulſu pleno, frequente, vrina rubea, craſſa, ſomno inquieto, & anguſtia viſcerum; Iuſſi clyſterium, & phlœbotomiam baſilicæ ad vnc: 10. ſanguinis, qui erat putridus; fuit replicata phlœbotomia in altero brachio eodem veſpere, & fuerunt extractæ vnc: 6. ſanguinis paritèr putridi; dedi in die ſequenti de vino calicis chymici vnc: 8., euomuit multa mixta, & euacuauit ſextiès, & ſic fuerunt moderati humores, indè iuſsi ſyr: concoquentem endiu:, borragin:, & poſt triduum dedi antifebrilis noſtri dragm:1., & euaſit ad ſalutem.

Aliud.

IN eadem Ciuitate Nazalius Ceruonus à Caccia Cyrneus miles annorum 36. temperamenti fortis ſanguinei, ægrotauit cum febre, cum calore, & vehementi impetu, in qua amiſit vires omnes, cum anguſtia maxima, dolore capitis, ſiti ardentiſsima, ſomno moleſto, pulſu pleno, vrina rubea, facie rubea inflammata. Iuſsi cliſterium, & poſteà phlębotomiam baſilicæ, circà lib:1. ſanguinis, eratque putridus; fuit reiterata ſectio venæ in altero brachio, & fuerunt extractæ vnc: 8. ſanguinis; dedi lactatas ſemin: pepon:cum aq: endiu:, acetoſ:, cum ſpirit: vitriol:, & die ſequenti dragm: 2. antifebrilis noſtri, & euacuauit octiès, & febris diſceſsit. In hiſce enim febribus, & generalitèr in alijs morbis, medicamenta Spargyrica ſemper magis proficua repetij.

Cap: IV. De Cauſonide.

DOctor egregie; Temperatura huius Nobilis fermè eſt calida, & ſicca, indè morbus eſt febris ardens, & continua, proueniens à quacumque cauſa primitiua à rebus nempè calidis, & ſiccis, vt vini potu, ſalſis cibis, vigilijs, motibus laborioſis, ira, & ſimilibus; Antecedens verò ex cholera putrefacta mixta flegmati in vaſibus cordi magis propinquis, ideò cauſonis appellatur. Demoſtrant hæc continua febris, & cum maximo ardore, & inflammatione, & dolore in toto corpore; nulla, aut certè perquàm exigua requies, niſi vt ſynochus in aurora, non à ſe quidem, ſed à tempore, quod tunc eſt frigidius, & eo tempore cibus laboranti eſt præbendus, vt Galen: inquit; ſymptoma-

promata longiora ſunt, & grauiora, quam in Tertiana continua, ut præſertim ſitis, cui tuſſicula ſupernenit, linguæ ariditas, & nigredo, & mordicatio circà uentriculum, & regionem hepatis, & pulmonis, ubi plerumque putret bilis, quæ hanc febrem facit, & in uenis cordi magis propinquis; & indè eius pulſus eſt frequens, uelox, cum quadam duritie, & urina eſt nimis ſubtilis, ignea, cum fætore, & aliqua liuiditate, undè ætas, complexio, anni tempus, & præcedens regimen idem confirmant. Igitur in cap: de Cauſonide ponendum, nulli dubium eſſe poterit.

2 Circà prognoſticum hic morbus eſt breuis terminationis, & ſolet aliquandò terminare in 4: aliquando uſque ad 7. extenditur, nec mihi uidentur apparere ſigna mortem ſignificantia, tamen Hipp: 4. Aph: 48. ait: *in febribus non intermitentibus ſi pariter exteriores frigidæ, interiores vruntur, & ſitim habeat, lethale eſt*; nihilominùs uirtus uidetur ſatìs ualida, undè non poſſumus niſi iudicare modico auxilio naturam ipſum morbum ſuperaturam, & proindè bonum ſucceſum.

Curatur hæc febris quadrifariam; p: uictus ratione, quæ humidis, & frigidis conſtet; 2. euacuatione, quæ per ſecationem uenæ, & aliud poteſt fieri; 3. cum extinctione caloris febrilis; 4. cum accidentium correctione, undè competunt in regimine ſex rerum non naturalium, ea quæ ad frigidum, & humidum declinent, ut priſana, portulaca, lactuca, cucurbita, & ſimilia. In hoc morbo eſt ſitis intolerabilis, & Galen: 8. de inge: ſanit: ait: *Sitim tolerare in febribus eſt martirium ſine iuuamento, quoniam virtutem debilitat, febrem inflammat, vigilias cum anguſtia multiplicat, vias ſtipticat, digeſtionem, & euacuationem retardat*. Et quia excrementa alui propter uehementem calorem plerumque ſicca ſunt, ideò curandi ratio ab enematis mollientis, & infrigidantis iniectione, inchoandum eſt; poſt enema poſſumus extrahere ſanguinem, ſed in pauca quantitate, non ad cauſam, ſed ad morbum, & ad ſymptomata corrigenda, ſicuti aliquando ad morbum, aliquando ad cauſam, aliquando ad ſymptomata corrigenda fit; ut notat Galèn: pluribus in locis, undè enema tale eſſe poteſt ℞. caſſ: recentèr extract: unc: 1, ſacchar: rub: unc: 1., olei uiolar: unc: 4., decoction: comun: lib: 1., et ſſ: adito folior: lactucæ, et cucurbitæ an: m: 1. cum prunis xebullitis, et colatis fiat enema antè paſtum; uel prò enemate ſit: ℞: folior: uiolar:, neoupharis, ſolatr:, hord: an: m: 1. fac ebull: in ſuff: q: ad conſumptionem tertiæ partis, cuius decoctionis Rec: unc: 15., caſſ: pinguis dragm: 6., ſalis unc: ſſ:, ſacchar: unc: 2., ol: uiolar: unc: 3., fiat enema, et ſtatim ſanguis mittatur; deindè ſumat medicamentum leniens tali forma ℞: caſſiæ nouitèr extract: unc: 1., man: elect: unc: 1. ſſ:, miſce, et cum decoctione communi q: ſſ: fiat potio; uel ſic ℞: Caſſ: pinguis unc: ſſ:; Rhabarb: dragm: 1., ſquinant:, cinnamom: an: ſcrup: ſſ:, ſacchar: q: ſſ: fiat bolus, aut cum aq: cichor:, et portulach: an: unc: 3. fiat potio:, uel ℞: Syr: roſ: ſol: unc: 4., diacathol c:, et diaprun: lenitiu: an: dragm: 2., decoct: flor: cordial:, cum ſem: pepon:, limon: q: ſſ: fiat pot:; item ſyr: roſ: aurei unc: 6.; item ſyr: mell: roſ: ſolut: unc: 3., electuar: ſuc: roſar: dragm; 3., aq: cicor:, et uiolar: q: ſſ:; item ℞: Mannæ electæ unc: 1., Rhabarb: dragm: ſſ:, aut ſcrup: 2, cynnamom:, ſquinant: an: ſcrup: ſſ:, cum aqua uiolar: f: pot:; item prò digeſtione materiæ uti poſſumus, hoc ſyr: videlicèt ℞: ſyr: de limon:, acetoſ: an: unc: 1., miſce; uel ℞: ſyr: nenuphar: unc: 1. oxiſacchar: unc: ſſ:, ſpirit: calchant: g: 10., aq: cicor:, nenuphar:, uiol: an: unc: 2., m: cap: 3. uel ℞: ſyr: acetoſ:, citr:, ſyr: de ribes an: unc: ſſ:, ſpirit: ſulphur: eliciti per campanam g: 10., aq: nenuphar:, uiolar:, ſolatr: an: unc: 2., m: cap:. Debet autem uti ſyrup: uſque quò uideantur ſigna digeſtionis perfectæ, et poſteà cum pharmaco ualido debet ęger purgari. Ad nauſeam ſunt apta extracta rhabarbar:, mechiocanis, aut compoſiti, ut Catholicum Quercetani, Catholicum noſtrum, Antifebrile noſtrum, et etiam conferunt uomitiua, ut uinum emeticum, tàm ex Calice chymico, quàm ex Aureato, aut Algerot: &c.

Exem-

Exempla ad hoc.

TAlia cotij Aquilen: Prouinciæ. Petrus Iacobi Annorum 28. temperamenti mixti, laborabat ab hinc biduo ardentiſſima febre, cum ſiti magna, & inflammatione viſcerum tali, vt ei viderentur accenſa, cum oculis vitreis caliginoſis, lingua arida, & nigra, pulſu ſubtili, frequenti, et quaſi formicanti, capite inflammato, vt potè cum principio delirij; vrina perlucida, & puncturæ in viſceribus; Iuſſi Clyſterium emolliens, & refrigerans, paritèrque victum humectans, ex refrigerans cum emulſione quadam, ideſt ptiſanę hordeaceę vnc: 6., aq: ſuc: borragin:, acetoſ: an: lib: ſſ:, iulep: roſat:, violac: an: vnc: 1., ſal: prunel: dragm: 1., mi:, & cap:; indè dedi minoratiuum validum, purganſque, ideſt electuar: pſyll: vnc: ſſ:, electuar: ſucc: roſat: dragm: ſſ:, aq: fumar:, cicor: an: vnc. 3. ſſ:, f: potu clarificata, & cap:; euacuauit ſextiès; indè iuſſi in die ſubſequenti hoc digeſtiuum ℞ ſyr: nenuphar:, endiu: an: dragm: 6., aq: violat:, cicor: an: vnc: 2., mi:, & cap: manè, & ſerò, tribus horis antè cibum, cum g: 5. ſpirit: vitriol:; & infrà diem dabam ei duo cochlearia oppiati, videlicèt Rec: conſ: flor: roſat: nenuphar:, violar: borrag:, papauer: erratici an: vnc: 1., terræ ſigillatæ, oſſ cord: ceru:, corallor: præparat: an: dragm: ſſ:, ſal: prunel: dragm: 1:, mi:, & cap:; bis in die fiebant etiam epictimæ cordiales cordi, & refrigerantes hepati; in 5. apparuit vrina ad modùm colorata, quare iuſſi miſſionem vnc: 8. ſanguinis à baſilica, qui erat putridus, ſed demonſtrabat mixtionem cum bile; in 6. ad fuerunt ſigna peſſima, ſed pectus aliquantulùm humectatum fuit; in 7. manebat grauis, ità vt arbitraremur mortem fore propinquam; in nocte dedi cum confect: hiacynth:, belzoar: oriental: g: 14., bezoar: ſolar: ſcrup: ſſ: ità vt permultus ſudor manauerit, & febris moderata fuerit, in 9. autem omninò euanuit.

Aliud.

IN Arce Media eiuſdem Prouinciæ. Hieronymus Nardus annorum 23. temperamenti mixti inter bilem; et pituitam, ægrotabat iam biduo febre continua, quæ incæpit cum multo rigore, ſed poſteà ſemper fuit calida, cum dolore capitis acerbiſſimo, ſiti intolerabile, extremitatibus frigidis, lingua arida, & nigra carbonis ad inſtar quam duabus quibuslibet horis erat opus humectare, vt tolleretur quædam materia atra, quæ ipſi uerba impediebat; vrina erat eius craſſa, ebulliens pulſus, oppreſſus, ſeratilis; delirio agebatur, & præcipuè cum claudebat oculos, videbatur ei proſpicere varia fantaſmata. Iuſſi aureati noſtri gr: 5. in 3. die ægritudinis, & euomuit multa pituitoſa, & bilioſa; indè dedi hoc conditum liquidum: Rec: aq: flor: roſar:, nenuphar:, violar:, de ſucc: borragin:, de ſucc: acetoſ:, ſcord: an: libr: ſſ:, decoct: citr: vnc: 4., in quibus infundantur ſal: prunel:, corall: an: dragm: 1. ſpirit: ſulphur: ſcrup: 1., confect: hiacynth:, alcherm: an: dragm: ſſ:, ſyr: acred: citr:, acetoſ:, ſcord: an: vnc: 1., bezoar: orient: ſcrup: 1., bezoard: mineral:, iouial:, vnicorn:, terr: ſigillat: ann: dragm: ſſ:, m:, & agita ſepè, & cap: quatèr, aut quinquiès in die; in 4. fuit aliquantulùm diminuta ægritudo, & iuſſi emiſſionem vnc. 6. ſanguinis à baſilica, & veſpere fuerunt applicatæ epictimæ cordiales cordi, & refrigerantes hepati, & fuerunt etiam applicata vexicantia brachijs, & coxis, continuans potionem ſupradictam alexipharmacam; hora ſomni dabam ei gr: 3. laud: nepent: Quercetani, adeò vt in 7. euacuauerit per ſeceſſum multa atrabilaria, & magnam vrinæ copiam, cum qua euacuatione febris euanuit, & euaſit liber.

Aliud.

Aliud.

SVlmonæ Io: Torres faber murarius annorum 36., temperamenti, bilioſi ægrotabat ab hinc biduo febre ardentiſſima, in qua erant eadem ſigna ſitis, cum dolore capitis, extremitatibus frigidis, lingua arida, vrina craſſa, pulſu debili; dedi paritèr Aureati noſtri g: 4.; non euomuit ſed per ſeceſſum euacuauit duodeciès multà bilioſa; fuit facta potio ſimilis ſupradictæ alexipharmacæ, & veſpere dabam gr: 2. Laudani; in 4. fuerunt applicata vexicantia coxis, & brachijs, & vnum commiſſuræ coronali, namque aderat delirium; iuſſi fieri confricationes dorſo, & fuerunt applicatæ cucurbitulæ ſcarificatæ humeris, & cum in 22. hora quinti diei ſuperuenerit rigor gelidus, iuſſit ſibi porrigi phialam quandam, vbi erant lib: 4. ſupradictæ potionis, & abſque vllius conſenſu totam illam aquam bibit, & poſteà optimè coopertus madefactus eſt copioſo adeò ſudore, vt opus fuerit per tres vices lintea permutare, & febris euanuit. Alia exempla in Centurijs ſunt videnda.

Caput V. de Tertiana pura.

EGregie Doctor. Temperatura huius Nobilis fermè eſt calida, & ſicca; morbus eſt febris de genere putridarum ab ipſa flaua bile putrefacta, quia principium huius febris fuit cum horrore, & rigore difficili, ità vt pungi, ac vulnerari cutis videatur, & apparuit ſudor in receſſu paroxiſmi per totum corpus, & vrina eſt rubea, ac veluti ignea; lingua aſpera eſt cum citrinitate; ſitis, & alienatio adſunt, ſine capitis grauitate, & pulſus eſt magnus, & velox cum quadam mordicatione, vt Galen: inquit 2. de dif: febr:, & 2. de criſ: cap: 3., & Paul: lib: 2. cap: 18., ſic, & ætas, complexio, anni tempus, & præcedens regimen idem confirmant, vndè eius indiſpoſitio in cap: de tertiana continua pura, vel intermittente ponenda eſt.

Circà prognoſticum criſis in hac, & in ſynocho non ſuperat diem 14., nec adeſſe videntur ſigna à Principe poſita p: 3. mortem ſignificantia, vt vigilia, & ſomni prohibitio, cum vomitu in febre acuta, nec lippitudo, quæ pupillam tegere incipit, ſicut tela araneæ; deinde adunatur quod ſignum, inquit, ſignificare ægrum morti eſſe propinquum, hinc ſequitur, nos poſſe de ægri ſalute meritò benè ſperare, & hæc de prognoſtico.

Aliud prognoſticum Gal: inquit 3. de criſ: cap: 3. tertiana vomitibus, & excrementis bilioſis, & ſudoribus toto corpore fluentibus finiri debet, quia humor tenuiſſimus ſi modò aſcendit, vomitum irritat, ſi deſcendit aluum mouet, ſi ad meatus cutis ſudorem copioſum ob ſui tenuitatem elicit, & reſoluitur, & hæc de 2. prognoſtico.

Circà curam quinque ſunt intentiones, quarum prima eſt victus ratio, vnde competunt in regimine ſex rerum non naturalium, ea, quæ ad frigidum, & humidum declinant, ſicut eſt lactuca, endiuia, cucurbita, cremor ptiſanæ, & ſorbitiones alicæ, aqua hordeacea, & ſimilia. Secunda eſt lenitio ventris, quæ multùm neceſſaria eſt in qualibet febre putrida, & hæc aut exhibendo per os lenitiua ut caſſ:, vel mann: cum cremor: tartar:, aut catholicum, diaprun: lenitiui, ſyr: aureum, violac: ſol: in forma potionis, ſeù in forma boli, & antifebril: noſtrum, ſiue catholic:, aut extract: rhabarbar:, aut puluerem Cornachini, et ſimilia. Si in principio paroxiſmi eueniunt vomitus Medicus rectè debet ſequi motus naturæ, ſicut ait Hip:, quæ ducere oportet, &c., aut per clyſteria ex caſſia, rhodomelle, et oleo violato, et ſimilia. Prò vomitiuis poſſumus vti decoct: aſſar:, ſal: vitriol:, vin: ex reg:, aureato, hiacynthino, et ſimilibus. Tertia eſt digeſtio, quæ perficitur dando ſyr: violat: de endiu:, roſ:, de agreſt:, acetoſ:, de ſucc: acetoſ:, cum aq: endiu:, viol:, et ſimilia. Quarta eſt euacuatio, et primò per phlebotomiam, quia eſt vniuerſalis euacuando humorem ſanguine mixtum à vena communi brachij dexteri per pharmaciam ſuo loco, et tempore,

cum

cum rhabarb:, caſſ:, diacatholic:, electuar: ſucc:roſ:, ro:Mes:, & ſimilibus. Quinta eſt prouocatio vrinæ cum diureticis, aut ſudoris cumdiaphoreticis multis, vt in noſtris Obſeruationibus, exhibendo ſyr: acetoſum cum emulſione ſeminum communium frigidorum, & aquæ endiuiæ, vel poſſumus exhibere aquam hordei cum modico ſucci, & ſit ſemper calida, & ſimilia. Clyſteres etiam emollientes, & refrigerantes in fine paroxiſmi, & antè illius inuaſionem erunt vtilimi.

Vt potè dictum eſt febris terriana cauſatur ab humore bilioſo excrementitio contento in prima regione corporis putrido, ita etiam efficit diuerſiſſimos effectus intermiſſionis, & habet varia nomina, nempè legitima, illegitima, pura, non pura, notha, &c. Legitima, & exquiſita terminat in horas 12., quia producta eſt à bile naturali putreſcente, aut ſucco acri, & mordaci, ſalſo, & elixiuante facto in pancræa. Notha, & non pura habet horas duodecim augumenti, & duodecim declinationis, quia cauſatur à bile præternaturali putreſcente, aut à naturali mixta cum pituita, aut à ſupradicto ſucco in pancræa acriori, & mordaciori, & ſalſiori, &c. Hinc tertianæ ſunt aut ſimplices, aut duplices; ſimplex eſt illa, quæ habet acceſſionem 12. horarum, & relinquit corpus quietum per vnum diem, & altero illud affligit; duplex eſt quando acceſſio quotidie ſuperuenit cum eodem rigore, à quo afficitur ſimplex, ità vt connumeretur inter continuas, quia numquam corpus remanet febre vacuum, niſi per quatuor, aut per ſex horas. Iam omnes conditiones febrium originem trahunt à peſſimis fermentationibus humorum, aut putrefactionibus prefati ſucci pancræatici, & iuxtà acredinem, aut ſalſedinem magis, aut minus efficiunt elixiuationem quandam, & differentias febrium.

Exempla ad hoc.

IN Terra Sanctæ Mariæ propè Talliacotium Io: Caroli annorum 24., temperamenti bilioſi, ægrotabat iam ab hinc nouem diebus, febre tertiana ſimplici; ideſt erat acceſſio in vno die, in altero verò non; in principio adueniebat cum permulto rigore, cuiuſmodi perdurabat per ſpacium trium horarum, cum dolore acerbiſſimo capitis, & renium; vrina crocea erat, pulſus frequens, et paulò antè fuerat purgatus, cùm ſecatione venę; Vocatus ego iuſſi electuar: ſucc: roſat: vnc: ſſ:, caſsiæ nouitèr extract: vnc:1., decoct: flor:, & fructuum cordial: q: ſſ., fiat potio, cap:; euacuauit ſeptiès multa bilioſa, ſed in die ſequenti febris redijt eodem modo, & eadem hora; iuſsi ſyr: concoquentem, ideſt ſyr:acetoſ: ſimpl:vnc:1., endiu:vnc:ſſ:, aquar:buglos:, endiu:an:vnc:2., ſal:abſynth:, & tartar:an:ſcrup: 1., m:, & cap:; hic repetitus fuit quinquiès corpore ieiuno; ultrà quem fiebant anodina refrigerantia fronti, & renibus, vngebaturque cum refrigerante Galenico, & vnguento ſandalino; in die 16. perſiſtebat febris, quare dennò dedi medicamentum purgans, ideſt: ℞: elect: diacatholic: vnc:1., electuar: ſucc: roſar:, diapruni ſolutiui an: dragm: 1. ſſ:, cremor: tartar: dragm:1. diſſol: cum decoct: flor: cord: q: ſſ:, fiat potio; euacuauit nouiès multa bilioſa, adhuc tamen pertinax febris eum minimè deſtituebat. In 18. iuſsi applicari hirudines venis hęmorrhoidalibus, & fuerunt extractæ vnc:6. ſanguinis; nihilominus verò redijt eodem modo febris; hinc iuſsi decoct: camomil:, centaur: minor:, camedrios an: man: 1., endiu:, borragin:, capil: vener: an: pugill: 11., cremor: tartar: dragm: 1., ſal: abſynth: dragm: ſſ:; replicatum fuit hoc per quinque dies, neque tamen febris diſcedebat. Fuerunt facta multa clyſteria lenitiua, confricationes, & appoſitæ cucurbitulæ, Tandem 24. die applicaui duo emplaſtra pulſibus manuum ex folijs urticæ, vmbillico veneris, ſale, & araneis cum ſuis telis, duabus horis antè acceſsionem, & venit rigor mitior, altero autem die fuit diminutus, indè ampliùs non redijt.

Aliud.

PODij Vittiani Simon Angeli annorum 36. temperamenti bilioſi, ægrotabat menſe ab hinc tertiana ſimplice, quæ accedebat cum acerbiſsimo rigore, & bis fuerat purgatus, tèr verò facta emiſsio ſanguinis, nihilominus nec permutauerat typum. Dedi vinum calicis chymici ad vnc: 6., & euomuit multa pituitoſa, & viridacea, ſtatimque conualuit.

In eadem terra, vetulæ ſocero Petri Sancti Cyrnei annorum 68. fuit paritèr exhibitum vinum Calicis Chymici, & ſtatim febris aufugit.

Reperij eodem tempore in terra Cicoli ideſt cùm tertianis ſimplicibus circà 34 ægrotos variarum complexionum, ætatum, & ſexus, & quamuis eſſent corpora impuriſsima, ex deficientia medicamentorum dedi omnibus aureatum noſtrum, iuxtà ætatem, & vires; cui præbebam gr: 2., cui 3., cui 4., cui 5., hoc autem tanto iuuamine, vt omnes Dei gratia liberi euaſerint. In Lixiano paritèr, Lignano, Sancta Rufina, Cantalice, & Ciuitate Ducali pluſquam 60., qui laborabant tertiana ſimplici, atque duplici, aureatum noſtrum reddidit ſaluti.

In Monte Leone Io: Franciſcus Picænus annorum 32., afficiebatur à ſeptem diebus tertiana ſimplici, ideſt vno die videbatur morti propinquus, altero verò nullam propemodùm febrem habebat. Iuſsi tamarind: vnc: 1. diſſoluti cum ſucco endiuiæ clarificato, & ſaccharo q: ſ:, & cæpit hoc tèr:, 2. die iuſsi miſsionem vnc: 8. ſanguinis à baſilica, qui erat putridus & 3. die præcepi rhabarbar: dragm: 1., ſpic: indic: g: 4., infund: in aq: endiu: vnc: 6., ſpirit vitriol: g: 6. per noctem; poſteà facta forte expreſsione add: elect: lenitiu: dragm: 7., f: pot: cum decoct: flor: q: ſ:; euacuauit ſextiès, & febris aliquantulùm moderata eſt, ſed non deſtitit; fuerunt facta decoct: borragin:, endiu:, ciçor:, pimpinel:, capil: vener:, acetoſ: an: man: 1., in quibus dabatur ſyr: acetoſ:, & endiu: an: vnc: ſſ:, quos repetendos optimum ſentij per ſeptem dies; indè electuar: ſucc: roſar: vnc: ſſ:, caſſ: recentèr extract: dragm: 6., electuar: diaprun: ſolut: dragm: 3., cremor: tartar: dragm: 1., decoct: cord: q: ſ:, fiat pot:; euacuauit vndeciès, & febris euaſit mitior, ſed non deſijt. Iuſsi decoct: ut ſuprà cum add: fol: camedrios, abſynth:, centaur: minoris, celidon: an: pugil: 1:, quod ſumpſit per duodecim dies, & poſt triduum fiebat ſemper clyſterium emolliens; indè dedi chin: Chin: dragm: 2., & febris eum dereliquit.

In multis locis etiam vſus ſum Antifebrile noſtro purgante gratioſo, & varijs corporibus ſine digeſtiuis, & alijs medicamentis cum hoc tantùm fuit reſtituta ſalus, & ſuperatæ tertianæ ſimplices, & etiam duplices, & quotidianæ. Sic etiam cũ puluere Cornachini, ut præparatur à Patre Lauda, multos curaui felicitèr in Hortona, Planella, Ciuitate Theatina, Sulmona, Aquila, & alijs locis, ſicut & Veretijs. Doſis autem eſt iuxtà ætates, uireſque proportionalitèr. In multis tertianis ſimplicibus accidunt obſtructiones, & in his ſunt neceſſaria diſopilatiua.

Cap: VI. De febre Tertiana notha.

EGregie Doctor. Temperatura huius Nobilis fermè eſt cholerica cum aliquali dominio pituitæ, indè morbus eſt febris de genere putridarum ab ipſa flaua bile mixta pituitæ putrefacta, ac mota ex uaſibus latis ut potiſsimùm, quia grauitas capitis cum dolore tenſiuo uidetur, & acceſsio durat uſque ad 30. horas, & tepor eius uſque ad 48., indè non apparet concoctionis ueſtigium, ſed urina eſt crudiſsima, nec extenuatur corpus, ſicuti in tertiana ſimplici, nec deſinit cum ſudore, nec rigorem interdùm habet, nec adeſt caliditas acris, & mordax, nec adſunt ſæua accidentia, & idem acceſsionis tempus ſemper eſt, ut inquit Galen: 1. ad Glaucon: cap: 8., & Auic: 4. can: 2. tr: ct: cap: 37., & ſimilitèr

idem

idem confirmant ætas, complexio, anni tempus, & præcedens regimen, undè eius indiſpoſitionem in cap: de tertiana notha maioris famæ ponendam eſſe, nulli dubium eſſe poterit.

Circà prognoſticum, dubitant authores de morbi prolungatione, undè Hipp: 4. aphor: 43. ſit ait; *Febres quæcumque non intermittentes tertia die ſortiores fiunt, magis periculoſæ, quocumque modo intermiſerint, periculum abeſſe ſignificat*; & Galen: idem 2. prognoſt: com: 25., & Auic: 4. can: cap: 35. dicens: *Hæc quidem non pura quandoque prolongatur tempore longo, & circitèr medietatem anni, & quandoque perducit ad molliciem, & magnitudinem ſplenis*; & hæc de prognoſtico.

Adde, quod ſi in tertiana ſuperueniat dolor capitis primo die fit difficilis in 4., & 5., & terminatur in 7.; quibus incipit in 3., & fit difficilis in 5., terminatur in 9., uel 11.; quibus incipit in 5., terminatur in 14; ex Galen: cap: 2. de Criſ: *Criſim factam in die pari recidiua ſequitur, quæ autem fit antè diem criticam in longum producit ægritudinem.*

Cura tertianæ nothæ non differt intentionibus, & modis à tertiana ſimplici ſuperiùs dicta, niſi quod in hac clyſteria præparantur ex caſsia, hierapigra, oleo camomillino, & ſale; aut minoratiuo cum ſupradictis pharmacis in cap: antecedenti; ſimilitèr præparatio materiæ fit cum ſyr: acet: ſimp:, rhodomell:, ſyr: de duobus radic: biſantino, lupulis, cicor:, limon:, cum aquis, & decoctis cicor:, fænicul:, borragin; & ſimilibus. Indè poſt ſectionem uenę, tunc uomitu, uel pharmaco ſolutiuo euacuatur, ut puta cum infuſione rhabarbar:, agaric:, aut cum diaſinic:, caſſ:, & ſimilibus; 4. erit urinæ, & ſudoris pronocatio, quæ poteſt fieri cum hordei decoct:, petroſel:, apij, cicor:, cum ſal: abſynth:, iuniper:, & alijs diureticis; 5. erit roboratio membrorum, & fit cum troc: de roſ:, de eupator: aut aromatic: roſ:, extrinſecùs cum oleo de maſtice, de ſpica, de menta, de abſynthio, aut cum fotu ex camomilla, abſynthio, menta, addendo ſemper aliquid uini boni, & odoriferi, & alia ſimilia. In his tertianis opus eſt obſeruare cognitionem mixtionum humorum, & impuritatem corporum, nàmque multæ malignantur multæ fiunt quartanæ, & multæ cum opilationibus extraneis.

Exempla ad hoc.

NEapoli Simon Iulij annorum 46., temperamenti melancholici, à menſe afficiebatur tertiana duplici; tèr fuit purgatus, tèrque fuit facta miſsio ſanguinis à brachio, & ſemel cum hirudinibus uenis hemorrhoidalibus, febris autem numquam fuerat diminuta, accedebat cum rigore, & finiebat cum ſudore; uires hebetatæ erant, habebat obſtructiones in regione ſplenis, & hepatis: undè iuſsi ſyr: uidelicet ℞: ſcolopendr:, politric:, adiant:, rubeæ tinctor:, pimpinell:, capill: uener:, endiu:, cicor:, borrag:, acetoſ: an: man: 1., radic: zedoar: dragm: 1. fiat ſyr: ſec: art:, cuius dabantur ægroto quolibet mane unc: 2., cum unc: 6. aq: abſynth: diſtillat:, cum ſal: abſynth: uitriolat:, et antiſcorbutic: noſtri an: ſcrup: 1.; exhibitus eſt per ſeptem dies præfatus ſyr:, & per tres dies dabantur ei pillulæ ſequentes, ideſt dragm: 1. antè cænam per dimidiam horam ℞: pillul: aggregat:, rhabarba: an: dragm: ß:, ſal: abſynth: calybeat: ſcrup: 1., m:, & cap:, & ità deſtitit ſudor, ſed urina erat adhuc copioſa, cum quo diuulſa fuit febris omninò, & fuerunt exhibita multa cordialia, & ſtomacalia ut reuiuiſcerent uires.

Aliud.

IBidem Aniellus Marinus annorum 41., temperamenti mixti, à 44. diebus afficiebatur tertiana duplici, quæ accedebat cum rigore per dimidium horæ, ſed per duodecim horas leniebatur ſcilicèt 22. hora accedebat, & permanebat per totam noctem uſque in mane, & reliquo diei erat ab illa derelictus, quatèr autem fuerat purgatus abſque iuuamine,

mine, & mutatione typi. Vocatus ego iuſſi Antifebrilis noſtri dragm: 1. ſſ:, quod cauſauit validiorem acceſſionem, & æger in illo die ſe habebat deteriùs; in die ſubſequenti fuit eadem replicata doſis, & æger ſtatim conualuit; fuit etiam applicatum emplaſtrum Strombelbergh pulſibus, quod omnem febris reliquiam optimè ſuſtulit.

Aliud.

IBidem Reu: D. Simon Fauritus Calaber annorum 28., temperamenti aduſti, à triduo affligebatur tertiana duplici maligna, ideſt acceſſio ſuperueniebat cum maximo rigore, itàut totum corpus denigraretur, & paroxyſmus continuabat per tres horas, indè calefiebat æger, & accendebatur intrinſecè, & extrinſecè, nàmque habebat ſitim vehementem, linguam nigram, aridam, pulſum plenum, vrinam perlucidam, & dum febris erat in ſuo augumento delirabat, habebatque per ſpatium quatuor horarum deprauatam cognitionem, atque intellectum, inque principio acceſſionis mouebatur ei vomitus, ſed nequibat expellere. Iuſſi vin: Calicis Chymici vnc:8., quo euomuit, & euacuauit multa mixta, bilioſa, & pituitoſa; indè iuſſi ſyr: concoquentem cum alexipharmacis, ideſt ℞: ſyr: violar:, roſ: ſimp:, cicor: an: vnc: ſſ:, aq: bugloſ:, lupulor: an: vnc: 2. ſſ:, intus bezoar: iouial: ſcrup: 1., & ſal: prunel: dragm: ſſ:; fuit de brachio facta ſectio baſilicæ, cum miſſione vnc: 7. ſanguinis, qui erat putridus; fuerunt factæ in manè, & in veſpere confricationes toti dorſo, poſitæ epithimæ cordiales cordi, & teſtibus, & hepati refrigerantes; in 4. fuerunt applicata vexicantia coxis, & facta clyſteria refrigerantia, & emollientia; non ad fuit tamen in 7. ſignum criſis nullum; dedi in 8. Antifebrilis noſtri dragm: 2., & multa euacuauit, febriſque lenita eſt, nec paroxyſmus acceſſit, in die autem ſequenti facta eſt optima criſis ex multa ſudoris copia, morbuſque omninò ſuperatus exiuit. Arbitror bezoard: iouial: diſpoſuiſſe humores, & cum ſit ſudoriferum, in ſudorem illos reſoluiſſe. Permulta alia exempla in noſtris Centurijs remanent percurrenda.

Circà febres, de Febrifugi, & Antifebrilis operationibus. Additio.

INclytę huius Venetiarum Vrbis obſeruationis ægrotorum, qui meam ſubierunt curam in hoc Opere deſcribere non decreueram, eaſdem in altero, ad cuius conſtructionem elaboro, traditurus. Verùm quæ proximis ſuperioribus menſibus occurrerunt, ad ipſarum etiam nonnullas ſubijciendas impellunt. Aderam in conſultatione quadam cum varijs Excell: Medicis, cùm vocem ex illis audio Antifebrile, Febrifugumque Præceptoris mei Ritterij vituperantem, vt potè quæ Veneto ſub Cœlo optimum nullum ederent effectum. Moderatam his oppoſitionem expoſui, adducens, quod quotieſcunque, vt debemus, benè adhibentur, non niſi boni ſcatent euentus, idque per totam Italiam vbi fueram cum honore expertum eſſe, atque idem ſemper accidiſſe mihi Venetijs. Inquit alter: ego verò aduerſa poſſum conſtantèr obijcere, felicem enìm nunquam eorum operationem in tot, quas exercui curis, ſpectare mihi conceſſum eſt; cui mea fuit reſponſio, ne notam inureret tanto Authori, eius quippè Receptæ nondum fuerant in lucem editæ, adhucque eas apud me latuiſſe vt vn cum ipſarum in Italia (vt arbitrabar) poſſeſſorem, qui enìm pauci ex Condiſcipulis eas tenebant, tanta publico non erant commiſſuri beneficio. Prædictis igitur virtute præditis viris aliquos hìc caſus exhibeo experientiæ gratia perlegendos, nàm cum tempore acciderint, quo morbi natura ſua longi ſunt, & pertinaces, cumque ex eodem arduo Autumno præterito, arduæ, & inſolitæ factæ fuerint corporibus ægritudines, haud ab re duxi hos paucos deſcribere.

D. Petrus Albriconus mercator fullo incolens ad Sanctam Crucem annorum 35., temperamenti mixti, melancholici, & aduſti, à febre agreſſus eſt cum frigore magno, qui illum

inuaſit

inuaſit die etiam ſubſequenti. Tertio dedi illi gr: 45. Febrifugi Riuer:, cuius ope multis mixtis per ſeceſſum, & vomitum expulſis, vnà cum febre, ſalutem priſtinam redemit.

Filius ſupradicti annorum 13., temperamenti melancholici, febre tenebatur viriosa quartanæ ferè ſimili. Iuſsi quoſdam iulep: diſopilatiuos cùm ſale tartari calybeati per dies tres; indè verò exhibitis gr: 24. ſupradicti Febrifugi euanuit febris, optimèque puer ſe habuit.

Dominus Dux Nicolaus Grimaldus iuxtà Diui Marci carceres habitans annorum 15; temperamenti tenuis, & delicati, nonnullis ab hinc diebus febre laborabat continua, quæ gr: 24. Febrifugi Riu: dimiſſa eſt, & ſalus reuocata.

Adoleſcentem annorum 14. apud D. Petrum Potè Gallum, cuius domus eſt ad Diuum Io: Griſoſtomum, officina verò in pleatea Diui Bartholomæi, febre afflictum continua, gr: 36. Antifebrilis Riu: integræ reſtituerunt ſanitati, ipſique Vincentiam patriam petere conceſſerunt.

In domo Domini Philippi Bonamini poſt Græcorum Eccleſiam duo erant eiuſdem filij alter annorum 8., alter 5., ambo verò febre continua infecti. Ambobus datum eſt Antifebrile, quorum primus illicò conualuit; ſed alter non niſi ſecundò ſumpto Antifebrile, ſanitatem habuit.

In ipſamet domo nutrix puellæ anni vnius malè ſe habebat ex febre continua, & malignæ qualitatis, ſed bis ſumpto Antifebrile libera euaſit. Poſt paucos indè dies iterùm in febrem incidit, à qua vexabatur quotidie in veſpere per frigus, iterùmque dato ei Antifebrile, ex morbo omninò extracta eſt.

Puella etiam ſupradicta à nutrice febrem cum lacte exugerat, aqua verò catholica Riu: bis illi exhibita ſaluti eſt reſtituta.

In domo Domini Franciſci Berelli ad Diuum Antoninum adoleſcens erat de Corcyra annorum 25., temperamenti mixti, duobus ab hinc diebus cum febre, quæ per quatuor horas *indefeſſa* eum tormentabat ſemper *frigida*. Hunc per dragm: 1. Antifebrilis Riuer: à febre extuli, iureſque indè ex milio facti ad vſum Diui Ambroſij penitùs ſanauerunt.

Dominus Antonius Merli barbitonſoris Marci filius annorum 18., in via aquarum, iuxtà Aleatorum pontem, menſe ab hinc febre continua ægrotabat; quia verò temperam: erat melancholici, & corpus aliquantùm cacomicum, & coloris obſcuri, obſtructiones non exiguæ ſplenis factæ fuerant, atta icteritia, ventris durities, & groſsitas. Emplaſtra iuſsi ſuprà ſplenem ex verbena, quæ duritiem valdè mollem reddiderunt; ore ſumebat ſyrup: ex herbis aperitiuis cum chamædryos, & ſal: tart: vitriolat: an: ſcrup: 1., febris perſiſtebat, & quolibet veſpere cum acerbiſsima acceſsione illum excutebat. Poſt dies quatuor iuſsi ei dandas vnc: 2. uini gener:, in quo infuſa fuerant g: 15. aureati noſtri; hoc medicamento omnem fermè febrem cum multis mixtis euomuit, ſed quòd victus moderatam regulam non ſeruauit, pauca illa, quæ remanſit ità aucta eſt, vt in priſtinum redierit. Iterùm itaque gr: 70. dedi de Antifebr: Riu:, & ſeptiès omninò febrem euacuauit.

Dominus Laurentius Bacchioli tonſor aſsiſtens in eadem officina iuuenis annorum 32, *temperamenti attrabilaris*, nimio iam ex itinere habito, & accelerato æquitatu ægrotauit *magno rigore frigoris*, qui miſerum per quatuor horas angebat cum doloribus capitis, & renium duobus ab hinc diebus. Tertio dedi drag: 1. Antifebr: qui ſextiès per ſeceſſum, & ſemel per vomitum non pauca expulit, neque illo die ampliùs apparuit febris; quarto rediit, ſed exigua; quinto miſſæ ſunt vnc: 8. ſanguinis ex uena communi dexteri brachij, & radicitùs febris euulſa eſt; ſumpſit etiam iures ex milio per tres dies ad ſudorem prouocandum. Decem dies tranſegit ſinè febre, ſed ex nouo itinere, & alijs immoderatis febris iterùm eum inuiſit, quæ indè drag: 2. puluer: chinæ Chinæ diſceſsit, nec ampliùs regreſſa.

Adoleſcens temperam: mixti, faciei ictericæ nigræ nomine Vincentij Zaghis à Sexto Foro Iulij annorum 28., in domo Felicis Petri Galli iuxtà Diuam Catharinam quinque ab hinc diebus febre laborabat, quorum in primis duobus non tàm maturè acceſſerat ut in tertio, in quo opportuno mane acceſsit, indèque calorem adauxit tertianæ ad inſtàr,

E ueſpe-

veſpere eiuſdem diei circà 21. horam facta eſt noua acceſsio maioris frigoris, quæ pluſquam per duplum de mane perdurauit, & cum magna uexatione; hæc autem abſque intermiſsione ægrotum tenuit uſque in 22. horam quarti, & tunc aliquantùm exacerbata eſt; in quinto duæ fuerunt acceſsiones ut in tertio, ambæ cum initio frigoris, quamuis in ueſpere acerbior. Sexto dedi gr: 70. Antifebril:, & febris euanuit.

Dominus Ludouicus Antonioli cubicularius Illuſtriſs:, & Excellentiſs: Domini Conſiliarij Tadæi Mauroceni annorum 32., temperamenti mixti, febre ægrotauit continua, cum dolore capitis, & renium, anguſtia pectoris, ſiti multa, urina rubea. Secundo die ſudorem aliquantum emiſit, ſed cum deliquijs ſymptomaticis, & uermem ex ore euomuit. Extracti dedi catholici, & Antifebrilis an: drag: ß:, & multociès euacuauit, ſed urina inflammata eſt; die inſequenti extractæ ſunt unc: 7. ſanguinis, & quinto extitit abſque febre.

Idem ſupradictus, qui, ut ſuprà apparet, initio Menſis Septembris malè ſe habuerat, in fine Nouembris tribus iterum ab acceſsionibus aggreſsus eſt, quarum altera quotidie erat altera fortior, & ſcrup: 4. Antifebrilis eum penitùs liberauerunt; & tamen inquit Aphoriſmus. *Quæcumque febres, quæ tertia die fortiores fiunt magis periculoſæ.*

In domo Domini Angeli Olei mercatoris de ſigno triremis muliere erat coqua febre uexata continua, & dolore ſub coſtis mendoſis in parte ſiniſtra cum difficultate anhelitus. Pleuritidem eſſe iudicaui ſpurialem, ſed quia corpus impurum erat dedi Antifebr: drag: 1., & euacuauit ſextiès. Veſpere emplaſtra apponi iuſsi ante pleuritica unum dolori, alterum oppoſitæ parti; die inſequenti extractæ ſunt unc: 10. ſanguinis, & dolor diminutus eſt cum iam febris ipſam dereliquiſſet. Dedi extract: antepleuritic: drag: ß., & quinto benè conualuit.

Franciſcus Panata faber lignarius de Hoſpitali Mendicantium ab hinc menſe continua tenebatur à tertiana, & ſtatim ac ſumpſit drag: 1. Antifebrilis, ſanatus eſt.

Hoc idem accidit uxori Antonij Moroni lapicidæ iuxtà pontem D. Felicis, quæ drag: 1. eiuſdem Antifebrilis ſalutem ſibi comparauit, iam à tertiana graui ſublatam.

Pater F. Baſilius à Mongiolino Sacriſta Conuentus B. M. de Angelis in Aſsiſio cum Brixiæ fuiſſet ad quædam eius Religionis peragenda negotia, ægrotauit tertiana, cumque corpore eſſet melancholico, & malis pleno humoribus, quotidie graciliori macie extabeſcebat. Ductus eſt Venetijs iiſdem agitatus acceſsionibus, ſumpta uerò drag: 1. Antifebrilis, diminuta eſt aliquantùm febris, quæ, repetita altera dragma, omninò ſublata ægrum deſtituit.

Multos alios innumeros euentus poſſem his paucis addere, in quibus remedia ſupradicta mirificè operata eſſent, uerùm deſcriptos tantùm oſtendere haud abſurdum iudicaui, quia ipſo quidem tempore acciderint, quo magnum Febrifugum cum Antifebrile Riuerij ſperneretur. Obſeruationes huiuſmodi non paucas alteri ſeruo Opuſculo, ni uitam abſciderit D. O. M.

Cap: VIII. De febre quotidiana ſimplici.

DOctor egregie. Temperatura huius nobilis fuit humida, nunc uerò ad aliqualem frigiditatem tranſacta eſt; indè morbus intermittens, eſt febris de genere putridarum ab ipſa pituita extrà uenas putrefacta proueniens, quæ quotidiana dicitur. Cauſæ præcedentes ſunt quies, otium, repletio, & ſimilia; cauſa antecedens eſt ipſa pituita corrupta, ut Gal: inquit 2. de def: feb: cap: 4., & 1. ad Glauc: cap: 7.; pulſus eſt inæqualis, ſubmerſus, debilis, & rarus, urina eſt alba, & tenuis, nulla ſitis adeſt, nec ſudor apparet, os uentriculi, & hepar malè afficiuntur ex ui concoctoriæ imbecille; etiam præcordia ultrà naturalem habitum tumefacta ſunt ob caloris imbecillitatem, & principium acceſsionis fit circà ueſperas, & hora flegmatis, ideſt circà Solis occaſum, magis affligitur, & eſt febris lenta, & multùm abſcondita, adeò quod à multis lactica, & ephimerina dicta eſt

heticæ

heticæ valdè ſimilis, & cum ea ſæpè componitur, ſic & ætas, complexio, anni tempus, & præcedens regimen idem confirmant, vt inquit Galen: 2. de criſ: cap: 5., vndè eius indiſpoſitio in cap: de quotidiana intermittente ponenda eſt.

Minera putredinis in hac febre eſt, vt plurimùm in ſtomaco, & inteſtinis, atque venis meſeraicis, & quandoque in concauitatibus plurimis, quare neceſſarium videtur, vt in eius cura membra talia non negligantur. Confortentur ergo ſtomacus, & inteſtina per intùs, & exteriùs cum calidis, & ſtipticis; confortentur meſeraicæ cum aperientibus, & exoppillantibus; confortetur etiam pulmo cum exiccantibus catharrum. In cura prætereà huius febris non conuenit euacuatio cum phlœbothomia, quia cauſat incrudationem, verumtamèn in caſu poſſibili poteſt fieri.

Circà prognoſticum Hip: 4. aphor: 63. ſic ait: *quibus in febribus rigores quotidie fiunt, quotidie febres ſoluuntur*, & Auer: 4. colligit:, & Raz: 10. alman: cap: de quotidiana, ſic dicens, *hæc febris multis moratur menſibus, & mortis ſuſpectionem habet, & hoc accidit propter copioſam groſſitiem, & viſcoſitatem materiæ, & ob hoc difficiliter curatur, & inter cronicas ægritudines connumeratur*, & hæc de prognoſtico.

Circà curam quinque perficiuntur intentiones, quarum prima eſt victus ratio, in qua conceduntur cibi temperati ad aliqualem calorem vergentes, vt panis contritus, caro pulli, borrago, fæniculus, & ſimilia; vinum etiam conceditur album, & benè lymphatum. Secunda eſt lenitio ventris cum clyſteribus, deindè humorum craſſum incidere cum oxymelle ſimp:, rhodomelle, vel ſyr: de duab: rad:, vel biſanthino cum aquis, vel decoctis capill: vener:, fænicul:, petroſel:, maratri, apij, & ſimilia. Tertia eſt euacuatio, & hæc perficitur cum agar:, turbit:, rhabarb:, confect: de turbit:, diaphinicone, electuar: ind:, extract: catholic: Quercetani, aut noſtro, ſiue panchimagoum Crollianum, extract: noſtrum Antifebril:, vinum emeticum, aureat:, ſal: vitriol, & ſimilia ad vſum Chymicum multùm conferunt prò vna uice tantùm propter ex radicationem pituitæ vitreæ contentæ in ventriculo.

Quarta eſt urinæ prouocatio, aut cum pillul: ex ſemin: vrtic:, cuſcutæ, aut cum decoctione apij, fæniculi, aut cum decoct: camomillæ ad vſum Zacuti Luſitani, aut cum topicis, quæ adhiberi poſſunt. Quinta eſt ſymptomatum correctio ſicut eſt quædam ſomnolentia profunda in principio paroxiſmi, & rigor valdè intenſus. Somnus remouetur cum aceto manibus admoto, vel in angulis oculorũ poſito; rigor indè tollitur cum oleo rutæ, in quo tandiù uinum creticũ bullierit, donec conſumptum vinum amoueatur, facta inunctione antè rigoris aduentum circà totam dorſi ſpinam. Roboratur etiam ſtomacus cum emplaſtris cruſta panis, aut cum cerato noſtro ſtomacali, aut cum oleo maſtichino, de ſpica, de abſynthio, aut intrinſecùs cum aromatico roſ:, diarrhodone abb:, & ſimilibus. Hæc autem febris quotidiana ut plurimùm reperitur in corporibus humidis, & frigidis, complexionis imbecillis, vt in ſenibus, & adoleſcentibus.

Exempla ad hoc.

ALoyſius Caratus Mediolanenſis Neapoli permanens, annorum 58:, temperamenti humidi, & virium imbecillium laborabat à duobus menſibus febre quotidiana. Accedebat hæc cum paruulo ſigno refrigerationis, atque continuabat cum pulſu ſubtili, languidoque, & celeri, ac aſſimilabatur heticæ; fuerat aliquotiès purgatus capiebatque priſanas hordeaceas. Vocatus ego dedi ſemel in biduo per ſex vices drag: 1. ſſ. ſenæ infuſæ in aq: capil: vener: vnc: 6., & ſpirit: ſulphur: g: 12. per noctem, & manè colabantur, & addebam g: 30. magiſt: noſtri tartar: liquidi, & unc: 2. ſyr: ſol: uiolac:. Indè præſcripſi decoct: rad: arundin: unc: 2., lentiſc: unc: ſſ., ſandal: dragm: 2., radic: aron: præparat: ad uſum Quercetani dragm: 3., & quolibet manè fiebat decoct: cum iure pulli, & ſpacio uiginti dierum euaſit incolumis; gerebat ſtomaco ceratum noſtrum ſtomacale, & cæpit quaſdas Trageas ſtomacales.

Ibidem Angela Benedicti annorum 14., temperam: imbecillis, pituitoſi, ægrotabat à quatuor menſibus febre quotidiana, quæ parum ſignum ferebat rigoris, atque calefaciebat pau-

ſtatim,nec innoteſcebat aliud, quàm febricula heticæ ſimilis. Præſcripſi vinum calicis chymiciad vnc: 4., euomuitque multa pituitoſa vitrea, indè accomodaui in tabellis ſequentia: ℞. aromatic: roſat:, confect.xyli aloes an: vnc: ſſ., diagalang: dragm: 1., diarrhodonis abbat: dragm: ſſ., fæcul: aron: dragm: 3., croci Martis aperitiui, fæculæ brioniæ an: dragm: 1. ſſ., f. tabellas cum ſacchar: ſec: art:, quas capiebat bis in die, ideſt vnam manè, alteram 21. hora; poſt ſeptem dies iterùm dedi vinum calicis chymici, & cum cerato ſtomacali omninò liberata fuit. Multas febres huiuſcemodi, tàm phlegmaticas, quàm cholericas, ac etiam melancholicas curaui celeritèr, purgando ſcilicèt ritè corpus in principio, indè ſecando venam, vbi opus erat, & ſpecificis adæquatis indicationi morbi viſcera roborando. Multa exempla in noſtris Centurijs diffuſiùs videnda.

Caput VIII. De febre quartana.

DOctor egregie. Temperatura huius Nobilis fermè eſt calida, & ſicca, indè morbus eſt febris de genere putridarum quartanæ periodica dicta, cuius eſt ægrum de quarto in quartum diem affligere, & hæc eſt duplex, exquiſita, & ſpuria; exquiſita fit à naturali melancholia, ſpuria verò eſt hæc,quam nunc præ manibus habemus,& fit à non naturali melancholia putrefacta, ob craſſitiem, multitudinem, tenacitatem materiæ, & meatuum obſtructionem genita, per aduſtionem bilis, vtpotè per ſigna; quia antè calorem paroxiſmi ſuperuenit horror, deindè frigus, & confractio quædam, perindè ac ſi oſſa frangerentur, ob grauitatem humoris membra onerantis, & eſt lienoſus, & eius vrina eſt remiſſa, & tenuis in principio, & coloratur poſt paroxiſmum, vt inquit Galen: 2. de Criſ: cap: 4., & Auic: 4.can:cap:65. ſic & ætas, complexio, anni tempus, & præcedens regimen idem confirmant; ſic eius indiſpoſitio in capitulo de quartana ſpuria ponenda eſt.

Hæc febris ex melancolia putreſcente in aliquo loco corporis extrà venas, velut in ſtomaco, & inteſtinis, & cauitate ſplenis, atque oſſium medullarum cauſatur; verùm quia ebullitio melancholiæ putreſcentis tardum habet reditum, vt dictum fuit de 4. in 4., proptereà humor melancholicus tàm ex ſua qualitate, quàm ex ſuo motu cauſis putredinis repugnat.

Circa prognoſticum Hipp: aphor: 2: aphor: 25: *æſtiuæ quartanæ magna ex parte breues, autumnales longæ, & max mè quæ ad hyemem attingunt*, & Galen: 3: de Cri: ait: *quartanæ, & aliarum febrium, quemadmodum acutæ, ægritudines, motum Lunæ ſequuntur, ità Cronicæ motum Solis*; & Hipp:aph:5.aph:70. *à quartana capti non admodù conuulſionibus capiuntur, ſi verò priùs capiantur, & quartana ſuperuenerit, liberantur*; Auic:ca:4:cap:64: *ſaluior quartana eſt illa, quæ non accidit ab apoſtemate ſplenis, quæ veni: ab apoſtemate ſplenis perducit ad Hydropem, & perniciem Quartanæ; quæ ſalua eſt liberat ab ægritudinibus melancholicis, vt ad Epilepſia, melancholia, & in ea eſt ſecuritas à ſpaſmo & non durat niſi per annum*, modò error non accidat, & hæc de prognoſtico dicta ſufficiant.

Circa curam, vt inquit Galen: p: ad Glancon: cap: 11., quinque intentiones conueniunt, quarum prima expoſtulat victum optimum, non flatuoſum, ſed uentrem emolliens; ſicut inter volatilia,quæ optimi ſucci ſunt,& vinum album tenue liberalitèr conceditur. Secunda eſt ventris lenitio, & humoris præparatio, quæ lenitio fit cum clyſterijs, vel alijs lenientibus; præparatio fit cum ſyr: acetoſo ſimpl:, rhodomelle, ſyr: de epithymo, de ſumo terræ, de ſuc: bortagin:, biſanthino, oxyſaccharo, vel violato, cum aquis, vel decoct:, vt ſum: terr:, lupulor:, borrag:; aut cum ſyr: magiſtral: puluerin:, & magiſtral: fernelij, epithymi, ſenæ, polypodij &c. Tertia eſt euacuatio,quæ fit primò per venæ ſectionem interioris, vel ſaluatellæ, indè fit per pharmaciam, qualis eſt infuſio ſenæ in ſero caprino, aut decoctum myrabolanorum chebulorum, & indicorum, aut confectio amech, pillulæ de ſumo terræ, Indæ, de lapidelazuli; interdùm fieri poteſt per vomitum, per vrinas, per ſudorem; ad vomitoria vſurpari poterunt, vt aſſarum principem locum obtinet in uino albo ad drag: 1.exhibitum, & pluribus vicibus repetitum, ſic etiam uinum emeticum, aureatum, febrifugum Riuerianum ſunt mira,vt in ſuis Obſeruationibus,& noſtris,& etiam catharticum noſtrum, Alcherot:, hyacinthin:, croc: metall:, & alia antimonialia.

Quar-

Quarta eſt roboratio membrorum, ſicut cordis cum vnguento nenuph: citrino, ſimiliter hepatis, lienis, & ſtomaci cum oleo maſticino, ructaceo, coſtino, & ſimilibus.

Quinta eſt correctio ſymptomatum, & fit remouendo rigorem validum, & frigus, inungendo ſpinam dorſi cum oleis calidis, & mithridato, etiam theriaca, aut ſic, ℞. ole: veter: vnc: ʒ., iuniperini vnc. 4., theriac: vnc: 2:, garyophill., baccar: lauri, ſpic: nard: an: dragm: 1., vini optimi vnc: 4., torrefac Garyophillos, & ſpic:, & bulliant ad conſumptionem vini; addatur Ceræ q. s., & appone regioni dorſi in principio acceſſionis.

Exempla ad hoc.

QVamuis indomitæ videantur Quartanæ, adhuc tamen multotiès cùm Febrifugo Præceptoris mei Riuerij curaui, itâ vt nullam hoc medicamen præterierit; vt in Centurijs noſtris apertè videbitur.

Lanciani Auguſtinus Ambroſinus Florentinus annorum 46., temperamenti melancolici afficiebatur à tribus annis quartana, & quamuis optimè ſe habuiſſet in victu, & vſus fuiſſet varijs remedijs, adhuc tamen febris continuabat. Vocatus ego obſeruaui ægrotum habere oppilationes in hepate, & in omnibus viſceribus, vndè timui nè tranſiret in hydropiſim. Præſcripſi primùm noſtri cathartici aureati g: 12., & quinquiès euacuauit, & in die ſequenti replicata tale doſi, denuò euacuauit per ſeceſſum quinquiès; indè compoſui ſyrup: nobilem, qui pluriès honorem in his caſibus mihi præbuit, qui confert ad omnem ægritudinem ex melancholia, quoniam eſt potens in digerendo, exopilando ventre, leniendoque ſplene, ſicut etiam digerit, euacuatque humorem melancholicum à quacunque particula noſtri corporis, ſiuè aduſtum, ſiuè condenſatum. ℞. flor: boragin:, buglos: m: i:, flor: ſambuc:, & cortic: eiuſdem, flors geniſt:, folior: ſalic:, cortic: mediani fraxin:, ſcolopendr:, cortic: radic: tamariſc:, apij recentis an. m: ſſ:, camedrios, camepitios, eupator, ſquinant., hiſſop: an: m: 4., ciperi, cappar:, acor:, ſquill., aſſar: an: vnc: ſſ., ameos, amomi an: vnc: 2.; piretr:, gentianæ, zinziberis, cynnamomi, baccarum lauri an: vnc: 2., vini albi generoſi dulcis clari lib: 1:, mellis hiſpanici, & ſacchari an: lib: ſſ: f: ex omnibus ſyrupus ſec: art:, de quo bibat omni die in Aurora vnc: 1: prò vice, cum vnc: 6: aq: foliorum fraxini, cum ſal: abſynth: uitriolat:, & vitriol: Martis an: ſcrup: 1. per dies 15:; poſteà exhibui denuò cathartici ſupradicti gr: 15., & euanuit Quartana, & ampliùs non redijt.

Aliud.

IBidem Paulus Cyprianus Atrienſis annorum 31:, temperamenti melancholici, laborabat à menſibus 19: Quartana, & propter medicamentorum varietatem bis facta fuerat duplex, cum periculo malignationis, quæ ſuperata remanſit, & febris cum ſolito rigore à triduo in triduum erat omnimodè Quartana. Vocatus ego præſcripſi in hora acceſſionis cathartici noſtri aureati gr: 10:, & Antifebrilis noſtri ſcr: 1. & euacuauit multa; in diebus poſteà vacuis febre iuſſi ſyr: de fumar:, de polypod: an vnc: 1:, aq: pimpinel:, camomil: an: vnc: 3:, ſal: calyb: vitriolat: vnc: ſſ:, miſ: & cap:; in poſtera acceſſione dedi vnc: 4: ſucc: ſalu: depurati cùm ſaccharo, & tunc rigor fuit ualidior, ſed poſteà ampliùs non redijt. Multotiès in pauperibus uſus ſum hoc ſucco, & uidi exitum feliciſsimum.

Aliud.

IN Ciuitate Theatis Michael Antonij annorum 26:, temperamenti mixti à ſeptem menſibus laborabat quartana, & binas ſumpſerat medicinas, & bis fuerat facta phlebotomia. Iuſſi in hora acceſſionis vnc: 6: vini emetici Calicis Chymici, & euomuit multa porracea; continuauit diebus uacuis à febre decoct: cetrach: & fumar:, & in altera acceſſione iterum ſumpſit vini calicis vnc: 8:, quo euacuauit nouiès, & febris euanuit.

Aliud.

IBidem quidam famulus D. Ioſephi Abbatis à Ciuitate Ducali annorum 10., à multis hæbdomadis laborabat quartana. Iuſsi extract: aſſar:, ſen: an: ſcrup: ß:, extract: Antifebril: dragm: 1., Aureat: g: 1., tartar: vitriolat: g: 8. m:, & fiat bolus, & ità conualuit.

Aliud.

IBidem Antonius Miglianici annorum 22., laborabat à duobus menſibus febre quartana, & cum dragm: 1. Antifebrilis Riueriani ſanus extitit. Sic in vxore Iacobi Piceni, & in alijs, cum eadem doſi. Vide in noſtris Obſeruationibus, vbi multi redditi ſunt ſaluti cùm Antifebrili, & Febrifugo Riuerianis, cum vino noſtri Calicis Chymici, cum cathartico aureato, cum aureato, cum ſucco ſaluiæ, & cum china China.

Cap. IX. De febre Hemphiala.

DOctor egregie. Temperatura huius nobilis fermè eſt frigida, & humida, indè morbus eſt febris de genere putridarum hemphiala dicta, & eſt febris intermittens à pituita vitrea in locis à corde remotis putrefacta, quæ ex ſua propria natura eodem tempore frigus, & calorem inducit, cuius cauſa eſt ipſa pituita vitrea partim cruda, partim putrefacta, & cum atrabile coniuncta, atque per ſenſilia membra delata, ac mora, vt inquit Galen: 2. de dif: febr: cap: 6. quia ſentitur vnà frigus, & calor; indè vrina eſt alba, tenuis, & cruda, pulſus rarus & tardus, ſic & ætas, complexio, anni tempus, & præcedens regimen idem confirmant, vndè eius indiſpoſitio in cap: de febre hemphiala eſt ponenda.

Circà prognoſticum iuxtà Serap: 6. breu: hæc febris non multùm permanet, & fortaſſe durat per 20. dies, aut vltrà parùm, aut minuitur parùm quia ob humorum paucitatem longo tempore durare nequit.

Circà curationem, ut inquit Paul: lib: 2. cap: 26. eadem cura eſt ac in quotidiana, uerùm calidioribus, magiſque incidentibus præſidijs indiget, & ſimilibus.

Cap: X. De febre Lypparia.

DOctor egregie. Temperatura huius Nobilis fermè eſt frigida, & humida, indè morbus eſt febris, quæ lyppatia dicta eſt, in qua exteriora, & ſuperficies refrigerantur, & profundum vritur, & excretiones detinentur. Cauſa cur exteriora frigeant, & interiora vrantur, eſt calor ad interiora reuocatus, vel ſpiritus cum ad interiora ſe conferunt, exteriora relinquentes, vel ideò frigeſcunt exteriora, quia in externis partibus pituita uitrea continetur, & uapor à putrido humore eleuatus, dum à calore ſeparatur, multotiès corpus infrigidat, flegmaque groſſum, dum putreſcit, efficitur uelut carbo ignitus in uiſceribus, à quo dum fumi putridi eleuantur ad extrema corporis, circumquaque muſculos grauant ſua quantitate, deinque cum in loco ſteterit, & calor putredinalis exhauſerit debilitèr infertus, infrigidant ſua qualitate, uelut apparet in uaporibus aquæ bullientis. Sicque inter Emphialam, et Lyppariam ſunt qualitates contrariæ; in Emphiala enim partes extremæ caleſcunt, interna uerò frigeſcunt, quoniam in eà calor putridus debilis à principio eſt; in Lyppatis uerò, interiora caleſcunt, exteriora frigeſcunt. Sic Auic: 4. can: cap: 53., et Gal: aph: 4. com: 48., ut patet per ſigna, quia aſpera ſitientibus

lingua

lingua eſt, pulſus paruus, & obſcurus ob calorem intrà ſe receptum; addo quod ætas, complexio, anni tempus, et præcedens regimen idem confirmant, undè in cap: de febre Lypparia à pituita uitrea ponendam, nulli dubium eſſe poterit, ut inquit Galen: cap: 8. de inæquali intemperie ſic dicens: *Lypparia eſt quum intus in ipſis viſceribus calorem ſentimus, & in vniuerſis partibus frigus &c.*

Circà prognoſticum Hipp: 4. aphor: aphor: 48. ſic ait: *in febribus non intermittentibus ſi partes exteriores frigidæ, interiores vruntur, & ſitim habeat, lethale.* Gal: 2. prognoſ:, com: 4. ſic: *ſi caput, manus, ac pedes frigidi ſunt, venter, & coſtæ calentes, malum eſt;* et hæc de prognoſtico.

Circà curationem quinque perficiuntur intentiones, et primò cum regimine ſex rerum non naturalium, ſecundò cum humoris craſsi inciſione, tertiò cum euacuatione, quartò cum urinæ prouocatione, quintò cum ſymptomatum remotione, et membrorum roboratione ſicut cæteræ flegmaticæ.

Poſſem in hoc Capitulo multas Obſeruationes rependere, ſed quia vſus ſemper fui medicamentis febribus proportionatis, ſcilicèt in cholericis colagogis, in phlegmaticis hydragogis, in melancholicis ſuis ſimilibus, ideò ad Centurias remitto videnda exempla. Adſunt etiam aliæ febres parùm ab Emphiala, et Lypparia diuerſæ, vtpotè Liſſuriæ, Emitriteæ, quæ faciunt mixtum inter continuas, et tertianas, ſic etiam Errantes, quæ nullũ ſeruant ordinẽ.

Caput XL. De febre Hetica.

DOctor egregie. Temperatura huius Nobilis fermè eſt calida, et ſicca, indè morbus eſt febris, quæ cùm ſit triplicis generis, ſcilicèt ephimera, putrida, et hetica, non ſub primo, neque ſecundo genere comprehenditur, quia non ipſi competunt conditiones, et ſigna ephimeræ, neque putridæ; ideò reſtat, vt ſub tertia contineatur, quarum ſpecies ſunt tres, iuxtà quatuor humiditates ſecundas, quarum prima vocatur nomen non habens, ſecunda ros, tertia cambium, quarta gluten; ità tamen vt quotiès humiditas prima definit, et ſecunda, quæ eſt ros, incipit accendi, tunc prima ſpecies heticæ dicitur, quæ ſi ad cambium tertiam humiditatem peruenerit, tunc erit ſecunda ſpecies, et vocatur ab Auic: areſactio, ſiue maraſmos, ideſt tabes. Si verò ad gluten deuenerit, tunc erit tertia ſpecies, et vocatur ab Auic: curuatura; nàm ferè eadem forma videtur, ac eſt in decrepitis curua. Prima igitur ſpecies eſt hæc, quam nunc præ manibus habemus, et prouenit vt inquit Galen: 1. de dif: feb: cap: 9., et Auic: 4. can:, tract: 3. cap: 1. à febribus ephimeris, et putridis cùm inflammationibus partium nobilium, quas iam noſter æger paſſus eſt, et per indicia videtur, quia pulſus eſt durus, et frequens, debilis, et fixus, nec habet acceſsionem, nec augumentum, nec vigorem, nec remiſsionem, neque æger ſe febricitare percipit, et vltrà hoc, quia heticæ calor primo aſpectu mitis apparet, intrinſecùs tamen acrior, et mordacior inuenitur, quod deprehenditur ſi eius brachium aliquandiù manu teneatur, et cutis aſpera percipitur; oculi ſunt concaui, et corpus extenuatum; vt notat Galen: 3. præſag:, et Alexand: lib: 5. cap: 22. *omnibus heticis eſt, vt ſumpto cibo, ſtatim, vel per horam ſemper ſenſibilitèr alterentur, & antè prandium ſiti infeſtentur;* eius vrina eſt pallida, intenſa, pinguis, oleaginoſa, pauca in quantitate, et liuens in ſuperficie, cum reſolutionibus ſquamoſis; vndè eius indiſpoſitio in cap: de hetica in prima ſpecie ponenda eſt.

Circà prognoſticum Hipp: 2. aphor: aphor: 28. ſic ait: *febricitantium non omninò leuiter permanere corpus, & non minui, vel etiam pluſquam ratio expoſtulat, contabeſcere, malum; illud enim morbi longitudinem, hoc verò imbecillitatem ſignificat.* Gal: 1. de dif: feb: cap: 8. ſic ait: *vbi iam febris hetica exquiſitè conſiſtit, & iamdudum incæpit, non modo eandem curare eſt difficile, ſed etiam impoſſibile.* Auic: 4. can: tract: 3. cap: 1. *hetica eſt in principio rei difficilis cognitionis, & facilis curationis, & finis nõ penitùs recipit curationẽ;* nihilominus ſuccurramus ei quam citò poſſumus; et hæc de prognoſtico.

Quantùm ad curam, et primò circà regimen victus competunt in regimine ſex rerum non naturalium ea, quę ad frigidum, et humidum declinent, ſicut priſana ſaccharata, lac

E 4 mulie-

mulieris, poſteà aſinæ, deindè caprarum, poſteà vaccarum; lac autem, quantum eſt poſſibile ſumatur ab vbere; balnea etiam competunt, & hordeatum, auenatum, & amidum, ſi coquantur cum lacte mica panis abluta in multa aqua frigida, & poſteà mixta cum lacte; & etiam piſces ſquamoſi, & oua ſorbilia, ius carnium, carnes volatilium vſualium, non tamen degentium in aquis, & coquantur in multa aqua cum hordeo, & coriandris recentibus, & lacte, & etiam competit vinum clarum ſubtile cum multa aqua &c.

Secunda intentio principalis circà medicinalia conueniunt omnes medicinæ frigidæ, & humidæ, & cum hoc nutritiuæ, vt concedit Auic: trociſcos de camphu: mixtos cum aliqua re humectante, vt ſyr: violato, aut aqua hordacea cocta cum cancris fluuialibus, & ad hanc intentionem valet, ſicut iulep: viol:, ſyr: viol:, & roſ:, de papau:, de iuiub:, & poſſunt adminiſtrari cum aqua endiuiæ, hordei, item electuaria reſumptiua deſcripta à Gordiano, & Franciſco de Pedemonte; hæc enim iuuant, quia humectant, & reſtaurant; extrinſecùs verò conueniunt vnguenta ex oleo violato nenuphar:, & epithima facultate frigida; deindè eſt ſymptomatum correctio, & ſunt ſyncopis, tuſſis, & fluxus ventris; ſyncopis tollitur cum aqua carnis, vino granatorum, vitellijs ouorum, & vino odorifero; irroretur etiam facies ex aqua roſ: muſch:, qua tuſſis ipſa emendatur, & hæc de febre hetica.

Exempla ad hoc.

ROmæ D. Io: Aſtorius annorum 20., temperamenti delicati, melancholici, ex nimia applicatione ad ſtudia tranſierat in quandam corporis maciem ideſt conſumptionem cum febricula continua, & capite debili, adeò vt proximus foret extinctioni. Multi Medici eum curauerant, at ſine fructu; vocatus ego reperij eum cum ſtomaco maximè relaxato, quare iuſſi cathartici noſtri aureati gr: 8., & ſextiès euacuauit, & euomuit multa porracea, viſcoſaque ad duas circitèr libras; indè præſcripſi decoct: lentiſc: vnc: ſſ:, ſandal drag: 1., hirundin: noſtral: vnc: 1., & ſimul cum prædictis, radic: aron: præparat: drag: 3. coct: cum iure per 30. dies, & ſumebat manè in aurora; capiebat poſteà hora antè cibum flor: borragin: vnc: ſſ:, puluer: noſtri antihectici Riueriani dragm: 2., & ità ſequutus eſt per multos dies; interim ſumpſit denuò catharticum iam dictum, & multa per ſeceſſum eiecit; veſcebatur ægrotus pullis, qui nutriebantur pulpa teſtudinis, ranis, & limacibus, quæ omnia benè triturabantur, & cum maſſa panis vnita dictis pullis ad alimentũ præſtabantur; edebat etiam ægrotus hord:, borragin:, endiu: cum iiſdem pullis coct:, ità vt reſumpſerit parum viriũ, & redderetur habilis potioni lactis aſinæ, de quo in primis quatuor diebus ſumebat ad vnc: 2., cum ſaccharo roſato, indè vnc: 3., indè 4., & infrà menſem aſcendit ad ſumptionem libr: 1., quatuor horis antè prandium; & dimidia hora antè cibum ſumebat ſupradictam conſeru:, cum pulueris antihectici drag: 1., cum g: 10. panaceæ noſtræ liquidæ aureatæ, & quatuor tranſactis menſibus optimè conualuit. Sic etiam ſanitatem recuperauit Illuſtriſs: Hieronymus Sanctes Neapolitanus, cum duabus ſororibus.

Aliud.

FIlij D. Nicolai Carpenti Neapolitani fuerunt diuerſimodè curati; vnus horum erat annor: 22., alter 19., ambo temperamenti delicati, imbecilliſque, & à multis menſibus laborabant quadam conſumatiua febricula. Renuerunt medicamenta Spargyrica, vndè purgaui cum manna, indè ſucco hordeaceo per 25. dies vice pulmenti, ibique addebatur perlar: præparat: drag: ſſ., oculor: cancror: præparator:, & pulueris viperin: iuxtà noſtrum vſum an: drag: 1.; manè ſumebat vnuſquiſque eorum drag: 3. ſequentis electuarij. ℞: ſucc: liquirir:, dragant:, gum: arabic:, roſ: rubear:, ſandal: citrin:, & rub: an: drag: 2., ſem: portulac:, ſem: papauer: albor:, ſem: comm: frigid: mundat:, ſem: malu:, cydoneor:, an: drag: 4., ſpod:, rhabarbar:, berber: an: drag: 3., pennit:, amid:, hord: mund:, amygdal: dulc:, auellan:, cortic: citr:, conſolid: maior: an: vnc: ſſ., vnicorn:, perl: præparat:, zaphyr:, & ſmaragd: præparat: an: drag: 4., conſer: flor: borragin:, bugloſſ:, nenuphar:,

an: vnc: 2. f: electuar: ſec: art: ; cum vſu dictorum remediorum recuperarunt aliquantùm vires; indè ſumpſerunt lac ferratum capræ per multos dies, & per 40. dies chinam, & quamuis peradmodùm ſanati, adhuc tamen non perfectè, quare in anno ſequenti iterùm ſumpſerunt dicta pharmaca, & peracta purgatione ſinguli ſumpſerunt viperam redactam in iurem conſumatum per menſem iuxtà noſtrum vſum, & conualuerunt. Multos pueros heticos priſtinæ reſtitui ſaluti cum puluere Quercetani contrà malos habitus.

Aliud.

NEapoli D. Antonia de Rubeis annorum 17., temperamenti debilis, laborabat à ſex menſibus febricula lenta, à multis exiſtimata hetica, quæ erat cauſata à menſtruorum retentione. Præbui primùm vinum calicis chymici ad vnc: 5., multaque porracea euomuit; indè propinaui decoct: aperitiuum radicium aperientium, in quo ſemper addebantur gr: 4. boracis, & drag: ſſ. ſal: matricariæ. Victus erat pulmentorum hordei, herbarumque refrigerantium cum iure pulli, ſed cum perpauca carne. Iuſſi fumenta partibus vteri, cum fecibus Reguli; indè præbui has tabellas, ſeù trociſca. ℞: fæcul: aron: vnc: 1., fæcul: brion: vnc: ſſ., pulu: radic: vincetoſſic:, & calam: aromatic: an: drag: 3., vitriol: Mart: drag: 2., cynnamom:, ſabin: an: drag: 1., croci ſcrup: 1., ſacchar: q: s: f: tabell:, et cap: drag: 2. prò vice; ſumpſit has per multos dies, et menſtrua vberrimè emanarunt, optimèque conualuit. Multas adoleſcentes Monacas cum eodem ordine, aut paulìſpèr diuerſo febriculis cholericis laborantes curaui, et priſtinæ, Dei gratia, reſtitui ſanitati; vt in Centurijs Obſeruationum eſt perſæpè adnotatum.

Aliud.

IBidem. Gratianus Nardus annorum 58., temperamenti aduſti, melancholici, à quinque annis erat adeò macie confectus, vt non apparerent ſuprà eius corpus, quàm caro, et oſſa, et in caſſum à varijs Medicis fuerat curatus. Vocatus ego iuſſi alimentum ei præbendum ex pullis enutritis paritèr vt ſuprà ranis, teſtudine, et viperis, addita maſſa panis, quos pullos per tres menſes comedit, ſimulque ſumebat decoct: hirundinis ordinariæ, et hordeaceum mixtum cum vino; ſumpſitque tinctur: noſtræ ſtibij per dictos tres menſes g: 15. prò manè in iure dictorum pullorum, et ſic euaſit liber. Cùm dictorum remediorum vſu multos heticos, et heticas curaui, vt in noſtris Obſeruationibus fuſiùs videndum eſt.

Cap: XII. De Cephalea ſanguinea.

DOctor egregie. Iuuenis iſte laborat Cæphalea dependente à multitudine ſanguinis; declarat hoc rubedo faciei, et oculorum, caliditas cum lenitate quadam venarum, et arteriarum, temporum præſertìm inflatio; infeſtatur potiſsimùm dolore pars capitis anterior, vrina rubea eſt, et groſſa, et in circulo præcipuè ſuperiori; addo, quod hora matutina, in qua ſanguis dominatur vſque ad horam nonam, moleſtatur magis; idem ætas, complexio, anni tempus, et præcedens regimen confirmant, vndè eius indiſpoſitio in capitulo de dolore capitis per eſſentiam, in ipſo capite à materia ſanguinea effecto, ponenda eſt.

Circà prognoſticum, ex quo videmus virtutem conſtantem, materiam benignam, aut facilè ad benignitatem reducibilem, non poſſumus niſi iudicare modico auxilio naturam ipſum morbum ſuperaturam, et perindè bonum ſucceſſum; hæc de prognoſtico.

Circà curā, quæ in tres diuiditur partes, videlicèt in victus ratione, pharmaciā, et operationem manualem, ideò dicimus victū, ac regimen in ſex rebus debere declinare ad frigidum, et moderatè ſiccū; prohibenda ſunt omnia ſanguinem multiplicantia, vt carnes, vinū,

& oua, eò maximè, quod vinum proprietatem habet ducendi vapores ad caput; competit igitur prò cibo ptiſana hordeacea cum ſaccharo, panis aqua dilutus ſimpliciter, aut cum modico vini granatorum; competunt fercula ex borragine, beta, cucurbita, & panatella, amygdalorum, & huiuſmodi; prò potu aqua hordei, vel aqua decocta cum ſaccharo, vel cum modico vini granatorum.

Circà ſecundam partem præmiſſo clyſtere leniente, poſſent apponi ventoſæ quatuor cum ſcarificatione, & valdè competunt, & ſi hoc non fuerit ſatis, aut infeſtauerit feb:, ad venæ ſectionem veniendum eſt, ad humeralem ſcilicet, quæ cæphalica dicitur, & è directo particulæ patienti, aut ei, quæ magis dolore vexatur. Quoad Medicinalia duæ erunt intentiones, altera ad cauſam morbi alterandam, altera verò ad ſymptomata; prima complebitur infraſcripto ſyrupo videlicet. ℞. ſyr: roſ: vnc: 1. ſſ:, acetoſ: ſimp:, vel de ſucc: endiu: vnc: ſſ:, aquar: borragin:, meliſ., & lupulor: an: vnc: 1., vel cum vnc: 3. aq: hordaceæ, & f. ſyr:, & cap: tepidum hora antè lucem; ſecunda verò infraſcripto exyrodino, vt ℞. aq: roſ: vnc: 2., ol: roſ: vnc: 1. ſſ:, acet: vnc: ſſ:, & madefiant petiæ lineæ duplicatæ, & fronti applicentur. Quinque etiam ordinatæ intentiones conueniunt communitèr, tàm in ſanguinea, quàm in cholerica, & pituita ſalſa, tàm per eſſentiam, quàm per conſenſum ab alijs membris, quarum prima eſt vniuerſalis euacuatio, quæ fit per ſectionem venæ, p: per ſaphænam, ſi in cauſa ſint hæmorroides vel menſtrua retenta, vel per venam baſilicam, vel per communem, ſi adhuc ſanguis abundare videatur; deindè per cæphalicam, poſtremò per venas frontis, aut eius loco applicentur naribus hirudines, & ſimilia. Secunda eſt reuulſio, quæ fit pluribus modis, ſicut per enemata, per extremarum partium frictiones, ligaturas, per ſanguinis detractionem, per cucurbitulas, per hirudines ad hæmorrhoides, & ad nares applicitas, per ſuppoſitoria; & interdùm ſub reuulſione etiam deriuatio conuenit, quæ ad vicina loca tantùm fieri ſolet; vndè per nares euacuantia, vt ſternutatoria, gargariſmata, maſticatoria, aurifuſoria, & ſimilia. Tertia eſt repulſio malæ qualitatis, quæ fit dupliciter per exteriora, & per interiora; per exteriora fit per repellentia epithemata, inunctiones, cerata, cataplaſmata, odoramenta, ſuffumigia, inſtillationes, lotiones, & ſimilia, ità tamen & repellentia ſint adſtringentia, & frigefacientia primùm, deindè repulſoria, quibus addendum eſt aliquid ex mitigatorijs, ac concoctorijs medicamentis, deinceps ad diſcuſſoria paulatim accedendum, detractis omninò repellentibus.

Interiora malam qualitatem remouentia ſunt ſyr:, iulapia cum ſpirit: vitriol: ecclegmata, apozemata, ſiuè decocta, pulueres &c. Syrupi ſunt acetoſus ſimp:, violaceus de endiuia, roſaceus, de ſucc: acetoſ:, de agreſt:, de granatis, de limonibus, de acetoſitate citri. Iulapia ſunt vt violacea, nenupharina, fiunt etiam cum priſana, & vino granatorum, cydoniorum malorum, vel cum iulep: roſaceo, aqua hordei, & aqua coriandor: præparator. Electuaria ſunt diarrhodon abb:, triaſandali, conſerua violacea, roſacea, confectio de prunis Meſ:, manus Chriſti, diacoralia &c. Decocta fiunt ex rebus frigidis ad caput ſpectantibus, ut ſunt uiola, nenuphar:, roſa, ſalice, cucurbita, malis granatis, lactuca, ſandalis, myrto, plantagine, ſemperuiua, portulaca, & ſimilibus. 4. eſt purgatio particularis capitis, quæ multifariam fieri poteſt, ſicut per ſimplicia medicamina, uel per compoſita; ſimplicia ſunt rhabarbarum, altes, agaricus, ſuccus roſarum, diagridium, myrabolani citrini, caſſia, ſuccus uiolarum, manna, ſuccus iridis, tamarindi, ſuccus fumiterræ, & ſimilia. Compoſita ſunt uaria, ſicuti electuaria, confectiones, pillulæ, trociſci, potiones, boli, & pulueres, electuaria ſunt de ſucco roſ: Nicol:, electuarium roſ:, diaprunis ſol:, diaphinicon, electuarium de pſillio ſol:, caſſia, & manna cum rhabarbaro, cum agarico, cum ſcamonio præparato. Confectiones ſunt cydoniata ſolutiua, nebulæ ſol:, & mille confectiones, quæ parari poſſunt, ſicut paſſulæ cum diagridio &c. Pillulæ ſunt aureæ Nicol:, de biera ſimp: Gal:, pillul: lucis Meſ:, de biera comp: Nic:, de rhabarbaro Meſ:, aggregatiuæ, alcophanginæ Meſ:. Aut Medicam: Chymica, ut ſunt flor: correctiantimon: Riuerian:, turbitt: mineral:, calomelanos, aureatum, extract: cæphalic: eiuſdem aureati, aut extract: rhabarbari, agarici, tàm ſimpl:, quàm compoſit:, aut uinum

he-

hermeticum, puluis Algerot:, aut uinum ex Rege, ut patebit in noſtris Obſeruationibus. Trociſci ſunt de diarrhodon, de rhabarb:, de campb: addendo aliquid rhabarb:, uel diagridij. Potiones fiunt ex electuarijs, ac decoctis ſuprascriptis; ſimilitèr boli cum electuarijs, & ſaccharo; pulueres ſunt ex rhabarb:, aloe, agarico, cucumere ſiluestri &c. Quinta eſt capitis roboratio, & ſi quid derelictum eſt reſolutio, undè capitis roboratio perficitur ſtipticis infrigidantibus, ac constringentibus, ut oleo roſaceo mirthino &c.; reſidui reſolutio fit cum reſoluentibus modicè calefacientibus, ſicut ſunt ſemina altheæ, fænugræci, lini, melliloti, camomilla, anethi, aut cum oleis camomillæ, anethi, &c. uel cum pulmone agni, uel arietis, catulorum, & pullorum columbarum &c.

Exempla ad hoc.

Die 2. Auguſti. D. Lodouicus Chriſtinus meus germanus frater annorum 36., temperamenti aduſti, męſti, et bilioſi propter iram in aliquibus accidentibus conceptam, & mærorem, addito etiam quod ſæpè abluerat caput aqua, in qua coctus erat ſal, ne capilli caderent, ipſa autem effecit, ut oppilarentur illi meatus capitis, incæpit laborare dolore capitis peracerbo, atque continuo, id autem per ſeptem dies, cum ſtipticitate corporis; in 4. præbui uomitiuum, nihilque operatum eſt; interim laborabat febre continua, ſed incognita, quæ in 7. adeò creuit ut impleret caput fumis cum delirio offuſcato, et dolore tàm magno, ut tentaret ſe præcipitem deijcere per feneſtras. In eodem die ſecaui uenam rectam frontis, à qua exiuere unc: 2. ſanguinis, et non amplius; indè fuit replicata plœbotomia in baſilica brachij dexteri, et exiuit ſanguis ad unc: 3., et non amplius; in 8. præbui auream noſtrum ad gr: 4., ſed non euomuit, ſolummodò bis euacuauit. Veſpere iuſſi Clyſterium, et in nocte per ſeceſſum aliquid eiecit; peradmodùm uexatus extitit à dolore capitis acerbiſſimo, delirijs, inquietitudinibus, anxietateque; urina erat turbata, ſpumoſa, pulſus undoſus, frequens, ſitis inextinguibilis, cum ſuſpirijs luctuoſis, puſtuliſque uiolaceis. In 9. ultrà dicta indiua habebat etiam ſingultum non frequentem, ſed interpellatum, cum motibus conuulſiuis; in eodem die dedi conditum alexipharmacum, ideſt ℞. aq: tor: citr:, flor: aranciot: an: unc: 3., aq: roſ:, flor: nenuphar:, borragin:, acetoſ:, ſcord:, ruct: caprar: an: unc: 3., confect: alcherm:, hyacinth: an: dragm: 1. ſſ., ſyr: acetoſ: citr: unc: 1. ſſ:, tinctur: noſtræ aurear:, eſſent: uiperar:, tormentill:, camphur:, contrahyerb:, theriac: an: g: 12., bezoard: iouial:, ſolar:, martial:, magiſter: ſmaragdi, margarit, unicorn: an: dragm: ſſ:, ſpirit: ſulphur: g: 20., mi, et fi potio; huius compoſitionis optimè mixtæ ſumebat quatèr in die ad unc: 3. prò uice; indè applicui ueſsicantia quinque, unum capiti in commiſſura coronali, bina brachijs, binaque cruribus; in ueſpere præbebam confect: hyacinth: dragm: 1., et laudan: nepent: gr: 3:. Per multos dies ſemper morbus deteriùs procedebat; fiebant clyſteria medicinalia, reiterabatur dictum conditum, & etiam confricationes per humeros, & crura; applicui cucurbitulas cum ſcarificatione in humeris, & ſanguis pauliſpèr exiuit, eratque aduſtus, & caro, quę incidebatur eueniebat nigra ad formam cancrenæ; ſic etiam, quæ applicabantur cucurbitulæ diſcooperiebant puſtulas nigras, undè ab alijs Medicis peritis etiam uiſus ęger iudicatus fuit laborare in extremis. In 14. uice bonæ criſis fuit iuxtà ſolitum uexatus abſque ſalutis ſigno; delitia aderant, ſed confuſa. In ueſpere 16. applicui ſolenia limacium plantis pedum, in manè erant fœtentiſſima, ſed caput erat leuatum. Renuit ægrotus amplius ſumere conditum propter odorem, & pulueres, quæ ingrediebantur, nauſeando Bezoard:, & magiſteria; undè in conſumatis iuribus ponebam perl: præparat: dragm: 1., & panaceæ noſtræ fixæ ad uſum Patris Valentini drag: ſſ:; incæpit euacuare rèr in die multa fœtentiſſima abſque clyſterijs, atque multa atrabilaria, ità ut alij Medici arbitrati fuerint mortem adeſſe proximam; adhuc tamen ego reliqueram ueſsicantia aperta, & præbebam alexipharmaca, & confectionem hyacinth: & conditum ſupradictum magiſterijs. Quatèr inter diem, & noctem ſumebat panaceam fixam ad gr: 12., & 15. pro uice, quæ corpus cæpit euacuare.

cuare; euanuit ſingultus, & vſque 24. diem cum eodem periculo tranſegit; poſteà febris aliquantulùm cœpit diminui, & vrina erat magis ſana, & in 30. extitit omninò abſque febre; in fine ſumpſit tèr potionem noſtram magiſterij tartari, & euacuauit reſidua; ſed quando febris deſijt adfuit iodicium, quod haberet parotidem in maxillis, ideſt habebat dolorem dentis cum rubedine maxillæ, vndè tetigi dictum dentem tèr cum ſtupefactiuo liquido vitrioli, & omnis euanuit dolor. Multi eodem in die ægrotarunt, & propter aeris intemperiem, morbi erant quaſi peſtilentiales, ità vt reliqui omnes mortui fuerint. Adnotaui hanc Obſeruationem in capitulo de Cephalea, quia cum hac incæpit ægrotare, & inter dum aduenit cæphalea cum febre, quæ ignoratur, vſque quò non malignatur febris.

Aliud.

PAter Modeſtus à Campoloro Cyrneus meæ Religionis, annorum 28., temperamenti mixti, aduſti, cùm adfuiſſet curæ multorum ægrorum laborantium morbo vulgò *Mazzucco*, qui incipit cùm dolore acerbiſſimo capitis, indè febris euadit maligna, & eſt peſtilentialis ità vt quaſi contagium proximos afficiat adſtantes, ægrotauit & dictus Pater cum dolore capitis eceeſſiuo, vndè iuſſi phlœbotomiam, & præbui aureatum noſtrum, ſed abſque fructu. Morbus euaſit malignus cum omnibus ſignis prædicti Ludouici Fratris mei, & fuit curatus cum iiſdem pharmacis, conditis, clyſterijs, & veſsicantibus; perſæpè præbui panacæam fixam, ſplenium limacium plantis pedum applicui; in 5. ſumpſit aureatum, in 8. antifebrile, ſed abſque fruct:; per ſeptem dies uixit quaſi abſque cibo, ità vt irremediabilis morbus à peritis iudicaretur. Adhuc tamen cum ſumptione bezoard:, condit:, & panacææ fixæ optimè conualuit. Ex hoc morbo multi extincti fuerunt, nihilominùs obſeruaui, quod illi, qui ſumpſerunt Aureatum in principio, & indè bezoard: mineral:, ioual:, & panacæam fixam, liquidamque, omnes ſani extiterunt.

Aliud.

EGo quoque propter curam dictorum morborum, & propter vigilias intempeſtiuas, quæ erant neceſſariæ in dictis curis, cũ eodẽ dolore capitis, & ſignis ægrotaui, ità vt Medicus ad extremum vitæ me peruentum diceret. Cæpit in veſpere dolor, & noctem pertranſiui cum maxima anguſtia; in manè ſumpſi uinum Calicis ad vnc: 8., & aureati gr: 3., ſicque euomui multa billioſa, atque obſcura, deſijt dolor, optimèque conualui. In cæphaleis ſanguineis, ſemper primùm vſus ſum vomitiuo, vt potè vino Calicis, aut aureato indè phlœbotomia iuxtà vires, & complexiones, ſicque multos ſanitati reſtitui, vt in multis noſtris Obſeruationibus extat videndum.

Caput XIII. De Cæphalea cholerica.

EGregie Doctor. Nobilis iſte capitis dolore vexatur, cuius pulſus eſt velox, & in tactu mordax, ſentitur caliditas, nec in facie, nec in oculis apparet rubedo, & tenſio, & ſi quæ rubedo videtur, eſt clara, & non ſubobſcura, quemadmodum ſanguinis rubedo apparet, oris ſapor ſubamarus percipitur, adeſt ſitis, vigiliarum inſtantia, quo fit, vt is cæphalea à materia cholerica dependente in ipſo cerebro eſſentialitèr exiſtente vexatur; confirmant hoc ſigna ſumpta ab exeuntibus mutatis, nàm vrina apparet rubea, & ſubtilis, muccoſitates per nares emiſſæ ad croceum tendunt colorem, ſic & egeſtiones, addo quod ætas, regio, tempus anni, complexio, & regimen præcedens ſuper bilis dominium teſtantur, ideò in capitulo de Cephalea cholerica hic morbus ponendus.

Circà prognoſticum materia cum ſit ſubtilis valdè reſolubilis, & euacuationi obediens,

cum

cùm ſit digeſta, & virtus ſit fortis, nec adeſſe videntur ſigna à Principe poſita p. 3: mortem ſignificantia, vt vigilia & ſomni prohibitio cùm vomitu in febre acuta, nec lippitudo, quæ pupillam tegere incipit ſicut tela araneæ, deindè adunatur, quod ſignum inquit ſignificare ægrum morti eſſe propinquum, hinc ſequitur nos poſſe de ægri ſalute benè ſperare, & hæc de prognoſt:

Circà regimen victus competunt in regimine ſex rerum non naturalium, ea, quæ ad frigidum, & humidum declinant.

Circà medicinalia competit purgatio; non ab re igitur pro bilioſi humoris præparatione talem deſcribemus ſyrupum ℞. ſyr: acetoſ:, ſimp: roſ: an: vnc: 1., aquar: endiuiæ, portulacæ, borragin: an: vnc: 1:, m:, & fiat ſyr:, & ſi nimiæ vigiliæ magis infeſtarent poſſumus ponere ſyr: violat:, vel de nenuphar:, aut de papauer, vnc: 1: cum aqua lactucæ, & ipſi poſt cęnam exhibere; in regione frontis vtatur anodinantibus, vt aq: roſ: nimph:, acet: roſ:, albumin: ouor:, ſonc:, ſempreuiui, ſolatr: &c. aut ſi dolor infeſtet, narcoticis vt ol: roſat: cùm gr: 2: opij, & g: 4: camphuræ. Pro pharmacia ℞. flor: borragin:, bugloſ:, violar: an: m: ſſ:, flor: nimpheæ m: 1:, tamarind: vnc: 1. prun: num: 5: f: decoct: in ſufficienti quantitate aquæ; de colatura recipe vnc: 5: in quibus diſſolue caſſiæ pinguis nouitèr extractæ vnc: 1:, diaprun: ſolut: vnc: 1: ſſ: f: pot:, cap:. Item in forma boli ℞: caſſ: recentèr extract: vnc: 1., diaprun: ſolut: vnc: 1: ſſ:, electuar: roſ: vnc: 1: fiat bol: ſec: art:, aut in fuſ: rhabarbar: in aqua ſtillat: vnc: 1: ſſ:, ſpic: Indic: ſcr: 1., ſpirit. calchant: g: 5: addendo ſyr: roſ: ſol: vnc: 1: ſſ:; aut medicamenta chymica, vtpotè aquæ benedictæ Rulandi vnc: 6:, aut vinum emeticum calicis chymici vnc: 5, ad 7: aut catholicum chymicum, & ſimilia.

Exempla ad hoc.

DOminus Carolus Taurinus Fulginatenſis annorum 28., temperamenti bilioſi à quinque diebus laborabat dolore capitis acerbiſſimo cum oculis flauis, vrina citrina, ebulliente, pulſu frequenti, veloci, amaritudine in ore, ſiti, vigilijſque. Iuſſi hoc pharmacum ℞: Rhabarb: vnc: 2:, ſpic: ind: g: 6., infundantur per noctem in aqu: endiuiæ vnc: 6: cum ſpirit: calchant: g: 10., manè exprime, & adde ſyr: roſat: ſolut: vnc: 2:, cremor: tartar: dragm: 1:, m:, & f: potio, cap:; quinquiès euacuauit. In die ſequenti præſcripſi ſyr borragin., acetoſ:, cicor: an: vnc: ſſ: aq: cicor:, acetoſ: an: vnc: 2: ſſ:, cap: in 3: die fuit ſecata baſilica, & fuerunt extractæ vnc: 7: ſanguinis; in 6: replicaui pharmaca ideſt ℞. electuar: ſucc: roſar:, diacatholic: an: vnc: ſſ: cum decoct: tamarind:, & fructuum quantum ſatis, ſyr: roſat: ſolut: vnc: 2:, m:, & f: pot:, cap:; ſeptièſque euacuauit, adhuc tamen morbus in 7: extitit grauis; ſequutus fuit in alijs diebus eoſdem ſyr: cum conſeru: borragin:, confection: hyacinth:; aliquotiès ad confortandum potabat aquas hordeaceas cùm ſal: prunell:; varia applicui ſplenia refrigerantia temporibus anodinantia, & clyſterias; in 8: fuerunt applicata veſsicantia coxis, & cùm eodem morbo continuauit vſquè 22., deindè febris euanuit, & euaſit incolumis.

Aliud.

D: Iſabella de Caſtellis Narnienſis annorum 22:, vexabatur à tribus dolore capitis, erat temperamenti bilioſi, auricoma, rubea in facie, vrina erat crocea, cùm amaritudine in ore, ſiti multa, vigilijſque. Iuſſi aureati g: 5:, euomuitque multa bilioſa flaua, & duodeciès euacuauit per ſeceſſum; in die ſequenti ſe habuit meliùs; & fuit ſecata ſaphæna ad vnc: 5., ſicque abſque alijs remedijs priſtinæ fuit reſtituta ſanitati.

Aliud.

Aliud.

D: Sanctus de Domo Spoletinus, annorum 31., temperamenti biliosi, à quatuor diebus ægrotabat dolore capitis acerbo, cum lingua arida, ſiti, vrina flaua, pulſu frequenti. Præbui vinum calicis vnc: 6., euomuit multa biliosa, multaque per ſeceſſum eiecit, & ſic conualuit. Eodem modo multi à me curati fuerunt, & cùm vſu vomitiuorum, & cùm diaphoreticis ſtibiatis euaſerunt liberi.

Cap: XIV. De Cæphalea Phlegmatica.

Egregie Doctor. Hic Reu: Presbyter laborat cæphalea dependente à materia phlegmatica, quæ apparet ex duobus ſimul iunctis, ſcilicèt ex carentia ſignorum calidi humoris, vt ſunt rubedo in facie, velocitas pulſus, caliditas tactus, & vehementia doloris, vnà cùm ægritudinis antiquitate morbum à cauſa frigida effectum colligit, ſed quoniam prædicta ſigna non magis fortaſſe cauſam cùm materia, quàm ſine demonſtrant, addo quòd dolor eſt cùm grauitate quadam obtuſione in operationibus, & maximè ſenſuum interiorum, ſomni profunditate, & ſuperfluitates ad emunctoria maximè ad oculos, & nares multiplicantur excreantur, pulſus non magnus, vrina decolorata alba cùm ſedimine ſatis groſſo, ex quibus omnibus materiam pituitoſam arguere manifeſtiſſimè poſſumus. Confirmant hæc ætas, complexio, naturalis regio, & regimen præcedens, vndè in cap: de cæphalea phlegmatica, ponenda eſt hæc indiſpoſitio.

Circà prognoſticum, cùm corpus ſit obeſum materia apparet multa, virtus non ad modùm fortis, cùm ſit in ſenili ætate æger conſtitutus, niſi ei citò ſuccurratur, periculum eſſet, aut de ſubita aliqua ſuffocatione, aut de aliqua ægritudine frigidarum. Ideò conſtituto illi victu in ſex rebus non naturalibus ad oppoſitum declinante, ſcilicèt ad calidum, & ſiccum maximè ſit habenda ratio virtutis, non prohibemus de manè dilutum vinum, de nocte verò eius loco, aut aquam cùm ſaccharo decoctam, aut hydromel, aut aquam ex paſſulis, ſiuè aquam coctam cùm modico cynnamomi potare poterit, & parciùs cænare cùm de nocte huiuſmodi materiæ moueri ſolent ſecundùm Gal:, & Raſis ſententiam.

Et prò cura Medicinali quatuor proponemus intentiones, ſcilicèt diuerſionem ad oppoſita, materiæ æquationem, euacuationem, diſſeccationem, confortationem, & malæ complexionis, quæ remanet remotionem. Prima intentio completur fricationibus, deorſum trahendo, & facit ad eandem intentionem balneum aquæ, tàm virtualitèr, quàm actu calidæ in extremitatibus factum. Item Clyſteria cùm appropriatis, in principio leuia, deindè gradatim ad fortiora, videlicèt ℞: betæ, mercurialis, furfuris, & camomillæ an: m: 1., ſticados, maioranæ, an: m: ß: bulliant in aqua q:s:, de cuius colatura ℞: lib: 1: ß: , & adde caſſiæ extractæ vnc: 1:, rhodomellis vnc: 1: ß:, olei communis vnc: 3: , ſalis dragm: 2. m., & fiat enema. Item ℞: rhodomellis, ſyr: de bettonica an: vnc: 1: , vel rhodomellis vnc: 1: , ſyr de ſticados, & oxymellis an: vnc: ß., aquar: ſanſuci, ſaluiæ, & lupulor: an: vnc: 1:, m: & f: ſyr:, capiat calidum in Aurora, & continuet vſquè ad materiæ aliqualem digeſtionem, & ſic ſequere &c.

Quinque etiam intentiones conueniunt in omni dolore capitis à materia frigida tàm pituitoſa, quàm melancholiæ mixta, quarum prima eſt regimen ſi materia ſit pituitoſa, frigida ſcilicèt, & humida, erit circà ſex res non naturales calefaciens, & exiccans. Secunda eſt præparatio materiæ, vndè ſi pituita fuerit craſſa, ac viſcoſa per incidentia, ac attenuantia capiti conferentia, vt eſt rhodomel, oxymel ſimp:, ſiue comp:, & ſcilliticū, ſyr: de duabus radicibus, & de quinque radic:, ſyr: de ſticados, de bettonica, cùm decoctis incidentibus, vt ex hyſſopo, origano, pulegio, ſaluia, maiorana, bettonica, ruta, peonia, ſaturea, ſtechade, ſilere montano, ex chamædryos, chamæpityos, caſtorio, cynnamomo, ligno aloes, laudano, melliloto, calamo aromatico, verbena, fæniculo, folijs lauri, cùm muſcho, ambra, nuce miriſtica, roſmarino, quæ omnia ſummoperè capiti oppor-

tuna

tuna uidentur; Si uerò materia fuerit tenuis, & fluens, calidis ſtipticis, quæ craſſiorem materiam reddant, utemur; Sicuti eſt maſtiche, nux muſch:, lignum aloes &c. poſſet etiam fieri materiæ præparatio cum cataplaſmate ex rebus prædictis minus calido, & frigido, prout expedire uidebitur; 3. eſt euacuatio, quæ fit, ut ſupradictum eſt, per ſimplicia, ac compoſita; pharmaca ſimplicia ſunt, colochynthis, agaricus, aloes, hebuli, ſarcocolla, turbith:, carthamus, eſula, polypodium, hermodactil:, ſcilla, radices ireos, cyclamen &c. Compoſita ſunt confectiones, electuaria, pillulæ, & pulueres. Confectiones ſunt diarrhod:, diaturbit:, & mille aliæ, quæ per ſe cum melle, & ſaccharo poteris componere. Electuaria ſunt diaphinicon Meſ:, electuarium indum Meſ:, dicarthami magiſter:, egetea Meſ:, electuarium eleſcoph: Meſ:, diarrob: cum turbith, & rhabarb:, & ſimilia. Pillulæ ſunt cochiæ, pillulæ fetidæ Meſ:, de ſerapino Meſ:, de rhabarb: Meſ:, de ſarcocolla Meſ:, hyeralogodion Nicol:, pillul: de hyera magna Galen:, de hyera cum agarico magiſt:, pillulæ alephanginæ Meſ:, de agarico, de hermodactilis Meſ:. Pulueres componi poſſunt ad libitum, ſicut puluis turbith: præparati, rhabarbari, agarici, carthami &c.: quorum formulæ tales eſſe poterunt ex Riuerio; ℞. ſenn: mundat: unc: ß., ſemin: aniſorum, & garyophillor: an: dragm: ß., fol: mentæ, & bettonicæ an: m: ß. ſummitat: thymi pug: ß. coquantur ad unc: 4., infund: agaric: recent: trociſcat: ſcrup: 2., cynnamom: ſcrup: ß.; in expreſſo diſſolue diaphen: dragm: 3., ſyr: roſ: ſol: unc: 1. f: pot:, ſeu ℞. aq: bettonic:, ſaluiæ, mentæ an: unc: 1. ß., ſenæ, agaric: recent: trociſcat: an: dragm: 1., ſpirit: calchant: g: 5. infund: per noctem, manè col:, add: ſyr: roſ: ſol: unc: 1. f: pot:, aut in forma boli, aut pillulæ, ſicut neceſſe eſt. Aut Chymica, ut ſunt flor: Antimonij correcti noſtri, & ſimilia. Quarta eſt diſeccatio ſuperfluarum humiditatum, & diuerſiua, ex decoct: Guaiaci ſolo, uel addendo lign: ſaſſafraſ: aut radic: ſalſ: parill: ad vſum recentiorum cum additione olei ſuccini, ſeu eſſentiæ noſtræ. Diuerſio, & deriuatio ſunt etiam quartæ intentionis, prima eſt euacuatio, quæ fit per extremarum partium ligaturas, per ſuppoſitoria, enemata, cucurbitulas, lotiones, & frictiones. Deriuatio fit per gargariſmata, ſternutatoria, & maſticatoria, caput purgia; ligationes fiant ualidiores, quàm in calida cæphalea, ſuppoſitoria parantur ex ſpeciebus hyeræ compoſitæ dragm: 2., ſalis gemm: dragm: 1. cum melle, quibus addi poteſt colocynthis, agaricus, fel Tauri, ſtercus muris, euphorbium, eſula, diagridium. Enemata parari poſſunt ex decocto ſaluiæ, ſticados, mercurialis, maluæ, furfuris, lib: 1., caſſiæ, hyeralogodionis an: dragm: 5., rhodomellis, olei communis an: dragm: 3., ſal: dragm: 5.; validiora fiunt cum colocynthide, agarico centaurio, carthamo &c.; cucurbitulæ applicantur cum ſcarificatione, prout tibi uidebitur; fricationes fiunt manibus, aut cum linteolis aſperis vel lenibus, aut cũ oleis, vin: alb:, aut decoc: alterato herbar: aromaticar: &c. Gargariſmata fiunt cum oxymelle ſimp: & compoſ:, & ſcillitico, cum decoct: origani, hyſſopi, cui addi poteſt, ut ſit ualidius ſinapis, piretrum, cortices thuris, ac piper &c.; Sternutatoria cum pipere, aut helleboro albo fiunt. Caput purgia cum nigella per 24. horas infuſa in aceto, & exiccata, & in puluerem redacta fiunt, aut ex felle taurino, aut caprino, cum modico caſtorei, & parte una croci, cum aqua maioranæ fiat errinum. Maſticatoria fiunt ſimpliciter cum maſtice addito pipere, vel piretro, uel radice capparorum &c. Quinta eſt capitis roboratio, quæ fit cum calidis ſtipticis; reſidui reſolutio fieri poteſt per linimenta, epithemata, attrahitiones, ſacculos, inſtillationes, confectiones, ſuffumigia, & cerata. Linimenta fiunt ex oleo camomillino, ruraceo, laurino, de ſpica liliorum alborum, de cheiri, nardino, ſanſucino, de amygdalis amaris, de croco, quibus addi poſſunt oleum roſ:, viol:, & ſimilia; uel ſi calidiora deſiderantur cum oleo de caſtorio, de euphorbio, de piperibus. Epithemata fiunt ex aquis maioranæ, vel oleis, aut ex decocto ſticados, foliorum lauri, camomillæ, roſarum, cum oleis ad caput ſpectantibus. Competunt etiam olea ad vſum Chymicum, utpotè ol: ſtillatitia cranij humani philoſophorum, ceræ, terebinthi, ſuccini, roriſmarini, ſpicæ, ſaluiæ, iuniperina, guaiacina, buxina, corylina, tàm ex ſe, quàm compoſita, vt ſunt balſama noſtra cæphalica, aut antepileptica. Attractio per nares fit cum aqua maioranæ, muſcho addito, vel ambra, quamuis odorifera in mulieribus ſint vitanda ob conuerſionem vteri ad ſuperiora,

vel

vel cum alijs aquis capitalibus, addendo calamum aromaticum, & nucem myriſticam. Saeculi fiunt ex camomilla, maiorana, ſticados, folijs lauri, pulegio, origano, corticibus citri, cynamomo, ſpica maeiſgallia muſchata &c. Inſtillationes fiunt ex laudano, ſtorace cal:, cum oleo camomillino, rutaceo, &c. Confectiones fiunt ex diambra, diamargaritone, diamuſcho dul:, confectione de gemmis, aromatico roſ: muſchato, electuario regum, mythridato, theriaca, diacoro, &c. Poterunt addi, tàm in oppiatis, quàm in liquoribus factitijs ad vſum ſpargyricum liquores balſamici, vt eſſentiæ roriſmarini, ſaluiæ, liliorum conuallium, florum tiliæ, ſuccini, bettonicæ, cranij humani, ligni guaiacini, cynamomi, lentiſcini, angelicæ, carlinæ. Si timeatur propter nimiam calidiratem poterunt contemperari, ſicut Phyſicus idoneus agnouerit neceſſitatem; aut cum oppiatis noſtris, ſeu extractis bettonicæ, ſalſæ parill:, iunipetinis, guaiacinis, & ex alijs ſpecificis.

Suffumigia fiunt ex thure, ſandaraca, ligno aloes, laudano, muſcho, ſtorace calamita, garyophillis, &c. Fumenta fiunt ex camomill:, maiorana, ſticados, roſ: an:p: 1:, cortic: citr:, garyophillor:, cynamom:, nucis muſch: an:p: ß:, galliæ muſchatæ, laudani parum cum oleo de ſpica, & reſina pini ad libitum, fiat fumentum, & ſimilia. Inueniuntur iſti morbi & in illis, qui ſunt humidi in capite, nàm habent frigidam cerebri intemperiem.

Exempla ad hoc.

MAgiſter Ioſeph Cola Vrbeuetanus ſutor annorum 42., temperamenti mixti, humidi capitis, cum oculis craſſis, colore plumbeo, inordinatus antè in cibis, & potu, à ſex menſibus continuis laborabat dolore acerbo in omnibus capitis partibus; à diuerſis fuit curatus, ſed incaſſum. Vocatus ego obſeruaui vrinam albam cum ſedimento farinaceo, pulſu vndoſo, parum frequenti, capite obtuſo, ſomnolentia, ſed cum grauedine, excrementis crudis, &c. Iuſſi pillulas cochias ad drag: ß:, agarici ſcr: 2. m:, & cap: euacuauit multa aquoſa; indè præſcripſi ſyr: de ſticados, bettonicæ an: vnc: ß:, aq: lilior: conuallium, bettonicæ an: vnc: 3., m:, & cap: per ſeptem dies; in 3. fuit celebrata phlebotomia in ſaphæna ad vnc: 5., recipiebat fumenta in ore cum aloè, balſamo Peruiano ſicc: vulgò *balſamo impetrito*, & ſuccino per vnam vicem in die, & dimidio horæ antè cibum ſumebat theriac: veteris dragm: ß:, conſerv: antos, roſar: an: dragm: 1., m:, & cap:; in 7. dedi electuarium diacatholic:, diaphenic: an: vnc: ß:, diacarthami dragm: 2., decoct: flor: cordial: q: ſ: fiat pot:. In parte capitis ſuper occiput fuit applicata cucurbitula cum ſcarificatione, & fuit extractus ſanguis craſſus, viſcoſuſque ad vnc: 3., indè fiebant confricationes in humeris quotidie; fuit factum cauterium in brachio dextero, & fuerunt exhibitæ ſequentes decoctiones. ℞: lign: ſanct: torniti vnc: 4., ſaſſafras:, ſalſæ parill: an: vnc: 2., lentiſci, ligni viſci quercini an: vnc: 1., ſemin: peoniæ, cardi ſancti, baccarum iuniperi an: vnc: 1. ß:, florum ſticados, herbæ bettonicæ an: man: 1., aq: commun: lib: 12. f: decoct: ſecundùm artem; ſumebat huius decoct: vnc: 8. quotidie in mane, & ſic continuatus eſt per 25. dies, & omni die 5. prætermittebat decoct:, & ſumebat pillulas cochias, & agaricū iuxtà doſem ſupradictam; deſierunt dolores, & ſe habuit meliùs. Poſteà quolibet mane capiebat per tres menſes continuos radic: carlinæ, radic: acor: condit: an: dragm: 2., & ſemel in hebdomada ſumebat dragm: 1. pillul: ſequent: ℞: aloes loti cum ſacchar: roſ: vnc: ß:, agaric: trociſcat:, rhabarbar: an: dragm: 2., radic: bettonicæ, peoniæ, angelicæ an: dragm: ß:, ſemin: peoniæ, cardi ſanct:, aniſor:, fænicul:, cardamom: an: ſcrup: 1. cynamom:, garyophil: an: ſcrup: ß: maſtic: dragm: 3., myrrh: dragm: 1., croci g: 6., triturentur omnia, & cum ſyr: ſticados q: ß: fiat maſſa pillular: cap:, & ſic conualuit.

Aliud.

D. Petrus à Sezza Vrbinatenſis annorum 38., temperamenti humidi melancholici, capitis craſſi, coloris pallidi, &c. ab octo menſibus laborabat dolore capitis obtuſo, erat que vtpotè inſenſibilis; interim multa cæperat pharmaca, ſed fruſtrà. Vocatus iuſſi vinum Calicis Chymici ad vnc: 8., multaque euomuit; fuit repetitum in die ſequen-

ſequenti, & multa euomuit, euacuauitque per ſeceſſum porracea; indè iuſſi vnctionem de eſſentia roriſmarini cùm confricationibus in nuca, & medulla ſpinali, addito oleo Canis rubri, & ſpicæ; tempora vngebam oleo carab:, & eſſentia ſpicæ, & balſamo apopletico noſtro; fumenta carabis faciebam in ore, & naribus; ſumebat per os quolibet mane dragm: ſſ: extracti noſtri antapopletici, & poſt ſeptem dies ſumpſit panchimagogi Crolliani ſcrup: 2: ſexiès euacuauit, & repetito extracto antapopletico per 18. dies, optimè Dei gratia conualuit.

Aliud.

HIeronymus de Craſſis à S. Martà annorum 54., temperamenti humidi, laborabat à ſex annis dolore acerbiſſimo capitis; fuit à me curatus eodem modo, vt ſuprà, & ſequutus fuit dictum extractum antapopleticum per 45. dies, & ſic conualuit. Vide de hac materia multas Obſeruationes in noſtris Centurijs, vbi multi homines, ac mulieres, cùm ordine vt ſupra, & aliquotiès cùm Galenicis, aliquotiès cùm ſpargyricis, aut inter vna, & alterà mediatis pharmacis, priſtinæ fuerunt reſtituti ſanitati.

Cap: XV. De Cæphalea per conſenſum à Ventriculo.

DOctor egregie. Hic vir laborat cæphalea, tamen dolor non videtur continuus, neque apparet aliqua læſio in operationibus cerebri, immò manifeſtum nocumentum in ipſo ventriculo; ergo poſſumus concludere huiuſmodi dolorem non per eſſentiam in capite, ſed per conſenſum ab ipſo fieri ventriculo, quod ipſius ventriculi ſymptomata demonſtrant, vt perturbatio, nauſea, oris amaritudo, & deiectio materiarum, tàm biliofarum, quàm pituitoſarum. Addo, quod augetur, aut minuitur dolor, prout ipſius membri affecti indiſpoſitio, & ab eo eleuatus vapor augetur, aut minuitur; erit igitur dolor, quo hic moleſtatur conſenſus ab ipſo ventriculo malis repletus humoribus, æthereogeneis ideſt, bilioſis, vnà cùm pituitoſis mixtis, qui ſtatìm ſumpto cibo minuitur, aut quando penitùs ceſſat. & hæc de morbi eſſentia.

Circà prognoſticum ex quò percæpimus ab ipſo ægro, & adſtantibus, multam materiam aquoſam, purulentam, quandoque albam, quandoque croceam per nares emiſiſſe, morbum benè terminaturum iudicare poſſumus, iuxtà dictum Hipp: particula 6., aphor: 10., caput dolenti, & circumdolenti pus, vel aqua, vel ſanguis effluens per nares, aut os, aut aures morbum ſoluit, & hæc de prognoſtico.

Circà curam quinque erunt intentiones, quarum prima eſt ordinatio debiti regiminis, vt panis ex iure, ferculum de borragine, panis aqua dilutus cùm ſaccharo, & ſucco granatorum, prò potu aqua decocta cùm ſaccharo, & ſimilia. Secunda eſt reuulſio, quæ perficitur cùm clyſteribus, fricationibus, & ſimilibus. Tertia eſt materiæ præparatio, quæ perficitur tali ſyr:, vt ℞: rhodomel:, ſacchar:, oxymellis an: vnc: 1., decoct: abſynth:, & cicoreæ unc: 4., m:, & f: ſyr:. Quarta eſt euacuatio, quæ ſic fieri poteſt, vt ℞. floris Caſſiæ noniter extractæ, vel diacatholiconis dragm: 10. ſpecierum hyeræ dragm: 4:, m: & f: bolus; quem capiat per horam antè cibum; aut in forma potionis, ut potiones ſupradictæ in capitulo antecedenti multæ, & miræ vtilitatis ſunt in hac ſpecie morbi, aut aquæ benedictæ, vt ſuprà, vina bemetica, aquilæ albæ, aureata, uitra hyacinthina, croci, flores omnes ex ſtibio compoſiti. Quinta eſt confortatio ipſius ventriculi, & fit per exteriùs, & interiùs ſumendo aromaticum roſ:, confectionem diarrhodon: abb:, diatriaſand:, citrum conditum, diacytonidem, quæ ſemper ſumuntur ſtatìm ſumpto cibo, & exteriùs ut per fuſiones, vnctiones, fumenta, vtpotè ex abſynthio, menta, corticibus citri, roſis, & huiuſmodi.

Aphoriſmi capitis materiam recipientes.

L*Ac dare caput dolentibus malum, malum verò, & febricitantibus, & quibus ilia ſuſpenſa murmurant* lib: 5: aphor: 65.

Caput dolenti, & circumdolenti pus, vel aqua, vel ſanguis effluens per nares, aut os, aut aures morbum ſoluit lib: 6: aphor: 10:

Dolenti partem capitis poſteriorem in fronte vena recta inciſa prodeſt lib: 5: aphor: 69:

Quicumque ſani dolore capitis repentè capiuntur, & ſtatim muti fiunt, & ſtertunt, in ſeptem diebus pereunt, niſi febris apprehenderit lib: 6: aphor: 51.

Quibuſcunque in febribus vrinæ ſunt perturbatæ, quales ſunt iumentorum, ijs dolor capitis vel adeſt, vel aderit: lib: 4: aphor: 70. & ſimilia.

Exempla ad hoc.

DOminus Lazarus Griffonius à Corio, annorum 27., temperamenti mixti, aduſti, perſæpè per duos, & tres dies laborabat acerbiſſimo capitis dolore, indè euaneſcebat, & termino 15. dierum, aut minùs regrediebatur. Multa fuerunt, at fruſtrà, exhibita remedia. Iuſſi ego Aureati gr: 6., & per multùm euomuit; indè præbui pillulas imperiales ad uſum Valerij Cordi ſemèl in hæbdomada ad dr: 1: prò vice in veſpere antè cænam, & ſic conualuit. Multi talibus fuerunt curati morbis cùm vſu Aureati, vini Galicis, Alghetori, & ſimilium cùm præſeruatiuo pillularum iuxtà complexiones.

Caput XVI. De Phrenitide.

EGregie Doctor. Dubium non eſt Nobilem hunc laborare uera phrenitide primogenio affectu in cerebro, & non per conſenſum ab alijs membris, & hoc probatur, quia ad ſunt ſigna omnia veram phrenitidem indicantia; nàm oculi apparent ſicciſſimi propter exiccationem contingentem in humiditatibus à nimia apoſtematis caliditate, & cùm vocatur non reſpondet, & incipit euellere pilos à pannis, exiſtimans falsè huiuſmodi pilos ſibi fore nocumento; lingua apparet aſpera, & non interrogatus, ac ſi eſſet interrogatus reſpondet, & hoc ex corruptione imaginatiuæ, & adeſt vigiliarum inſtantia, & manifeſtiſsima intellectus permixtio, & alienatio; eſt in pulſu velocitas, & frequentia, & urina primùm craſſa, mox tenuis, & aquoſa, ex quibus materiam ad caput, tamquam ad locum apoſtematis, raptum habuiſſe cenſendum eſt, vndè clarè patet, non modò eſſe morbum hunc reponendum in capit: de uera prenitide, ſed etiam eſſe apoſtema in augumento, cùm prædicta ſigna ſint aliqualitèr intenſa, & iam apparuerunt aliquæ lachrimæ calidæ ab altero oculorum, & quoniam febris eſt acuta, & propria temperatura, ità & anni tempus, regio, & regimen præcedens ſuper bilis dominium atteſtantur; huiuſmodi apoſtema cholericum à pura cholera, ideſt non alterata, nec aduſta, modicumque phlegmatis admixti habente, & hæc de morbi eſſentia.

Quoad prognoſticum verò, licèt riſus materiæ benignitatem, & proindè ſalutem indicet, tamen cùm ſit admixtus cùm multo fletu, ex quo materiæ ætherogenitatem, et malignitatem denuntiare poſſumus, vndè dicebat Raſis p:*ron:ſi cum patiens vna hora ridet, & altera plorat, mors propinqua ſequitur;* ſed quoniam ars Medicinæ eſt coniecturalis, et eſt luminis, facto prognoſtico de periculo, et grauitate morbi, ne eius domeſticos omni penitùs ſpe deſtituamus, priuſquàm ad ſtatum morbus perueniat, cùm Dei auxilio, omni cùm diligentia, ea remedia, quæ efficaciſsima ſunt, et magis proficua, aut magis ad ſalutem idonea ordinabimus, et hæc de prognoſtico. Conſentiens etiam Hipp: aph: 6: aph: 53., ſic dicens: *deſipientiæ, quæ cùm riſu ſiunt ſecuriores, quæ verò cùm ſtudio periculoſiores.* Ità et Galen: 3: de loc: aff: cap: 7:

Circà curam quinque erunt intentiones habendæ, quarum prima verſatur circà regimē

ſex

ſex rerum non naturalium, vndè victus ſit in primis tenuis, declinans ad frigidum, & abſtineat ſe à potu aquæ frigidæ, ſed potus ſit aqua hordeacea cùm oxymelle, & quieſcat in aere puro, ac temperato. Secunda eſt diuerſio, quæ fit per ſectionem venæ cæphalicæ, & deriuatio, quæ fit per hirudines naribus applicatas, vel per ſectionem venæ in fronte, vel per cauſtica quædam, ideſt vexicatoria. Tertia eſt repercuſſio, quæ fit per epithemata, vt ℞: aquæ roſ: dragm: 8:, olei roſ:, & aceti an: drag: 2., vel aquæ roſ: part: 8:, olei part: 4:, & aceti part: 2., & ſimilia. Quarta eſt alteratio, & rectificatio humorum, quæ perficitur cùm ſyr: de ribes, de limonibus, de ſucco acetoſæ, roſaceo, violaceo, de papauere, de citro, de agreſta, de granatis, oxyſacchar:; & ſimilium. Etiam cùm conſetu: viol:, borragin:, diacoral:, diarrhodon: abb: cùm vino granator:, iulcb:, & cibis frigidis, & ſtipticis, &c. Quinta eſt euacuatio, quæ perficitur per phlœbotomiam incipiendo à ſaphœnis, deindè à communi, & à baſilica, vel per pharmacium cùm electuarijs, aut pillulis peculiaribus, aut potionibus, ad quas eſt appropriata magìs aqua fructuum, & florum Meſ: diſtinction: 7: antidot:, & infuſio rhabarbari vt de die in diem videbis. Si inflammatio iam facta ſit, duæ tantùm erunt intentiones, altera ad reſolutionem materiæ fluxæ, altera ad tollenda ſymptomata. Reſolutio materiæ primò fit euacuando materiam exuperantem cùm rhabarbaro, myrabolanis, vel pillulis, vt ſuprà, aut catholico chymico noſtro, aut catholico Veicardi, aut alijs noſtris catharticis. 2: reſoluendo cùm topicis, ſicut cùm columbis, pulmone arietis, & catulis ſciſſis, ac euiſceratis cùm natiua eorum caliditate, aut aduentitia, præſertìm parata cùm rebus anodinis, cuiuſmodi ſunt violæ, maluæ, melliloti, folia lauri, cortic: papaueris, camomilla, anethum, folia ſenæ, ſticados, & ſimilia. Remotio ſymptomatum fiet, ſi vigiliæ adſint cùm ſomnum prouocantibus, veluti cùm ſyr: de papauer: cùm lotionibus extrinſecis ſoporiferis, vt cùm corticibus capitum papaueris albi, & cùm hyoſciamo, floribus nenupharis, violis, anetho, & cùm folijs pampineis, ſalicis, lactucæ, mandragoræ, roſarum, populi &c. vel cùm ſeminibus papaueris albi, aut ſcrup: ß: pillularum de cinogloſſa, aut laudan: nepent: noſtro, aut Quercetani à gr: 4. ad 6:, vt in noſtris Obſeruationibus. Quod ſi retinetur vrina, eam prouocabimus cùm oleo ſcarpionum, iniungendo circà veſſicam, vel cùm cataplaſmate ex paretaria, panaria, creſone, aut cùm ſalibus factis ad vſum Chymicum, vt ſunt fabarum, ſaxifrag:, camomill:, paretariæ, abſynthij, tartar:, aut vitriol: & ſimilium.

Exempla ad hoc.

ROmæ Dominus Gaudentius Roſinus Pedemontanus, temperamenti bilioſi, annorum 25., laborabat dolore, qui incipiebat à coxa, indè perueniebat ad caput, & in eadem nocte, qua incæpit, fuit caput repletum fumis, & ſic euaſit phreneticus, vt neminem cognoſceret, loquebatur multùm, & illi videbatur cernere gentem armatam, ità vt conaretur ſurgere è cubili, & quinque homines illum coercere non poterant. Vltrà hoc laborabat febre ardentiſſima, cùm pulſu celeri, acuto, vrina perlucida, lingua nigra; quare iuſſi in manè Aureat i noſtri gr: 6., multaque euacuauit bilioſa, euomuitque; fuit ſecata à metipſo arteria temporum, indè cùm noſtro balſamo adſtringente ſanata, a qua fuerunt extractæ vnc: 5: ſanguinis. Indè fuit tonſum caput, & applicatum veſſicatorium commiſſuræ coronali, & bina coxendicibus, & eodem veſpere præbui per os confection: alchermes dragm: ß:, laudan: nepent: gr: 5:; in die ſequenti deſijt delirium, & poſt tres alios dies optimè conualuit.

Aliud.

VT in ſuperiori Obſeruatione, ſic euenit Hortonæ ad mare in quodam, cui fuit iuxtà mentem Hipp: motus dolor, & incipiebat phreneticare; ſumpto autem vino Calicis ad vnc: 7:, & Aureat:g:3:, eodem tempore omnia euanuerunt.

Aliud.

DOminus Theodorus Chriſtinus alter meus Frater, dùm quadam veſpere morabatur cùm multis Amicis, affinibuſque ad animum recreandum, ſtatìm ac regreſſus eſt domum cæpit laborare dolore in coxendice, qui paulatìm peruenit ad caput, ſicque euaſit ſtupidus, vt ſpacio duorum dierum neque verbum ediderit, quod rectum, & ſenſatum foret. Statìm vocatus ego, qui multis milliaribus à Patria diſtabam, acceſſi 48. horis tranſactis; applicui cucurbitulas cùm ſcarificatione, & extraxi ſanguinem ab arteria temporum, applicui cordialia cordi, iuſſique fumenta ſicca, & vnctiones, ſicque poſt tres horas redijt ad ſenſus, & ſumptis poſteà varijs medicamentis, optimè euaſit liber.

Aliud.

CArolo Angelario à Coreſe annorum 40., temperamenti aduſti, cùm à quodam Aſtrologo fuiſſet prænunciatum, quod in anno quadrageſimo eius ætatis filium vxor ipſi eſſet paritura, ſed poſteà Carolum ipſum moriturum cùmque, mulier ſuo tempore peperiſſet filium, quæ antè ſemper fuerat ſterilis, augurio Aſtrologi in mente Caroli impreſſo, quod nempè mors eſſet ſucceſſiuè filij ortu propinqua, cæpit ità phreneticare, vt nihil aliud in ore haberet, quàm illud verbum: quadraginta; ſeptem homines nequibant in cubili illum obfirmare, & cùm hac forti apprehenſione mortuus eſt.

Caput XVII. De Lethargia.

DOctor egregie. Temperatura huius Nobilis fermè eſt calida, & humida, indè morbus eſt lethargus, qui dormiendi quædam inexpugnabilis cupiditas eſt, & appellatur ſic ab accidente, ideſt ab obliuione ſequente apoſtema frigidum cerebri, dependente à materia pituitoſa; quæ nimio frigore, ac humore cerebrum imbuit, & in ſomnum impellit, & hoc quia adſunt ſigna veram lethargiam indicantia, vt dolor lenis quaſi extendens, lenta febris, ſomnus grauis, obliuio vehemens, reſpiratio imbecillis, & rara, ſingultus ob ſtomaci conſenſum, albedo linguæ, pigritia in motu palpebrarum, pulſus tarus, & tremulus, aluus humidus, vrina qualis iumentorum, interdùm tremores, & ſudores apparent, vt Gal: inquit 3: de loc: aff: cap: 5:, & Auic: p: 3:, & etiam lib: 3: cap: 9:, ex quibus omnibus clarè patet iàm morbum hunc reponendum eſſe in cap: de lethargia à materia pituitoſa, de quo nulli dubium eſſe poterit, & hæc de morbi eſſentia.

Quoad prognoſticum ſic ait Hipp: aph: 2: aph: 1: *In quo morbus ſomnum laborem facit, mortale, ſi verò iuuat, non mortale.* & aphor: 3., *ſomnus, atque vigilia, ſi modum exceſſerint malum*, & Auic: p: 3: ſic ait. *Quùmque fortia fuerint accidentia lethargiæ, & multiplicatur ſudor deijcit virtutem, & quùm ſpiritus dilatatur, & fit bonus, & declinant accidentia, tunc tendit ad ſalutem, & propriè ſi apparent apoſtemata poſt aures*, et Celſ: lib: 3: cap: 20: ſic ait, *lethargus eſt de genere acutorum, & niſi ſuccurratur celeritèr, iugulat*; vndè citò fiant quæ fienda ſunt, et hæc de prognoſtico.

Circà curationem quinque perficiuntur intentiones, quarum prima eſt euacuatio, quæ fit primò per ſectionem venæ cæphalicæ, euacuando ſanguinem pituitæ mixtum, deindè

per ſeceſſum; vndè educunt pituitam hyera ſimplex,& compoſita,pillulę chochię,electuarium Indum, agaricum, rhabarbarum, & alia; deindè per uomitum, & fit ex decocto rhaphani,& oxymelle ſcillitico,aut uino emetico,tàm ex Calice,quàm ex Aureato, & Algerori, & etiam per maſticatoria, & ſimilia. Secunda eſt reuulſio, quę fit per cucurbitulas, lotiones, clyſteria, frictiones, & ligationes, undè clyſteria parantur ex rebus ſpectantibus ad caput, ſicut ex decocto ſaluiæ, maioranę, rutę, betonicę, ſticados, & additur radic: cyclaminis,colochynthidis, carthami, centaureę, ſalis gemmę, hyerę comp:, electuarij Indi, cùm additione aquę benedictę Rulandi, aut uini Calicis, aut ebullitio croci metallorum, Lotiones fiunt ex prędictis rebus à cubito ad extremam manum, & à genu vſque ad plantas pedum, & ſimilia. In hoc caſu conferunt ueſſicatoria vſualia, vnum in commiſſura coronali, alia in brachijs, & cruribus; exteriùs utilitèr etiam applicantur balſama apopletica, quę apud Spargyricos ſunt multa, ut videre eſt in cap: 14: de Cęphalea. Tertia eſt repercuſſio, & perficitur per exteriora in primo cùm oxyrodynis, in augumento, & à medio ſtatu cùm reſoluentibus, ſicut eſt emplaſtrum Meſ:, quod recipit piretri, ſynapis, ſcillę, caſtorei, euphorbij &c. Interiora materiam pręparantia ſunt ſyr: de ſticados, oxymel: ſcillitic,: rhodomel:, cùm decoct: ſaluię, ſticados, maioranę, hyſſopi, betonicę, & ſimilium. Quarta eſt ſympromatum correctio, & fit per ea, quę à ſomno profundo ęgrum reuocant, vt eſt fumus humorum capillorum, euphorbij, carabis, & ſimilia. Item frictio pedum cùm aceto, ſale, vel farina ſynapis, vel cùm ſucco rutę; reuocat etiam optimè à ſomno pilorum euulſio partium inferiorum, clamor, & tumultus. Obliuio verò loquendi, mingendi, & egerendi expellitur, incitando, veſſicam comprimendo, oleiſque aſpergendo &c. Quinta, quę eſt ratio victus, ſit tenuis, incidentius, cùm condimentis quibuſdam paratus, ut panis contritus in aqua, cùm ſaluia, pauco pipere, vel cynnamomo, vel priſana, ſale, vel pulegio, vel oxymelle parata, vel aqua cicerum, vel lupinarum; potus ſit hydromel, aut vinum aquoſum, tenue, & album; carnes ſint gallinarum, columborum, auicularum, piſces petroſi, olera ſint pori, aſparagus, petroſelinum &c. Aer ſit lucidus, ſplendidus, domus tepida, ſomnus non permittatur, niſi per mediam horam, deindè excitetur, ità vt de media in mediam horam dormiat, & excitetur; frictiones vicem ſuppleant exercitij, et cucurbitulę abſque ſcarificatione.

Exempla ad hoc.

HOrtonę cùm ęgrotaſſent multi Incolę febribus malignis, et in domo D. Equitis Maſſari, cùm quędam puella laboraſſet paritèr febre maligna, et Dei gratia, meo opere ſanitati fuerit reſtituta, multi, qui eam curarunt illius domus, fuerunt paritèr eodem morbo affecti, et quidam mortui, quidam ſanati. Hoc tempore Domina Oſualda ſoror conſobrina dicti Domini Equitis annorum 32:, temperamenti imbecillis, bilioſi, et capitis humidi ęgrotabat paritèr febre maligna à quindecim diebus, quę tranſiuit in lethargum ità grauem, vt ſemper clauſos teneret oculos, et cui perſępè illum vocabat, pro reſponſo loquebatur de viſione Angelorum, Paradiſi, et Dominę Lauinię cariſſimę paulò ante mortuę; indè denuò claudebat oculos; pulſus ità erat tenuis, vt non reperiretur, vrina craſſiſſima, ità vt ad nihil aliud, quàm ad funus cogitaretur. In conſultatione cùm alijs Medicis multotiès propoſui applicari veſſicatorium commiſſuræ coronali, ſed alij hoc non approbarunt. Tandem Medici vtpotè deſperatam dereliquerunt, ſtatimque ego applicui commiſſurę coronali veſſicatorium, et dabam in iure qualibet hora perlar: pręparat: cùm panacęæ fixę noſtrę ſcrup: ß: prò vice, et cùm aqua cęphalica Quercetani ſumebat tincturæ ſtibij g: 10: prò vice, atque interdùm cùm iulep: gemmar:, ſicque in 24. horarum ſpacio euanuit lethargus, et intrà paucos dies euaſit ab omni ęgritudine.

Aliud.

LAnciani. Dominus Hippolitus N. Frater ſupradictæ D. Oſualdæ, Theſaurarius Excellentiſſimi Marchionis Vaſti,& altera ſoror. febre maligna, dùm ad inuiſendã ſororem ægrotantem Hortonæ petijſſent,affecti & ipſi Lancianum regreſſi ſunt, & cùm tota domus, quaſi contagio, dicta febre maligna laboraret, vocatus acceſſi,& inueni inter alios famulam præfato morbo vexatam, cùm profundo lethargo. Præbui Aureati Crollij gr: 6., euomuitque; indè applicitis remedijs, & veſſicantibus, vt ſuprà, conualuit. Sic in eadem Ciuitate Hortonæ curaui filios D. Vincentij Vrbiſci, febre maligna cũm permagno lethargo laborantes, eodemque vſu ſpacio paucorum dierum conualuere.

Aliud.

DOminus Gregorius Tallonius Dux Cyrneus annorum 35.,tranſiuit à graui infirmitate in lethargum profundum,ità vt ei niſi ſepulchrum quàm citò parandum omnes arbitrarentur, & iàm vocati fuerant præsbyteri ad funus celebrandum. Extiterat cum dicto lethargo per 22.dies, nec loquebatur, nec reſpondebat, ſed tantùm quædam iura reſtauratiua pro potu ſumebat. Vocatus ego applicui ſplenium verbenæ, farinæ hordeaceæ, & albumin: ouor:, quod multum extraxit humorem, & multotiès hoc replicato, lethargus, morbusque ab infirmo diſcuſſi ſunt.

Caput XVIII. De Vertigine, & Scotomia.

EGregie Doctor. Hic vir vertigine moleſtatur per conſenſum à ventriculo, quod ſic inuadetur. Hic patitur oculorum tenebroſitates cùm promptitudine ad caſum, ità quod niſi per adſtantes ſubſtentaretur, caderet, & morſus circà os ventriculi percipitur, & nauſea, ſiuè inclinatio ad vomitum. nec morbus eſt continuus, ſed per interualla, prout diuerſimodè,diuerſiſque temporibus ab ipſo ventriculo vapores tranſmittuntur, & praua concoctio;appetitus videtur grauitas,& anxietas quædam ſtomachalis, & dolor eſt in anteriori parte cerebri vſque ad medium propter neruorum reuerſiuorum conſenſum, vt inquit Galen:3:de loc:aff:cap:8:, & Auic:p:3:tract:5:, & Paul:lib:3:cap:12:, quæ ſigna omnia, cùm in noſtro appareant caſu nulli dubium eſſe debet huiuſmodi affectum eſſe per conſenſum à ventriculo, vt dictum eſt, & hæc de morbi eſſentia.

Circà prognoſticum, ex quo ad vertiginem ſubſequitur dolor capitis, ſolutionem vertiginis prædicere poſſumus, ſed quoniam hic noſter æger eſt quodammodò ſenex, vt vult Auic:in fine de cauſis, nuntiat apoplexiam, & ibi rationem reddit. Item ſuccedit ſtupor membrorum, vt ex ipſius ægri relatione percæpimus, & vt inquit Galen: aphor: 3: aph: 17: vertigines proximæ ſunt morbis comitialibus, & hi, quos apoplexias nominant, niſi cura, ac diligentia prouideatur, in malos morbos, ac difficiles prolabi poſſe verendum eſt, iuxtà illud Hipp: aphor: 2: aphor: 41:, *qui frequentèr, ac fortitèr abſque cauſa manifeſta deficiunt animo, de repentè moriuntur*. Et hæc de prognoſtico.

Circà curam quatuor proponemus intentiones,quarum prima conſiſtit ordinando debitum regimen,& prohibendo quæcunquæ euaporare faciunt,& commotionem in ſpiritibus inducunt,vt aer calidus,& luminoſus,motus tùm corporeus,tùm animalis, & cibaria omnia,quæ vel ſua acuitate,vel caliditate nimia faciunt euaporare ad caput,ideò abſtinendum eſt. Secunda vertitur ad membrum mandans, & quoniam hic noſter æger multa abundat pituita in ventriculo, expedit pro eiuſdem minoratione materiam vomitu aliquo leui euacuare, vt ea, quæ in ore, vel circà os ſtomaci continentur, educantur, & fit recipiendo decoction: raphani,& ſeminis anethi vnc: 6:, cùm vnc: 1. olei, & tantundèm oxymell:, & totum tepidum cap:, aut vinum emeticum Calicis Chymici, aut puluer: Algerot, vel aurea-

aureatum noſtrum, ſeu flores correcti ſtibij, aut crocus metallorum, aut ſal: vitrioli multùm conferunt in his caſibus. Hinc poſſumus præparare reſiduum cùm hoc ſyr. vt ℞: rhodomell:, ſac:, oxymell: an: vnc: 1., decoction: abſynth: unc: 4:, m:, & f: ſyr:, indè poſſumus euacuare, & hoc cum pillulis de Hiera Galeni, aut Elephanginis, aut de Aloe, & huiuſmodi, deindè debemus confortare, & hoc fit cùm ſpeciebus Diagariophyllati vel cum puluere factò cùm gariophyllis, & cynamomo, & corallis, & puluere ſtomacorum gallinarum ſecundùm art: præparatorum, de quorum præparatione mentionem fecit Arnaldus Medicus, & Philoſophus eximius, qui puluis datur ſuper aſperſus in buccellæ panis bono vino priùs infuſæ, & ſimilia, quæ ſint ſpecifica, vt in noſtris Obſeruationibus. Circà membrum recipiens, quod eſt caput, procedendum eſt cum confortantibus, vt ipſum inungendo cùm oleo roſ:, & camomillino, & aceto, & ſuccis, & ſimilia. Quarta perficitur conuertendo vapores ad oppoſitum, & hoc frictionibus, hirudinibus, & clyſteribus completur, cùm decoctione cyclaminis, coloquyntbidis, maioranæ, ſaluiæ, ſtic:ados, mellis roſ:, olei de ruta, camomillini, hieræpigræ, hierelogodionis, electuarij lenitiui, ſacchar: rub:, caſſ: extract:, ſal: gem:, & ſimilibus, quare &c.

Exempla ad hoc.

Romæ. Syluester Iohannis Aretinus annorum 28., temperamenti mixti, à quinque annis laborabat vertigine, ità vt ſæpiſſimè amitteret potentiam viſiuam, voluebatur circulariter caput, & niſi alicubi niteretur, ruebat in terram; pauliſpèr durabat, ſed ſæpiſſimè contingebat, de quo à varijs fuit curatus Medicis, ſed abſque fructu. Vocauit me, & antè quàm applicarem medicamenta aptata vertigini, purgaui ſtomacum, indè præbui vinum Calicis ad vnc: 6., & aquam diſtillatam viſci ligni quercini cùm radic: peoniæ per multos dies, & infrà ſeptem dies ſumebat ſemèl vinum Calicis, & infrà ſpacium 40. dierum optimè ſanatus fuit. Vinum Calicis deindè ſumebat ſemèl in menſe, & poſt annum, quatèr in anno, & hoc vſu nunquam paſſus fuit ampliùs vertiginem, vt ipſemet mihi teſtatus fuit poſt quinque annos. Multos cùm eodem vino curaui, & aliquando cum Aureato, indè vſu pillularum noſtrarum contrà vertiginem ad dragm: 1. ſemèl in hæbdomada, vel bis in menſe. Vidi etiam laborantibus vertigine morbos grauiſſimos ſuperueniſſe, & multis improuiſa morte peremptos, iuxtà aphor: Hippocrat: *qui frequentèr, ac fortitèr &c.*, ſed cùm vſu præſeruatiuorum, multi fuerunt priſtinæ reſtituti ſanitati.

Caput XIX. De Comitiali morbo.

Doctor egregie. Indiſpoſitio, qua hic vir afficitur, eſt morbus comitialis, epilepſia à Græcis dictus, & eſt non omnimoda conuulſio totius corporis ſicut in apoplexia, ex qua prohibitiones fiunt motus, & ſenſus in operationibus membrorum, accidens per temporum interualla, & fit cùm repentino caſu, ac exitu ſpumæ oris, & ſequi ſolet talis conuulſio à multitudine grauante, & acri materia cerebrum mordicante, quod cùm tale moleſtum reijcere conatur, tali motu conuulſiuo concutitur, & hoc prouenit à nimia multitudine, viſcoſitate, & mala qualitate phlegmatis oppilante, & attenuante vias ſpiritus ſenſibilis, & motiui, non ſolùm per eſſentiam in ipſo capite, ſed per conſenſum à ventriculo, & alijs membris, vt patet per ſigna, quia tendit ad colorem liuidum, & ex multitudine ſputi phlegmatici, & obtuſione ſenſuum, cùm grauitate totius corporis, & lippa circà oculos, & vrina ſimilis vitro liquefacto, ſic & ætas, complexio, anni tempus, & præcedens regimen idem confirmant, vndè eius indiſpoſitio in cap: de Epilepſia à materia phlegmatica per eſſentiam, & per conſenſum ponenda eſt; vt Gal: inquit 3: de loc: affect: cap:7:, & Auic: p:3: tract:5:, & Paulus lib: 3:cap:13:, & alij.

Circà prognoſticum ſic ait Hipp: *indè morbus ſacer quùm inueterauerit medicabilis non eſt, quoniam cerebrum pituita conſumitur, & liqueſit, quo liquefacto crebriùs corripiuntur,*

piuntur, & 5. aphor: aphor: 7. *Quibuſcunque morbi comitiales fiunt antè pubertatem, mutationem accipiunt, quibus autem vigeſimo quinto, commoriuntur*, & Galen: 3: de loc: affect:; portò in his omnibus affectibus, in quorum numero eſt epilepſia periculi magnitudinem ex anhelitus nocumento conijcere oportet, & hæc de prognoſtico.

Circà curam quinque erunt intentiones, quarum prima eſt victus ratio, quæ ſit incidens, ac extenuans, qualis eſt capparis uſus, & ſit laudabilis thymi, non ſuperfluè humectans; cauenda eſt repletio, & mala digeſtio; ſemèl in die reficiatur tantùm ſi tollerare poteſt. Secunda eſt humoris præparatio, quæ perficitur per ea, quæ incidere, ac extenuare vires valent, quale eſt oxymel ſimplex, compoſitum, & ſcilliticum, ſyr: de abſynth:, de ſticados, de hyſſopo, rhodomel:, apozima, hyſſopi, & origani, cùm decoct: ſaluiæ, hyſſopi, rutæ, maiotanæ, radic: iridis, ſcillæ, viſci quercini, peoniæ, flor: roſmarini, ſticados, liquiritiæ, acori, paſſularum, nucis muſchat:, cynamom:, betonicæ, & ſimilia. Tertia eſt euacuatio & primò per phlœbotomiam à cubito, deindè per pharmaciam, vt cùm agarico, turbith:, hyera, aut cùm pillulis chochijs, fætidis, polypodio, belleboro, pillulis Ind:s, de lapide lazuli, myrabolanis, & ſimilibus; vel cùm electuarijs diſſolutis in aliquo decocto ſicùt cùm diaphinicone, electo Indo, aut cùm extract: agarici, turbit:, antepilepticis Quercetani, noſtris, ſeù cùm vomitiuis prænominatis in capitulis antecedentibus, & ſimilibus. Quarta eſt reuulſio, & deductio materiæ ad inferiora, & perficitur cùm cucurbitulis dorſo, & præcordijs, etiam cute inciſa affixis, additis quibuſdam electuarijs ad hoc propoſitum facientibus, vt hyera, diacolochynthidæ, hyerologodionæ, oleis de ruta, de abſynthio, rhodomelie, deindè frictionibus, lotionibus circà crura, quibus annexæ deriuationes, quæ fiunt per ſternutatoria, maſticatoria, gargariſmata, & ſimilia. Quinta eſt roboratio, & reſidui reſolutio, quæ fieri poſſunt per exteriora, & interiora remouendo malam intemperiem derelictam, ne ipſa remanente noua materia denuò aggregetur. Interiora ſunt diacorus, diamuſchus dul:, confectio pliris, arcoticon Nic:, theriaca, mithridatum, acorus conditus, & quæcunque à proprietate occulta conferre dicuntur, de quibus plurima ſcripta ſunt in libris Authorum. Conueniunt etiam remedia ſpargyrica, vt ſunt aq: hirundinum Quercetani, picæ eiuſdem Auth: tàm ſimplic: quàm compoſitæ, ſicut etiam Arcanum noſtrum Antepilepticum, & multa alia compoſita ex varijs Authoribus. Sic Galenus 6., de fac: ſimp: Auic: p: 3: Meſ:, & Alexand:, vndè curantia à tota ſpecie ſunt hepar lupi, hepar milui, & pellis frontis aſini, carne nudæ admota cingulum ex pelle caudæ lupi, aut frontis eius, veſſica apri cùm vrina puluerizata; omnia coagula, & propriè leporis, piretrum conditum, peonia, viſcus quercinus, caput cuculi, oua corui, ſmaragdus portatus, lapis ſpongiæ, phyllipendula in cibis, os hominis, & ſimilia.

Exempla ad hoc.

ROmæ. Andræas Caluanus Nurſinus annorum 44., temperamenti melancholici ex varijs applicationibus, cùm eſſet in ętate 38. annor:, cecidit quadam die repentè in terram, cùm moribus conuulſiuis, & cùm ſpuma in ore; poſt menſem denuò redijt talis morbus; fuit purgatus à Medicis, ſed poſt tres menſes redijt; itá vt multa poſteà adhibuerit remedia, ſed fruſtrà; poſt ſex annos vocauit me, & ſtatìm præbui vinum Calicis ad vnc: 7:, indè decoct: ligni viſci quercini, radic: peonię, ſemin: eiuſdem, cùm lign: ſanct:, ſaſſifraſ: ſec: art:, & infrà ſeptem dies ſumebat vinum Calicis, hoc autem per menſem; poſteà per 15. dies dùm luna decreſcebat ſumpſit extract: noſtri antepi leptici ſcrup: 1., ſicque morbus euanuit.

Aliud,

Aliud.

ROmæ Domina Iulia de Caris Sicula, annorum 28., temperamenti mixti, ex menſtruorum ſuppreſsione tranſierat in eandem indiſpoſitionem à tribus annis, & quotidie cadebat cùm ſpuma in ore. Præbui vinum Calicis ſeptiès in menſo, et in alijs diebus ſumebat quotidie ſequens decoctum ℞: lign: viſc: quercin: vnc: ſſ:, radic: valerianæ, peoniæ, et quinque aperitiuat: an: vnc: ſſ:, betonic:, artemiſ:, matricar:, iuæ atteticæ an: pug: 1., ſemin: dauc:, ſęnicul:, peoniæ an: drag: 1., palmæ Chriſti ſcrup: 1., nigell: dr: ſſ:, croci g: 15., ſal: artemiſ:, abſynth: calybeat:, et noſtri antiſcorbutici an: drag: ſſ:, f: decoct: ſec: art:. Sumebat huius decoct: vnc: 5. prò vice, et hæc doſis inſeruiebat per quinque dies; bis fuit ſecata ſaphæna, et fiebant fumenta cùm ſecibus Reguli ad partes vteri, et cucurbitulæ applicabantur coxendicibus, ſæpè abſque ſcarificatione; ſicque emanarunt menſtrua, morbuſque, licèt aliquantulùm fuiſſet moderatus, adbuc tamen redibat; dedi extract: noſtri antepileptici per menſem ſcrup: 1. prò vice cùm aqua hirundinum Quercetani ad vnc: ſſ:, ſicque euaſit libera.

Aliud.

FIlius Domini Andreæ Tonni Viterbienſis annorum 8., à quinque annis morbo laborabat comitiali, eratque humidiſſimi capitis; tèr præbui auteatum interpolatè ad gr: 2. prò vice, & cùm noſtro extract: antepileptico per menſem ad g: 10. prò die cùm decocto ligni quercini ſanus euaſit.

Aliud.

ROmæ Filia Leonis Horatij annorum 11., à 9. annis laborabat epilepſia, & cadebat bis, aut tèr in die; cùm noſtri arcani antepileptici gr: 12. fuit curata per 15. dies dùm Luna decreſcebat, capiendo illam doſem ſemèl in die, ſicque optimè conualuit.

Aliud.

FIlius Antonij Pauli Saladini Neapolitani annorum 17., à duodecim annis ægrotabat morbo epileptico. Præbui tèr vinum Calicis, & per menſem ſcrup: ſſ: prò vice extract: noſtri antepileptici cùm vnc: ſſ. aquæ liliorum conualliu m, & florum tiliæ, & ſic morbus fuit omninò ſublatus.

Cap: XX. De Apoplexia.

DOctor egregie. Morbus, quo hic vir afficitur eſt apoplexia, quæ nil aliud eſt, niſi quædam obſtructio ventriculorum cerebri, per quam membra motu, & ſenſu totius corporis priuantur, vnà cùm læſione principalium actionum, de repentè incidens, & fit à ſuperflua quantitate, & peſſima qualitate intrinſecæ, & extrinſecæ materiæ frigidæ, & humidæ oppilantis, & attenuantis meatus, & vias ex arterijs, & venis, per quas tranſeunt ſpiritus ex cerebro ad neruos, & membra, & hoc fit, quia ſubitò infirmus cadit, & veluti attonitus iacet, vox amittitur cùm totius corporis ſenſu, & motu; citrà febrem in ſomno ſtertit, & vocatus non reſpondet, nec diuulſione pilorum, aut ſtimulo punctus ſentit, & adeſt dolor capitis, vertigines, & ſcotomiæ; venarum circà guttur inflatio, totius corporis tremor, & ſtridor dentium, in ſomno grauitas, ac pigritia, frigus extremarum partium, motus difficilis, vrina eruginoſa, atra, & modica, vt Gal: inquit 1. meth: cap: 9., & Auic: p: 3. tract: 5., & Paul: lib: 3. cap: 18., ſic & ætas, complexio, anni tempus,

tempus, & præcedens regimen idem confirmant, vndè eius indiſpoſitio in ca; de apoplexia à materia phlegmatica ponenda eſt.

Circà prognoſticum Hipp: aph: 2., aphor: 42. ſic ait: *Soluere morbum, quem apoplexiam vocant fortem impoſſibile, debilem verò non facile*; vndè Auic:, Paul:, Actius, Razes aiunt vt plurimùm in paralyſim terminare; & aphor: 6. aphor: 51. ſic ait: *quicunque ſani à dolore capitis de repentè capiuntur, & incurrunt apoplexiam, ij in ſeptem diebus pereunt, niſi febris apprehenderit*, & hæc de prognoſtico.

Circà curationē quatuor requirūtur intētiones, quarū prima eſt euacuatio, quæ fit primò per ſectionem venæ, quia cū pituita apparent ſigna ſanguinis, deindè per pillulas chochias, fœtidas, de euphorbio, cùm ſyr: de ſticados, aut aquis capiti dicatis diſſolutas, aut per clyſteria cùm hierelogodionæ, pulpa colochynthidis, caſſia, & decoctis compoſitis, & cùm oleo camomillino, rutaceo, laurino, addito ſale; etiam per ſuppoſitoria cùm puluere hellebori, colochynthidos, ſpeciebus hyeræ pigræ, ſale gem:, & ſimilia. Indè per vomitoria cùm penna intincta in oleo liliaceo, ac gutturi immiſſa, aut vino emetico, aut alijs notatis in noſtris Obſeruationibus. Secunda eſt reuulſio, & deriuatio, quæ fit cùm cucurbitulis occipiti cùm ſcarificatione affixis; item cùm ligaturis ſæpè reiteratis, & cùm apophlegmatiſmis cùm aceto ex origano, & thymo decoctis; item cùm ſternutatorijs, cùm helleboro, euphorbio, & pipere, aut cùm fricationibus pedum cùm oleo quo vis calido, aut cùm ſuffumigijs ex caſtoreo, oppopanace, galbano, aut cùm ſynapiſmo, aut veſſicatorio capiti admoto, &c. Tertia eſt reſidui reſolutio, & perficitur per exteriora cùm epythematibus calidis, item cùm linimentis, inungendo cùm oleo de coſto, de euphorbio, de caſtoreo, aut cùm oleis antepilepticis, & alijs ſupranotatis in cap: 14.; cùm emplaſtris etiam, in quorum numero laudatur emplaſtrum de ſynape Meſ:, aut emplaſtra ſtiprica Paracelſi, aut cùm candenti ferro capiti admoto. Interiora perficiuntur per confectiones, & ſunt diacori, confectio anacardina; item quintæſſentiæ calidæ prænotatæ in cap: 14.; item quæcumque calida ſunt, & ſicca, febrem euocantia, &c. Ego vſus ſum in pluribus ſumentis noſtris ſiccis, vt decoct: ſalſæ paril:, lign: guaiac:, vt in noſtris Obſeruationibus eſt videndum. Quarta eſt ratio victus, qui ſit tenuis, & exquiſitus, calidus, & abſterſorius, ut ſolo pane in vino eloto veſcatur patiens, deindè ad craſſiuſculum, & in reliquis ſex rebus non naturalibus, & ſimilia.

Exempla ad hoc.

IN Ciuitate Ducali. Filius D. Franciſci Fugilis annorum 24., temperamenti melancholici, dùm permaneret apud molam tritici, improuisè cecidit à morbo affectus apopletico, & ſenſus amiſit. Ductus in Ciuitatem per quatuor dies nec loquutus fuit, nec ſenſus recuperauit; Medicus ordinarius aliqua iuſſit clyſteria, & poſteà vtpotè deſperatum reliquit. Vocatus ego præbui gr: 8. Aureati, ſed nihil euomuit, parùmque per ſeceſſum euacuauit; iuſſi clyſteria iuxtà ordinem deſcriptum in Obſeruatione 47. Centuriæ 1:, & veſpere multa eiecit per ſeceſſum; fuerunt applicatæ cucurbitulæ capiti, & humeris, & facta fumenta, ſternutatoria naribus hellebori albi, piretri, euphorbij, carabiſque, ſed ſine ſternutatione. Iuſſi phlebotomiam ſaphænæ, & unctionem in nuca, & ſpondilibus cum balſamo noſtro apoplectico, oleo ſuccini, ſpicæ, & cymini facto ad vſum ſpargyricum, & hæ vnctiones fuerunt factæ multotiès, vngebanturque pariter tempora, & commiſſuræ coronales. Per os ſumebat aq: antepopleticam Quercetani maiorem ad vnc: iij: prò vice, olei ſuccini g: 3. elexir cæphalici noſtri ſcrup: 1., m: & cap: per quinque dies, bis in die. Indè fuerunt facta vaporalia cum herbis aromaticis, & ſaxis ignitis iuxtà noſtrum vſum, quæ calefecerunt corpus; præſcripſi etiam decoct: lign: ſanct: per 40. dies, quæ decoctio ſcribitur in ſupradicta Obſeruatione 47. Centuriæ primæ; infrà ſpacium paucorum dierum tranſiuit apoplexia in phreneſim, & indè poſt parum temporis conualuit; ſed poſt duos annos, quia ipſe continuabat in mola ſupradicta tritici manſionem, redijt morbus apoplecticus, licèt mitior, & mihi fuit poſteà relatum ex illo morbo periſſe.

Aliud.

Aliud.

DOminus Albertus Sarianus Neapolitanus annorum 41., temperamenti melancholici, cecidit eodem modo, quo ſupradictus æger, cùm eiſdem ſignis, & cùm eiſdem remedijs curatus conualuit, abſque eò quod euenitet phreneticus.

Aliud.

REu: D. Rogerio de Sanctis à Sabaudia annorum 28., temperamenti humidi, propter deſcenſum fluxionis à capite fuit impedita loquela, & motus brachij, cruris, & totius lateris. Iuſſi Aureati noſtri gr: 8., nihilque euomuit; fuerunt facta fumenta cum herbis aromaticis, ſaxiſque ignitis, & ſic tota pars impedita emittebat ſudorem; indè vngebatur cum oleo canis rubei, buſonis, ſaluiæ, ſpicæ, ſaxi an: part: æqual:, & nuca, & tempora vngebantur cum noſtro balſamo apopletico, & fiebant ſternutatoria. Sic etiam præbebam aquam antapopleticam Quercetani maiorem ad vnc: ſſ. prò vice, & elexir noſtrum cæphalicum ad ſcr: 1. per octo dies; indè iterum ſumpſit Aureati bis gr: 5. prò vice, multaque euomuit; fuerunt applicita multa clyſteria cùm infuſione croci metallorum, & colochynthidis in vino, cùm decoctione multarum rerum calidarum, ſicque cæpit loqui, & infrà tres menſes apoplexia diſcuſſa penitùs eſt.

Aliud.

IN Canetra diœceſis Ciuitatis Ducalis. Vxor Petri Luccantonij annorum 36., paſſa fuit improuiſum accidens conuulſiuum in capite, gutture, cùm vultu torto, tremore in brachio, cùm refrigeratione. Timui ne iſte morbus replicaret, quare ſtatim præbui Aureati gr: 8., & iuſſi balneola cùm vino, in quo herbæ aromaticæ calidæ ebullitæ erant, ſicque morbus euanuit.

Aliud.

REu: D. Carolo Matthæio à Caſtro S. Angeli quodam mane deſcendit fluxio cùm tanto dolore in altero brachio, vt poſceret ſibi recidi, & in medietate faciei erat inflatus. Iuſſi Aureati gr: 8., nec euomuit quidquam; fuerunt facta fumenta cùm herbis aromaticis, & ſaxis ignitis, vt ſuprà, indè fiebant vnctiones cùm oleo canis rubei, oleo ederæ, ligni ſancti, & abſque vllo impedimento remanſit.

Caput XXI. De Paralyſi.

DOctor egregie. Indiſpoſitio, qua hic vir afficitur eſt paralyſis, quæ nil aliud eſt, quàm mollificatio, vel relaxatio ex oppilatione neruorum, & mala qualitate, atque indiſpoſitione membrorum, in qua, tàm ſenſu, quàm motu membra talia priuantur, & vniuerſalitèr prouenire poteſt à caſu, et percuſsione, et ab omnibus ægritudinibus, in quibus materia plurima in cerebro, et neruis abundat; nunc verò fit è materia pituitoſa in poroſitatibus imbibita, et ipſas mollificante, et relaxante, vndè fit prolongatio nerui ad differentiam ſpaſmi, qui fit à materia craſsiori implente neruos, ex quo fit abbreuiatio ſecundùm longum, et ſecundùm latum augumentatio. Hæc ſunt ſigna, quia membrum paralyticum ad albedinem, et frigiditatem tendit, et etiam in toto phlegmaticæ ſuperfluitatis adſunt ſigna, et ideò pulſus eſt occultus, debilis, frequens, et inordinatus, vrina eſt alba, atque ſpiſſa, vt Gal: inquit 3. de loc: affect: capit: vltimo, & Auic: 2: 3: tract: 1., et Paul: libr: 3. capit: 18. Idcircò ætas, complexio, anni tempus, et præcedens regimen idem confirmant; vndè eius indiſpoſitio

in

in cap: de paralyſi à materia pituitoſa proueniente ponenda eſt.

Circà prognoſticum, ſi membrum paralyticum minoretur, aut extenuetur quotidie, malum, quia ſignum eſt, quod non nutritur, et ſi color eius mutetur, et non ſit ſicut color reliqui corporis malum ſignum eſt, et indicium incurabilitatis; et ſi in ſpacio decem dierum applicatis conuenientibus remedijs non conualeat aliquantiſpèr, talis nunquam recipit curam, et in hoc conueniunt omnes Doctores, et ſi extenuatio parti paralyticæ, inſignis atrophia adueniet, et pallor ingens, adimitur ſpes curationis. Et hæc de prognoſtico.

Circà curationem quinque expediunt intentiones, quarum prima eſt debita regiminis adminiſtratio, quæ declinare debet ad ſiccam, attenuatoriam, et tenuem. Secunda eſt præparatio pituitoſi humoris, et frigidæ intemperiei, cauſæ nempè ablationi præcipuè incumbendum eſt, vt puta cùm hydromelle, rhodomelle, ſyr: de ſticados, cùm aquis ſaluiæ, betonicæ, roriſmarini, et ſimilia; vtilior tamen dicta ſudorifica. Tertia eſt euacuatio, et hæc fit cum hyera ſimp:, et comp:, hyera Hermetis, hyeralogodione, nec ab re exiſtimarem, ſi à ſectione venæ inciperemus, et moderatam detractionem molitemur. Quarta eſt diuerſio, et deriuatio, videlicèt cum cucurbitulis, veſsicatorijs affectis partibus affixis, enematibus, maſticatorijs, ſternutatorijs, frictionibus, et his ſimilibus. Quinta eſt reſolutio reſidui, quę paratur per exteriora lenientia, vt cùm oleo camomillino, de ſpica, de coſto, de terebintho, de ſaxo, vulpino, de caſtoreo, de cane, et ex illis propoſitis in cap: 14:. Cerata ſimiliter fiunt cùm puluere lumbricorum, galanga, piretro, caſtoreo, additis oleis cerę, et picis. Emplaſtra, vt de ſynapi Meſ:, vel fiant cum herbis capitalibus, additis oleis, et aliquali farina. Balnea conferunt iàm naturalia, vt ſulphurea, quàm arte parata. Interiora verò ſunt vt diamuſchus dulcis, theriaca, acorus conditus, pulueres chamępityos, ſticados, et omnia quę calefaciunt, et exiccant, et reſoluunt.

Cùm in Paralyſi vſus ſim eiſdem medicamentis, quibus in apoplexia debili, ideò omitto Obſeruationes.

Caput XXII. De Conuulſione.

DOctor egregie. Temperatura huius Nobilis fermè eſt calida, et humida indè morbus eſt conuulſio, quę nil aliud eſt, quã neruorũ, ac muſculorũ affectio, per quam interdum totum corpus, interdùm pars citrà voluntatem ad ſuam originem contrahuntur. Quare tres ſunt huius ſpecies, ſcilicèt tentio ęqualis, tentio ad interiora, et tentio ad poſteriora. Ideò hęc eſt anterior, quia muſculi motum faciei dantes contrahunt, ad quam contractionem os, et facies contorquetur. Cauſę à quibus fit primitiuę ſunt inordinatus coitus, crapula, aer nocturnus, et ebrietas. Cauſę antecedentes ſunt nimia, quantitas, et mala qualitas pituitę, et ſanguinis, vt Gal: inquit 2. de ſympt: cau: cap: 2., et Auic: 2. 3., et Paul: lib: 3. cap: 20., et iterùm Gal: 4. aphor: com: 57. dicens, *omnes conuulſiones fiunt, aut à repletione, aut ab euacuatione partium videlicèt neruoſarum*; ſigna nobis ſe ſe offerunt, vt pulſus rarus, durus, et exiguus, riſus ſardonicus, et tremor, vrina aquæ ſimilis, et facies pallida, ſic et ętas, complexio, anni tempus, et pręcedens regimen idem confirmant, vndè eius indiſpoſitio in cap: de conuulſione à ſuperflua repletione, et pituita ponenda eſt.

Circà prognoſticum ſic ait Hipp: 4. aphor: aphor: 57. *Qui à conuulſione, vel diſtentione neruorum tenetur, febre ſuperueniente liberatur*, et Gal: 5. aphor: com: 7.: *conuulſio, quæ fit ab euacuatione acutiſſima eſt, & perniciosiſſima, quæ verò à repletione neruoſarum partium, neque acutiſſima, neque ſimiliter periculoſa*, et hęc de prognoſtico dicta ſufficiant.

Circà curam quatuor ſpectant intentiones, quarum prima eſt victus ratio, quę debet eſſe calida, ſicca, et tenuis in principio, deindè ſucceſſiuè, vt videbitur. Potus ſit vinum album, paucum, tenue, et aquoſum cùm iulab:. Secunda eſt euacuatio, nàm tardare in acutis

cutis malum eſt, & primò per ſectionem venæ, deindè per pharmaciam, cùm agarico, rhabarbaro, hyera ſimp:, & comp:, hyera Hermetis, hyeralogodione, diacatholicone, cùm agarico tro:, pillul: elephangin:, de hyera, chochijs, aut medicaminibus antimonialibus, vt in noſtris Obſeruationibus, & alijs ſimilibus. Deindè præparanda eſt materia remanens, & hæc cùm rhodomelle, ſyr: de ſticados, cùm aquis, & decoctis capiti ſpectantibus. Item conueniunt clyſteria cùm rebus capiti dicatis, frictiones, maſticatoria, ſternutatoria, cucurbitulæ, ſine, vel cùm ſcarificatione, & ſimilia. Tertia eſt reſolutio, ac membrorum roboratio, & perficitur per exteriora, vt linimenta ex oleo liliorum alborum, lumbricorum, oleo vuulpino, & coſtino, vnguenta ex bdelio, aut oleis, & eſſentijs propoſitis in cap: *14*. Balnea etiam conueniunt tàm naturalia, quàm artificialia, ſicut in oleo communi, vel in balneo, in quo decoctæ ſint vulpes, catuli, cùm herbis capitalibus, ſcilicèt camomillæ, anethi, maioranæ, ſaluiæ, roſmarini, ſticados, & ſimilium, aut cùm herbis, & ſaxis ignitis ad noſtrum vſum. Interiora ſunt electuaria reſoluentia, vt dia muſcus, mitridatum, confectio anacardina, theriaca, & ſimilia. Quarta eſt remotio ſymptomatum, & hæc perficitur cùm anodinis, cùm balneo ex oleo communi, in quo decocta ſit lumbricorum quædam quantitas, vel cùm oleo camomillino, de ſemine lini, vel balneo arte parato, vt membra contracta ad ſuum locum reducantur, & inordinato motui reſiſtant, & ſimilia.

Exempla ad hoc.

REu: Pater Modeſtus à Campolaureo Cyrneus Minor: Obſeruant: meus ſocius, & conſanguineus, cùm nocte quadam dormiret mecum, paſſus fuit accidens conuulſiuum adeò magnum, & tanto impetu, vt totam contorqueret vitam, guttur eueniret inflatum, oculi inflexi, & per ſex horæ quadrantes fuit abſque ſenſu, & verbis, ità vt eum iam iudicarem efficcatum. Eodem tempore feci ligationes coxendicibus, pedibus, manibus, & in ore per ampullam miſi aquæ antapopleticæ Quercetani vnc: 2., elexir noſtri cæphalici drag: 1., ſuccini drag: ß:, panacæ auri g: 20., & vngebam nucam, atque commiſſuras coronales, quod effecit vt magnoperè ſudaret, ſicque redierunt in ſua loca omnia membra abſque impedimento, quamuis cùm quadam ſtoliditate, vndè præbui per 30. dies in manè eſſentiæ ſuccini, & elexir noſtri cæphalici an: drag: ß: prò vice cùm aquis appropriatis, ſicque talem nunquam ampliùs paſſus fuit morbum.

Aliud.

IN Ciuitate Ducali Dominus Antonius Vetulus frater Aromatarij eiuſdem Ciuitatis annorum 18., temperamenti ignei aduſti, quadam nocte paſſus fuit quædam accidentia conuulſiua tàm magna, vt contorqueret caput, os cùm ſpuma, oculos, brachia, quæ fuerunt cauſata, vt arbitror, à repletionibus, & in nocte ſola, fuit pluſquam viciès ab eiſdem accidentibus aggreſſus. Vocatus præbui gr: 8. Aureati, multaque euacuauit; præſcripſi multas decoctiones ligni viſci quercini, peoniæ, & ſimilia, ſicque ſanus euaſit.

Aliud.

AScanio cuidam Viterbienſi annorum 32., qui paſſus paritèr fuerat in quadam nocte multa accidentia conuulſiua, præbui Aureati gr: 8., multaque euomuit, indè cùm decoct: ligni viſci quercini, ſaſſafraſ, & lentiſci per 20. dies, & elexir noſtri cæphalici drag: ß: prò vice; non deſierunt primò, ſed paulìspèr diminutæ fuerunt conuulſiones per nouem dies, indè omninò euanuerunt. Propinaui maſſam pillularum cæphalicarum Quercetani, & ſemèl in hebdomada ſumebat drag: ß: prò vice, ſicque fuit optimè liberatus.

Aliud.

APollonia Sara Auſculana annorum 28., correpta fuit quibuſdam conuulſionibus periculumque aderat effocationis; arbitratus ſui, hoc originem trahere à paſſione hyſterica, vndè præbui Aureati gr: 6., multaque euomuit, indè aquam antapopleticam ad vnc: ſſ:, elexit vterini drag: 1. per duos dies. Poſteà paſſa fuit dolorem capitis acerbiſſimum, quare iterum dedi Aureati correcti gr: 10., & multa per ſeceſſum iterùm expulſit; indè per quinque dies præbui extract: hyſterici noſtri ſcrup: 1., cùm aqua antedicta, & fiebant fumenta in partibus vteri cùm ſecibus reguli, bis fuit facta ſectio ſaphænæ; in ſexto totum calefactum eſt corpus cùm febre, ſicque in vndecimo deſijt febris, & cùm vbertima menſtruorum quantitate euaſit libera.

Aliud.

FIlia Domini Thomæ Antonij Liberatoris de Hortona annorum ſex laborans febre putrida, in die 14. morbi fuit correpta ab accidentibus conuulſiuis duodeciès, cùm tanto impetu, vt remaneret quaſi effocata, nàmque per quadrantem horæ manebat abſque anhelitu. Ab alijs Medicis vtpotè deſperata fuit relicta; vocatus ego eam inueni magnoperè debilitatam, vndè cùm phiala mittebam in ore aquæ hirundinum ad vſum Quercetani vnc: 3., ſpirit: ſmaragd: drag: ſſ:, ſpirit: auri ſcrup: 1., m:, ſicque conualuit. Multa alia exempla vide in Obſeruationibus.

Caput XXIII. De Deſcriptione melancholiæ.

DOctor egregie. Temperatura huius Nobilis ſermè eſt calida, & ſicca, indè morbus eſt melancholia, quæ nil aliud eſt, niſi quædam ſine febre mentis alienatio dependens ex humore melancholico, & hæc duplici ſpecie conſtat, altera nempè quæ melancholia. ideſt attrabilis, altera quæ mania, ideſt inſania vocatur, & hæc prouenit à mala qualitate frigida, & ſicca, ex humore melancholico in medio ventriculi, cerebri per eſſentiam exiſtente, & per conſenſum à ſplene, hepate, ſtomaco, & præcordijs, ex quibus humor, & vapor tenebroſus tandèm ad cerebrum eleuantur, per quem imaginatiuæ, ſeu æſtimatiuæ, ſeu vtriuſque debitæ operationes uariantur, & ſpecies melancholiæ ſunt innumeræ; & quia noſter æger cùm mala æſtimatione videtur, & plus cæteris cogitat, plus quoque retinet, & continuè plorat, & eſt ſuſpirioſus; ſolitudinem diligit, pluſque ſolito dormit; eius urina eſt tenuis, obſcura, & alba, pulſus eſt durus, & tardus. Igitur à propria melancholia per eſſentiam in capite, & per conſenſum ab alijs membris prouenit, ut Gal: inquit 3. de loc: affect: cap: 7., & Auic: p. 3. tract: 5. capit: de ſing: melanchol:, & Paul: lib: 3. cap: 14., & Aet: ſer: 6. cap: 9. Sic & ætas, complexio, anni tempus, & præcedens regimen idem confirmant, undè eius indiſpoſitio in cap: de melancholia ab humore proprio ponenda eſt.

Circà prognoſticum Hipp: in lib: de atrabile ſic ait; *Morbus hic quùm nondum ferè incæpit, curari debet, nàm inueteratus difficultèr curatur, & tractatur*, & 6. aphor: aphor: 53. ſic ait: *deſipientiæ, quæ cùm riſu ſiunt, ſecuriores, quæ verò cum ſtudio, periculoſiores*, & 21. *in inſanientibus ſi varices, vel hæmorrhoides ſuperuenerint, inſaniæ ſolutio*; & hęc de prognoſtico.

Circà curam quinque perficiuntur intentiones, quarum prima eſt adminiſtratio debita regiminis ſex rerum nonnaturalium, quę declinare debet ad calidum, & humidum, tùm magis humectare, quàm calefacere, quia humiditas eſt minùs actiua, quàm caliditas. Secunda eſt digeſtio, quæ completur per adminiſtrationem ſyrup:, ut de thymo, de pomis, de epithymo, de fumo terrę, de lupulis, de uiolis, de ſuc: borraginis, de cortic: citri &c. Decocta ſunt ex epithymo, ſena, polypodio, lupulis, thymo, fumoterrę, borragine, menta,

menta, calamo aromatico, roſmarino, xyloaloe, & ſimilibus. Tertia eſt euacuatio, quæ perficitur primò per hirudines hæmorrhoid.bus applicitas, deindè cùm epithymo per ſe, vel cùm aquæ lactis infuſione, & doſis eſt drag: 2., etiam myrabolanis indis, foliculis ſenæ, lapide lazuli, & armeno, & confectione amech, pillulis indis, de lazuli, doſis eſt ſcrup: 4., aut panchimagogon Crollianum. Reuulſio, & deriuatio fit per enemata, frictiones, cucurbitulas, & ſimilia. Reſolutio reſidui per extrinſeca ſunt ſacculi, qui parantur ex floribus bugloſſæ, borraginis, meliſſophylli, roſarum, & cùm been albo, & rub:, ſandalis, gariophyllis; ſimilitèr epithemata cùm debitis aquis, & pulueribus cordi dicatis componantur. Intrinſeca ſunt ſaccharum bugloſſatum, borraginatum, roſaceum, violaceum, addendo ijs aliquid diamuſci dulcis, & electuarij de gemmis, aut cùm remedijs Spargyricis &c.

Exempla ad hoc.

DOmina Martia Dorina annorum 36. circitèr, temperamenti craſſi, melancholici, à ſex menſibus laborabat doloribus vterinis, cùm quantitate fumorum aſcendentium ad caput. Fumi erant hippocondriaci mixti cùm hyſtericis, qui ſuſcitabant in toto corpore copiam flatuum, vtpotè in corde, ſtomaco, coſtis, gutture, oculis, auribus, naſo, & reliquis corporis partibus. Erat etiam deprauata phantaſia, ſibi enim videbatur corpus fore plenum ſpiritibus, immò prò infallibili hoc credebat. Præbui multas pillulas hyſtericas, ſal: Iouis, iura aperitiua, multotiès vomitiua, extract: antippocondriac:, ſed omnia erant infructuoſa, licèt enim tempore ſumptionis medicamenti aliquantulùm decreſceret morbus, adhuc tamen redibat cùm ijſdem flatibus. Iuſſi vinum helleboratum in hanc formam ℞: extract: antipocondriac: drag: 3., hellebor: nigr: præparat: vnc: 1., ſenæ orientalis vnc: ſſ:, cortic: citri drag: 7., flor: borragin:, viol: an: p: 1., corall: rub: præparat: drag: 2., ſandal. citrin:, & aniſ: an: drag: 3., vini albi generoſi lib: 6, infundantur, & digerantur per dies quatuor, & cap: vnc: 3. prò quolibet mane; vltrà hoc ſumebat conſeru: borragin: cùm folijs auri mixtam, & confect: hyacinth:. Bis fuit facta phlœbotomia, ità vt morbus diminutus adeò fuerit, vt æger maneret cùm aliqua quiete; ſumpſit poſteà per duos menſes aq: aceroſæ, ſicque euaſit libera.

Aliud.

DOminicus Sauinus ex Alexandria annorum 58., temperamenti melancholici, aduſti, laborabat melancholia tàm fixa, vt timeret ſemper mori morte improuiſa, nec vllis ſuaſionibus, rationibuſue poterat illa apprehenſio ab eo tolli. Præbui pillulas noſtras contrà omnes impuritates ſanguinis per duos menſes continuos ſemèl in biduo, & quolibet mane ſumebat aqu: ſucci meliſſæ, ſucci borraginis an: vnc: 1. ſſ:, intùſque ponebantur panaceæ noſtræ vniuerſalis liquidæ g: 6., balſami noſtri ſalutis g: 5., balſami noſtri vitalis g: 5., tincturæ calybis g: 12., & cùm hoc vſu optimè conualuit.

Aliud.

TAdæus Baſilius Auſculanus annorum 26., temperamenti melancholici, aduſti, à duobus annis vexabatur quadam apprehenſione ſe conijciendum in carcerem, ità vt omnes homines ei viderentur ſatellites, & cùm hoc timore ſemper circumſpiciebat. Laborabat etiam vigilia permaxima, ità vt tota nocte vel die nec ſpacio duarum horarum dormiret; veſcebatur abſque ordine temporis, atque horæ; ſæpè plorabat abſque cauſa; renuebat medicamina, ſed ſuaſus quod ſi curam libentèr ſubiret Curiæ iuſſu carceres non ingrederetur, tolerauit curam. Præbui vinum Calicis quatèr in menſe interpolatè, indè ſumpſit decoct: galli veteris ad vſum Quercetani, cùm additione vitriol: Martis, ſcrup: 1. prò quolibet die, & ſumpſit per 15. dies. Indè propinata fuit aqua meliſſæ, totius citri,

citri, pimpinellæ an: vnc: 1., tincturæ calybis drag: ß., m:, & cap:, quam doſem ſumpſit per 15. dies, & fuit morbus diſcuſſus; præbui quoque pillulas tartar: Quercetani ad dr: ß: prò vi.e, ſemel in 15. diebus, & ſic omninò conualuit.

Aliud.

ROmæ. Io: Antonius Rozzettus Æſinus annorum 60. temperamenti aduſti, melancholici à multis annis patiebatur effectus hypocondriacos, ſed paulò antè tanta vaporum copia aſcendit ad caput, vt imaginatiua remanſerit deprauata, & ipſi videretur habere caput grandius illo tauri, cùm apprehenſione eſſe in domo monſtrum formidabile &c. tamen multi Phyſici ei ſalutem reſtituere conati fuerant, ſed fruſtrà. Vocatus præbui noſtras pillulas contrà omnes impuritates ſanguinis per multos dies, vltrà quas ſumebat confection: alchermes drag: ß:, eſſent: ſmaragd:, & tincturæ viperar: an: g: 10., quibus imaginatiua aliquantulùm ad rectas cognitiones reducta eſt, ſed tamen permanebat in apprehenſione de magnitudine capitis, quamuis ſuaderem varijs exemplis, & experimentis contrarium; indè verò continuando pillulas antedictas per ſex menſes, optimè conualuit. Multa alia vide in noſtris Obſeruationibus.

Caput XXIV. De Opthalmia.

DOctor egregie. Hæc puella Opthalmia vexatur, quæ nihil aliud eſt, quàm inflammatio facta per defluxus à capite, ex ſuperfluitate nutrimentali paulatìm aggregata, propter debilitatem virtutis expulſiuæ, & reſolutiuæ oculi, & prouenit ab inordinata moderatione ſex rerum non naturalium, deindè à materia ætherogenea, ideſt materia ſanguinea mixta bili, & hoc patet, quia videtur tumor, rubor, grauitas, & dolor, quandòque cùm fluxu lacrymarum, & lippitudine in angulis oculorum collecta, & fiunt apud ſomnum glutinationes, vt inquit Auic: tertia 3. tract: 1., Paul: lib: 3. cap: 22., & Alex: lib: 1. cap: 23., & Gal: in lib: de ocul: cap: 8., ſic & ætas, complexio, anni tempus, & præcedens regimen idem confirmant, vndè eius indiſpoſitio in cap: de Opthalmia à materia mixta bili ponenda eſt.

Circà prognoſticum Hipp: aphor: 6. aphor: 17. ſic ait: *lippientem alui profluuio corripi, bonum*; & Auic: tertia 3. ſic ait: *ſi initium opthalmiæ erit ex velaminibus intrinſecis, cura eſt difficilis, & omnis ægritudo, quæ fit per communitatem velaminum exteriorum eſt magis ſalua*; vndè nos diligentèr medicamenta optima applicare debemus, nàm Deo dante comparabimus ſanitatem; & hæc de prognoſtico.

Circà curam quinque occurrunt intentiones, quarum prima eſt debitum regimen, vndè victus ſit parcus, boni ſucci, facilis concoctionis; vitentur aceroſa, ſalſa, coitus, motus, potus vini; laudantur ſomnus, aer obſcurus, aſſidua alui excretio &c. Secunda eſt reuulſio, & deriuatio, quæ fit per ſectionem venæ ſaphænæ, communis, & cæphalicæ ab eodem latere; etiam fit per frictiones à ſupernis partibus ad infimas deſcendentes; item per cucurbitulas, clyſteria, pillulas ſoluentes, trociſcos, & ſimilia. Tertia eſt præparatio humorum, & hæc fit cùm ſyr: de papauere, roſato, iuiubino, de granatis, aut rhodomelle, aut oxymelle. Quarta eſt euacuatio, quæ perficitur, vel ruſsùs per ſectionem cæphalicæ eiuſdem lateris, vel per ſoluentia pharmaca, cuiuſmodi ſunt pillulæ aureæ, aggregatiuæ, electuarium de ſuc: roſ:, decoct: myrabolanorum citrinorum, caſſia, manna, rhabarb:, & iterùm pillulæ chocluæ, diaturbitthi, diaphœnicon, electuarium Indum, confectio amech, & ſimilia. Aut ad vſum ſpargyricum, vt extract: rhabarb:, ſenæ, mecchiocan:, panchimagog:, catholicon Veicardi, vinum emeticum, tàm ex Calice, quàm Aureato, Algerott, & ſimilia. Quinta eſt ablatio ſymptomatum, et completur auferendo cauſam, et cùm anodinis mitigando, et ad leuia ſtupefacientia vſque procedendo, exempli gratia, primò apponatur albumen oui cùm aqua roſ:, in ſecunda parte principij ſief album ſine ſarcocolla; in augumento cùm ſarcocolla, et tandèm addatur aliquid aquæ

aquæ fœniculi, vel decoctionis fœnugræci, mellilotí, ſcilicèt lini cydoniorum, comendatur etiam in reſolutione balneum. Primùm valent ad opthalmiam abſynthium, aloes, flamos, verbena, camphura, album oui, pſyllium, opium, roſa, ſarcocolla, mellilotum, fænugræcum, ſemperuiua, ſumachi, portulaca, ſief album Meſ:, puluis albus Hali, emplaſtrum ex pomis coctis, ſacchar:, & aqu: roſ: addendo aliquid camphuræ. Aquæ etiam competunt ad vſum ſpargyricum euſragiæ, verbenæ, celidoniæ, roſarum an: vnc:4., antimonij hyacinthini drag: 2., puluer: bull: lento igne per tres horas, & vtere; iſta eſt precioſior aqua opthalmica. Vid: Montagnan:conſ:63. Vcuig:tra:3:cap:8.

Exempla ad hoc.

SAncta Herculis à Valle Cicoli annorum 24., temperamenti billioſi, habebat tumorem in oculo, cùm inflammatione. Præſcripſi vini Calicis vnc: 6., euomuit multa, & cùm eodem vino eluebat oculum bis, aut tèr in die; in 3. iuſſi phlebotomiam ſaphænæ, & fuerunt extractæ vnc:8. ſanguinis; & poſt duos dies fuit replicata in altero pede ad vnc:6., & fiebant ſæpè fricationes humeris; indè ſumebat multotiès iura alterata cùm rebus aperitiuis; & fiebant etiam fumenta cùm fecibus Reguli. Menſtrua emanarunt vberrimè; tèr bibit vinum Calicis, & per duos menſes abſterſit oculum cùm eodem vino, & lacte fœminæ, & ſic optimè conualuit.

Aliud.

STephano Petri Pauli à Ciuitate Caſtellana annorum 17., temperamenti mixti ex nimia ad ſtudia applicatione fluxit humor in oculo cùm tanta copia, vt veretetur amiſſionẽ; humor erat fluxio acris, atque mordax, quare fuerũt applicitæ cucurbitulæ cùm ſcarificatione humeris. Per os ſumpſit pillulas lucis cùm decoct: diſiccantibus; humefiebat oculus cùm noſtra aqua opthalmica tèr, & quatèr in die, & fuit factum ſetacium in collo, ſicque fuit reuerſa per illum fluxio. Aqua repercutiebat fluxionem, & operam dabat vt æger bis, aut tèr in die eijceret per ſeceſſum excrementa; ſicque fuit liberatus.

Aliud.

MIchaeli de Rubeis à Tuſcanella annor: 46., temperamenti aduſti, ignei, deſcendit in oculis fluxio tàm acris, vt quatuor dierum ſpacio nihil videret. Statim præbui Aureati noſtri gr:5., quo euomuit, & eiecit multa per ſeceſſum; vtebatur autẽ aqua noſtra opthalmica prò diluendo oculo. Fuit facta ſectio baſilicæ ad lib:1. ſanguinis; applicitæ fuerunt cucurbitulæ abſque ſcarificatione; fiebant confricationes in mane, & in veſpere; pectebat retrò versùs comam, vt verteret fluxionem, & ope aquæ opthalmicæ bis in die euacuabat. Multas ſumpſit decoctiones herbarum refrigerantium, & ſumpſit etiam potionem ſolutiuam magiſterialem & morbus fuit totalitèr expulſus.

Aliud.

LIberatę de Craſſis Neapolitana annor: 28., temperamenti tenuis, imbecillis, ex retentione menſtruorum orta erat vngula in oculo, quæ cæperat graueſcere, & cùm alio oculo parùm videbat. Sumpſit tèr vinum Calicis, & fuerunt facta fumenta cùm fecibus Reguli, & decocta aperitiua cùm ſale artemiſiæ, & boracis. Oculus madefiebat quatèr in die cùm aqua opthalmica Querecetani, in qua addebatur vitriol: cypr: quantùm ſufficiebat ad colorandam, ſicque in menſe vngula euanuit, & ægra fuit reſtituta ſanitati.

Certum eſt quod vſu antedictæ, & ſæpiùs repetitæ aquæ opthalmicæ multi morbis oculorum laborantes euaſerunt liberi, & ego innumeros curaui, & præcipuè Venetijs, vbi moror, qui vexabantur ſuffuſionibus, inflammationibus, carne adoleta, vngulis, ptherigia, & ſimilibus in oculis, exceptis morbis cancerosis, in quibus alio ordine vſus ſum.

Multotiès curaui laborantes debilitate viſionis, abſque eò quod vllum appareret ſignum, vel macula in oculo; priùs enim præbui vinum Calicis, aut Aureati, aut purgaui pillulis lucis, indè cùm vino, et electuarijs notatis in Centurijs noſtrarum Obſeruationum conualuerunt.

Caput XXV. De Suffuſione.

Doctor egregie. Suffuſio, ſiuè Catarrhacta, qua hic vir laborat nil aliud eſt, quàm concretio aquei humoris inter cryſtaloidem, & corneam circà pupillam, quæ vbi perfecta fuerit viſum impedit, & fit ex ſuperfluitate nutrimenti non reſoluta, & per conſenſum capitis tranſmittentis hàc humiditatem ad oculũ. Signa cognoſcuntur in compreſſione oculi, nàm ſi ſtatim aperto oculo videatur diuidi, ac in partes ſeparari, tunc eſt ſuffuſio ſubtilis valdè; ſi verò nullo modo moueatur, ſed in ſe remaneat, erit craſſa, ac denſa, nec per acum ambæ mitti poterunt, ſi verò dilatari, ſed non in partes diuidi videatur, ea eſt, quæ per acum curam recipit, vt hæc huius noſtri ægri, ſed priùs præmiſſis, quæ præmittenda ſunt, & hæc de morbi eſſentia.

Circà prognoſticum Gal: 14. meth: cap: vlt: ſic ait *ſuffuſio iam incipiens digeritur, vbi diù conſtitit, neque poteſt arculari coagulando catarrhactas, quæ dùm totum oculum occupant ſunt incurabiles,* item nimium craſſæ, quæ non per compreſſionem mouentur, neque acu, neq; medicamentis curantur, ità etiam catarrhactæ ex integra obſtructione nerui optici factæ curationem non admittunt, & quæcumque ſiuè a percuſſione, aut poſt ægritudinem cerebri ſiunt, difficultèr ſanantur.

Circà curam quinque perficiuntur intentiones, quarum prima eſt victus ratio, quæ donec morbus tranſierit, attenuatoria; nàm piſces, & cibi craſſi nutrimenti flatuoſos vapores pariuntur, & humectant, ac replent. Fugienda ſunt vinum pariter, coitus, balneum, & aer humidus; prò potu autem hydromel conuenit. Secunda eſt humoris præparatio, & quoniam habet ortum à pituita, idcircò cùm oxymelle ſimp:, & comp:, cùm ſyr: de ſticados, rhodomelle, & decoct: fæniculi, rutæ, euphragiæ, betonicæ, ſticados, roſmarini, & ſimilibus præparatur. Tertia eſt euacuatio per ſectionem venæ, quia corpus eſt pictoricum, deindè cùm pillulis chochijs, lucis, imperialib:, idest de agarico, cùm electuarijs ſimplicibus, & præparatis aut cùm medicamentis ſpargyricis in cap: antecedenti adnotatis. Quarta eſt reuulſio, & deriuatio, quæ fit cùm clyſteribus, maſticatorijs, nariſutorijs, cùm cauterijs, cucurbitulis, extremarum partium frictionibus &c. Reſſolutio ſuffuſionis, & vaporum, tàm per intrinſeca, quàm per extrinſeca, vt ſunt electuaria, vt confectio humain à Meſ:; item triphera, myrabolani conditi, & alia multa, quæ à cæna comeduntur. Extrinſeca ſunt, vt aqua mellis ſtillata, aqua fæniculi, rutæ, euphragiæ, ſerapinum in vino granatorum diſſolutum, puluis hirundinum, vrina infantis, & collyrium de fellibus Razes, aut aqua opthalmica antedicta &c. Hic non adnotantur Obſeruationes, cùm hoc capitulum cohæreat cùm capitulo antecedenti.

Caput XXVI. De Doloribus aurium.

Doctor egregie. Dolor aurium eſt triſtis, ac moleſta auris ſenſatio à contraria re de repentè, ac violentèr ſimul, & vehementèr imprimente facta, cuius cauſa eſt mala intemperies calida, & ſoluta continuitas à flatu extendente, & humore corrodente, ſiuè ſit in neruo auditorio, ſiuè in auris cartilagine nihil refert, ſatis eſt, quod inflammatio videtur, & dolor continuus, grauitas cùm tumore, & febre, & cognoſcitur in cauſa eſſe ſanguinem bilioſum, quùm intenſiuus dolor ſe habeat, ſic & ætas, complexio, anni tempus, &

præce-

præcedens regimen idem confirmant, vndè eius indiſpoſitio in cap: de dolore aurium propter ſanguinem billoſum ponenda eſt.

Circà prognoſt cum Hippoc: ait 3.prognoſtic x:15. *Aurium dolor acutus cùm febre continua, ac vehemens difficilis eſt, periculum enim delirij, & abolitionis imminet*, & hæc de prognoſtico.

Circà curam ſeptem exiguntur intentiones, quarum prima eſt euacuatio, quæ fit per ſectionem venæ, indè cùm rhabarbaro, caſſia, manna, electuario de ſucco roſarum, diapruni ſolut:, cùm pillulis chochijs, aut aureis, vel chochijs turbith:, agarici, vel indis, de lapide lazuli, confectione hamech, aut per medicamenta ſpargyrica propoſita in capitulis antecedentibus, & ſimilia. Secunda eſt reuulſio, quæ fit cùm cucurbitulis, frictionibus &c. Tertia eſt repercuſſio, quæ perficitur cùm oleo roſ:, & quarta parte acetis reſolutionoſ mixta fit addendo mugilagine, ſem: cydoniorum, ſem: lini, fænugræci, & ſimilia. Quarta eſt reſolutio, & hæc cùm diachilono minori, vel emplaſtro ex farina hordei cocta cùm oleo camomillino, vel ex farina fabarum cùm oleo liliorum alborum. Quinta eſt victus ratio, quæ debet eſſe tenuis, & infrigidans; vitentur ſimilitèr vinum, carnes, oua, & huiuſmodi. Sexta eſt ſymptomatum remotio per ea, quæ conciliant ſomnum, & reſideht dolori, & hæc cùm anodinis, vel narcoticis in extremo, & hæc dicta ſufficiant.

Exempla ad hoc.

DOmina Margarita de Franchis Viterbienſis annorum 38., temperamenti melancholici, laborabat à tribus diebus dolore in aure intolerabili. Purgaui corpus cùm potione magiſteriali ordinaria, & fuit ſecata ſaphæna; indè cùm hirudinibus fuit extractus ſanguis à venis hæmorrhoidalibus; fuerunt applicitæ cucurbitulæ humeris; fuerunt factæ confricationes, atque fomenta emollientia auribus, & vnctiones cùm oleis camomillæ, liliorumque; & intrà aurem vtebar oleo amygdalorum amarorum, adipe anguillæ, & ſimilibus. Adhùc tamen dolor erat pertinax, quare vnxi poſteà cùm oleis refrigerantibus, vtpotè nymphææ, roſat: cùm lacte fæminæ, ſed omnia fruſtrà. Demùm applicui cucurbitulam in vertice occiput verſus cùm ſcarificatione, multuſque exiuit ſanguis craſſus, ac viſcoſus, ſicque dolor euanuit. Eodem modo curata fuit Domina Magdalena Baldana dolore in altera aurium laborans.

Aliud.

MAgiſter Sanctus Angeli Auſculanus annorum 44., temperamenti mixti, cruciabatur maximo dolore in aure cùm febre. Fuit purgatus cùm cholagogo, & fuerunt applicata ſuffumigia anodinantia, oleaque refrigerantia, ac anodinantia, fuitque celebrata phlœbotomia cùm extractione vnc:7. ſanguinis à baſilica, ſed abſque fructu. Fuerunt applicitæ hirudines ſub auribus, & fuit extractus ſanguis ad vnc:4., & applicui cucurbitulas humeris, atque confricationes, adhuc tamen permanebat dolor. Demùm præbui vinum Calicis, & aliqua antulùm fuit diminutus dolor, ſumpſit denuò in die ſubſequenti, multaque euomuit mixta, ſicque dolor, febriſque diſcuſſa eſt ab illo.

Aliud.

LAnciani. Antonius Suſinus annorum 36., temperamenti aduſti vexabatur dolore acerbiſſimo in aure. Sumpſit vinum Calicis, & in aure poſui ſucc: allij, cùm modico croci, & dolor euanuit. Hoc medicamen mirè multotiès operatum eſt in dictis morbis, aliaque expertus ſum, vtpotè allia, ſemina papaueris, camphuram, opium, & interdùm allium factum ex aſellis, ſicque multa ſplenia anodinantia, & emollientia, cùm ſingulari iuuamine.

Caput XXVII. De Vlceribus aurium.

DOctor egregie. Vlcus, quo hic vir detinetur nil aliud eſt, quàm continuitatis ſolutio cùm ſanie, cauſæ verò ſunt humores, qui putreſacere, & corrodere poſſunt, ſigna enim manifeſta ſunt, quia pus ex aure defluit, nulla in cerebro præterita læſione &c.

Circà curam quinque perficiuntur intentiones, quarum prima eſt abſterſio, ſicut cùm melle; ſecunda corroſio, vt cùm flore æris, alumine &c.; tertia carnis generatio vt cùm thure; quarta eſt conſolidatio, vt cùm aloe, ſanguine draconis &c.; quinta cicatricis inductio, vt cùm cortice pini &c.

Breuis curatio vlcerum, quæ 5. Meth. cap. 1. Galeni continetur.

OMne vlcus ſiccantia medicamina requirit; vlcus ſinum habens, non ſolùm modicè ſiccantia, ſed abſterſoria expoſtulat; quod verò coniungi labia petit, veluti cruentum, magìs ſiccantia, tùm quæ ſinè abſterſione leuitèr adſtringant, deſiderat; quod verò ad cicatricem perduci debet, non ſolùm magìs adhuc ſiccantibus, ſed ſtrenuè adſtringentibus remedijs indiget; at ſi caro prætèr naturæ modum intumuerit, acria, & demolientia, quæ calida, & ſicca ſint adhibeantur. Si verò vlceri aliquod ſymptoma adiunctum ſit, primò id remoueatur, deinde vlcus ſanetur; ſi ſordes innaſcantur tollendæ ſunt ijs, quæ maiorem adſtringendi vim habeant, quàm quæ carne implent. Si copioſa humiditas adſit, ſiccantibus medicamentis, quæ propriam ſpeciem non egrediantur, curandum; aglutinatoria ſint igitur medicamenta ſiccantia, & adſtringentia, carnem generantia, ſiccantia, & adſtringentia, & ſic de reliquis. Si verò ſubiecta caro intemperata ſit, primum eius intemperantiæ ſuccurrendum vtique, quæ ſiccior iuſto eſt humectantibus, quæ humidior ſiccantibus, quæ calidior refrigerantibus, quæ frigidior calefacientibus, quæ geminata qualitate intemperata, per geminam qualitatem contrariam curetur. Conſidera inſuper intemperantiæ cauſas, nùm à toto, vel à parte per conſenſum, membrum vlceratum infeſtent; primùm enim cauſæ, quæ adhuc intemperantia fouet, medendum, & poſt hanc ipſi, quæ facta eſt intemperantiæ. Sumitur etiam indicatio à particula læſa, quæ ſi ſiccior fuerit eam magìs ſiccari expoſtulat, quæ minùs talis eſt, eã minùs ſiccandam; ſimile etiam erit de calefaciendo refrigerandoque. Præceptum ſumitur etiam à præcellentia membri aut à contrario ſtatu, itemque ex ſenſu acri, hebeteuè, cùm hæc diuerſum medendi modum petant, & reliqua ſimilia.

Exempla ad hoc.

PEtrus Bailus Mediolanenſis annorum 40. temperamenti humidi, laborabat multo ab hinc tempore dolore auris, & poſt aliquod tempus fracta fuit caro, & exibat continuò pus, & propter negligentiam curæ euaſit ſordida, ac corroſiua, ità vt concauum auris tympanum verſùs extaret corroſum. Fuit curatus cùm purgantibus phlegmagogis, phlœbotomia, decoctionibus deſiccantibus, & ſimilibus. Humefiebat auris bis in die cùm aqua fabrorum, in qua erat ebollitus ſuccus cyclaminis, ariſtolochiæ rotundæ, cortic: granatorum, centaurea minor, marobius, tutia, cùm pauco vitriol: cypr:, quod abſtergebat; indè curabatur cùm olei antimonij dulcis, & balſami Peruiani part: æqual:, & in 25. dies conualuit.

Aliud.

Aliud.

DIanæ Camilli à Leoneſſa annorum 28:, temperamenti bilioſi, ex ſuppreſſione menſtruorum fluxit humor in altera aurium, qui putrefecit carnem, & pus frequentèr ab aure fluebat, & quia non extitit ritè curata in principio, fuit factum vlcus internum, à quo exibat humor fœtentiſſimus. Iuſſi tèr vinum Calicis interpolatè, & in alijs diebus ſumebat decocta aperitiua; fuit ſecata ſaphæna vtriuſque pedis, factæ confricationes, applicitæ cucurbitulæ, & clyſteria ſec: art: fiebant etiam fumenta in partibus vteri cùm fecibus Reguli; ex quo euenit, quod poſt aliquos dies emanauerint menſtrua. Fuerunt facta anteà duo cauteria, vnum in brachio, alterum in coxendice; diluebam vlcus bis in die cùm decoctione notata in præcedenti Obſeruatione, indè emittebam vinum Reguli, poſteà oleum Antimonij, & balſamum Peruianum, ſicque intrà menſem extitit libera.

Caput XXVIII. De Parotidibus.

DOctor egregie. Parotides ſunt abſceſſus poſt aures de genere inflammationum, quę accidunt in carnibus glandulofis, ſicuti in emunctorijs, proueniens ab humoribus in capite obſtructis propter caliditatem, ac venenoſitatem febris, vt Gal: inquit: 3: de comp: med: per loca: cap: 2:, & Paul: lib: 3:, & Auic: 4: 3: cap: 24: &c.

Circà prognoſticum Paul: *ſi in altum recurrat colluuies periculum haud mediocre ſubſequuturum eſt*, & hæc de prognoſtico.

Circà curam apponuntur remedia ex farina hordeacea, ex ſemine lini, fenugræci, althea, camomilla, lapatho, & infuſa axungia parantur, vel cùm cæpa decocta in oleo camomillino, & intùs theriaca apponitur, ſi verò altiùs deliteſcant, tunc cùm attractorijs præſidijs, cucurbitula, & fotuum crebro vſu, adiuuanda erit. Si verò abſceſſu ad ſuppurationem ſe conferet, pus mouentibus vtemur, deindè ſciſſa cute pus emergi conabimur. Si dolores interdùm ægrum moleſtent, his dolores mitigabimus, quæ moderatè humectant, atque calefaciunt, & hæc de cura.

Caput XXIX. De Polypode, & Ozena.

DOctor egregie. Inuenitur Sarcoma, Ozena, & Polypus. Ozena igitur eſt vlceratio profunda in naribus, tetri odoris, et halitum emittens; Sarcoma verò, & Polypus ſunt præternaturale incrementum carnis in naribus, ſimile piſcibus, nàm ſicuti illi multas habent propagines, & molles ſunt, atque augentur, ità hic quoque affectus, quem nunc præ manibus habemus; fit etiam ex humoribus craſſis à cerebro ad nares influentibus, & ex nutrimento ipſarum narium à facultate nutritoria, & acutrice in carnem mutato, ſicut patet ad ſenſum, vt Gal: inquit 3: de comp: med: per loc: cap: 3:, & Auic: 4: 3: cap: 3: & Alex: lib. 1: cap: 35:

Circà prognoſticum Meſ: cap: proprio ſic ait: *Polypus, qui ſit in naribus durus, niger, & non tractabilis, & mollis, & putridus, & fœtidus, fortaſsis non ſanatur. Sed qui elongatur, & pendet, habens radicem gracilem non minùs profundatam, curatur per inciſionem.*

Circà curam primò præmittuntur vniuerſalia, quæ præmittenda ſunt, deindè ad curam polypodis veniendum eſt, & hæc fit cùm filo tenui ſi ligetur, & in radice ſua incidatur; at vbi æger manualem abominatur operationem, curandum eſt, vt acribus medicamentis polypus extirpetur, vt cùm puluere corticum granatorum, nitro, cantharidibus, puluere antimonij, arſenico, ariſtologia, calcanthi, cyclamine, dragontæa, ære vſto, floribus æris, cùm melle, vel ſucco ſerpentariæ, ſucco granatorum, videlicèt granis eius acetoſis, cùm

G 3 oſſibus

eſſibus ſuis cùm melle coctis ad ſpiſsitudinem, hermodactili cùm ære vſto. Faciunt etiam ad vlcera narium aloes, ariſtologia, auripigmentum, ciperus, cyclamen, licium, plantago, ſcilla, ſumachi, bleta, & ſimilia.

Exempla ad hoc.

PEtrus Maria Marius à Sermoneta, annorum 28:, temperamenti aduſti, & melancholici, laborabat vlcere dicto Ozena profundo in naſo à tribus annis, & in caſſum à multis fuerat curatus. Hic morbus originem traxerat à lue Venerea, vndè vocatus ego primùm purgaui cùm potionibus magiſteralibus, indè ſumpſit per 40: dies decoctum ligni ſancti iuxtà vſum Calmathæi in ſuo Enchyridione de morbo Venereo, & infrà ſeptem dies ſumebat ſemel vinum Reguli. Cùm eodem decocto diluebatur vlcus, in quo addebatur vinum Calicis, & cùm hoc vſu fuit optimè ſanatus. Multos curaui cùm vſu dictarum decoctionum, & cùm extractis ligni ſancti, pillulis antiuenereis, aqua ſpargyrica, & diluendo continuò vlcera cùm eiſdem rebus.

Aliud.

IOhannes Narciſi à Bolſeria annorum 40:, temperamenti melancholici, laborabat tumore de magnitudine fici in naſo in parte interiori naricis cùm inflammatione, & ſuſpicabatur ne tranſiret in cancrum; fuit primùm purgatus cùm medicamentis phlegmagogis, ſyr: deſſicantibus, & decoct: lign: ſanct:, Diluebatur pars cùm eodem decocto, & vino Reguli; indè vtebar etiam ad diluendum aqua deſcripta à Præceptore meo Riuerio in cap: 2: de Sarcomate, & Polypo facta cùm vua immatura, ſicque paulatim fuit reſtitutus ſanitati.

Aliud.

MArta Gaudentia Mediolanenſis annorum 31:, temperamenti melancholici, habebat polypum in vertice naſi, qui creſcebat, & cooperiebat os, eratque pyramidalis figuræ, rubeus, abſque dolore, ſed reddebat ægram deformem. Fuit ligatus dictus polypus cùm filo ſerico, indè multoties paulatim adſtringebatur, & infrà hoc tempus fuit curatus cùm medicamentis ordinarijs, ſcilicet ſyr: aperitiuis, ſectione ſaphænæ, & cùm decocto adſtringentiſsimo diluebatur tèr in die dictus polypus, ſicque ligamentum ſeparauit aliquantulùm polypum, ità vt forficibus poſſet ſecari, indè fuit ſtatim applicitus ignis, & facta eſt eſchara, cui fuit poſitum ceratum calaminare Paracelſi, ſicque fuit polypus diſcuſſus.

Fiunt perſæpè in naſo puſtulæ cauſatæ à fluxionibus catarrhalibus acribus, mordacibuſque dictæ Corizæ. In cura iſtarum eſt opus primùm humefactionibus adſtringentibus, in quibus adſit aliquid contrà acrimoniam, vt potè vitriol. cypr:, ſal: ſaturni &c. & cùm medicamentis internis concoquentibus, temperantibuſque humores, ne morbus propter diuturnum temporis ſpatium conualeat, atque in morbos tranſeat deterrimos.

Fiunt etiam in naſo fici prauæ qualitatis, qui tranſeunt in cancrum, & in morbum noli me tangere, in quibus caſibus neceſſarium eſt fugere medicamenta corroſiua ne fiant deteriores. Ego perſæpè cùm hoc vnguento huiuſcemodi morbos curaui: ℞: ſucc: ſonc:, ſemperuiu:, ſolatr:, ſucc: ranarum viuarum, ideſt piſtarum, & preſſarum, ſucc: cancror: fluuiatilium piſtorum, atque preſſorum ana vnc: 1:, olei roſat: vnc: 4:, ebull: vſque ad conſumationem ſuccorum, indè addatur ceræ quantùm ſufficit, cùm drag: 1: camphuræ, & fiat vnguentum. In iſtis ſpeciebus morborum hoc eſt perfectum arcanum, ideò non in tractatu Arcanorum, ſed hic illud noto.

Cap: XXX. De Dolore dentium.

DOctor egregie. Manifeſtum eſt quid ſit dolor dentium, ſed locus doloris adeò latet, vt vix à Medico diuinari poſsit; quare triplex erit doloris locus, aut in ſubſtantia ipſius dentis, aut in neruo ad radicem dentis proſtrato, aut in gengiuarum ſubſtantia inflammationem patiente. Hic verò eſt in neruo ad radicem dentis proſtrato, proueniens ab humorum acrium, ac rodentium influxu à capite, & à toto, cùm mala intemperies huius capitis; vt Gal: inquit 5: de comp: med: per loc: cap: 8:, & Auic: 7:3: cap: 4.

Circà prognoſticum Auic: ſic ait: *ſi affectio fuerit in gingiua numquam remouebitur dolor cum dentis extirpatione, ſi verò in neruo fuerit aliquando per remotionem dentis remouetur, & interdùm iuuat*; & hæc de prognoſtico.

Cura eſt duplex, vniuerſalis, & particularis. Vniuerſalis in ſe continet euacuationem, reuulſionem, & fluxus cohibitionem. Euacuatio primò fit per ſectionem venæ cephalicæ, deindè eius, quæ ſub lingua latet. Reuulſio fit cùm cucurbitulis, & extremarum partium frictionibus. Fluxus cohibetur per pillulas alchaiber nominatas. Cura particularis duplex, regularis, & coacta; regularis in materia calida, vt primùm diſtillationes repellantur cùm frigidis, ſicut roſa, myrtho, camphura; deindè repellentibus diſcutientia commiſceantur, & in fine reſoluentia, & maturantia, prout ad inflammationem adhibeantur. Cura coacta conſiſtit in auferendo ſenſum, quo ablato dolor ſedatur, ſi non ſedatur, tunc dens eradicandus erit, vel extirpandus, & ſimilia.

Non pono hìc Obſeruationes, nàmque medicamenta in doloribus dentium ſunt, vt ità dicam, fortuita, in aliquibus enim eadem ſunt proficua, in aliquibus inania; adhuc tamen extractio dentis eſt ſemper iuuaminis, & purgationem corporis cùm confricationibus, atque cucurbitulis, multoriès vidi ſuperaſſe dentium dolorem. Inter medicamenta inueni optimum oleum buxi factum per deſcenſum, vel ol: aut eſſent: camphur:, ſicque ſumenta ſeminis iuſquiami aptata, vt dens, qui dolet ea recipiat, & multa alia medicamenta, de quibus vbertimè Authores loquuntur. Multi ab Arabis docti incidunt cùm igne neruum auris, cùm qua inciſione dolor euaneſcit, nec ampliùs regreditur.

Caput XXXI. De inflammationibus Tonſillarum, & Columellæ.

DOctor egregie. Tōſillæ, vel Glandulæ ſunt hæ, quas nunc præ manibus habemus, nec aliud ſunt, quàm faucium tumor, & fiunt circà columellam ex vtraque parte infrà fauces, & accidunt propter omnem inflammationem à cauſa procatartica, ex nimia meri potione, ex multa ciborum maximè acrium, deuoratione, ex influxu humorum: quibus lingua, & larnix, & aſpera arteria humeſcere ſolent; & cognoſcuntur per viſum, quia æger in radice linguæ aliquid inſiſtere ſentit vt Gal: inquit 6: de comp: Med: per loc: cap: 3:, & hæc de morbi eſſentia.

Circà prognoſticum Auic: ſic ait: *qui tantam deglutiendi difficultatem interdùm eſſe inquit, vt æger digitis ſuis eam comprimere cogatur, donec transgluttiat, hoc præſertim fit quùm Tonſillæ, & Columella plus iuſto humiditatis recipiunt, vel laxantur, vel inflammationem experiuntur.*

Circà curam primò euacuandum per ſectionem venæ cubiti, deindè reuellendum, ac deriuandum cùm cucurbitulis collo, ac mento affixis, & cùm gargariſmis primò leuiter adſtringentibus, poſteà ex decocto furfuris, paſſularum paratis; ſi ad ſuppurationem deuenerit, tunc fient gargariſmi ex decocto caricarum, & aqua mulſa, ſi verò augeatur morbus, vena ſub lingua ſecetur, & aluus ſubducatur, ſi verò ſectionem gurgulionis moliatur, præſtantiùs eſt cauterio gurgulionem reſecare, quàm ferro, ſi quidem nullo aptiori remedio tota humiditas, ad illam extremitatem defluxa exiccabitur, quàm cauterio;

cauterio; vſtionem, ſiuè inciſionem fiendam denotat Viculæ atteñuatio, & ſi extremitas eius manet veluti ſanie, & liuiditas eius partis appareat.

Exempla ad hoc.

ANtonius Franciſcus Cardonus à Sorignano, annorum 32., temperamenti bilioſi, à tribus diebus laborabat inflammatione in faucibus, & in toto ore cùm palato,& maxillis. Hoc originem traxit à multiplicitate humorum prauorum exiſtentium in corpore,& exonerantium caput, qui quadam die dùm ſupradictus Antonius Franciſcus tranſibat per ſolem motifuerunt, & cauſarunt inflammationem dictam cùm pauca febre. Accerſitus iuſſi clyſterem, indè extractiorem ſanguinis per phlœbotomiam primò in brachio ad vnc:6:, indè in pede ad vnc:4:, ſicque fuerunt applicitæ cucurbitulæ abſque ſcarificatione, confricationes, & gargariſmi, lotioneſque in ore. Gargariſmi fiebant cùm decoct: hordei, cymis ruuor:, folijs viridibus oleaginis, acrimon:, & prunel:, cùm quibus addebatur ſyr: diamoron:, & ſyr: roſ: ſiccat:; diluebatur ſæpè os cùm aqua plantaginis, lactucæ, ſalicis; fuit purgatum corpus cùm potione cholagoga ordinaria, & per quinque dies ſumebat ſyr: digerentes, & refrigerantes. In 7. ità creuit, vt totum os foret vlceratum à materia acriſſima. Propinaui decoct: aquæ plantagin:, cùm lign: ſanct:, in quo addebatur parum aluminis crudi, ſicque deſijt inflammatio; repetitæ ſunt lotiones cùm ſupradicta aqua, & corpus denuò fuit purgatum cùm decoct: tamarind:, & infuſione rhabarbari, ſicque optimè fuit liberatus.

Aliud.

DOminæ Angelæ Roſæ Neapolitanæ annorum 22:, temperamenti delicati, in quadam die ex inflammatione deambulando, & indè potione vini generoſi, ſic inflammatæ fuerunt fauces, gula, & partes vicinæ, vt deglutire nequiret guttam aquæ. Statìm iuſſi clyſterem, & ſecata fuit ſaphæna; fuerunt applicitæ cucurbitulæ non ſcarificatæ, factæ confricationes, fumenta ſuccini, & gargariſmi vt in antedicta Obſeruatione, ſed omnia fruſtrà. Fuit applicata pulſibus Capronella contuſa ad magnitudinem nummi argentei, & ſtatìm deſijt, ſed in parte, in qua fuit applicita, aderat veſſicula, quæ per multos dies reliquit ſignum in pulſu, ſed fauces extiterunt liberæ ab inflammatione. Hæc Capronella poſita pulſibus, vt dictum, eſt mira in morbis inflammationum faucium gutturiſque, multotiès enim vſus ea ſum cùm optimo euentu. Sic etiam ſi ſit applicita in planta manus, verſus montem Veneris, euaneſcit dolor dentium, ſed fit veſſicula in manu.

Quia in ore adeſt copioſa morborum varietas, ideò hìc ponam aliqua alia exempla, quæ ab inflammationibus ſunt diuerſa, & pertinent ad Chyrurgiam.

Aliud.

VXor Ioſephi Iuliani à monte Rutilo annor:54:, temperamenti melancholici, habebat tumorem in lingua obſcurum, vt carnem adoleiam, quæ impediebat aliquo modo verba, & verebar ne tranſiret in cancerum. Poſtquàm fuerat purgata à Medico ordinario multotiès abſque fructu, ego vſus ſum oleo Antimonij per deliquium extracto à fecibus Reguli, in quo nitrum, & tartarum infuſa fuerant, quinquiès, aut ſextiès in die, quod conſumpſit omnem illum humorem, & effecit vt ægra recuperaret ſalutem. Hoc medicamento fuit etiam ſanata fœmina Caſtri S. Angeli Diæceſis Ciuitatis Ducalis,& alter in Pozzalia.

Aliud.

MAria Sinibalda à monte Rutilo annorum 28., temperamenti biliosi, habebat os, fauces, palatum, linguam vlceroſam cùm vlceribus corroſiuis, quę penetrabant deorſum. Fuit hæc curata cùm decoctis ſudoriferis, & os diluebatur cùm eiſdem decoctis, quibus addebatur vitriol: cypr:, & ſal: Saturn:; poſt ablutionem cùm eiſdem decoctis, tangebatur cùm oleo Antimonij antedicto, ſicque fuerunt ſublatæ radices vlcerum faucium, atque palati circitèr ad vnc: 2., quæ videbantur pulpæ piſcis Denticis elixati; indè mixtum fuit dicto oleo mel roſ:, & optimè conualuit. Multos dicto vſu vidi ſanitati reſtitutos.

Aliud.

DOmina Federica de Fædericis ab Vrbula habebat infractum palatum, ác loquebatur, vt dici ſolet, quaſi cùm naſo; humor enim corroſiuus corroſerat cartilagines internas naſi, & cùm vſu eodem, quo in ſuperiori Obſeruatione conualuit; remanſit tamen foramen in palato, ſed applicui turundam, ità vt dùm loqueretur, nil peradmodùm cognoſceretur.

Aliud.

DOminus Paulus Perinus à Rubea annorum 38., temperamenti bilioſi à lue Venerea infectus, plenus gummis, laborabat à duobus annis vlceribus inueteratis, profundis, tàm in columella, vgula, & partibus vicinis, quàm in palato, & labijs, ità vt apparerent ſigna morbi, noli me tangere; fuit curatus cùm dieta duorum menſium cùm decoct: lign: ſanct:, ſalſæ parill:, ol: oliu:, alumin:; ſic etiam per 30. dies in eodem tempore ſumebat pillulam extracto ſumariæ compoſitam ad vſum noſtrum; diluebatur os cùm eodem decocto, & tangebatur cùm ſpiritu viridis æterni, ità vt exirent follicula, indè cùm melle roſ:, & maſtice carnem acquiſiuerunt, & cùm vſu vnctionis cynnabaris optimè extitit ſanus.

Aliud.

ANtonius Saporitus à Rubea habebat filium annorum 12., qui habebat ranulam tàm magnam ſub lingua, vt aliam formaret linguam, & nequiret loqui. Fuerunt factæ diuerſiones variæ cùm cucurbitulis, confricationibus, pectendo comam retrorsùm, ſicque fuerunt præſtita multa decocta deſiccantia ligni viſci quercini, lentiſci, ligni ſancti, & ſimilium; bis fuit purgatus cùm pharmacis phlegmagogis. Sumpſit vinum Calicis bis, & in parte affecta fiebant lotiones deſiccantes cùm ſale communi, ſale armoniaco, cùm quibus omnibus adhuc non euaneſcebat, ſed in eodem ſtatu permanebat, vndè iuſſi ſecari, & exiuit permagna ſanguinis copia, ad quem ſiſtendum vſus ſui oleo ſulphuris, indè cùm mel: roſ:, ſale armoniaco, & decocto, quo ſupra adſtringente omninò liberatus eſt. Multas curaui ranulas, ſed perſæpè cùm inciſione, indè cùm decoctis ſtipticis, alumine, ſale, & quandoque ſale armoniaco, ſicque ægri ſanitatem recuperarunt.

Cap: XXXII. De Angina, & Strangulatione.

DOctor egregie. Temperatura huius Nobilis fermè eſt calida, & humida, indè morbus eſt Angina, qui nil aliud eſt, quàm inflammatio muſculorum faucium interiorum, qua fauces anguntur, & ſtrangulantur, impediens anhelitum, & deglutionem, & fit à ſanguine bilioſo deſcendente à capite ex repletione totius corporis, & partium,

tium, quæ circà fauces, & guttur exiſtunt, vt patet per ſigna, quia adſunt difficultas anhelitus, febris, genarum rubor, deglutio impedita, dolor circà guttur, & humor non extrinſecùs apparens, interrupta vox, fluxus inuoluntarius, & continuus, vt inquit Gal: 3. prædictionum, & Paul: lib: 3. cap: 27., ſic & ætas, complexio, anni tempus, & præcedens regimen idem confirmant, vndè eius indiſpoſitio in cap: de Angina à ſanguine bilioſo fluente à capite ponenda eſt, & hæc de morbi eſſentia.

Circà prognoſticum ſic ait Hipp: aphor: 4. aphor: 34. *Si à febre habente ſuffocatio repentè ſuperuenerit, nullo tumore in faucibus exiſtente, eſt lethale*; & 3. prædiction: tex: 16. *Angina grauiſſima eſt, ac celerimè interimit quæcumque, nec in ceruice, nec in faucibus conſpicuum aliquid efficit, ſed plurimum doloris infert, ac ſpirationis difficultatem, hæc enim eodem die, & 2., & 3., & 4. ſtrangulant*; & hæc de prognoſtico.

Circà curam tres intentiones conueniunt, quarum prima eſt euacuatio, quæ fit per ſectionem venæ vſque ad defectum animi, communis, deindè cæphalicæ, poſt hanc à venis ſub lingua extrahitur, ac etiam cùm cucurbitulis ſcarificatis ad humeros, deindè cùm rhabarbaro, caſſia, & manna, vel cùm clyſteribus acutis, cùm colocbynthide, hyeralogodione, hyerapigra comp:, vino Calicis, ſeù infuſo cùm croco metallorum, & ſimilibus. Secunda eſt fluxionis prohibitio, & hæc cùm his, quæ materiam incraſſant, qualia ſunt diacodion, & oppiata, vel per cucurbitulas ſiccas, frictiones, enemata, hirudines. Etiam per deritationem curatio in remouendo phlegmone, ſiuè reſoluatur, ſiuè in pus conuertatur. Tres etiam intentiones concurrunt, quarum prima erit repercutiens, ſecunda partim repellens, partìm diſcutiens eſſe debet; tertia diſcutiat tantùm, & hoc à medio ſtatu vſque ad morbi inclinationem; ſi ad ſuppurationem vertatur, tunc aperientibus, abſtergentibus, & mundificantibus opus erit in ſedando dolore, & cùm anodinis, aut gargariſmis ex lacte caprino dolori ipſo vacandum erit. Intereà dieta ſit tenuiſſima, ſufficit enim vt ſumatur ptiſana, vel panis in aqua decoctus, & bibat aquam &c.

Exempla ad hoc.

SAnctes Georgij à Rubea annorum 26., temperamenti bilioſi, atque ſanguinei propter venationem in temporibus humidis talis facta fuit inflammatio in faucibus, vt nequiret loqui, vel deglutire minimam rem quatuor horarum ſpacio tranſacto, & erat etiam cùm febre. Vocatus inueni pulſum frequentem, & obſeruaui fauces claudi à maſſa carnis inflammatæ; ideòque iuſſi clyſterem cùm caſſia, oleo roſ: &c.; indè fuit confeſtim ſecata baſilica ad libr: 1. ſanguinis, & poſt tres horas fuit replicata phlœbotomia in altero brachio ad extractionem unc: 8. ſanguinis. Fuerunt applicita ſplenia gutturi cùm folijs maluæ, & cucurbita recenti, ac tenera; fuerunt facti gargariſmi cùm aqua plantaginis, prunellæ, ſaleprunellæ, & ſyr: diamoron:, ſed morbus eodem modo perſiſtebat. Poſt ſex horas fuerunt applicitæ cucurbitulæ ſcarificatæ humeris quatuor, & in veſpere fuit ſecata vena ſub lingua, & fuerunt renouata clyſteria; quamuis autem illo ueſpere loqueretur, adhuc tamen difficilitèr, & cùm periculo mortis. Applicui ſplenium panis cocti cùm lacte, & in manè ſequenti fuit replicatum clyſterium, & cùm tumor eſſet ſuppuratus fregi illum cùm candela, & exiuit libra circitèr puris fætentiſſimi; indè fiebant gargariſmi cùm melle roſ:, & poſteà fuit purgatus cùm potione mannæ diſſolutæ, caſſiæ, et decoct: tamarind:, ſicque euaſit incolumis.

Aliud.

DOminus Carolus Serra à Marignano annorum 31., temperamenti mixti, eodem modo laborabat ſchirantia, et cùm eiſdem euacuationibus ſanguinis, clyſteribus, et ſplenijs ſuppuratus fuit tumor, indè ruptus, et eodem vſu, quo ſupra liberatus eſt.

Aliud.

Aliud.

DOmina Eliſabeth Florina à Broliano annorum 24., temperamenti bilioſi accenſa ab ira in contentione cùm affinibus ita ex irit inflammata in faucibus, vt formaret quemdam tumorem ſimilem ſupranotato. Fuit celebrata phlœbotomia in brachio, indè in pede, applicitæ cucurbitulæ ſcarificatæ, & ſecata vena ſub lingua; fuit etiam inciſus tumor, à quo exiuit in magna quantitate pus, & eodem modo, quo ſuprà conualuit. Multas curaui inflammationes, & perſæpè Anginas ſpurias ad differentiam Anginarum exquiſitarum, & cùm emiſſione ſanguinis, ſplenijs refrigerantibus, gargariſmis, & purgantibus, lambitiuiſque iuxtà neceſſitatem optimè diſcuſſæ extiterunt.

Aliud.

IOhannes Matij à Floriſino laborabat quadam iſtarum Anginarum cùm omnibus ſignis, & cùm emiſſione ſanguinis, gargariſmis vſualibus, & cùm immiſſione pulueris alabaſtrorum roſaceorum, ſtercoriſque ſicci canis, abſque ſuppurationibus ſanitatem recuperauit. Multos hoc vſu vidi liberatos ab eiſdem morbis, multos cùm pulueribus hirundinum, ſplenijſque nidorum hirundinum, & multos aperiendo in medio hirundines, & applicando externiùs parti affectæ, & ſic de ſingulis.

Aliud.

HOc anno Venetijs Vxor Magiſtri Caroli fabri auricalcharij ad SS. Apoſtolos laborabat febre maxima, & guttur habebat ità clauſum, vt nequiret reſpirare. Iuſſi emiſſionem ſanguinis bis in eodem die, & gargariſmos, ſicque inflammatio deſijt, vltrà hoc vexabatur dolore pungitiuo in coſtis, contrà quem applicui oleum noſtrum antepleuriticum cùm noſtro ſplenio antepleuritico, & præbui per os lambitiua; demùm fuit purgata cùm pillulis Patris Spinæ, & optimè conualuit.

Caput XXXIII. De Diſtillatione, Grauedine, & Raucitate.

DOctor egregie. Temperatura huius Nobilis fermè eſt calida, & humida, indè morbus eſt diſtillatio, ſiuè catarrhus, qui nil aliud eſt, quàm defluxus à nimia quantitate materiarum catarrhalium æterogenearum, quæ mittuntur à ventriculo ex caliditate, & mala diſpoſitione hepatis, & renium, & à ventriculo ad caput, & à capite denuò ad inferiora membra, & præcipuè ad pectus; enimuerò in hoc differt à bronchos, eò quia catarrhus fauces, & palatum obtinet, bronchos guttur, ac arterias, coriza autem nares tantùm moleſtat; vndè has ſpecies diſtillationum quidam Gherardus his duobus verſibus explicauit dicens:

Dum fluit ad pectus dicetur rheuma catarrus,
Ad fauces bronchos, ad nares dico corizam.

Addo quod ſigna clarè videntur, quia tuſsis ſentitur, & materia in deſcenſu frigida, & groſſa, tument oculi, facies albeſcit, & in pulſu adeſt raritas, & vndoſitas, vrina verò eſt pallida intenſa, cùm circulo eiuſdem coloris, & ſpuma alba, & circulus ſupremus eſt granuloſus; igitur rheuma in capite eſſe denunciat, vt Gal: inquit 3. de ſympt: cau: cap: 4., et 2. prognoſt: com: 49., & lib: 6. de ſanit: tuen: cap: 9., & Paul: lib: 3. cap: 28., ſic & ætas, complexio, anni tempus, & præcedens regimen idem confirmant, vndè eius indiſpoſitio in cap: de catarrho à materia pituitoſa mixta ſanguini fluente à capite ad pectus ponenda eſt.

Circà prognoſticum ſic ait Hip: aphor: 2. aphor: 40. *raucedines, & grauedines in valdè ſenibus concoctionem non admittunt*, & 2. prædict: tex: 49. *grauedines, & ſternutamenta*

per

per omnes morbos, qui in pulmone fatigent præire, & ſubſequi, malum, & ſæpè incurrentes catarrhum à periculo non ſunt omninò tuti ſed varijs obnoxij ægritudinibus, & cùm dolore capitis catarrhus eſt curæ difficilis, & hæc de prognoſtico.

Circà curam ſex requiruntur intentiones, quarum prima eſt regula ſex rerum nonnaturalium; ſecunda eſt digeſtio catarrhi, ſicut cùm ſyr: violato, de iuiubis, myrthino, item ſyr: de liquiritia, de hyſſopo, de praſsio, oxymell: ſimpl:, et comp:, et cùm aquis capillorum Venetis, ſaluiæ, decocto pectorali, item farfaræ, endiuiæ, aqua hordei. Tertia eſt euacuatio, ſicut cùm caſsia, manna, rhabarbaro, et pillulis aureis, aggregatiuis, de hyera, cùm agarico, polypodio, turbitth, pillulis chochijs; aut cùm remedijs Chymicis, vt extract: catholic: Quercetani, aut catbolico Veicardi, aut extract: rhabarb:, agaric:, aut vomitiuis antimonialibus prædictis; aut per ſectionem venæ communis. Quarta eſt diuerſio, ſiuè reuulſio, & fit per caput purgia, maſticatoria, & cauterizantia, vel per frictiones, lotiones, iuncturarum ligationes, cucurbitulas, et hirudinum applicationes. Caput purgia fiunt per liquores per nares attractos, vt puta cùm aqua violacea, vel hordei, item cùm aqua maioranæ, ſucco blitis, decocto nigellæ, ireos, cyclaminis. Cauteria fiunt in commiſſura coronali vel in humeris. Quinta eſt retentio catarrhi, ſicut cùm bolarmeno, ſpica, olibano, cerato capitali Montagnanæ commiſſuræ coronali applicito. Item cùm iuleb: violaceo, penidijs, dadraganto, loch: de papauero, & rotulis cùm ſacchar:, ſacchar: violac:, loch: ſano, et ſimilibus; pillulis bechichijs, gargariſmis ex aqua roſacea, aceto, ſandaraca, vel cùm pillulis de cynogloſſa etc. Sexta eſt ſymptomatum remotio, ſicut cùm confectione pliris, arcoticone Nic:, cùm diamuſco, et electuarijs frigidis, et alijs ſimilibus.

Exempla ad hoc.

SYmon Langrauius à Sorbola annorum 26., temperamenti mixti, laborabat raucedine tali, vt nequiret loqui, quæ erat cauſata à fluxione pituitoſa; habebat vgulam craſſam perlongam, ſicque nequibat deglutiri. Multi fuerunt facti gargariſmi ſuprà notatis ſimiles; indè ſumenta cùm carabe ad vſum. Fuit purgatum corpus cùm medicamentis purgantibus melanogogis, et compoſitò ſequentium pillularum: ℞: extract: liquiritiæ drag: 2.; puluer: ſemin: roſar: drag: 1., gumm: dracant: drag: ß:, ſal: prunell: ſcrup: 2., m:, et f: pill:, de quibus ſumebat ſæpè, et liquefiebant paulatim in ore, ſicque conualuit.

Aliud.

MArcus Druſianus à S. Vito annorum 18., temperamenti bilioſi, ſed infectus à cachexia, cùm aliqua ſuſpectione luis Venereæ vexabatur raucedine, vt nequiret proferre verbum quidem, et verebar ne diſtillatio deſcenderet in bronco pulmonum. Fuit primò purgatus cùm manna, indè ſyr: ſcabioſæ, fumariæ, de pomis, et ſimilibus; ſumpſit quoque aquam ſpargyricam factam cùm lign:, antimon: crud:, et pomice per 30., dies cùm dieta abſque potione vini, ſicque morbus euanuit. In iſtis morbis ſæpè vſus ſum dicta aqua, interdùm decoctis, interdùm extractis, multotiès vinis accomodatis, ſicque aptando morbis medicamenta, fœlicem curæ perſæpè ſortitæ ſunt exitum.

Multas mulieres etiam curaui raucedine laborantes, quaſdam lue Venerea infectas, quaſdam non, in quibus vſus ſum medicamentis ſuprà notatis, additis aliquibus ſpecificis vterinis, ac aperitiuis, ſumentiſque tàm in ore, et in naſo, quàm in vtero, et addendo aquam hordeaceam in herba diſtillatam cùm aqua anguriæ, ſemin: pepon:, cùm ſyr: diamoron:, roſ: ſiccat:, ſal: prunel:, pillulisque ſupranotatis.

Cap: XXXIV. De Definitione Tuſſis.

DOctor egregie. Tuſsis, quam nunc præ manibus habemus, nil aliud eſt, quàm dilatatio, et conſtrinctio impetuoſa pulmonis, et pectoris, ad expellendum nociua à virtute expulſoria naturali pulmonis facta cùm adiutorio diaphragmatis à nimia quantitate materiarum catarrhalium æiherogenearum, quæ deſtillant à capite ad aſperam arteriam; ſigna per ſe nota ſunt, vt inquit Gal: 5. de ſymptom: cauſi cap: 4. et Auic: fen: 10. tract: 3. cap: 1.; ſic et ætas, complexio, anni tempus, et præcedens regimen idem confirmant, vndè eius indiſpoſitio in cap: de Tuſsi à materia pituitoſa, ſiuè catarrhali fluente à capite ad aſperam arteriam, ponenda eſt.

Circà prognoſticum Hipp: aphor: 6. aphor: 46. ſic ait: *Qui gibbi ex aſthmate, aut tuſſi fiunt, antè pubertatem moriuntur; & indè quibus vt plurimùm tuſſes ſiccæ leuitèr irritantur in febribus ardentibus fiunt*; & Auic: 10: 3. ait: *tuſſis frequens plerùmque perducit ad ſputum ſanguinis*; & hæc de prognoſtico.

Circà curam duæ erunt intentiones, altera in præparanda materia, altera in abſtergenda, & præparata educenda, ſicut in calida, tenue, & acri cùm ſyr: de papauere, violaceo, iuiubino, cùm decocto hordei, iuiubarum, ſebeſt:, vel cùm diarrhodone tempore ſomni, aut pillulis bechicis, in frigida, craſſa, & tenaci cùm ſyr: de liquiritia, de hyſſopo, oxymell:, ſyr: de praſſio, oxymel: ſcyllitic:, cùm decocto caricarum, paſſularum, capill: Vener:, hord:. Item cùm loch de pino, de ſcilla, cùm iure galli decrepiti, & ſimilibus. Euacuatur deinceps ſubtilis materia cùm caſſia, electuario de ſebeſt:, addita pectorali decoctione, aut cum pillulis aureis, aggregatiuis &c.; frigida cùm pillulis chochijs, alephanginis, tro: de agari:, & alijs notatis à Meſ:.

Exempla ad hoc.

ANtonius Maginus à Rubea annorum 27., temperamenti mixti, laborabat tuſſi tàm moleſta, vt nec haberet, vt ità dicam, tempus reſpirandi. Continuabat in die, ac in nocte, ſed in 22. hora augebatur, & in nocte magis vexabat ægrum, ità vt haberet principium, augumentum, ſtatum, & declinationem, febris ad inſtar ſed erat abſque febre. Iuſſi clyſterem, cucurbitulas multotiès, confricationes, vnctiones in pectore, varia lambitiua, decoctiones pectorales, bìs mannam, & quamuis qualibet vice exeundo humores diminuerentur, adhuc tamen tuſsis, & paroxyſmi habebant eandem periodum. Applicui ceratum capitale Montagnanæ in commiſſura coronali, & ſumebat diacodion, apenit:, & ſimilia, fuitque celebrata phlœbotomia, adhuc tamen tuſsis perſiſtebat, immò per 18. dies abſque vllo moderamine ſe habebat, & infirmus expuebat quantitatem catarrhi craſsi, ac viſcoſi. Demùm præbui laudan: nepent: gr: 2. quolibet veſpere per octo dies, ſicque euanuit tuſsis, ac fluxio deſijt, ægrotuſque optimè conualuit. Multotiès cùm eodem laudano curaui in huiuſcemodi morbis, & vidi optimas operationes.

Aliud.

PAulus Iordanus 3 Rubea annorum 35., temperamenti mixti, ægrotabat cùm tuſsi valida, & febre. Præbui lambitiua, minoraui cùm caſsia, & manna, iuſsi confricationes, cucurbitulas abſque ſcarificatione in humeris, vnctiones &c., ſed in quarto morbus erat grauis, & in nono cæperunt deliria. Sumpſit multa cordialia, fuit ſecata baſilica, adhuc tamen continuauit delirium vſque ad diem 17., ſed non violentum; ſumpſit multotiès ſtupefactiuum vitrioli; fuerunt applicita veſsicantia cruribus, & in 14. commiſſuræ coronali; infrà hoc tempus tuſsibat multùm, & emittebat magnam copiam catarrhi craſsi, primò crudam, deindè aliquantulùm coctam; in 17. deſijt delirium, & in 27. euanuit omninò morbus.

Aliud.

EXcellentiſsimus Dominus Thomas Baſilius Medicus à Planella meus amiciſsimus, temperamenti bilioſi, craſſus aliquantulùm laborabat febre catarrhali cùm tuſsi, & ſumpſit multa lambitiua, & vnctiones. Fuit bis purgatus, & mota erat tanta catarrhi quantitas, vt eſſet in periculo effocationis; febris erat continua, multaque fuligino-ſa infrà diem, atque noctem ab ore emittebat, cùm tanto fætore, vt in eius cubiculo per adſtantes maneri non poſſet. Præbui inter alia pharmaca extract: ſcabioſæ, magiſteria carabis, & laudanum, cùm diaphoreticis antimonij, quorum ſumpſit multotiès, ideſt drag: 1. extract: ſcabioſi, diaphoretic:, & magiſteri ſuccini ani ſcrup: ſſ, laudani g: 2., m:, & cap:, & infrà paucos dies conualuit. Multos huiuſcemodi morbos Venetijs curaui cùm optimo euentu.

Caput XXXV. De Aſthmate.

DOctor egregie. Aſthma, quod nunc præ manibus habemus nil aliud eſt, quàm difficultas anhelitus ſinè ſonitu, & prouenit à mala intemperie frigida coarctante, & obſtruente, ex nimia quantitate materiæ pituitoſæ in pulmone, & eius bronchijs immiſſa, vt patet per ſigna ex ſapore, odore, craſsitie; & adeſt ſonus in reſpirando, & excretio fieri non poteſt, niſi cùm magna tuſsi, & fit per conſenſum à toto ob pigritiam, grauitatem, & malum habitum totius corporis, & Gal: inquit 7. de comp: med: per loc: cap: 6., & Auic: 10. 3. cap: 40., & Paul: lib: 3. cap: 29.; ſic & ætas, complexio, anni tempus, & præcedens regimen idem confirmant, vndè eius indiſpoſitio in cap: de Aſthmate à materia pituitoſa ponenda eſt.

Circà prognoſticum ſic ait Auic: 10. 3. *Difficultas ſpirandi, cùm accidit decrepitis non forſitan ſanatur, neque maturatur, quùm ipſa in iuuenibus vt plurimùm ſit difficilis, & eſt ægritudo longa habens cùm hoc paroxyſmos acutos iuxtà ſimilitudinem paroxyſmorum epilepſiæ, & ſpaſmi, & multotiès mutatur ad peripleumoniam.*, & Hip: aphor: 4. aphor: 50.: *difficultas ſpirandi in febre intermittente, lethale*, & aphor: 46. lib: 6. *Qui gibbi ex aſthmate, aut tuſſi fiunt, antè pubertatem moriuntur*, & hæc de prognoſtico.

Circà curam ſex enumerantur intentiones, quarum prima eſt debitum regimen in ſex rebus non naturalibus, quæ ad calidum declinare debent. Secunda eſt humoris præparatio, & hæc perficitur cùm ſyr: de liquiritia, de hyſſopo, de praſsio, et fortiores ſunt de duabus radicibus, et de quinque radic:, oxymel: ſimpl:, et comp:, cùm aquis fæniculi, hyſſopi, aut cùm decoctione pectorali, et magiſteriali, aut decoct: galli veteris; ideſt ℞: herbæ nicotianæ, hyſſopi, praſsij an: vnc: ſſ:, rad: enulæ campanæ, et ireos florent: an: drag: 3., pulmonis vulpis præparati, liquiritiæ, paſſulæ, iuiub: an: drag: 2., ſemin: anethi, fæniculi, carthami an: drag: 1. ſſ, f: decoct: cùm gallo ad vſum Quercetani. Tertia eſt euacuatio, et primò per phlœbotomiam, deindè cùm pillulis de agarico, et chocbijs, et electuario Indo, diaphinicon: aut cùm extract: ad vſum Spargyricum; vomitoria verò, licèt à nonnullis improbentur, in hoc affectu tamen conuenientiſsima ſunt, vt frequens experientia docet, vt aq: nicotian:, aut ſyr: eiuſdem, aut aqua benedicta Quercetani, aut alia etc. Quarta eſt reuulſio, quæ fit cùm cucurbitulis, caput purgijs; maſticatorijs, cauterijs, clyſteribus, et ſimilibus. Quinta eſt reſidui exiccatio, et hæc fit cùm theriaca, mitridato, diamuſco dulci, et amaro, et confectione pliriſarcoticon etc. Sexta eſt ſputum facilitare, quod fit cùm loch vſuali, et compoſito; et conferunt etiam electuarium diabutyrum Faentini, et therebinthinæ lotæ cùm vino, et vrina pueri, et etiam oleum de ſulphure cùm vino, aut decocto appropriato, ſicut caulium rubrorum, cùm pauco ſaccharo per plures dies ſumptum, cùm quo Præceptor meus Riuerius multos Aſthmaticos curauit. Efficacior omnibus eſt ſuccus caulium rubrorum cùm extract: tuſsilagin:, aut cùm ſaccharo roſ:, et pulmon: vulp: exiccat:, confert etiam butyrum ſulphuris, aut

loch

loch ſulphutis à ſcrup: ij. ad ß: quatèr, aut quinquiès, cùm extract: tuſſilaginis, atque ſcabioſæ.

Exempla ad hoc.

LAuinia Vrbana à Rubea, annorum 24., temperamenti pituitoſi, aliquantulùm pinguis, à multis annis ex menſtruorum non abundante profluuio laborabat aſthmate, & à multis Medicis fuerat curata, ſed fruſtrà. Vocatus ego dedi mannam, indè ſyr: pectorales ad vſum Quercetani cum ſuc: campanæ, & hos ſumpſit per multos dies; eodem tempore iuſsi ſectionem venæ ſaphenæ ad vnc: 8. ſanguinis. Fiebant fumenta ex fecibus Reguli ad partes vteri, & bis ſumpſit vinum Calicis, & per duos menſes ſumebat quolibet veſpere pillulam compoſitam cùm flore belzoi, balſami impetrit: Peruiani, & paucum magiſter: ſuccini, & ſic conualuit.

Aliud.

BEnedicta Buratta à Podeo Morſeo, annorum 18., temperamenti mixti ex oppilatione nunquam experta fuerat menſtrua, & à ſex annis laborabat Aſthmate. Sextiès ſumpſit vinum Calicis, & per 60. dies decoct: ſcabioſæ, farfaræ, artemiſiæ, capil: Vener: cocti in iure limacium; bis fuit emiſſus ſanguis; fuerunt facta ſupradicta fumenta, ſicque emanarunt menſtrua, & deſijt Aſthma; habebat tamen difficultatem aliquam in anhelitu, vndè ſumpſit per alium menſem pillulas ſupradictas cùm additione pauci lactis ſulphuris, ſicque conualuit.

Aliud.

PEtrus Maria Rocca à Sancta Marina, annorum 31., à multis annis laborans Aſthmate, ſumpſit Aureati noſtri gr: 4., indè extract: tuſsilag: nis, ſcabioſæ per multos dies, cùm aquis lentiſci, viſci quercini. Iterùm repetiuit ſumptionem Aureati, & poſteà per menſem ſumpſit decoct: ſupradictum limacium, herbarumque, & in veſpere ſuprà adnotatas pillulas, ſicque liberatus eſt. Multos, & multas adoleſcentes curaui cùm vnctionibus pectoralibus, & cùm potionibus iurium limacium, cùm fæcula, aut radic: aron: præparat, fæcul: ſcrup: ß:, radic: drag: ß:, & cùm lacte ſulphuris.

Caput XXXVI. De Pleripleumonia.

DOctor egregie. Temperatura huius Nobilis fermè eſt calida, & ſicca, indè morbus eſt pleripleumonia, quę nil aliud eſt, quàm inflammatio pulmonis cùm febre, & ſpirandi difficultate, proueniens à materia catarrhali ſanguinea mixta bili, tranſmiſſa ex alijs partibus corporis ad pulmonem, vt patet per ſigna, quia adeſt continua febris, & fortiſſima conſtrictio pectoris cùm maxima ſuffocatione, rubedine, & dolore in parte anteriori pectoris; tuſsis valida, ſputum ſpumoſum, in pectore, & intrà pectus ſentitur grauitas, vrina eſt rubea, & ſpiſſa, pulſus vndoſus, aſperitas linguæ cùm nigredine, inflatio oculorum, dolor in medio ſpatularum, & cùm iacet ſuper ventrem fit ei ſuffocatio, & grauitas maior, quàm quando iacet ſuper latus, vt inquit Gal: 2. meth:, & in lib: de patt: art: Med: cap: 4., & Auic: 10: 3. tract: 4. cap: 10., & Paul: lib: 3. cap: 30., & Aet: ſer: 8. cap: 66.; ſic & ætas, complexio, anni tempus, & præcedens regimen idem confirmant, vndè eius indiſpoſitio in cap: de pleripleumonia à ſanguine bilioſo ponenda eſt.

Circà prognoſticum Hip: aphor: 5. aphor: 10. *Quicunque ab Angina liberantur, ijs ad pulmonem vertitur, & in ſeptem diebus pereunt, ſi vero has effugerint ſuppurantur*, & aphor: 6. aphor: 16. *Pleuritide, & pleripleumonia correpto, alui profluuium aduenient, malum*, & aphor: 7. aphor: 11. *A morbo laterali inflammatio pulmonis, malum*. Celſ: Pleripleu-

ripleumonia pleuritide periculoſior eſt, & vt plurimùm mortalis ob reſpirationis neceſſitatem, & cordis viciniam; Gal: in comm: aphor: 11. *Si peripleumonia in pleuritidem tranſmutetur bonum eſt*; Auic: *peripleumonia, quæ à cholera fit rubea, ſecundùm plurimum ſuam acuitatem interficit, cùm ſit vicina cordi, & appoſitio cùm infrigidantibus non peruenit ad locum*; Hyp: *In coacis vrinæ circà initium craſſæ, & poſtmodum antè diem quartum tenues factæ, mortem portendunt*, & hæc de prognoſtico.

Circà curam prima intentio in hac indiſpoſitione erit reuulſio, vt augumentum inflammationis remoueatur, quæ fieri poteſt cùm ſectione venæ quantùm vires ferre poſſunt, ſemel, aut bis in die, donec morbus mitteſcat; cùm cucurbitulis, cùm impoſitione enematum, &c. Secunda eſt humoris digeſtio, vndè conueniunt ſyr: violaceus, iuiubinus, cùm aqua hordeacea, vel ſaccharata, aut ſyr: myrtinus, de papauere, cùm decocto pectorali, aut cùm ſyr: de liquiritia, de hyſſopo, oxymel: ſimp:, & comp: miſcendo cùm ſyr: viol:, decoct: pector:, & ſimilia. Tertia eſt euacuatio, quæ fieri poteſt cùm manna, caſſia, rhabarbaro, tto: de violis, de agarico, cùm electuario de ſebeſt:, & ſimilibus. Quarta eſt ſputi prouocatio, quæ completur cùm his, quæ in ore lambuntur, vt iuleb:, ſyr: viol:, & alijs eclegmatibus.

Exempla ad hoc.

ANtonius Sardonus à Belua annorum 35., temperamenti bilioſi, ægrotabat dolore in lateribus, ſed dolor euanuit, remanſitque tantùm difficultas anhelitus, cùm pulſu attracto, calore maximo, facie rubea, ſiti multa, vrina inflammata. Fuit mineratus cùm manna, indèque ſyr: lambitiuis, cùm ſanguinis emiſsione à baſilica ad vnc: 8:. Perſiſtebat difficultas anhelitus cùm tuſsi, ſputa erant viſcoſa, ſanguinolentia, ruginoſaque; vndè arbitratus ſum inflammationem pulmonum, ſicque fuit reiterata phlœbotomia, & manebat infirmus morti proximus. Iuſsi oleum ſeminis lini, multaque per ſeceſſum expulſa ſunt; bis in die dabatur ſcrup: 1. diaphoretic:, cum conſ: viol:; quatuor veſsicantia fuerunt applicita coxendicibus, brachijſque, & ſputa non diſsimilia ſuperioribus exibant. In 11. cæperunt ſputa permutare colorem, & in 14 magnam ſudoris copiam emiſit per totum corpus, ſicque deſijt febris; repetita ſunt per plures dies diaphoretic: qualibet vice gr: 12., ſicque conualuit.

Aliud.

IO: Iacobus Petrinus à Rubea annorum 28., ægrotauerat priùs pleuritide, & ab alio Medico infra 20. dierum ſpacium optimè curatus extitit. Poſtquam conualuit, ex cibis inordinatis, & accenſione iræ ſuperuenit febris permaxima, cùm difficultate anhelitus, ſputis viſcoſis, ſanguinolentis, & obſcuris, abſque dolore pungitiuo, cùm pulſu attracto, formicante, vrina rubea, oculis turbatis, & vitreis. Statim iuſsi clyſterem, poſteà fuit ſecata baſilica ad vnc: 10. ſanguinis, indè fuerunt factæ vnctiones olei antepleuritici per totum pectus. Per os ſumebat diaphoretic: iuxtà formam ſupraſcriptam; in ſeptimo parum ſudoris apparuit; in nono multa euacuauit fœtentiſsima, quod repetijt vſque in vndecimum quatèr in die, & in eodem die remanſit abſque febre; multis fuit reſtauratus cordialibus, ſicque ſanitatem recuperauit. Multos cùm ſudore conualuiſſe vidi.

Caput XXXVII. De ſputo ſanguineo.

DOctor egregie. Hic agendum eſt de ſputo ſanguineo, cuius tres eſſe poſſunt ſpecies, videlicèt diabroſis, ideſt eroſio, rixis, ideſt ruptio, & anaſtomoſis, ideſt apertio venarum, ſed hæc mihi prouenire videtur ob eroſionem factam in ventriculo, quia præceſsit nimia deuoratio ciborum acutorum, ſalſorum, & acetoſorum, & magnus

magnus clamor; indè catarrhus acutiſſimus, vndè ſanguis venit cùm magna tuſſi,& cùm dolore ſtomachi, & eſt niger, groſſus, nec nimis ſpumoſus, & vrina eſt ſubruſa, ſpiſſa, in ſubſtantia liuens ſuperiùs, cùm ſpuma diuiſa, grauis, & ſatis ſpumoſa, vt Galen: inquit 4. de loc: affect: cap: 8., & Auic: 10. 3. cap. 4., ſic & ætas, complexio, & præcedens regimen idem confirmant, igitur eius indiſpoſitio in cap. de ſputo ſanguinis à ſtomaco, ponenda eſt.

Circà prognoſticum Hip: aphor: 7. aphor: 38. *Quicumque euomunt ſanguinem, ſi ſine febre quidem mortale, ſi verò cùm febre malum, curare verò acerbis, & refrigerantibus*, & aphor: 25. lib. 4. *Sanguinem ſupernè quidem offerri, qualiſcunque ſit, malum*, & Aphor: 15. & 16. lib: 7. *A ſanguinis ſputo puris ſputum, à puris ſputo phthyſis* Gal: 7. de comp: med: per loca cap: 4: *In reiectatione ſanguinis primum periculum eſt, ne immoderata euacuatio fiat*, & Auic: 10. 3. tract: 3: cap: 4. *Et ille, cui accidit ſputum ſanguinis eſt præparatus, vt adueniat ei vlcus pulmonis, & illud, quod eſt à pectore non eſt tantùm timoris, quantum in eo, quod eſt ex pulmone*, & multotiès quidem eſt ſputum ſanguinis cauſa ſanitatis apoſtematis in hepate, aut ſplene, et hæc de prognoſtico.

Circà curam ſex requiruntur intentiones, quarum prima eſt debitum regimen declinans ad frigidum, et ſiccum, vt ſanguis cohibeatur, et frigeſiat; cibi igitur ſint quales ſunt ptiſana hordeacea ex amylo confecta, aut piſces viſcoſi, carnes craſſæ, et pingues, et animalium extremitates; conueniunt etiam caſeus recens, portulaca, lentes, millium, alica, ac coriza; bibatur aqua calybeata, vitetur exercitium, et locutio. Secunda eſt reuulſio, quæ fieri poteſt per phlœbotomiam multotiès repetitam, et fit prò ſingula vice modica, et valet ligare extrema, et hæmorrhoides euocare, et cucurbitulas natibus affigere. Tertia eſt malam ſanguinis qualitatem temperare, reprimendo eius bilioſitatem, digerendo cùm ſyr: roſ:, de ſem: acetoſæ, de granatis, de omphacio, de cydonijs, myrthino, de portulaca, cùm aquis plantaginis, portulacæ, et deincèps euacuetur cùm myrabolanis chebulis, et citrinis, tamarind:, et rhabarbaro; caſſia, et manna, aut extracto thabarbari, et ſimilibus; oleum ſuccini Chymicè factum potentiſſimè adſtringit; laudan: nepent: cùm alijs rebus adſtringentibus, et roborantibus mirè confert: Quarta eſt ſanguinis cohibitio, quæ ſtatim fienda erit, vndè conuenit portulaca, lapis hęmatites, corallium, cornu ceruinum vſtum, terra ſigillata, bolarmenus, ſyr: de corallijs, ſeù tinctura eiuſdem, myrthi flores, et cortic: granator:, gumm: arab:, conſolid: maior:, et min:, burſ: paſtor:, vermicular:, ſanicula, hæder: terreſtr:, plantagin: etc. Sexta eſt ſi ſanguis coaguletur in ventriculo, diſſolutio, et hæc cùm oxymell: ſimp:, et comp:, cùm aquis hyſſopi, ſcabioſæ, et aliqui exhibent theriacam, et coagulos leporis, et ſimilia.

Exempla ad hoc:

DOminus Angelus Franciſcus à Rubea, annor: 21:, temperamenti bilioſi, occaſione ſtudiorum laborabat magna tuſſi, cùm ſputis ſanguinis ſpumoſi, et in copia. Statim fuit factum clyſterium, et emiſſus ſanguis à baſilica, indè à pede, et in veſpere prębui noſtrarum pillularum adſtingentium ſcrup: 2., et ſanguis moderatus fuit, nàmque parùm veniebat cùm ſputo; in die ſequenti fuit renouatum clyſterium cùm Caſſia, et in veſpere ſequenti denuò præbui dictas pillulas; in die ſumebat noſtræ aquæ vulnerariæ vnc: 6. in tribus vicibus, et qualibet vice dragm: 3. ſyr: corallior:; ſumpſit aquam vulnerariam, et pillulam vnam qualibet veſpere ad pondus ſcrup: ß:, ſicque ſanguis deſijt. Sed quia in his morbis adeſt periculum ne iterùm redeant, poſt quàm conualuit reiterauit per 15. dies ſumptionem dictarum rerum, et infrà biduum fiebat ſemper clyſterium cùm caſſia; indè ad ſecuritatem præſcripſi ſequens medicamentum, de quo ſumebat dragm: ß: cùm unc: 6. lactis Aſinæ qualibet die per duos menſes. ℞. radic: aron: præpar: unc: 3., puluer: antibetic: noſtri unc: 1. ß:, magiſter: margaritar:, corallior:, oculor: cancror: an: unc. ß., ſal: Mart: drag. 3:, ſacch: roſ: ad pondus omnium, et cùm hoc uſu ſalutem perfectè

equiſiuit, ità vt poſt nouem annorum ſpacium à me viſus de propria incolumitate ipſemet mihi affirmaret.

Aliud.

DOminus Cæſar Florinus Tudertinus annorum 19., temperamenti delicati, biliosi, cùm tuſſi expuebat eodem modo ſanguinem, & cùm eodem vſu, quo ſuprà, deſijt ſanguis. Indè ſumpſit iures chinæ, lentiſc:, ſandal: per duos menſes cùm pulueribus ſupradictis, & optimè conualuit.

Pillulæ noſtræ ſupradictæ adſtringentes, & aqua vulneraria, ſputa ſanguinis pluſquàm ducenta obfirmarunt in illis, qui vſi ſunt regula, & reſtaurauerunt corpus cùm lacte, aut alij remedijs apratis; in multis autem, qui poſtquàm deſijt ſanguis, hac non fuerunt vſi regula, poſt aliquot menſes, aut annum redijt, indè mortui ſunt phthyſici.

Caput XXXVIII. De Phthyſi.

DOctor egregie. Sub genera conſumptionis tres inueniuntur ſpecies, quarum prima dicitur atrophia, & eſt cùm corpus non alitur, ſecunda dicitur cachefia, & eſt malus corporis habitus, in quo ferè omnia alimenta corrumpũtur; tertia dicitur phthyſis, quæ nil aliud eſt, quàm vlcus pulmonis cùm conſumptione totius corporis, & febre hetica, quoniam omnis phthyſicus eſt heticus, & non eſt contrà, quia hetica tàm ab vlcere, quam à non vlcerato pulmone oritur. Cauſæ igitur poſſunt eſſe omnes, quæ vlcerant pulmonem, vt paſſiones intrà concauum pectoris, ſicut peripleumonia, pleuris, ſputum ſanguinis à pulmone, & ſimilia; ſed hæc, quam nunc præ manibus habemus mihi videtur prouenire à materia catarrhali acutiſſima, vlcerante, ac corrodente, fluente ad pulmonem. Signa ſunt quoniam vrina eſt naturalis, verùm interdùm oleaginoſa, interdùm habet furfures, quæ omnia humidi conſumptionem ſignificant, & apparet ſudor in fine digeſtionis. Signa à qualitate mutata ſunt febris continua vniformis, pedum tumor, carnium conſumptio &c. Signa ab actione læſa, malè dormit, pulſus eſt diminutus, frequens, & vniformis, appetitus deiectus, & quod ſurſùm vergit fœdi eſt odoris, vt inquit Gal: 2. de cau: morb: cap: 7., & 1. de deſ: feb: cap: 9., & Paul: lib: 3. cap: 32., & Auic: 10. 3. tract: 4. cap: 20., ſic & ætas, complexio, anni tempus, & præcedens regimen idem confirmant, vndè eius indiſpoſitio in cap: de phthyſi ponenda eſt.

Signa phthyſici confirmati ſunt ſequentia. Primum ſignum eſt quãdo ſputum fit magis purulentum, & fincetum; ſecundum quando febris eſt vehementior, & acutior; tertium tuſſis frequentior, fortior, moleſtiorque; quartum eſt inedia, ſeù inappetentia, quæ affligit infirmum, & eſt maioris extenuationis cauſa; quintum eſt extenuatio totius corporis; ſextum eſt fluxus ventris.

Circà prognoſticum Hip: aphor: 5. aph. 2. *Qui à tabe moleſtantur, ſi ſputum, quod extuſſiunt grauè olet iniectum carbonibus, & capilli à capite defluunt, lethale eſt*; & Auic: *phthyſis poteſt longo tempore palliari in pueris, & ſenibus pinguibus, & carnoſis*, & hæc de prognoſtico. Addo quod Hipp: aphor: 15. lib: 5. ait: *qui ex Pleuritide emphyematici fiunt, ſi à ruptione emphyematis intrà dies 40. repurgentur, liberantur, alioquin tranſeunt in tabem*, & aph: 41: ſect: 6. *quibus ſuppuratio in corpore exiſtens non innoteſcit, ijs ob craſſitudinem puris, aut loci non innoteſcit.*

Circà curam quinque intentiones ſunt obſeruandæ, quarum prima eſt debita regiminis adminiſtratio, & in hac conueniunt cibi facilis digeſtionis, & boni nutrimenti, vt priſana hordeacea, iures pingues, & carnes limacium, teſtudinumque, faciendo ex ipſis morſellos cùm ſaccharo, & uinum prò potu ſit album, tenue, & benè lymphatum, multi exhibent lac humanum, aut aſininum, aut caprinum, & dicunt, quod uires habet abſtergendi, & conglutinandi,

tinandi, & etiam exhibent aquam hordeaceam cùm cancris fluuialibus coctam, & ſimilia. Secunda eſt remotio cauſæ, digerendo, & leuitèr euacuando cùm ſyr: uiolato, de iuiubis, myrthino, de liquiritia, de hyſſopo, de praſsio, oxymelle ſimp:, & cõp: cũ aquis capil: uener:, decocto pectorali, farfaræ, endiuiæ, hordei, & indè cùm caſſia, rhabarbaro, aut manna, & alijs ſimilibus. Tertia eſt abſterſio, & fit cùm hydromelle, aqua hordeacea, aqua cicerum, ac ſacchari, uel cùm decocto hyſſopi, &c. Quarta eſt prohibitio fluxus diſtillationum cùm his, quæ pulmonem roborant ſicut eſt ſyr: myrthinus, puluis pulmonum uulpis, ſyr: hederæ terreſtris Quercet:, decoctum bugulæ Riuerij, ſyr: ſymphiti, aut flor: hyperic:, ſacchar: roſ:, conſer: roſ: cùm flor: ſulphur:, ſeù lac ſulphur:, aut rubini, aut oleum ſulphur: dulcificati noſtrum, decocta chinæ, lentiſci, bardanæ, enulæ campanæ. Quinta eſt exiccatio reſidui permanentis, & hæc cùm melle, & galbano, deindè ulcus conſolidetur cùm bolarmeno, magiſter: lapid: hęmatit:, balſamo peruiano, ſeu impetrito, & ſimilibus.
Conferentia ſunt ius, adipis capræ bibitus, amylum, barba hirci, cùm aqua hordei, betonica, lutum armenium, butyrum, decoctio cancrorum, dragachantum, fenugræcum, gummus albotim, paucedanum, pix humida, plantago, portulaca, confectio pectoralis mirabilis Meſ:, loch de pino, de papauere, troc: de papauere Hali, radic: acori, cùm ptiſana, & betonica, berbenaca cancri cùm aqua hordei, decocto citrinorum, cochleæ cùm uino, iecur apri, uel lupi, marrubium, porrum, pulmo cerui, plantago, ſaluia, ſtercus uaccarum, confectio de ſatirien Meſ:, dragrachantum, diapenidion, diarrhodon, diapapauer Nic:, philonium Rom:, loch de ſpodio, ſyr: de papauere, uiolaceus, de hyſſopo, de pſyllio Meſ:, triaſandali Nic:, troc: de camphura Meſ:, de cydonijs, Serapion:, de arſenico, & ſaccharo roſ: nouo, & alia ſimilia.

Exempla ad hoc.

Dominus Symon Riccius à Luignano, annorum 28:, temperamenti delicati, bilioſi, à tribus annis redactus erat in peſſimum habitum valdè conſumptus, cùm tuſſi ſicca, diſtillatione forti, & febricula continua, ità ut omnes uererentur de ipſius uita. Sumpſit per ſex menſes quolibet mane unc: 6. lactis caprini cùm ſaccharo roſ:, & ſumebat poſt prandium pulmentum hordeaceum, in quo fuerant coctæ radices arundinum, caro teſtudinis, duo limaces, & pars pulli; ſumebat etiam dragm: ß: pulueris antihetici noſtri, & ſic conualuit.

Aliud.

Antonius Vanorius à Pentua, annorum 24., temperamenti mixti, delicati, à tribus annis laborabat tuſſi ſicca, & febricula continua cùm extenuatione uirium, ità vt ab omnibus Medicis fuiſſet iudicatus phthyſicus. Vocatus ego curaui cùm uſu comedendi panem hordeaceum coctum cùm paſſulis, & bibendi aquam hordeaceam, liquiritiæ, limacium, et radic: arundinum, in quo decocto ponebantur g: 10. ſpiritus ſulphuris dulcificati, & in nouem menſium ſpacio fuit liberatus.

Aliud.

Mariæ Doronæ à Rubea, annor: 21., ex retentione menſtruorum debilitatum fuit pectus, cùm tuſſi moleſta, expuendo materiã denſam, uiſcoſamque, cùm febricula continua, et fluxione acri, et mordaci; fuerat tamen à multis curata, ſed ſemper in peiùs. Vocauit me, et præbui lac caprinum per ſex menſes, in quo ponebatur g: ſex olei ſulphuris dulcificati noſtri, et ſumebat unc: 6. quolibet mane; comedebat panem hordeaceum cùm paſſulis, et in omni pane miſcebatur dragm. 2. farinæ radic: arund:, et drag: 1. radic: aron: præparat:; fuerunt facta fumenta ad uſum cùm fecibus Reguli, et in ueſpere ſumebat unc: ß: ſacchar: roſ:, ſicque extitit libera.

Aliud.

DOminus Marcus Paulinus à Luignano, annorum 28., temperamenti aduſti, bilioſi, expuerat iam anteà ſanguinem, & ab anno, à quo fuerat curatus remanſit cùm tuſſi, & diſtillatione, quæ cadebat in bronco pulmonum, ſed ægrotus prò nihilo habuit. Indè tranſiuit in ſtypticitatem corporis, & poſteà in febriculam lentam, ità vt fuerit iudicatus phthyſicus. Præſcripſi priſanam laxantem deſcriptam à Præceptore meo Riuerio Centur: 2. Obſ: 78., quam ſumebat tèr in hæbdomada ad vnc: 6. Iuſſi phlœbotomiam, & fuerunt extractæ vnc: 6. ſanguinis; indè præbui quolibet mane iurem arundinis, lentiſci, hordei, liquiritiæ, ſemin: papauer:, in quo ſumebat puluer: antihetic: dragm: ſſ:, radic: aron: præparat: dragm: 1., quem ſumpſit per quinque menſes; fuit factum cauterium in coxendice dextera, ſicque conualuit.

Multos curaui Phthyſicos, & quando morbus ſe non extenderat ad 3. ſpeciem conualuere, vt videndum eſt in noſtris Centurijs.

Caput XXXIX. De Pleuritide.

DOctor egregie. Indiſpoſitio, qua hic vir afficitur eſt pleuritis, intelligendo, quod duplex eſt, quædam vera, & quædam mendoſa; non vera aut fit ex inflammatione, aut ventoſitate in panniculis pectoris extrinſecis; vera nil aliud eſt, quàm inflammatio membranę ſubcingentis coſtas pectoris cùm ſuis muſculis, vt inquit Gal: 5. de loc: affect: cap: 3., & Auic: 10. 3. cap: 1., & fieri poteſt à cauſis procatharticis, & ab omnibus humoribus. Sed hæc vera, quæ nunc præ manibus eſt, à ſanguine bilioſo prouenire mihi videtur, vt patet per ſigna, quia hic dolet dolore lateris pungenti, febricitat, difficultèr ſpirat tuſſiendo, cùm pulſu ſerino, & vſus eſt victu bilioſi ſanguinis multiplicatiuo; rubet facies cùm aliquali citrinitate, & vrina eſt craſſa, atque ſubrubea cùm quadam liuiditate, vt Gal: inquit conſt: art: Med: cap: 15., & Paul: lib: 3: cap: 33., ſic & ætas, complexio, anni tempus, & præcedens regimen idem confirmant, vndè eius indiſpoſitio in cap: de pleuritide vera à ſanguine bilioſo ponenda eſt. Galen: 5. de loc: affect: quinque ponit ſigna pleuritidis veræ, quæ ſunt: primus dolor lateris pungitiuus, ſecundus febris acuta continua, tertius difficilis reſpiratio, quartus pulſus durus, ac ſerratilis, quintus tuſſis frequens, ac moleſta.

Quoad Prognoſticum licèt morbus ſit de genere peracutorum, non poſſumus tamen niſi benè ſperare, videmus enim virtutem validam, morbique materiam ſuperantem, ſputum apparet, vndè iuxtà Hip: ſententiam lib: p: aphor: 12.: *in morbo laterali, ſi ſputum circà initia ſtatim appareat, morbum breuiat*. Gal: de præſagijs ex pulſ: cap: 5. *Pulſus in pleuritide paruus, frequens, & valdè durus mortem prænunciat, ſputum valdè ſanguinolentum periculoſum eſt, ſputum album, ac glutinoſum rotundum malum eſt, viride, & eruginoſum malum, nigrum verò peſſimum*; Et hæc de prognoſtico.

Circà curam, contentus in his duobus primis diebus ſucco priſanæ pultę etiam ex farina hordeacea cùm penidijs inflammationem mitigantibus, fluxum prohibentibus, & ſputum facilitantibus; potus ſit aqua hordei cùm ſaccharo, vel iulapio uiol:, & huiuſcemodi. Secunda intentio erit reuulſio cùm leuibus clyſterijs, cucurbitulis cruribus applicitis, & fricatione partium inferiorum. Deindè materiæ præparatio, & hæc cùm ſyr: uiolaceo, iuiubino, de liquiritia, hydromelle, & oxymelle, cùm decocto rerum pector: frig:, vel hyſſopi, vel aquis violarum, hordei, citr:, peponis Indi, cucurbitæ, & alijs ſimilibus. Tertia eſt euacuatio, & perficitur cùm ſectione venæ ex eodem latere patiente, à baſilica, quæ non ſolùm à loco affecto retrahit, verùm etiam euacuat, eòuſque autem detrahendus, donec, vel multò rubicundior, vel prò puro, rubidoque liuidus effluxerit, teſte Hipp:; vel ſolutione ventris,

& hæc

& hæc ſi neceſſe erit, fit tutiùs per caſſiam, mannam, rhabarbarum, trociſc: de agaric: de viol:, & ſimilia. Aut cùm vomitiuis, ideſt aqua benedicta Rolandi, aut Quercetani, aut Aureato, aut ſale vitrioli, & ſimilibus, ſi natura vergit; ſic Petrus Pachequo in Obſeruationibus communicatis Præceptori meo Riuerio obſ: 29. ait: *Omnes pleuritici, qui vomunt ſtatim in principio morbi, euadunt, vt in infinitis obſeruaui, leuata pleura ab humorum ſarcina vomitus beneficio.* Quarta erit ſputi euocatio, ac facilis eductio, & perficitur cùm iuleb:, & ſyr: iam dictis vel aliquo eclegmate, vel inunctione ex oleo viol:, amygdal: dulc:, aut oleo cucurbitæ compoſito, ſcripto in Arcanis noſtris. Quinta erit reſidui reſolutio, quæ fit cùm topicis in modum emplaſtri, & fomenti eùm camomilla, vnguento mugillagin:, pectorali, dialthea, aut eùm noſtro ſplenio compoſito ex ſapone, & ſemin: lini vt in noſtris Arcanis deſcribitur, & ſimilibus. Si verò ad ſuppurationem vertatur, prima intentio erit puris concoctio, quæ fiet cùm emplaſtris, ac vnctionibus mollientibus, ſicut cùm oleo amygdal: dulc:, butyro, adipe gallinæ &c. Conferunt etiam multa ſpecifica, vtpotè noſtrum antepleuriticum deſcriptum paritèr in Arcanis; ſicque pomum Quercetani, ſtercus album gallinæ, flor: buxi, maxillæ ſtudis, dens apri, flor: papauer: rubei, erratici, cortic: interiores auellanæ, ſanguis hirci ſylueſtris, fuligo, & in ſpecie diaphoretici ſtibij optimè præparati. Secunda erit rupturæ vomicæ promotio, quæ fiet cùm valida tuſſi, & cùm his, quæ dilatant pectus, qualis eſt aquæ mulſæ ſorbitio, incubitus eiuſdem lateris, cùm valido corporis motu. Tertia erit abſterſio eùm aqua ſacchari, vel hydromelle, cùm iure cicerum. Quarta erit conglutinatio, & perficitur cùm bol: armeno, & ſimilibus, vt videbimus.

Exempla ad hoc.

DOminus Benedictus Coronus à Vaſria annorum 17., temperamenti bilioſi, ægrotabat cùm febre, & dolore pungitiuo in latere ſiniſtro eùm difficultate anhelitus, habebatque quinque ſigna deſcripta à Galeno; habebat inſuper oculos vitreos, carpebatque cùm manibus pilos ſtragulæ, & timebatur de morte, ſicque fui vocatus. Fuerat anteà ſecata vena brachij, quare ſtatìm iuſſi clyſterium, indè ſanguinis emiſſionem ad vnc: 8. à brachio; poſt quatuor horas fuit replicata phlœbotomia in altero brachio ad vnc: 6., Vnxi eum oleo noſtro Antipleuritico tèr in die, & ſuperponebam folia tepida braſſicæ; indè præbui extract: noſtrum Antipleuriticum in ſequentem formam ℞: bezoard: ſolar: gr 10., confection: hyacinth: dragm: ſſ., m:, & cap:, quæ compoſitio fuit reiterata multotiès. In 5. fuerunt applicitæ cucurbitulæ ſcarificatæ, & vltrà ſuprà notata pharmaca, fuerunt præſtita aqua cardi ſanct: cùm corn: ceru:, & perl:, ſal: prunel:; in nocte ſexto die, adueniente ægritudinis ſudauit multùm, & dolor aliquantulùm eſt diminutus; tèr fuit replicata dicta compoſitio cùm ſyr: pectoralibus, ità vt in 6. deſineret febris, & in paucis diebus morbus omninò. In 8. fuit purgatus cùm manna, ac magiſterio tartari.

Aliud.

MAria Tutia eiuſdem loci annorum 38., temperamenti mixti, eodem laborabat morbo. Iuſſi tèr phlœbotomiam bìs in brachijs, ſemèl in pede; præſcripſi ſupradictas vnctiones, & ſuprà noſtrum ſplenium antipleuriticum eùm ſapone; in principio euomuit à ſe bìs, vndè promoui vomitum cùm aqua benedicta Rolandi, & per os eiecit multam pituitam vitream. Præbui vnicornu, diaphoretic:, ſulphur: antimonij correct: an: g: 12. prò vice; tèr in die ſumebat aquam hordeaceam, eùm liquiritia per quatuor dies, & ſyr: lambitiuos, & in nono febris euanuit, cùm criſi emanationis menſtruorum vberrimæ, conualuit.

Aliud.

PEtrus Perna à Luignano annorum 32., temperamenti mixti à tribus diebus laborabat eodem morbo cùm maximo periculo; fuerunt eadem adhibita remedia, quæ in prima Obſeruatione, adhuc tamen difficultas anhelitus aderat. In 8. ſumpſit olei ſemin:lini vnc: 4., ſyr: viol: vnc: 2., multaque euacuauit, & anguſtia diſceſſit; replicuit per quinque dies ſupradicta medicamina bìs in die, & in 14. omninò conualuit. In Pleuritide, vtpotè morbo periodico vtor in principio lenitiuis, indè phlœbotomia, poſteà oleo antedicto, & ſplenio, multiſque ſpecificis cùm diaphoreticis cordialibus, cùm exitu felici Dei gratia. Infinitatem poſſem hìc adnotare Obſeruationum, ſed ne me prolixiùs extendam, omitto, aduertendo quòd hoc anno, Venetijs paritèr eodem vſu multos curaui, & Deo fauente priſtinæ ſanitati reſtitui.

Cap: XL. De Paſſione cordis.

DOctor egregie. Paſſiones cordis ſe inuicem conſequentes ſunt num: tres, prima eſt cordis imbecillitas, ſecunda eſt palpitatio, 3. eſt cordis ſyncope, nàm facta inbecillitate cordis vehementi, agitatur virtus, vndè palpitatio, ex qua deinceps ſyncope oritur, nec inter ſe differunt, niſi ſecundùm magìs, & minùs; nàm palpitatio eſt quædam dilatatio, atque contractio prætèr naturæ ordinem facta, cordis verò ſyncope eſt innati roboris labefactatio, & languor, ſiuè præceps virium lapſus, vel eſt ſubitus caſus virtutis, qui fit immediatè à mala complexione calida, vel frigida vehementi alicuius membri cordi communicata, & poteſt fieri à cauſis procatharticis, vt ſunt ambientis aeris malitia, vel res venenatæ, vel animalium venena, vel aliquis animi defectus, qualis eſt ingens dolor, timor, plures motus, vigiliæ, reſpirationis prohibitio, & alia ſimilia. Sed hæc mihi videtur prouenire ab humoribus vitiatis crudis, & craſſis, exiſtentibus in ventriculo, hepate, & ſplene; aut in partibus vteri in fæminis, à quibus vapores eleuantur, & aſcendunt ad cor, ità ſyncope generatur, vt videtur per ſigna ablatio motus, & ſenſus, indè grauitas hypocondriorum, & mordicatio circà ventriculum, & regionem hepatis, & ſplenis, & mortificatio faciei, & extremitatum; adeſt etiam lentiſſima febris, & pulſus eſt rarus, & obſcurus, vt Gal: inquit 12. Meth: cap: 7., & 5. de loc: aff: cap: 11., & Auic: 10. 3. cap: 6. & 7., & Paul: lib: 11. cap: 38., & lib: 3. cap: 34., ideò in cap: de ſyncope ab humoribus vitiatis, & crudis per conſenſum à ventriculo, & alijs membris prouenienre ponenda eſt hæc indiſpoſitio.

Circà prognoſticum Hip: aph: 4. aphor: 65. *in febribus circà ventriculum, & fortis æſtus, & cordis tremor, vel dolor, malum*, & aph: 2. aph: 41. *qui fræquentèr, ac fortitèr abſque cauſa manifeſta deficiunt animo, de repentè moriuntur*, & Paul: lib: 3: cap. 34. *Si ſyncope valida ſit, Medicinæ locus non eſt, ſed ſi vires adhuc tantillum conſtent, aliquando ad ſanitatem recurſus eſt* & Auic:, *quumque confirmatur in corde malitia complexionis, non recipit curam*, & hæc de prognoſtico.

Circà curam tres perficiuntur intentiones, quarum prima eſt faciem madefacere, rorando aquam roſatam cùm aceto, quia habent vim viuificandi virtutem, quæ laſſa eſt. Secunda regenerare ſpiritum, vt inquit Auerroes 7. colliget:, exhibendo vinum aromaticum, & oua ſorbilia, bonaſque carnes, & ea, quæ habent bonum odorem, & ſaporem. Tertia eſt euigilare ipſum cùm fricationibus, & conſtrictione doloroſa, aut cucurbitulis, deindè confortare cor cùm epithemate, recipiendo aquæ roſ:, aq: borragin:, bugloſ:, acetoſ:, meliſ:, endiu: an: vnc: 5., flor: bugloſ:, borragin:, roſ: rub: an: dragm: 1., beé albi, oſſis de corde cerui, ſpecierum diamargaritonis, & diamuſci dulcis an: ſcrup: 2., croci ſcrup: 1., vini maluatici, & aceti optimi an: vnc: 4.; puluerizentur puluerizanda, miſce prò epithemate cordis, poſteà ſequitur digeſtio cùm ſyr: de cortic: citr:, & de pomis dulcibus an: dragm: 6., ſyr: de epithymo drag: 2., aquat: tormentill:, & dictami albi, bugloſſæ an: vnc: 1, m: prò vna vice, &

cor-

continuetur per ſeptem dies; octaua die capiat infraſcriptam medicinam ℞. florum bugloſſæ, borragin: an: m: 1., foliculor: ſenæ, polypodij quercini an: dragm: 2., myrabolanor: Indor: dragm: 1., bulliant in ſufficienti quantitate aquæ, vſque ad conſumptionem medietatis, deinde colentur, & cùm colatura diſſolue diaſenæ lenitiuę dragm: 4., rhabarbari ſubtilitèr puluerizati dragm: 1: ſſ: m:, & patienti prò potu exhibeatur in mane diluculò; aut præbeatur aliqua altera medicina iuxtà ægri temperamentum, tàm ad vſum Galenicum, quàm ſpargyricum; indè facta phlœbotomia prima, & ipſius alui purgatione, ad paſſionem cordis ſcias mirabilitèr conferre aperitionem hæmorrhoidarum in ano; deindè membrorum laſſorum confortatio, & hæc fit cùm oleis de cynnamomo, de croco, de nuce muſcata, cùm aqua ardenti, & ſimilibus. Conferunt etiam debilitati ſyncopis cordis aurum potabile, elexir vitæ, eſſentia cortic: citr:, angelicæ, carlinæ, tormentillæ, contrahyetuæ, iuleb: gemmat:, perlat:, & ſimil; cato cochlearum, margaritæ, menta, meliſſa, xyloaloes, ambra, borrago, cynnamomum, crocus, granata, bolarm:, lapis lazuli, acetoſa, mijrabolani, aqua flor: myrti, roſæ, poma acetoſa, ſandali, ſena, ſpica Inda, ſpodium, oſſa de corde cerui, omphacium, zingiber, perdix, ſericum, argentum, been, acetoſitas citri, coralia, coriandrum, doronici, embilici, endiuia, epithymum folium, mumia, rhabarbarum, perſica, uinum. oua. Compoſita ſunt diamargariton Nic:, electuarium de pomis Meſ:, diamuſcus dulcis, aromaticum muſcatum Meſ:, electuarium de gemmis Meſ:, pliris arcoticon Nic:, confectio xyloaloes Meſ:, diaſenæ, diantos, diarrhodon Nic:, electuarium lætificans Meſ:, ſaccharum roſ:, borraginatum, diambra, ambra cùm ligno oleo, & oſſe de corde cerui, cùm aqua roſacea in modum pillularum, electuarium de citro Meſ:, trochiſci de galli: muſcat:, oleum millinum Meſ:, oleum baſilicon Nic:, perſica, & pyra condita roborantia de ribes, de berberis, de fumach:, de pomis, de acetoſa, theriaca Magna Auic:, triphera ioanitij Meſ:, trociſca de xylo aloe, de muſco Almanſ:, potio muſcata Nic:, ſotyra confectio, balſamum noſtrum cordiale, ut etiam balſamum uitę, ſalutis, ſic & eſſentię, & alia compoſita ad uſum ſpargyricum.

Exempla ad hoc.

MVltas poſſem hic ad notare Obſeruationes, propter ſyncopum uarietatem, atque paſsionum cordis, nàmque alię oriuntur à debilitate cordis, alię à fumis hypocondriacis, alię à fumis uterinis, alię à ſpirituum deficientia ad caſum. Carolus Triuellinus à Luignano annorum 42., temperamenti imbecillis, ſepè patiebatur paſsiones cordiacas, ità ut ei uideretur deficere corde, & per horas manebat abſque ſenſu, et motu in capite, cùm pulſu debilimo. Madefiebant aqua, acetoque nares, ſed difficultèr antè dimidium horę in ſe redibat. Accerſitus ego primùm purgaui cùm medicaminibus ordinarijs, indè per duos menſes ſumendum prębui ſequens extractum, ſeù reſtauratiuum. ℞. dimidium cordis uituli, atque dimidium cordis caſtrati, corda pullorum 4., 3. uiperas decorticatas abſque capite, cauda, atque inteſtinis, aq: ſucci meliſſę lib: 10., cortic: citr: condit:, radic: ſcorzoner: condit:, borragin: condit: an: unc: ſſ:, acori, cynnamomi an: dragm: 1., f: extract: ſ: a:, de quo ſumebat dragm: 1 quolibet mane, et unc: ſſ: quolibet ueſpere, et cùm cibis proportionatis conualuit, dicta enim compoſitio fuit quater replicata.

Aliud.

ANtonius Griffonus à Rubea annorum 28., temperamenti aduſti, melancholici; laborabat palpitatione cordis, atque ſyncope. Iuſsi uinum Calicis bìs cùm aliquibus ſyr: cordialibus, et cerato ad cor cordiale; indè ſępè prębebam iures cordiales cùm g: 5. elexiruitę, balſami uitę, ſpiritus uitrioli Martis, ſpiritus camphurę an: g. 7: prò uice; ſic etiam ſumpſit pluriès unc: ſſ: conſeru: cortic: citr:, & optimè conualuit.

Aliud.

MAria Troiana à Luignano annorum 28., temperamenti billioſi, laborabat paſſione hyſterica, & ſæpè exanimis cadebat cùm tremore cordis. Fuit curata cùm Anthyſterico noſtro Riueriano per menſem cùm dimidio, & paſſio hyſterica, ac palpitatio euanuit.

Multas curaui fæminas, quæ per conſenſum ab vtero patiebantur ſyncopes, ac palpitationes, & cùm vſu pharmacorum vterinorum conualuere. Sic multi homines, qui propter effectus hypocondriacos laborabant cardialgia, & ſyncope, ſumptis remedijs, vtpotè extract: cordialium ſupradictorum, elexir vitæ, proprietatis, aquis cordialibus, conſeruis, canditis, balſamis vitæ, cordialibus &c. euaſere incolumes.

Caput XLI. De Vomitu.

DOctor egregie. Vomitus, quo hic vir moleſtatur nil aliud eſt, quàm motus facul: tatis expulſoriæ ſtomachi cum quo expellitur id, quod eſt noxium per viam oris, & prouenit à mala intemperie aquea, & flatuoſa, & nimia aſſumptione cibi, & potus ſtomacho inhærentes, & natantes, quæ grauando, pungendo, ac extendendo vomitum excitant. Signa ſunt nauſea, ſubuerſio, tremor labiorum, & hypocondriorum, tenſio, & grauitas vētriculi, cùm fætido ſapore, ructus, & putrefactione percæpta ab eo, quod vomitur, vt Gal: inquit ind: plen: circà finem libri, & 1: de loc: aff: cap: 4., & Auic: 10. 3. tract: 5.; ſic & ætas, cōplexio, anni tempus, & præcedens regimen idem confirmant, vndè eius indiſpoſitio in cap: de vomitu ob nimiam comeſtionem cibi, & potus, ex putrefactione poſteà calidorum humorum proueniente, ponenda eſt.

Circà prognoſticum Hip: aph: 1. aph: 2. ait: *in perturbationibus ventris, & vomitibus ſpōtaneis ſi talia purgentur, qualia purgari oportet, confert, & leuitèr ferunt, ſin minùs cōtrà*; & aphor: 7: aphor: 10.: *ab ileo vomitus, ſingultus, deſipientia, vel conuulſio, malum* & aphor: 38. eiuſdem: *quicumque euomunt ſanguinem, ſi ſinè febre quidem, ſalutare, ſi verò cùm febre, malum; curare verò acerbis, & refrigerantibus*, & hæc de prognoſtico.

Circà curam quatuor erunt intentiones, quarum prima eſt cauſæ vomitus remotio, mūdificando ſtomachum à materia mala, & in hoc omnes Authores conueniunt, adminiſtrando aquam calidam, aut ſimpl:, aut cùm ſyr: aceroſo, & cymini vnc: iij, aut cùm ſaccharo, aut hordeo, uel decocto aſſar:. Inter vomitoria autem cæteris omnibus præfero antimonialia, ſicut ait Franciſc: de le Boe Sylvius in praxeos Medic: cap: 22: num: 20: lib: 1., *tùm quia promiſcuè humores quoſuis euacuant feliciſſimè, tùm quia humanæ naturæ ſunt amiciſſima, modo peculiari omnes in homine humores ad ſtatum laudatiſſimum ſensìm deducendo; quæ vis an in alijs rebus occurrat dubito; in antimonio ipſam exiſtere noui, quidquid garriant in contrarium viri præiudicijs ſuis excæcati, tùm alia docti, tùm indocti*. Secunda eſt ventriculi roboratio, quæ fit cùm oleo maſticino, de menta, de abſynthio, de ſpica, aut cùm vnguētis compoſitis ex dictis oleis, & menta, abſynthio, caryoſ:, cynnamomo, cardamomo, galanga, nuce muſcata, & cùm ceræ q: ſ:, cùm oleis dictis incorporando, & linimentum faciendo. Aut poſſumus facere fumētationes, accipiendo de omnibus dictis herbis, vt ſpicam, mentā, & ſimilia ebullita cùm vino rubeo ſtiptico, & fouendo cùm ſpongia, aut in aqua. Aut apponendo epithymas ſtomachales Dōzelli, aut cùm oleo roſ:, cydon:, violaro, & ponēdo pulueres, vt de roſis, de ſandalis, corallis, granatis, & ſimilibus. Per interiùs etiam cùm ſyr: de mēta, mica cydoniorum, aromatica, & ſyr: de cydonijs Meſ:, dādo tria cochlearia; aut ſyr: de cortic: citr:, aut ſyr: roſ: aceroſo, iulep: roſ:, de ribes, de granatis, de limonibus, de acetoſitate citri, aut opiatæ ad vſum Præceptoris mei cùm ſal: abſynthij, aut extract: ſtomatic: Quercet:, ſpecifico Paracelſi, & alijs ſimilibus. Tertia intentio perficitur cū reuulſione, cùm cucurbitulis ſuppoſitorijs, clyſterijs, fricationibus, & ſimilibus. 4. intentio fit moderantia in cibo, & potu, vndè cibaria ſint facilis concoctionis, & saporis non ingrati, vinum laudabile, & quod

patienti placeat, & ſimilia. Conferentia ſunt vomitui abſynthium, acetum ſcilliticum, acetoſa, omphacinum, allium, aloes, anethum, aniſum, aurata piſcis, betonica, calamentum, caſtanea, cæpa, cydonium, citrum, coriandrum torrefactum, griſomila, endiuia, fæniculum, phyſticum, garyophyllum, mala granata acetoſa, lupinus dulcoratus, maſtix, meliſſa, myrtus, meſpila, nux muſcata, olibanum, origanum, pyra, piper, poma, pulegium, pruna, roſa, roſmarinus, ſumach, ſpica, tamarindus, vuæ non recentes, acatia, &c. Compoſita ſunt alipta moſcata Nic:, antidotum emagogum Nic:, aqu: germanum, aluminoſa, roſacea, aromaticum roſ: Meſ:, confectio alchanzi Meſ:, diacydonis, diaolibanum Nic:; electuarium de myrtho Auic:, philonium Nic:, cùm poſca, menta, cùm aceto muſc: Altamaris:, hyerapigra Gal:, pillulæ aromaticæ Hali, rob: de ribes, de acetoſa, de agreſta, fructuum granatorum, pyrorum, pomorum, ſyr: de agreſta, de menta, de ſucc: acetoſo, acetoſus de cydonijs Meſ:, de fruc: Auic:, de cydonijs, de granatis, de roſ:, troc: de olibano Almanſ:, ſotira Nic:, roſa nouella Nic:, rob: de acetoſitate citri, de berberis, de cydonijs, & alia ſimilia.

Exempla ad hoc.

DOnatus Grancius à Perta, annorum 28., poſt infirmitatem, à qua fuerat duobus menſibus iam anteà affectus, tranſiuit in nauſeam tam frequentem, vt cibũ totum mitteret per vomitum. Multa à Medico ordinario fuerant adhibita remedia, ſed abſque fructu. Iuſſi vocatus ego vinum Calicis, indè ceratum ſtomacale noſtrum applicui ſtomaco, & propinaui extract: mentæ cùm maſticis, ſeculæ aron:, calami aromatici, baccarum iuniperi an: drag: 2., ſal: abſynth: drag: 4., m:, & cap: drag: ß: prò vice, ſicque deſijt vomitus, & reſtauratus eſt; indè ſumebat ſemel in hæbdomada pillulas maſticis, cùm quibus optimè conualuit.

Aliud.

SYmon Archangeli à Rubea, annorum 22., temperamenti mixti, debiliſque, à duobus annis euomebat poſt comeſtionem totum cibum, nec poſt ſumptionem variorum medicaminum vnquam recuperare poterat ſanitatem. Conſuluit me, & ſuaſi vt ſumeret 20. baccas iuniperi in manè, & 20. in veſpere, cùm quo vſu vomitus euanuit.

Aliud.

PEtrus Sanctes Rancius à Camerte, annorum 44., temperamenti debilimi, à ſex menſibus laborabat magna nauſea, ac vomitu. Præſcripſi decoct: ſactum cùm ruta ebullita in vino generoſo, de quo ſumebat vnc: 10., & hoc vſu per quinque dies, conualuit.

Aliud.

ADriana Cælia Aquilana, annorum 35., temperamenti debilimi, à ſex menſibus laborabat nauſea, & vomitu, ità vt fuerit redacta in peſſimum habitum, quamuis multa adhibuiſſet remedia, ſed fruſtrà. Iuſſi vinum Calicis, & alia notata in primo exemplo, ſed abſque iuuamine; ſumpſit decoctum rutæ, at redibat vomitus, poſtquàm paulispèr deſierat. Sumpſit denuò vinum Calicis, & applicui ceratum noſtrum ſtomacale ſtomaco; indè propinaui extractum anthyſtericum noſtrum, & ſupranotatum compoſitum ſtomacale, & poſt vſum multorum dierum optimè conualuit. Certum eſt, quod ſtomacalia remedia in hoc morbo valdè conferunt; ego tamen multotiès vſus ſum etiam narcoticis cùm abſynthio, meliſſa, & mentá coctis cùm vino, & ſplenio mentæ, cùm fælici exitu.

Caput XLII. De corruptione, & imbecillitate Concoctionis.

DOctor egregie. Vir iſte laborat concoctionis imbecillitate, quæ nil aliud eſt, quàm alteratio ſecundùm qualitatem, quam nimirùm ventriculus facit, dùm ſibi ſimiles cibos reddit, quæ trifariam dicitur; vel omninò abolita eſt, vel imbecilla fit, vel deprauata eſt, & tunc cibus in alienam qualitatem permutatur, & hæc cruditas appellatur, vt Gal: inquit 3. & 6. de ſympt: cauſ: cap: 1., & 4., & Auic: 13. 3. tract: 3. cap: 1. Indè cauſæ primitiuæ ſunt potus ſimilitèr quùm bibitur pluſquàm ad cibum ſpectet, coitus, & accidentia animi immoderatè ſpiritus commouentia. Cauſæ antecedentes ſunt mala ventriculi compoſitio, & humores frigidi in ventriculo ſuperfluentes à capite, & alijs membris prouenientes, & cruditatem generantes, quia acidum, & fætidum ſapit, atteſtantur etiam modica ſitis, ſapor inſipidus, acidus ructus, color linguæ albus, pallor vultus cùm albedine, & ſimilia, quod ſi à calida, & ſicca eſſet, hæc demoſtrauerint aſſidua ſitis, ſapor oris amarus, & ructus fætens, color linguæ flauus, pallor cùm flauitie, & ſimilia, quæ cùm non appareant in noſtro ægroto, potiùs à frigidis, quàm calidis prouenire mihi videtur, vt Gal: inquit 6. de ſympt: cau: cap: 1., & 6. meth: cap: 2.; ſic & ætas, complexio, anni tempus, & præcedens regimen idèm confirmant, vndè eius indiſpoſitio in cap: de cruditate concoctionis ab humoribus acidis, frigidis, & vitiatis proueniente ponenda eſt.

Circà prognoſticum, dicitur in libro mortis: *qui habet nauſeatiuam ſatietatem, & tarditatem digeſtionis, bothor apparens niger ſuper oculos eius ſimilis ciceri, & rubet pars eius, & viridis ſit pars alia, tunc ipſe moritur*, & Auic: ſic: *ſanguis, qui non eſt digeſtus digeſtioni conuenienti naturæ non recipitur à membris, ſed putreſit, & fætet, nec fit ex eo nutrimentum, nec bona aſſimilatio, vndè non mirum ſi ſequitur lyenteria, hydropiſis, ſcabies, & ſimilia, immò corrupta digeſtio in conualeſcentibus ſemper recidiuam pronunciat*; & hæc de prognoſtico dicta ſufficiant.

Circà curam Aetius ſer: 9. cap: 24. ſic ait: *ſi à corruptione ciborum fiat cruditas, ſtatìm per vomitum tollenda eſt corruptio*; quòd ſi quis natura difficultèr euomat, enemate ſuccurratur, aut cùm potione compoſit: decoct: tamarind:, myrabolan:, addendo rhabarbar: q: ſ: cùm ſyr: roſ: ſol:, aut de cicorio cùm rhabarbaro, & ſimilia. Si à defectu ventriculi, cùm his, quæ concoctionem adiuuant, vndè in cauſa frigida roboratur ventriculus, aut cùm cond:tis, vel ſimilibus, & ſimul materia præparatur cùm ſyr: poſt vomitum, vel enemate de abſynthio, de menta, cùm mica cydoniorum aromatica, cùm rhodomelle, cùm aquis abſynthij, mentæ, & ſimilibus. Roborant etiam ventriculum plurimæ confectiones, ſicuti aromaticum roſ:, diagalanga, diacyminum, diatrion pipereon, & ſimilia; aut in cauſa calida priùs facta euacuatione, vel per vomitum cùm vomitiuis pluriès notatis, vel per ſeceſſum. Materiæ præparatio fiet cùm ſyr: roſ:, viol:, & extractis varijs, ſicut elexir proprietatis, tabell: cortic: aranc: Riuerian:, & ſimilibus. Confortabimus ipſum etiam cùm his, quæ non ſunt apta euacuare ad caput, vt ſunt moderatè calida, & ſtiptica, vt ſunt ſpecies diagaryophyllati, vel cùm puluere facto cùm garyophyllis, modico cynnamomi, modico coralliorum, quia à proprietate mirè conferunt, & puluere ſtomachorum gallinaceorum ſecundùm artem præparatorum, de quorum præparatione mentionem facit Arnaldus Medicus, & Phyloſophus eximius, quæ puluis datur ſuperaſperſa buccellæ panis bono vino priùs infuſi, vel fæcula aron: cùm alijs rebus propoſitis à Præceptore meo, & à Quercetano.

Exempla ad hoc.

FRanciſcus Cynthius à Vafria, annorum 29., temperamenti imbecillis, à duobus annis laborabat cachecſia, cùm imbecillitate, atque corruptione concoctionis, ità vt alterarentur paſſiones ſtomachi propter dictam imbecillitatem, & nò ſolùm tranſierat in chachecſiam, ſed de die in diem in deteriùs progrediebatur. Primùm ſumpſit vinum

Calicis

Calicis bis, indè electuarium in hanc formam compoſitum ℞: extract: baccar: iuniperi vnc: 2., extract: mentæ, calami aromatici, vinceroſſic: an: vnc: 1., abſynth: vnc: ſſ:, baccar: lauri drag: 2., matr: perl: in magiſter:, ocul: cancror:, tunicæ ventriculi interioris gallinæ, ſal: iuniperi, abſynth:, tartar: vitriolat: an: drag: 1. ſſ:, ſpec: diarrhodon: abbat: drag: ſſ:, f: elect: ſ: art:, cap:, de quo ſumebat quolibet mane drag: 1. ſſ:, cùm g: 6. elexir proprietatis, & cùm vſu dictorum remediorum per tres menſes, conualuit.

Aliud.

Andreas Ruffus à Carfarello annorum 50., temperamenti imbecillis, paritèr laborabat corruptione cibi, & euomebat ſæpè materiam obſcuram, eruginoſam, ac fætidam, & dubitabatur ne moriretur, & cùm iiſdem pharmacis, ac vſu fuit liberatus.

Aliud.

Angela Tyrona Neapolitana annorum 27., temperamenti deſtructi, indicata hetica propter imbecillitatem concoctionis, cùm vſu ſupradicti electuarij optimè ſanata eſt. Hoc electuarium mirè operatum eſt in huiuſcemodi morbis, cui ſæpè ego addidi ceratum ſtomacale, elexir proprietatis, eſſent: cortic: citr:, & ſimilia.

Cap: XLIII. De Appetitu Canino.

Doctor egregie. Nobilis iſte appetitu canino moleſtatur, qui nil aliud eſt, quàm multorum pluſquàm poſſint digeri intenſior appetentia, à cuius aſſumptione animal non ſatiatur, atque hoc alienam qualitatem appetere eſt, ac ſi ea, quæ ſecundùm naturam non ſunt, quis appetat, qui morbus à Galeno dicitur pica, ſiuè malacia, eò quod vtero gerentes mulierculas infeſtet; ità vt carbones extinctos, & teſtas, & ſimiles abſurdos cibos appetant, ſed hæc, quam nunc præ manibus habemus ab humoribus acidis, phlegmaticis, & melancholicis vitiatis prouenire mihi videtur. Signa igitur humorum acidorum in ventriculo ſunt multa deiectio eorum, quæ deuorata ſunt, nulla, vel parua adeſt ſitis, adeſt fames aſſidua, & cibi aſſumpti grauitas, flatus multiplicatio, praua concoctio cùm ſingultus copia, vt Gal: inquit 4. de ſympt: cauſ: capit: 7., & Paul: libr: 2. cap: 51., & Auic: 13. 3. tract: 2. cap: 12.; ſic & complexio, anni tempus, & præcedens regimen idem confirmant, vndè eius indiſpoſitio in cap: de Canino appetitu ab acidis humoribus proueniente, ponenda eſt.

Circà prognoſticum ſic ait Auic: 13. 3. tract: 2. cap: 12.; *& ſciat, quod appetitus caninus ſi continuetur multotiès perducitur ad buliſmum, & ſubeth, & ſyncopalem famem, deinde ad mortem, vndè vigilemus*; & hæc de prognoſtico.

Circà curam, quia fit, vt dictum eſt, ab acida pituita, quemadmodum ſæpiùs fieri ſolet, ideò iis potiſſimùm vtendum eſt, quæ incidant, ac repurgent, vt ſunt dulcia, ſalſa, & alioquì abſtergentia calida, qualis eſt hyera Galeni, deindè vinum dulce; valent etiam calida pinguia, ſicut butyrum cùm iure pingui, cynnamomo, garyophyllis, & croco paratum; vel ecclegma, ſicut ex oleo amygdalino dulci cùm ſaccharo paratum, & alia, vt docet ſemper per contraria, vt in aliis, & ſimilia. Sequuntur autem quinque intentiones, quarum prima eſt debitum regimen in ſex rebus non naturalibus declinantibus ad calidum, & ſiccum, vt dictum eſt. Secunda eſt digeſtio, quæ perficitur cùm melle roſ:, ſyr: viol:, de menta, de myrtho, de abſynthio, & decocto cordiali, vel communi, aut aquis conuenientibus. Tertia eſt euacuatio, quæ inſtituenda eſt per vomitum vel per ſeceſſum cùm diaphinicone, diacatholicone, rhabarbaro, aqua noſtra catholica, extract: rhabarbari, vomitiuis &c. Quarta eſt reſolutio reſidui, & in hac ſummoperè laudatur vinum bonum, & alia aromatica, etiam per extrinſeca. Quinta eſt ablatio appetitus, & hæc cùm multa quantitate vini poſt prandium, etiam cùm carne bouina, caſtaneis, & aliis ſimilibus.

Exem-

Exempla ad hoc.

PAulus Iulianus ab Orzena annorum 29., temperamenti cachetici, afficiebatur appetitu tàm magno, vt comederet, quod ſuffeciſſet decem hominibus, & habebat vtporè dyarrhæam, tali verò morbo multo ab hinc tempore laborabat. Ad preces fratris dedi vinum Calicis quatèr interpolatè, & ſemper euomuit multùm, & in diebus, in quibus non bibebat vinum Calicis, ſumebat confect: cydonior:, mentæ, abſynth:, zedoariæ, & herbæ ruteicæ. Præbui etiam laudan: nepent: g: 2. prò vice; veſcebatur in illis diebus iuribus craſſis; vitell: ouor:, cùm quantitate butyri, & hoc vſu ſanatus eſt.

Multos vidi hoc morbo laborantes tranſegiſſe in vomitus continuos, indè in deſtructionem corporis cùm colore obſcuro, ſicque infelicitèr mori.

Aliud.

QVædam muliercula hoc morbo vexabatur, & ſumendo pillul: de hyeta Galeni bis in hebdomada drag: 1. prò vice, optimè ſanata extitit.

Caput XLIV. De Buliſmo.

DOctor egregie. Hic vir buliſmo laborabat, qui nil aliud eſt, quàm intenſus appetitus, & cùm incipit, deſinit, & accidit frequentèr itinerantibus per loca frigida, ſed maximè fit à mala ventriculi intemperie, & imbecillitate cùm inanitione corporis, repletione nauſeatiua, & frigiditate ipſius ſtomachi. Signa ſunt ingens fames, & diſpoſitio, in qua fit cibi inquiſitio ex paruis interuallis, & perfrigeſcunt extrema corporis, & torquetur ſtomachus, vt inquit Gal: 4. de ſympt: cauſ: cap: 5., & Auic: 13. tract: 2. cap: 12.

Buliſmus plures habet cauſas, vt videre eſt apud Leonellum Fauentinum cap: 35., tamen ſecundùm plurimùm febribus accidit, & caliditate exiccante, & reſoluente membrum in febrem longam, aut acutam; vndè ipſa membra appetunt refici, & ideò quærunt nutrimentum, & hæc caliditas præternaturalis deſtruit virtutem ſtomachi appetitiuam, & animalem. Auic: citatus ab eodem ait: *plurimum buliſmi eorum eſt propter cauſam coniunctam, aliàs communicatam neruis, qui à cerebro veniunt dantes ſenſum ori ſtomachi.*

Circà prognoſticum Aetius ſer: 9. cap: 6. ſic ait: *aſſidui buliſmi, & exoluunt, & in animi deliquia incidunt, quibus ægrè auxilium repetitur*; & hæc de prognoſtico.

Circà curam, deglutiat panem infuſum vino odorifero Cretico; deindè fiat diuerſio ligando extrema manuum, & pedum; ſomnus interdicatur, pungatur, ac ſuſcitetur cùm vrtica, & virgis paruis ſuauitèr flagelletur, & fiant emplaſtra circà regionem ventriculi ex odoriferis, ac cordi congruentibus, ſicut nymphæa, viola, coriandro præparato, ſandalis, & fiat epictyma ex aqua roſ:, nenuphari, cùm ſandalis. Cibaria ſint boni nutrimenti, cùm omphacio condita; potus ſit vinum granatorum cùm iuleb: roſ:; vngatur etiam ſtomachus cùm oleo myrtino, violato, camomillino, et ſimilibus.

Exempla ad hoc.

ANdreas è Storoè à Brugnano annorum 34., temperamenti imbecillis, propter morbos diuturnos, quibus anteà fuerat affectus, erat peradmodũ macie conſumptus, et fame affligebatur magna, ſed nequibat comedere. Iuſſi bis uinum Calicis, et multa euomuit, indè ſumpſit per multos dies electuarium compoſitum iuxtà formam notatam in prima Obſeruatione ad caput 42. de imbecillitate concoctionis, et ſic libet euaſit.

Aliud.

Aliud.

BErnardina Viti à Rubea annorum 18., temperamenti humidi ſimilitèr laborabat magna fame, & comedere non valebat, qui morbus erat vnitus cùm febre. Purgaui cùm extracto rhabarbari, agarici, indè præbebatur ſupradictum electuarium cùm guttis 10. tincturæ Antimonij hyacinthini prò vice, & ſemèl in biduo fiebant clyſteria lenitiua, ſicque ſpatio paucorum dierum conualuit, & vberimè menſtrua emanarunt, quæ per duos annos non fluxerant.

Aliud.

FAuſtina Fidelis à Luignano annorum 23., quia comederat terram, aliaſque illuuies, tranſiuerat in buliſmum, cùm voluntate, ſed impotentia cibandi, numquam verò fuerat experta menſtrua. Iuſſi vocatus diminui cibum, & claudi in cubiculo, in quo ſumpſit quatèr interpolatè vinum Calicis, indè ſumebat quolibet veſpere pillul: compoſit: ex maſtich: drag: 1., myrrh: ſcrup: 1., aloes drag: 2., croci orient: ſcrup: ß., fæcul: brioniæ drag: 1. ß., ſal: Matt. ſcrup: 2., olei extracti à fecibus Reguli Antimonij drag: 1., f: pil:, de quibus ſumebat drag: ß: prò vice; fuerunt etiam facta ſumenta ex fecibus Reguli, ſicque menſtrua fluxerunt, & optimè conualuit.

Caput XLV. De Dolore, & Apoſtemate ſtomachi.

DOctor egregie. Vir iſte dolore ſtomachi moleſtatur, qui nil aliud eſt, quàm quidam triſtis ſenſus à mala intemperie nuda, vel materiali, aut ab abſoluta continuitate proueniens, cuius cauſæ primitiuæ ſunt percuſſio, caſus, offenſio ſtomachi, vel membri conſentientis, vt cerebri, nerui inteſtinorum, vel regimen cibi inordinatum, vel aliarum rerum nonnaturalium. Cauſæ antecedentes ſunt nuda intemperies, vel cùm materia acri, & mordicante, vel à ſanguine, pituita, aut potu aquæ frigidæ, aut flatu extendente, aut ſoluta continuitate, ſicut ab vlceribus, vel ab aliquo abſceſſu. Tamen hæc, quam nunc præ manibus habemus mihi videtur fieri per viam defluxus à materia acutiſſima cholerica mixta fluente à capite ad ipſum ventriculum, & apoſtema generans, quod ſi eſſet frigidum fieret per congeſtionem, quod eſt falſum, vt patet per ſigna, quia ſentitur tumor cùm dolore pungitiuo, & mordicatiuo, & adeſt febris cùm intenſa ſiti, atque oris amaritudine, & ariditate linguæ; citrina eſt facies, & oculi, indè vrina eſt ſubtilis, atque ignea, & pulſus eſt velox, & frequentiſſimus, vt inquit Gal: 3. de ſympt: cauſ: cap: 2., & Auic: 13. 3. tract: 2. cap: 2., vndè eius indiſpoſitio in cap: de apoſtemate calido ventriculi ponenda eſt.

Circà prognoſticum Hip: in lib: mort: ſeſt: ſic ait: *quando apparet cùm dolore ſtomachi ſuper pedem dexterum quoddam ſimile veſſicæ, tunc patiens moritur in 27. diebus, & ſi in ſupercilio eius veſtigium appareat, & bothor ſimilis fabæ, deindè fit vlcus, tunc ipſe morietur, & huic accidit ſubeth*; & Auic: *timetur in illo, in quo prolongatur dolor ſtomachi, qui attrahat, & augumentetur apoſtema ſtomachi &c.*

Circà curam quinque perficiuntur intentiones, quarum prima erit circà regimen ſex rerum non naturalium, ità vt in contrarium cauſæ omnia adhibeantur; & hæc incipit cùm pulta farina hordei, ponendo in ipſa de ſucco granatorum de agreſta, limonum, ſic & panis in iure infuſus, & alia ſimilia. Secunda eſt doloris mitigatio, quæ completur per phlebotomiam, frictiones, clyſteria, & conuenit aliqua præparatio cùm rebus anodinis, quæ parari poſſunt per fotus, cataplaſmata, vnctiones, & ſimilia. Fotus fiunt cùm floribus roſarum camomillæ, nymphææ, violæ, aut anethi, melliloti ſimplicis, lini, fœnugræci, althææ, & ſimilium; poſſumus etiam deuenire ad opiata, dando requiei Nicol: drag: 1. in cauſa frigida, philonij tantumdem cùm vino, & ſimilia. Tertia intentio eſt humoris peccantis

cantis præparatio, & poſſumus procedere cùm ſyr: acetoſ: ſimpl:, vel oxyſacchar:, ſyr: de endiuia, viol:, de agreſta, roſ:, cùm aquis endiuiæ, acetoſæ, de granatis, de cydonijs, cùm aquis endiuiæ, acetoſæ, plantaginis, cicorij, aut cùm rhodomelle, oxymelle ſimpl:, aut comp:, & ſcyllitico, ſyr: de abſynthio, de menta, de viol: cùm aquis ſuis, aut de fumoterræ, de epithymo, de aceto, & ſimilibus. Quarta eſt euacuatio, quæ in materia biliosa ita parabitur ℞: mannæ electæ vnc: 3. ſſ: de ſuc: roſ: drag: 2. ſſ:, ſyr: viol: vnc: 1., cùm decoctione fructuum, & florum cordialium, f: potus, vel cùm caſsia, diaphinicone, confectione Amech, diacatholicone, hyera Gal:, pillulis elephanginis, rhabarbaro, &c. Conferunt etiam vomitiua antimonialia, aut pillulæ ſtomachales; item fiat fotus ex decocto mentæ, abſynthij, camomillæ, calamenti, pulegij, rutæ, cynnamomi, galangæ, calami aromatici &c.; vel cùm oleo, in quo ruta, apium, cyminum, marathrum ebullierint. Quinta eſt malæ complexionis derelictæ remotio, quæ fit per cerata, cataplaſmata, linimenta, vt de die in diem videbimus, & ſimilia.

Exempla ad hoc.

HOrtonę ad mare quidam Hieronymus ſeruus Illuſtriſsimi Comitis Iuncti Parmenſis, ætatis annorum 44., temperamenti aduſti, melancholici, ſummus uini generoſi bibax, laborabat quadam paſsione ſtomachi cùm amiſsione appetitus, & dum mense Maij omnes de familia dicti Illuſtriſsimi Comitis, & Illuſtriſsimi Dominis Auditoris Generalis Pincolini per me ſe purgarent iuxtà uſum, inſtauit ut concederem vinum Calicis, (quod præbebam vniuerſaliter omnibus in principio purgationis) & præbui ad unc: 7., multaque euomuit, & per ſeceſſum eiecit, ſed cùm maiori ſtomachi moleſtia. Poſt paucos dies, abſque mea notitia, petijt domum ubi manebam, & meo nomine popoſcit unc: 10. uini Calicis, quod acceptum mane ſequenti ſumpſit, & multa illo die porracea per os, ac per ſeceſſum eiecit, at ueſpere inſequenti fractum fuit apoſtema in uiſceribus, de quo dubium erat, an eſſet in hepate, uel in ſtomacho, & emiſit ſuperiùs, & inferiùs libras octo puris putridi, corrupti, ac fœtidiſsimi, cùm maximo uitæ periculo; multis fuit reſtauratus cordialibus, & tandèm mirè à propinquo mortis ictu euaſit.

Aliud.

LIlla de Paiganis eiuſdem loci, temperamenti imbecillis, annorum 56., euomebat à multis diebus pus corruptum fœtidum. Præbui Aureatum noſtrum, uomituſque auctus eſt, indè cùm electuario ſtomachali noſtro uſuali, elexir proprietatis, & balſamo ſalutis conualuit. Sed duobus annis tranſactis ſupradictus Hieronymus propter nimium potum apoplexia forte aggreſſus perijt, & hæc Lilla denuò eodem uomitu affecta, ſed cùm nemo ei auxiliaretur ipſa quoque morti ſuccubuit.

Aliud.

VEnetijs quædam Iuuenis, quæ morabatur ad S. Vitum propter magnam melancholiam, & menſtruorum ſuppreſsionem ab anno nequibat retinere cibum in ſtomacho, & qualibet die euomebat excrementa purulenta; undè arbitratus fui fore apoſtema in ſtomacho. Inueni etiam cùm ſingultu, attamen præbui Aureati noſtri gr: 4., & multa euomuit, & per ſeceſſum euacuauit putrida, purulenta, & cùm ſignis manifeſtis ulceris, indè dedi multa cordialia, ut confection: hyacinth:, unicorn:, perl:, extract: ment: compoſit: cùm ſtomachalibus; indè fuit optimis nutrita cibis, ſicque dolor modetatus eſt, & conualuit.

Cap: XLVI. De imbecillitate Hepatis.

DOctor egregie. Complexio huius Nobilis fermè eſt calida, & ſicca, indè morbus eſt imbecillitas hepatis, quæ nil aliud eſt, niſi impotentia alteratricis facultatis in proprijs actionibus abſque alicuius viſceris malo manifeſto. Cauſæ primitiuæ ſunt caſus, & percuſſio, & quæcumque à rebus non naturalibus prouenire poſſunt, malè diſpoſitę. Cauſæ antecedentes fiunt à mala intemperie heryſipilam generante, aut ab humoribus frigidis craſſis, ac viſcoſis, & malè diſpoſitis, et hoc quia tota cutis eſt pallida ſiuè flaua, & egeſtiones, quæ egerint ſimilia, carnis loturæ apparent, & coloratæ; febris vrget, cibi faſtidium, & vomitus bilioſus, ſitis deniquè infeſtat, & vrina eſt rufa, & pulſus celer, vt Gal: inquit 5. de loc: aff. cap: 7., & Auic: 14. tract: 2. cap: 2., ſic & Paul: libr: 3. cap: 46. & Arculan: 9. Almanſoris; item & Gal: 8. de comp: Med: per loc: cap: 6., ſic & ætas, complexio, anni tempus, & præcedens regimen idem confirmant, vndè eius indiſpoſitio in cap: de imbecillitate hepatis ab humoribus calidis vitiatis ponenda eſt.

Circà prognoſticum Gal: 8. de compoſit: Med: per loc:, & Auic: 14. tract: 2. cap: 2. *& multoties perducit ad hydropem, & colicam*; & Arculan:; *debilitas hepatis notabilis, quùm inueterata fuerit, aut difficilimè, aut fere nunquam emendatur*; & hæc de prognoſtico.

Circà curam quatuor intentiones enumerantur, quarum prima eſt debita regiminis adminiſtratio, euitando omnia cibaria craſſa, & viſcoſa. Competit igitur caro pullorum, vitulorum, cùm iuribus ſuis infundendo panem quocumque modo, vitelli ouorum ſorbilium cùm cynnamomo aromatico; item paſſulæ linariæ &c., & prò potu ſit vinum ſubtile, album, & benè lymphatum, aut aqua hordeacea cùm vino granatorum, aut aliquantulo mellis; vitetur ſomnus poſt cibum, & maximè diurnum, & conſimilitèr de alijs rebus nonnaturalibus. Secunda eſt hepatis confortatio, quæ fit cùm lenitiuis, & abſterſiuis, & in hac laudatur therebinthina lota, & per os exhibita. Item electuarium de therebinthina Nic:, aqua etiam diſtillationis limacium, cùm abſynthio, & cynnamomo, exhibendo vnc: 6. in aurora, & conuenit confectio dialaccha, dando de ea cochlear vnum; valet etiam diacurcuma dando drag: 2. in mane cùm aliquo liquore, vt aqua abſynthij, aut electuarium de vino poſitum à Galeno in miam: 8. cap: 14. Comendatur etiam infuſio rhabarbari drag: 1., & trochiſci de rhabarbaro, de roſis, de eupatorio, cùm ſyr: de abſynthio, & de eupatorio cùm ſuis aquis. Conueniunt etiam endiuia, cicorium, diarrhodon abb:, diacyminum; ſimilitèr confectio triaſandal:, et alia ſimilia, quæ à proprietate occulta, et manifeſta operantur. Tertia intentio eſt remotio cauſæ, quę fit cùm digeſtiuis, et euacuantibus, et competunt in iſta oxymel ſimpl:, mel roſ:, priùs exhibendo caſſiam, hyeram ſimplic: in pauca doſi; deindè cùm ſyr: byzanthino, de duabus radicibus, vel de quinque, cùm aqua fęniculi, cuſcutę, aſparagorum, aut ſyr: de eupatorio, et ſimilia. Euacuatio indè fit per phlœbotomiam à vena baſilica, et per pharmaciam cùm rhabarbaro, diacatholicone, caſsia, manna, ſyr: roſar:, mell: roſ:, extract: rhabarbar:, extract: catholic:, aut uomitiuis noſtris antimonialibus. Quarta eſt remotio ſymptomatum, quę fit per interiùs cùm oleo de menta, de cynnamomo, de abſynthio, aut coſtino, et cùm cera fiat linimentum; aut cùm armoniaco, et cùm aceto, aut cùm emplaſtro Gulielmi Placentini, aut epictymis uarijs Donzelli, et alijs ſimilibus ſimplicibus, et compoſitis; pillulę aggregatiuę, de rhabarbaro, ſtomaticę Auic:, de agarico, ſyr: de endiuia, de cicoria cùm rhabarbar:, de acetoſitate, de fumoterrę, de abſynthio imperiali, de ligno aloe, de roſis, de aniſo, de laccha; de Hali, de eupatorio, hyera Damaſceni, de roſis etc.

Exem-

Exempla ad hoc.

POrtia Blanchina à Vaſtia annorum 23., temperamenti imbecillis, coloris pallidiſſimi, propter dictam imbecillitatem, & malam alimentorum adminiſtrationem à quinque annis erat peradmodum viribus diminuta, perſæpè euomebat multa biliosa; feces erant crudæ, liquidæ, terreæ, interdùm aquoſæ; menſtrua habebat liuida, ac minima, & Ità languore in tota vita afficiebatur, vt deambulare nequiret; pulſus erat frequens, ſubtiliſque. Fuit purgata cùm decocto ſenæ, tamarind:, & indè diaprun: ad vſum; ſumpſit ſyr: endiuiæ, cicoriæ, borraginis, artemiſiæ per multos dies, poſteà fuit denuò purgata cùm medicamentis ordinarijs; indè per duos menſes ſumpſit iurem conſumatum in ſequentem formam ℞: radic: atundin: vnc: 1., lentiſci vnc: ſſ:, ſandal: drag: 2., radic: ſcorzoner:, borragin:, cortic: citri an: vnc: ſſ:, viperam decorticatam abſque capite, cauda, & inteſtinis dilutam multotiès, primò cùm vino, indè aqua acrimon:; & ſumebat hunc iurem in manè quatuor horis antè prandium, ſicque conualuit. Cùm vſu ſupradicti iuris multi conualuere in ſpatio menſis, aut paulò ampliùs, & in multis iuxtà complexiones addidi tincturas perlar:, corall:, antimon:, & ſimilia vt videre eſt in Centurijs Obſeruationum.

Caput XLVII. De Inflammatione Hepatis.

DOctor egregie. Temperatura huius Nobilis fermè eſt calida, & humida, indè morbus eſt inflammatio hepatis, quæ nil aliud eſt quàm influxus calidi ſanguinis, qui in ſubſtantia hepatis, vel in eius gibboſa, vel concaua parte accidere ſolet. Cauſa primitiua eſt nimius calor, ex immodico motu, aut ex Sole, & igne acquiſitus, & nimius potus, & cibus calefaciens. Cauſæ antecedentes ſunt intemperies calida attrahens malos humores, vndè tumores fieri poſſunt, ſimilitèr obſtructio, ex qua humores retinentur, aut dolor materiam ad iecur attrahens, aut iecoris imbecillitas. Inflammatio igitur, quam nunc præ manibus habemus apparet per ſigna, quia adeſt difficultas anhelitus, dolor inſeparabilis in dextero hypocondrio, & grauitas in eo maior, quàm in oppilatione, & apparet in facie, & alijs membris tumor, & color tendit ad citrinum pallidum, & dolent nothæ coſtæ; adeſt exigua, & ſicca tuſſicula, & ſingultus quoque; ſequuntur & appetitus deſtructio, ſitis vehementis, & nigredo linguæ, nec dormire valet ſuper latus dexterum, & ſuper ſiniſtrum dormire graue eſt, & laborat acuta febre, vt Gal: inquit 5. de loc: aff: cap: 7., & 13. meth: cap: 6., & Auic: 14. tract: 3. cap: 2., & Paul: lib: 3. cap: 46., & Aetius ſer: 10. cap: 3.; ſic et ætas, complexio, anni tempus, et præcedens regimen idem confirmant, vndè eius indiſpoſitio in cap: de inflammatione hepatis à ſanguine aduſto ponenda eſt.

Circà prognoſticum, omnis inflammatio hepatis perículoſiſſima eſt, ac plerumquè lethalis; Hipp: aphor: 7. aphor: 17. ait: *in hepatis inflammationibus ſingultus, malum*; et 46. *Quorum hepar ſuppuratum aduritur, ſi pus purum fluxerit, & album, euadunt, in tunica enim his pus continetur, ſi verò qualis amurca fluat pereunt*, et aphor: 6. aphor: 18. *Veſſica deſciſſa aut cerebro, aut corde, aut præcordijs, aut aliquo ex tenuioribus inteſtinis, aut ventriculo, aut iecore, lethale eſt*; et Gal: 5. meth: cap: 5. *à bilioſo ſucco inflammatio proueniens periculoſior eſt ea, quæ à puro ſanguine fit, quia febris intenſior, & reliqua ſymptomata grauiora*, et hæc de prognoſtico.

Circà curam ſex erunt intentiones obſeruandæ, quarum prima eſt debitum regimen, vndè contentus ſit ptiſana hordeacea, aut pane in iure infuſo, et bibat aquam hordei; omittantur carnes, vinum, et oua, et alia ſanguinem generantia, et ità de alijs ſex rebus non-naturalibus. Secunda eſt reuulſio, quę fit per ſectionem venę baſilicę, aut medię, et etiam cùm frictionibus, ligaturis, cucurbitulis circà partes extremas poſitis etc. Tertia eſt repercuſſio, vndè extrinsecùs conueniunt epithemata, et inunctiones ex oleo roſ:, de cydonijs, vel ex aquis roſ:, ſolatr: cùm ſyndone madefacta hepati applicata, quibus addi poſſunt pulueres

ueres ex ſandalis omnibus,& ex corticibus, roſis, & floribus granatorum, & aliquid camphuræ, & ſimilia. Intrinſecùs valent ſyr: roſ:, de ſucco acetoſæ, plantaginis, cicorij, capil: Vener: cùm ſuis aquis. Quarta eſt digeſtio, in qua conueniunt ſyr: roſ:, de ribes, de ſucco acetoſę in primo, deindè poſſumus vti ſyr: acetoſ: ſimpl:, viol:, de endiuia, de fumoterræ, & ſimilia. Quinta eſt euacuatio, quæ rursùs fieri poteſt per phlœbotomiam, deindè per pharmaciam cùm caſſia, manna, rhabarbaro, diacatholicone, diaphinicone &c. electuar: de ſucco roſ:, electuar: roſ: Meſ:, aut extract: eiuſmodi. Sexta eſt reſolutio, quæ fit cùm his, quæ reſoluunt, addendo aliquid, quod ſtipticitatis ſecum afferat, & ad hæc ſpectant inunctiones, cataplaſmata, & epithemata, cùm anetho, melliloto, althæa, camomilla, roſ:, & ſimilibus. Si verò ad ſuppurationem vertatur tunc ſuppurantibus vtendum eſt, qualis eſt decoctio paſſularum, caricarum, althęæ, maluarum ſimpl:, lini, fænugræci, cùm oleo amygdalorum dulcium, cùm pinguedine gallinæ, anatis, butyro, ex quibus paramus cataplaſmata, maturata inflammatione. Tunc vomica vomitu, tuſſi, ſternutamentis, & ſimilibus prouocanda eſt, deindè abſtergenda cùm vrinam prouocantibus, & abſtergentibus, qualis eſt aqua hordei, cicerum rub:, hydromel:, hydroſacchar:, aut cùm his, quæ per ſeceſſum educunt, qualis eſt caſſia, ſerum caprinum, tamarindi, deindè conſolidandum erit cùm bolarmeno, & terra ſigillata, quare &c.

Conferunt inflammationi hepatis agreſta, atriplex, berber, camphura, capill: Ven:, acred: citri, cucurbita, endiuia, cicorium, hepatica, lupuli, mercurialis, nymphæa, portulaca, rhabarb:, roſæ, ſandali, ſemperuiua, ſolatrum, ſpodium, ſumach, tamarindi, violæ. Compoſita ſunt confectio de acetoſ: Meſ: emplaſtrum de pſyllio Meſ:, ceratum de ſandalis, emplaſtrum de frumento Meſ:, de ſemperuiua Hali, hyera comp: Meſ:, ſyr: acetoſ:, de pomis, de portulaca, triaſandali Nic:, triphera Perſica, trochiſci de ſandalis Meſ:, de ſpodio, de camphura, vnguentum roſ:, viol:, oleum irrinum, roſaceum, papauer cùm oleo roſ:, & ſimilia.

Exempla ad hoc.

ADrianus Benedictus à Luignano annorum 34., temperamenti medij inter bilem, & ſanguinem, ab octo diebus laborabat febre acuta, & habebat magnam duritiem in regione hepatis, cùm dolore. Fuerat anteà à Medico ordinario purgatus, nàm pulſus erat celer, & tremulus, vrina cruda, facies rubra, ſitis vehemens, & in partibus internis calor maximus, à quibus ſignis iudicatus eſt laborare hepatis inflammatione. Iuſſi extrahi à vena communi vnc: 10. ſanguinis, qui erat craſſus, atque inflammatus; eodem die in ipſomet brachio fuit replicata phlœbotomia, & fuerunt emiſſæ aliæ vnc: 5.; in regione hepatis applicui emplaſtrum verbenæ, cùm farina hordeacea, & albumine ouorum, & moderatus fuit dolor, ac in petijs emplaſtri apparebant ſanguinis ſtillulæ. Per os ſumendam dedi confect: hyacinth: dragm: 1., conſeru: acredin: citr: vnc: 2., bezoard: iouial:, mineral: an: dragm: 1., quæ ſumpſit quatèr in 24. horis; vltrà hoc dabatur aqua endiuiæ, borraginis, ſcorzoneræ, cùm tinctura roſ:, & in die ſequenti fuerunt applicitæ cucurbitulæ, ſicque in 10. fuerunt data dicta diaphoretica; in 11. fluxit ſudor multus, & in 15. extitit omninò ſinè febre, & abſque duritie in hepatis regione.

Aliud.

AVguſtinus Vrbanus à Valle Radina annorum 28., ægrotabat paritèr cùm febre acuta, & dolore in regione hepatis cùm prædictis ſignis; cùm emiſſione verò ſanguinis tèr fuit curatus. Sumpſit vinum Calicis bis, indè tincturam roſatum, & bezoard: ſupradicta cùm cornu cerui, & camphura, & ſic in 20. conualuit.

Aliud.

Sancta Arenſij à Vaſria annorum 32., pariter à duobus menſibus laborabat dolore in eadem regione, & ſic cùm febre acuta peruenerat quaſi ad extremum vitæ. Fuit celebrata phlœbotomia in brachio, & ambobus pedibus cùm hirudinibus, & ſumpſit per os multa pharmaca appropriata vſualia; vltrà hæc ſumebat dictas bezoardicas compoſitiones per quinque dies tèr in die ad ſcrup: 1. prò vice, & cùm quinque ſupradictis verbenæ ſplenijs, ſanitati fuit reſtituta.

Multos huiuſcemodi morbo laborantes vidi infeliciter vita deſtitui, multoſque hydropicos euenire; vide multa alia exempla in Obſeruationibus.

Caput XLVIII. De morbo Regio.

DOctor egregie. Temperatura huius Viri eſt fermè calida, & ſicca, indè patitur icteriam, quæ nil aliud eſt, quàm morbus regius ideſt per totũ corpus bilis ſuffuſio, quæ interdùm nigra, interdùm flaua eſt. Cauſæ primitiuæ ſunt nimius labor in ſole calido, & aſſumptio ciborum icteritiam efficientium, & bilem generantium, & obſtruentium. Intrinſecæ ſunt mala intemperies calida hepatis, & obſtructio viarum, per quas expurgatur bilis à venis ad meatus bilem recipientes, & ob cauſas dictas neceſſe eſt ſanguinem non expurgari, ſed vnà cùm ipſo per totum corpus bilem differri, vndè morbus regius oritur. Atteſtatur hæc grauitas pigritiæ, & pruritus totius corporis, & egeſtio egreditur alba, item nauſea, vomitus, & amaritudo oris, ac color flauus per vniuerſum corpus, & vrina eſt colorata, ſpiſſa, ac crocea, vt Gal: inquit 5. de loc: aff: cap: vlt:, & Auic: 15. tract: 5. cap: de ſignis icteritię, & Paul: lib: 3. cap: 50.; ſic & ætas complexio, & anni tempus idem ſuadent, vndè eius indiſpoſitio in cap: de Icteritia ab oppilatione, & calida hepatis intemperie ponenda eſt.

Circà prognoſticum ſic ait Hipp: aphor: 4. aphor: 62.: *quibus in febribus morbus Regius antè diem ſeptimum acciderit, malum*; & aphor: 64. eiuſdem libr: *quibus in febribus morbus Regius ſeptimo, vel nono, vel vndecimo, vel quartodecimo ſuperuenerit, bonum, niſi dexterum hypocondrium obduruerit, ſi verò non, bonum*; & aphor: 6. aphor: 42.: *morbo Regio laborantibus ſi fiat hepar durum, malum eſt*, & aphor: 5. *qui morbo Regio laborant non admodùm ventoſi ſunt*, & Auic.: *quando multiplicantur remanentia vrinæ cùm icteritia, aut parùm tinctæ, eſt deterius, & magis timendum ne cadat in hydropem habens ea.*

Circà curam quatuor erunt intentiones obſeruandæ, quarum prima eſt debitum regimen in ſex rebus nonnaturalibus declinantibus ad frigidum, & humidum. Secunda eſt euacuatio, ne dùm ſuperfluuit bilis, ipſa ſuæ multiplicationis ſit cauſa, & primò per phlœbotomiam, deindè per pharmaciam cùm caſſia, rhabarbaro, manna, ſyr: de ſucco roſ: Meſ:, diaprunis, agarico, diaphinicone, diaturbit:, cùm earundem extractis rerum, vel vomitiuis antimonialibus, aut enemate acri, & ſimilibus. Tertia eſt humoris præparatio, quæ fit cùm ſyr: de endiuia, acetoſ: ſimpl:, viol:, de cicorio, de ſucco acetoſæ, de agreſta, de limonibus, de acetoſitate citri, cùm aquis endiuiæ, cicorij, ſolatri, lactucæ, plantaginis, aut decoctis, & ſimilibus; aut cùm ſyr: biſanthyno cùm aceto, de duabus radicibus, rhodomelle, oxymelle, ſyr: de eupatorio, & cùm aquis fœniculi, apij, cuſcutæ, & eupatorij. Quarta intentio eſt remotio malæ complexionis, vndè conuenit tale epithema, vt ℞: aquæ endiuiæ lib: 1., roſ: vnc: 2., ſandalorum omnium, ſpodij an: drag: 1., aceti vnc. 1., ſpicæ ſcrup: 1., m:, & cùm ſyndone applicentur hepati, aut fiat ceratum ſandalinum. Electuariā ſunt triaſandali, diarrhodon, trochiſci de camphura, aut cùm decoct: apij, fœniculi, aſparagi, bruſci, petroſelini, aqua rhaphani, vel decocto marrubij, praſſij, cicerum rub:, abſynthij, centaur: Meſ:, cuſcutæ, vel cùm infuſione carthami in lacte, vel cùm dialacca, diacurcuma, diacalamento, trochiſcis de rhabarbaro, de eupatorio, & ſimilibus.

Conferunt icteritiæ abſynthium cùm apio, acetoſa, acorus, aphodyllus, agaricum, aloes, alchechengi, aſſarum, atriplex, verbena, betonica, cyclamen, calamentum, chamædryos, chamæpityos,

mæpityos,camomilla,caſſia ſiliqua,centauream,carthamum,curcuma,cuſcuta, helleborus, endiuia,eupatorium,hepatica,fæniculus, lactuca, aniſum, lumbrici, lupulus, marrubium, menta,nepeta,origanus,peonia,perdix,aqua raphani,rhabarbar:, roſmarin:, rubea tinctorum,aqua ſalicis,aqua cetrach,ſulphur cùm ouo,ſcariola,ſcolopendria,ſtercus aſini,aut pulli b bitum,tamarindi, tamariſcus,vrina,vrtica,hyſſopus. Compoſita ſunt confectio de paucedano, de eupatorio Meſ:, decoctum fumoterræ, & coruiæ diarrhod: Nic:, electuarium de pſyllio,roſ:Meſ:,diaphinicon,oleum de carthamo,de abſinthio,ſyr:biſanthynus,de fumo terræ,de abſynthio, de cicorio cùm rhab:, oxymel ſcylliticum, ſorita Nic:,theriaca,triaſandali, triphera perſica Meſ:, tripbera ſaracena Nic:, trochiſci de rhabarb:, de roſis, de eupatorio, de camphura, vinum ſcylliticum, pillulæ Indæ, de fumoterræ,ſtercus anſerculi, & gallinæ propoſitum à Quercetano, & ſimilia.

Exempla ad hoc e

INnumera poſſem hìc recenſere exempla, ſed ne me in longum protraham partem omiſi, partem in Obſeruationibus videnda. Hoc enim anno tantùm, in hac Venetiarum Vrbe pluſquàm 26.caſus in hoc morbo præ manibus habui.

Agatha Ricciarda à Luignano annorum 36.,temperamenti atrabilaris,à multo tempore habebat duritiem in regione ſtomachi, & obſcurum colorem declinantem ad nigrum, & ſ auum,cùm bile enim multa acceſſerat melancholia; continua laborabat inappetentia,& ſæpè euomebat,& cùm omnibus ijs acceſſit febris continua. Iuſſi vomitiuum bis, ideſt vinum Calicis ad vnc: 4. prò vice, multaque euomuit flaua, ac porracea, indè iuſſi, quòd per multos dies ſumeret dragm:a.in die ſequentis compoſitionis,ideſt drag:1.in manè,& drag: 1.in veſpere ℞ abſynth:,centaur:minor:,marrub:,chamædryos, chelidon:an:man:2., radic: gentianæ vnc:1.,flor:geniſtę,roſ:,viol:flau:an:pug:1.,f:extract:f:a:,indè ℞:eiuſdem extract: vnc:2.,myrrh:drag:1.,croci ſcrup:1.,ſal:tartar:vitriolat:,geniſtæ,& vitriol:Mart:an:drag:1. m:,et f:bol:,cap:vt dictum eſt,et cùm hoc vſu febris, obſtructio, ac icteritia diſceſſit.

Aliud.

CArolus Antonius Biſus à Valle Radina annor:38.,laborabat febre quartana duplici, tota vita,et oculi erant flaui. Præbui in hora acceſſionis febris Febrifugi Riuetiani ſcrup:2.,multaque euomuit,ſed parùm fuit à morbo leuatus;nihil egi in ſecunda acceſſione,quæ fuit aliquantùm anticipata;in 3.verò replicaui dictum Febrifugum ad dictam doſem,et euomuit parùm, ſed per vrinam multa crocea expulſit, et quartana deſijt; indè ſupradictæ compoſitionis præbui dragm:1. ſemel in die per ſex dies, ſicque priſtinus redijt color, et ſanatus eſt.

Aliud.

MAgdalena Horatij à Vaſria annorum 22., laborans icteritia fuit à me curata cùm ſtercore pulli anſerini iuxtà vſum Quercetani.Eodem modo in Ciuitate Rheatina etiam duo ſanati ſunt. In Pauperrimis ſum vſus ſtercore gallinæ, cùm ſucceſſu fęlici, licèt admiſcerem alia ſpecifica.

Caput XLIX. De ſcyrrho Hepatis.

DOctor egregie. Temperatura huius Nobilis mihi videtur calida, et ſicca,indè morbus eſt affectus hepatis,quod eſt membrum principale à natura procreatum prò neceſſitate totius corporis;ideò eius actio omnibus membris communis,et neceſſaria eſt,qua de cauſa omnibus morbis euenientibus in eo magna cùm celeritate,et ſolerti ingenio curatio fieri debet, omnis enim ęgritudo huius membri ſemper eſt timenda, propter officium neceſſarium ſuę quotidianę digeſtionis, quę digeſtio à facili iam prohibetur,

vndè ſi eſſet in eo apoſtema frigidum adeſſet tumor prætèr naturam inducens læſionem, actionis, ac ſi calidum, atteſtarentur grauitas dextera parte præcordiorum, dolor tota præcordia contrahens, & ipſius vſque ad iugulum extenſio, & exigua tuſſis; linguæ color in primis rubeus, deindè niger, ingens ciborum faſtidium, ſitis inexhauſta, vomitus, alui ad-

Exempla ad hoc.

MAximinus Bauarus à Luignano annorum 24:, temperamenti cacomici, à multis annis habebat ſcyrrhum in regione hepatis cùm magna tenſione; vultus eius colore erat pallidus, & plumbeus, difficultèr concoquebat, erat in omnibus negligens; habebat etiam aliquam duritiem in regione ſplenis, & ſic in ſtomacho; ſemper afficiebatur ſiti, linguam habebat aridam, & in manè erat lingua cooperta quadam viſcoſitate craſſa, ac tenaciſſima. Præſcripſi pharmaca ordinaria purgantia, potiones magiſteriales cùm ſyr:roſ:aureo; ſumpſit per plures dies ſyr: aperitiuos refrigerantes, in quibus ponebatur modicum ſal: prunellæ, & tartari vitriolati,& ſal: noſtri antiſcorbutici. Bis fuit celebrata phlœbotomia, & ſanguis erat craſſus, & fibroſus; fuerunt applicita ſplenia verbenæ in ambabus hypocondriorum partibus, quæ fuerunt repetita per 20. dies cùm notabili iuuamine. In eodem tempore ſumpſit bìs vinum Calicis, & euomuit multa mixta; indè propinaui pillulas tartareas Quercetani, in quibus addebam parùm ſalis antiſcorbutici, ideſt in qualibet ſumptione g: 8., & puluer: fixi antimonialis ad vſum P. Baſilij Valentini quarti gradus gr: 12., & in ſpatio duorum menſium conualuit. Sumebat pillulas bìs in hæbdomada, & poſtquàm euaſit liber omninò ſumebat eas bìs in menſe prò præſeruatiuo. Multos cùm hoc vſu curaui, dummodò corpora non fuerint inordinata, & ſeſe rigidæ ſubiecerint dietæ.

Caput L. De Splenis affectibus.

DOctor egregie. Temperatura huius viri eſt calida, & ſicca, indè morbus eſt affectus ſplenis, qui eſt membrum rarum, ſpongioſum, oblongum in ſiniſtra parte corporis collocatum ad mundificandum, & depurandum ſanguinem ordinatum, quem ſi benè mundificat, corpus reddit benè diſpoſitum, & iucundum; vbi autem non benè mundificat, tunc aduenit triſtitia corpori, & multæ aliæ malæ diſpoſitiones, quoniam ſi ſplen deficit in attrahendo, generat icteritiam, & ſi deficit poſtquàm attraxit in continendo, cauſatur fluxus ventris, & ſimilia; & ſi deficit digerendo, & immutando, tunc cauſatur durities, oppilatio, apoſtema, & ſic omnia morborum genera huic membro accidere poſſunt. Ex his igitur cauſis, quia nunc deficit digerendo, & aſſimilando, oppilatio, & durities magna generantur. Cauſæ autem oppilationis, & duritiei extrinſecę ſunt, ſicut caſeus, caules, legumina, triſtitia, timor, et alia ſimilia. Intrinſecæ verò proueniunt ab hepate multiplicante humorem melancholicum, quod à natura celerrimè indurari ſolet, à ſanguine nimirùm in venis obturato, et ob craſſitiem, neque excerni, neque diſcuti facilè potente, et à complexionis malitia, vt inquit Gal:5. de loc:aff:cap:vltimo, et 6. cap:1., et 9. de compoſitione Med: per loc:cap:2., et Paul:lib:3. cap. 49., & Auic:15. tract:2. cap:2., & 9.: ſic & ætas, complexio, anni tempus, & præcedens regimen idem confirmant, vndè eius indiſpoſitio in cap: de oppilatione, et obſtructione ſplenis à ſanguine craſſo, et melancholico ponenda eſt.

Circà prognoſticum, apoſtema à ſplene conuerti ad iecur malum, è contra verò bonum, et laudabilius; vrina eorum eſt craſſa ſanguinea, et vrina, in qua eſt fex viſcoſa ſignificat ſanitatem ſplenis, et deſtructionem eius, et Hipp:aphor:6. aphor: 43. *quicumque lien: ſi difficultate inteſtinorum capiuntur, ijs ſuperueniente longa difficultate inteſtinorum, aqua inter cutem, aut leuitas inteſtinorum aduenit, & moriuntur*, et aph:48. *lienoſis difficultas inteſtinorum ſuperueniens bonum*, et hæc de prognoſtico.

Circà curam tres intentiones requiruntur, quarum prima eſt præparatio humorum, quæ fit cùm ſyr: de epithymo, fumoterrę, oxymelle ſimpl:, et comp:, ſcyllitico, rhodomelle, ſyr: de duabus radicibus, byſanthino cū ſuis decoctis, aut aquis, et ſimilibus. Secūda eſt euacuatio, quæ fit cùm ſectione venæ ſaluatellæ in manu ſiniſtra, vt decet, deindè fit cùm cōfectione amech, caſſia, myrabolanis Indis, epithymo, agarico, hyera Gal:, pillulis Indis, de fumoterrę, de lapide lazuli; aut his omnibus in forma extractuum. Cōferūt etiā vomitiua adnotata in

ſuperiori capitulo, ſicut etiam extractum catholicum Quercetani, Veicardi, & noſtrum. Tertia eſt mollificatio, & reſolutio, quæ perficitur cùm vnguentis, ceratis, cataplaſmatibus, fotis, & ſimilibus, ut hoc ℞: olei communis lib: 3., medullæ crurium bouis lib: 1., butyri recentis lib: 5., ſucci bryoniæ, ſucci cyclaminis an: lib: 1., ebulliant ad lentum ignem vſque ferè ad conſumptionem ſucci, & colentur, cui colaturæ adde pulueris citrach:, corticum capparorum, tamariſc:, ſeminis agni caſti an: unc: 3., m:, & f: unguentum, quod eſt in hoc morbo mirabile. Sic etiam ſplenium verbenæ ſupradictum plurimùm confert. Item ſi fomentetur ſplen cùm aceto fortiſſimo extinctionis marchaſitæ, demùm in eodem madefacere filtrum, & ipſi ſpleni applicare, & hæc fomentatio excuſabit ab ulteriori operatione. Item ℞: radic: filicis vnc: ſs., radic: cuſcutæ dragm: 2., m:, & bulliant in unc: 8. vini albi potentis, vſque ad conſumationem tertiæ partis uini, deindè colentur, & de colatura patienti dentur per 15. dies unc: 2. quotidiè cõtinuè in mane &c. Vſus meus in Obſeruationibus eſt ſemper huiuſce generis morbos curare cùm vinis medicatis, decoctis, electuarijs, pillulisque compoſitis cùm varijs ſpecificis.

Exempla ad hoc.

GRatianus Pardus à Vaſtia annorum 26., temperamenti obſcuri, cùm maxima grauedine in parte ſiniſtra in regione ſplenis; erat valdè debilis, ac in omnibus operationibus ſignis, tumebatque aliquantulùm, in corpore. Præbui pluriès nitrum Calicis, & in diebus, in quibus non ſumebat vinum, dedi decoct: aperitiua corticum fraxini, citrach:, ſcolopendriæ, pimpinellæ, capil: Vener:, & eiſdem decoctis immiſcebatur ſalis abſynthij calybeati, & ſalis tamariſci calybeati an: ſcrup: 1., in regione ſtomachi gerebat noſtrum ceratum ſtomachale, & in regione ſplenis applicui ſeptiès ſplenium uerbenæ, indè vſus unctionibus ordinarijs ſanatus fuit.

Aliud.

ANtoniæ Nicodemi ab eodem loco ab eadem indiſpoſitione peſsimè affectæ propinaui ſequens vinum. ℞: uini emetici lib: 10., ligni ſaſſafras, cortic: fraxini, tamariſci an: unc: 3., croci Martis aperitiui dragm: ſs., citrach:, pimpinellæ, ſcolopendriæ, capil: Vener: an: man: 1., florum 3: cordialium an: pug: 1., cynnamomi, macis, ſemin: carui, paſtinacæ, rutæ, feniculi an: dragm: 2., ſenæ Orientalis vnc: 4., infundantur per dies decem, poſteà capiebat unc: 3. prò mane per dies 40. ieiunas, & euacuabat bis in die, quare eua ſit optimè colorata, ritèque conualuit.

Aliud.

IO: Dominicus Caſella à Cãpolaureo Cyrneus meus illius temporis famulus annor: 22., corpore melancholico, obſtructionibus pleno, obſcuro, quia anno tunc elapſo fuerat miles adſcriptus in ſeruitio Sereniſsimæ Reipublicæ Venetæ Cretam petiturus, in longò itinere multa paſſus fuerat incommoda, adeò ut eſſet corpore peſsimè habituato, & tandem febre laboraſſet erratica. Hæc accedebat aliquando cùm rigore, & per tres dies continuabat, indè euaneſcebat, & poſt quatuor, aut quinque dies redibat, ità vt eſſet in ſtatu trãſeundi in hydropiſim maximam, vel quam primùm pereundi. Miſſus ad me, qui tunc temporis valdè diſtabã, præbui bis Aureatum, & multa euomuit. Indè ſumpſit decocta aperitiua cùm ſalis fraxini, tamaricis, antiſcorbutici an: ſcrup: ſs., per menſem cùm dimidio, indè ſumpſit vinum accomodatum in forma ſuprà aonotata, ſicque tranſiuit Hyemem; in Æſtate autem abſque conſilio, & meâ notitia ſumebat varias eſſentias, adeò vt menſe Iulij fuerit à doloribus acerbiſsimis in regione ſplenis aggreſſus. Purgatus fuit cùm pharmacis vſualibus, indè per 12. dies fuerunt applicita ſplenia verbenæ, vnum regioni hepatis, alterum regioni ſplenis, quæ quotidiè immutabantur, & in eodem tempore ſumebat ſemel in hæbdomada

ma da pillulas ex aloe cùm ſupradictis ſalibus,& cùm additione vitrioli Martis, indè applicui ceratum gummi ammoniaci factum cùm ſucco cicutæ, & hoc vſu morbus euanuit. Multos cùm hoc eodem vſu curaui, aut parùm diuerſo, & Deo fauente priſtinæ ſanitati plerumquè adnotaui fuiſſe reſtitutos.

Cap: LI. De malo Habitu.

DOctor egregie. Nunc de malo habitu dicendum eſt, quem Græci Cachexiam vocant, nec aliud eſt, niſi quædam diſpoſitio ad hydropem ex mala hepatis cōcoctione proueniens. Cauſæ ipſius Cachexiæ ſunt durities ſplenis, aut hepatis, aut conſuetarum excretionum prohibitio, aut deprauata hepatis, ſiuè ſtomachi alteratio, quæ ſi omninò corrūpatur, non ampliùs chachexiam, ſed aliquam hydropis ſpeciem efficiet; ſigna primùm, corpus albicat, vel flaueſcit ob totius malam intemperiem, concoctiones impediuntur, ob hepatis, aut ventriculi imbecillitatem, remanet tamē ciborum appetentia à frigido elicita, deindè faſtidium, & defectus animi accidit ob venenoſam materiam ad cor exhalantem, & extrema corporis inflantur; vrina, & ſudor paucus ob aquoſam humiditatem retentam, quę per conſueta loca expurgari nequit, vt Auic: in quil: 14. tract: 4. cap: 3. & Paul: lib: 3. cap: 47. & Aetius ſer: 10. cap: 19.; ſic & ætas, complexio, anni tempus, & præcedens regimen idem confirmant, vndè eius indiſpoſitio in cap: de malo habitu a deprauata hepatis, ſiuè ſtomachi alteratione ponenda eſt.

Circà prognoſticum Aetius ſer: 10. cap: 19. *Senes facilè hac affectione capiuntur, & maximè liberantur; pueri verò facilè pereunt ob vitalis roboris imbecillitatem, aut ex ſuccis ob cutis raritatem facilè traſpirantibus, qui in vigore ſunt, rarò incidunt, & facilè indè ſe extricant, quam verò malū diutiùs durat, in aquam inter cutem tranſit*, & hæc de prognoſtico.

Circà curam quatuor intentiones requiruntur, vndè prima erit circà regimen, ità vt ęger in cibo, & potu parcus ſit, & non comedat ad ſatietatem, nec niſi celebrata digeſtione, ſitire, & eſurire in hoc caſu vtile, ſed fugienda eſt ciborum multiplicitas. Cibaria igitur in hoc caſu ſint temperatè calida, tenuia, exiccantia, & delectabilia, quare &c. Secunda eſt euacuatio, vndè conuenit ſectio venæ, deindè purgatio ex hyera vtilis eſt, vel ex agarico, pillulis de rhabarbaro, hyeralogodione, electuario Indo, diaphinicone, diacatholicone, aut medicamētis Spargyricis in capitibus antecedētibus propoſitis. Tertia intētio eſt humorum pręparatio, & cōuenit ſyr: byſanthinus, de endiuia, de eupatorio, acetoſus, oxymel ſcylliticum, ſyr: de abſynthio, aut de epithymo, de hyſſopo, cùm aquis abſynthij, cicorij, aut decoctis ex ipſis herbis, & conuenit etiam in hac intentione diacurcuma, dialacca, triaſandali, diarrhodon, trochiſci de roſis, de abſynthio, & ſimilia. Quarta intentio eſt diuerſio, quæ fieri poteſt per vomitum, quia extrahit ab hepate per venas miſeraicas, tùm quia ex infimo loco materias eradicat, tùm quia à ſtomacho ab adiacentibus partibus optimè auertit. Clyſteres etiam laudantur, eò quia à ſtomachi fundo euacuant, tùm quia eductio per ventrem naturalis magis eſt, quàm per vomitum.

Exempla ad hoc.

HI ſunt morbi conſimiles illis, qui à ſplenę proueniunt, omnes enim ſub nomine mali habitus, temperiei inordinatæ, peſſimi nutrimenti pancrææ, fermentationis acidi iuxtà mixtionem humorum, & tandèm Cachexię comprehenduntur. Huiuſcemodi ęgritudines mihi Spargyrico, pluſquàm Galenico Profeſſori ſępè accidūt, hoc enim morbo laborantes, poſtquàm pharmacis conſuetis ſunt laſſi, vel ad balnea, vel ad Chymicos Profeſſores mittuntur. Quotidiè itaquè infirmitates cachecticæ mihi obueniunt, vndè vt innumera quaſi exempla hìc omittam, tantùm notabo medicamenta, quibus vt plurimùm vtor; cùm enim affectus ſcorbutici, & effectus hypocondriaci varias iuxtà temperamenta producant differentias, ideò à me ſunt etiam curati iuxtà varietatem temperamentorum, & mixtionem; ſæpiùs autem, atque fælicius vomitiuis vtpotè vniuerſalibus propoſitis vtor.

ſic etiam extractis, indè tincturis antimonialibus ritè præparatis, puluetibus fixis P. Baſilij Valentini, cùm pillulis aloe, quibus addo poſteà ſales fermentatos, vt antiſcorbuticos, antypocondriacos, calybeatos, alioſque iuxtà morborum conditiones, & ſicut ratio mihi aptiores eſſe ſuaſit.

Cap: LII. De Hydrope.

DOctor egregie. Temperatura huius Puellæ eſt calida, & humida, morbus verò eſt hydrops à materia intrà peritoneum contenta, quæ ab hepatis imbecillitate prouenit, ex quo venter intumeſcit, & interdùm reliqua membra. Huius tres ſunt ſpecies. Prima dicitur Aſcites, & eſt morbus, in quo venter, & crura intumeſcunt. Secunda vocatur Tympanias, & eſt morbus, in quo plùs flatuoſi ſpiritus inuenitur, & minùs humoris, ità vt ſi venter percutiatur tympani modo crepitum edat. Tertia denominatur Anaſarca, & eſt morbus, quo totum corpus albidum redditur, atque humore circùm luitur, ex quo ægris pudenda peruertuntur, & febres accidunt; hæc verò, quàm nunc præ manibus habemus eſt Aſcites, vndè cauſæ efficientes, & primitiuæ ſunt omnis cauſa exterior nocumentum in digeſtione imprimens, & imbecillitatem maiorem, quàm in chachexiam inducens, & regimen inordinatum in ſex rebus non naturalibus, percuſſio, caſus, & offenſio ſuper hepar. Cauſæ antecedentes ſunt mala diſpoſitio hepatis, aut aliorum membrorum, quæ prouenit à mala intemperie humorali, vel à ſoluta continuitate, vel ab aliquo abſceſſu digeſtionem impediente. Cauſa coniuncta eſt materia ipſa frigida membra alterans, & in tumorem attollens cùm imbecillitate hepatis, & digeſtionis eius aſſiduæ illam materiam regenerantis. Signa ſunt vitiatus color, liuidus, & flauus, inflatio oculorum, & pedum, ſitis inexhauſta, quia humor in his locis retentus ſalſus eſt, & putrefactus, indè ciborum faſtidium, vrinæ paucitas, & rubedo, febris mitis, ac tepida, & ſubſequentèr grauitas ſenſibilis in ventre, & ſi percutitur nullum ſonum emittit, ſed aqua à latere ad latus commota auditur, & tactus eſt vtris aquæ pleni, & pulſus eſt paruus, frequens, & ad duritiem declinis, vt inquit Hipp: prognoſtic:2:tex:2., & Gal:5.de loc:affect: cap:7., & vlt:, & 2. de naturali facultate cap: 7., & Paul: lib: 3. cap. 48., & Auic: 14. tract: 4. cap: 4., & 8. & 9.; ſic & ætas, complexio, anni tempus, & præcedens regimen idem confirmant, vndè eius indiſpoſitio in cap: de hydrope aſcite, ideſt aquoſa ſiuè leucophlegmatica ponenda eſt.

Circà prognoſticum ſic ait Hipp: aphor:3.aphor:22: *Autumno verò plurimi æſtiui morbi fiunt febres quartanæ, & erraticæ, & aquæ inter cutem*, & aphor:6.aphor:8. *aqua inter cutem laborantibus vlcera in corpore facta difficultèr ſanantur*, & aphor: 6. aphor: 27. *Quicumque ſuppurati, aut aquam inter cutem patientes vruntur, aut ſecantur; ſi pus, aut aqua vniuerſim effluxerit, omnes pereunt*, & 35.: *aqua inter cutem laborantibus tuſſis ſuperueniens malum*, & hæc de prognoſtico.

Circà curam tres inſurgunt intentiones, quarum prima verſatur circà vitæ regimen, ità vt ſex res non naturales ad caliditatem, & ſiccitatem vergant, quùm cauſa Aſcitis ſit frigida, & humida, nàm hepar, etſi à cauſa calida primùm moleſtetur, nihilominùs ex imbecillitate, & ſpirituum reſolutione tandèm frigeſcit. Dieta igitur ſit tenuis, ſi vires patiantur, cibaria parentur cùm pipere, garyophyllis, & ſimilibus; vinum ſit ſubtile album, & paucæ quantitatis, & aqua vitetur. Altera intentio eſt in remouenda cauſa coniuncta, quæ perficitur cùm pharmacis hydragogis, vel cùm vrinam prolicientibus, vel cùm his, quæ inſenſibilitèr aquam reſoluunt, vt ſunt fumenta, emplaſtra, ſacculi, cerata, & ſimilia. Solutiua ſunt cùm rhabarbaro, agarico, cùm ſucco radicis iridis, ebuli, & ſambuci, cùm ſoldanella, vel eius ſucco, cùm elaterio, & laureola, vel cùm vomitiuis; item cùm pillulis de ſerapino, de euphorbio, & ſimilibus. Diuretica ſunt ſyr: byſàthinus, de duabus radicibus, de oxymelle, de abſynthio, ſemper cùm ſalibus diureticis. Fumenta fiunt cùm rebus calidis reſoluentibus, vt ſaluia, maiorana, roſmarino, menta, abſynthio, pulegio, camomilla, origano, folijs lauri, alumine, ſulphure, ſale, &c. vel cùm emplaſtris de grana lauri, de ſter-

core

core caprino, & huiuſcemodi. *Sacculi* parantur ex millio, ſale, ſulphure. *Vnguenta*, quale eſt illud Agrippæ, & mille alia, quæ parari poſſunt; conueniunt etiam diacurcuma, dialacca, trochiſci de rhabarb: &c. Tertia eſt remotio malæ diſpoſitionis hepatis, & hæc fit cùm his, quæ hepar roborant, aperiunt, ac obſtructiones dirimunt; extrinſecùs cùm ceratis, & linimentis ex oleo rutæ, camomillino paratis; intrinſecùs cùm theriaca, & confectionibus iam memoratis &c., quod ſi per hæc aſcites non deſierit, cute compuncta aqua extrahatur. Conſerunt hydropico abſynthium, agaricus, aniſum, apium, betonica, calamentum, calamus aromaticus, chamæpithyos, chamædryos, cantarides, elaterium, cuſcuta, cicorium, ſuccus radic: ebuli, helleborus, eupatorium, fæniculus, caricæ, fumus terræ, chebuli, lac aſininum, caprinum, lactuca, limaces, myrabolani, myrthus, origanum, paſtinaca, petroſelinum, praſſium, rhabarbarum, roſmarinus, ruta, ſampſucus, ſambucus, ſynapis, ſcylla, vrina, hypericon, hyſſopus, iris &c. Compoſita ſunt vnguentum Agrippæ, oleum bufonis, confectio alchechengi, dialacca, diacurcuma, diatrionpipereon, emplaſtrum Ariſtarchi, & Andromaci Meſ:, pillulæ de rhabarbaro, de agarico, theriaca, triphera ferruginea, trochiſci de lacca, de rhabarbaro, de ligno aloe, vnguentum arthanitæ maioris, confectio de mezereo, pillulæ de mezereo, theriaca, diateſſeron, & ſimilia.

Exempla ad hoc.

FRanciſca Cardona à Liuignano annorum 26., quia parùm purgata fuerat poſt partũ, tranſiuit in hydropem pergrauem, laborabat enim aſcite cùm febre continua, ſitiq; vehementi. Iuſſi ſemèl in biduo clyſterem cùm colochynthidis, & croci metallorum drag: 3., decoct: magiſterial:, aniſ:, & oleo; vngebatur corpus cùm oleo bufonis ad vſum notatum in Arcanis. Per os ſumebat ſemèl paritèr in biduo ſyr: Poluerini magiſteralis vnc: 3., ſyr: ſpinæ ponticæ vnc: 1., iuxtà vſum Donzellij; bibebat aquam in qua fuerant extincta ſaxa alba fluminum ignita, & calybs ignitus, & intùs mittebantur quædam guttę ſpiritus ſalis. Cùm vſu horum medicamentorum euacuabat ægrota multùm per ſeceſſum, atque vrinã, ſicque craſſitudo euanuit. Indè per tres menſes ſumpſit ſequentẽ confectionẽ videlicèt ℞ radic: vincetoſsic: vnc: 1., radic: aron: præparat: vnc: 3., fæculæ bryoniæ vnc: ſſ:, ſpec: diarrhodon: Abb: vnc: 1. ſſ:, puluer: antimon: fix: ad vſum P. Baſilij Valentini vnc: 10.: ſacchari q. ſ:, f: confect:, cap:, de qua ſumebat quolibet mane dr: 1. ſſ:, & bibebat poſteà parũ aquę ſcolopendrię, & artemiſię, & ſic omninò cõualuit. In eadẽ forma cõualuere D. Ottẽſia Gripha à Vaſria, & Domina Eugenia Maura à mõte Cronino, ambo hydropicæ deſperatæ.

Aliud.

DOminus Fulgentius Annonius à Vaſria annorum 28., laborabat ſimili hydrope, & timebatur ne eſſet tertiæ ſpeciei, erat enim à Medicis iã derelictus. Vſus fuit iiſdẽ remedijs, & euaſit liber. Tempore autem, quo grauiùs ſe habebat, prębui vltrà dicta medicamenta tincturę antimonij cũ auro gutt: 20. in quolibet die, cùm gutt: 25. magiſterij tartari ſoluẽt:s. Multi hydropici pauperrimi à me curati fuerunt cùm vſu vini Calicis, & cũ Aureato, indè cùm aliquo decocto iuxtà tẽperamenta, & neceſsitatem, & ſic conualuerunt.

In Pueris autem vſus ſum emplaſtris cùm ſtercore bouis, ſulphure, & melle, & indè magiſterio tartari, noſtra aqua catholica, & ſimilibus, aut cùm decoctis aperitiuis, atque diſoppilatiuis, ſeù cùm vomitiuis, quo vſu optimas uidi operationes.

Cap: LIII. De Lyentheria.

DOctor egregie. Temperatura huius mulieris eſt cholerica fermè, indè morbus eſt leuitas inteſtinorũ, quę lyentheria à Gręcis dicitur, nec aliud eſt, quã celerrima cibi expulſio, in qua nulla alteratricis facultatis actio cernitur, at talis cibus, qualis deuoratus ſecernitur. Cauſę procatharticę ipſius lyentherię ſunt cibi, & potus iuxtà qualitatem,

quan-

quantitatẽ, & ordinem ventriculũ infeſtantes, inter quę aer quoque humidus cõnumeratur. Cauſæ antecedentes ſunt mala ſtomachi intemperies, & humores nimiùm mordaces, flatus quoque non ſinens ſtomaco cibum inhærere, vndè putreſit, & expellitur; item vlcera, abſceſſus, & ſimilia cùm dolore ſtomacho inhærentia, & imbecillitas eius. Signa in genere ſunt exitus cibi, & fructus indigeſti, dolor in regione ſtomachi, & nauſea, ſubuerſio, vomitus, & lienteria ordinem non habens, ſed quandocumque cibus ſumitur egreditur. Signa calidæ intemperiei ſunt oris amaritudo, ſitis, vomitus frequens bilis; ſapor amarus, & humores calidi, qui per ſeceſſum emittuntur. Si eſſet intemperiei frigidæ, & humidæ, hæc erunt albedo faciei, & linguæ, paucitas ſitis, tarda digeſtio, multitudo ſputi, grauitas, & dolor ſtomachi, acetoſa eructatio, & ſimilia, vt Gal: inquit aphor: 6. com: 1., & 6. de ſympt: cau: cap: 1., & 2., item 1., & 6. de loc: aff: cap: 3., & 2., & Auic: 16. tract: 1. cap: 2., & Paul: lib: 3. cap: 4.; ſic & ætas, complexio, anni tempus, & præcedens regimen idem confirmant, vndè eius indiſpoſitio in cap: de lyenteria à materia calida ponenda eſt.

Circà prognoſticum ſic ait Hipp: aphor: 4. aphor: 12. *Quorum alui inteſtinorum leuitate laborant hyberno tempore ſuprapurgari malum*, & aphor: 6. aphor: 1. *in longis leuitatibus inteſtinorum ſi ructus acidus fiat, qui priùs non erat, ſignum bonum*, & Auic: de cauſis flux: ſic ait: *lyentheria, quæ fit propter complexionem frigidam, & humidam eſt ducens ſua longitudine ad hydropem, & eſt in ſummo difficilis curationis quum confirmatur*; & hæc de prognoſtico.

Circà curam quatuor inſurgunt intentiones, quarum prima eſt victus ratio, quæ debet declinare ad frigidum, ſicut ſunt ptiſana, panis in iure amygdalatus, & ſimilia; potus ſit aqua hordeacea cùm ſacchato &c. Secunda intentio eſt humoris præparatio, quæ fit cùm ſyr: roſ:, de granatis, de cydonijs, de myrtho cùm ſuis aquis, aut decoctis. Tertia eſt euacuatio, quæ fit cùm rhabarb:, caſſia, diacatholicon:, aloe lot:, hyera ſimpl:, & vomitiuis ſupradictis &c. Quarta eſt roboratio ventriculi, ac diſcraſiæ derelictæ ablatio, & hæc fit cùm ſacchato roſ:, diarrhodone abbat:, confectione de tria ſandalis, & ſimilibus; extrinſecùs verò cùm oleis, emplaſtris, & ceratis eandem vim ſeruantibus; aut ſic in materia nimis humida; prima erit circà victum, nàm cibandi ſunt exicanti, oriza, & pane etiam aliquibus adſtringentibus, vt malis punicis, pyris, malis cydonijs, vel diacydonide; conueniunt etiam teſtes gallinacei, & piſces ſaxatiles &c. Secunda eſt humoris frigidi præparatio cùm rhodomele, ſyr: de menta, de abſynthio, cùm decoctis, vel aquis mentæ, abſynthij &c. Tertia eſt euacuatio, quæ fit per ſolutionem ventris, ac per vomitum, maximè materia in ſuprema parte ventriculi contenta, cùm dictis vomitiuis, aut euacuantibus, cùm pillulis alephanginis, maſticinis, & de hyera ſimplici, diaphinicone, & diacydonide ſolutiuo &c. Quarta eſt ventriculi roboratio, ac diſcraſiæ derelictæ ablatio, & perficitur cùm exterioribus vnguentis calefacientibus, ſtypticitatem in ſe habentibus, quale eſt oleum de ſpica, de abſynthio, de maſtiche, de menta, de cydonijs; item cùm emplaſtris, & ceratis ex menta, abſynthio, roſis, ſeù antos, ſpica, balauſtijs, galanga, cypero &c.; roboramus etiam cùm interioribus electuarijs adhibitis quale eſt aromaticum roſ:, diacyminum, diagalanga, diacydonis, cùm ſpeciebus, & ſaccharo, & alia ſimilia.

Conferunt lyentheriæ fotus ex balauſtijs, radix bedegnar, caſtanea, & cupreſſus, aqua, vel vinum, in quo fuerit extinctum ferrum ignitum, fex vini cùm aqua myrthi, fraxinus, charabe, licium, lini ſemen, margaritæ, oſſifragaanus, polygonum, hypociſtis, zing b r. Compoſita, athanaſia Nic:, diacydonis Nic:, mithridatum Nic:, cùm decocto balauſtiorum, myua, michleta, requies Nic:, pillulæ cynogloſſæ, laudanum nepentes, pilluiæ ſtypticæ Nic:, electuarium noſtrum, electuarium de myrtho Meſ:, confect: de myrtho Meſ:, confectio de ſeminibus Meſ:, & ſimilia.

Exem-

Exempla ad hoc.

SYmon Ruatinus à Miano annorum 39., temperamenti mixti, aliquantulùm imbecillis, à multis menſibus laborabat lyentharia. Vocatus iuſſi vinum Calicis bis ad vnc: 7., multaque euomuit porracea, indè applicui regioni ſtomachi ceratum noſtrũ ſtomachale, & ſũpſit per 15. dies dr: 1. prò vice electuarij adnotati in exẽplo cap: 42., vltrà quod ſumebat etiam cochlear vnum olei ſaccharati, in quo erant eſſentia roriſmarini, elexir proprietatis, eſſentia corticum citri, eſſentia mentæ, & ſic liberatus eſt. Eodem modo ſanata extitit quædam Andreſilla Lucæ à Vaſtia, annorum 23., quæ hoc morbo à ſex menſibus laborabat.

Aliud.

ROgerius Fratinus à Luignano pariter laborabat lyentharia à 18. menſibus, & bis fuit à me purgatus cùm Aureato per vomitum, & per ſeceſſum, indè præbui pillulas maſtichinas bis in hebdomada per menſem, & comedebat quotidiè per aliquos dies bina oua frixa, in quibus ponebantur tria folia ſaluiæ, bina folia mentæ Græcæ, tres cymæ mentæ, & ſcrup: 1. maſtichis, cùm quibus conualuit.

Aliud.

PEtrus Dominicus Pardus à Vaſtria annorum 19. à quindecim diebus laborabat lyentharia, in formam dyarrhææ. Accerſitus iuſſi ſyr: acetoſ:, mel: roſ: an: vnc: ß, aquæ fæniculi, abſynthij an: vnc: 2. ß: per quinque dies, indè ſumpſit vinum Calicis; poſteà fuit applicitum regioni ſtomachi ſplenium mentæ, & panis infuſi in aceto; & per multos dies ſumpſit ſequens compoſitum, ſemel in quatuor diebus, videlicet ℞: ſyr: de menta vnc: ß:, diaolibani, myuæ aromaticæ, maſtichis, zingiberis conditi an: drag: 2., diarrhodon: abbat: drag: 1., m:, & cap:, ſicque morbus euanuit.

Aliud.

IO: Vincentius Matthæus à Luignano pariter tali vexabatur morbo; ſumpſit primùm vinum Calicis, indè ſtomacho applicuit ceratum ſtomachale, & per aliquot dies cæpit dr: 1. prò vice electuarij notati in 1. exẽplo cap: 42. de imbecillitate viriũ, & hoc vſu euaſit liber. In his morbis enim ego ſemper vſus ſum purgantibus vomitiuis, aut ſolutiuis in principio, indè roborantibus ſtomachum, vtpotè vnctionibus, ceratis, emplaſtris, alijſque ſpecificis.

Caput LIV. De Dyſintheria.

DOctor egregie. Morbus, quo hic vir laborat à Græcis dicitur Dyſintheria; Latini verò difficultatem inteſtinorum, ſeù Torminam vocant, nec aliud eſt quàm fluxus ventris ſanguinolentus, cùm excoriatione, & vlcere inteſtinorum, qui ſi ab externa cauſa, fit ſicut à frigiditate, ardore venenatorum pharmacorum, potu, & ab acribus cibis &c.; ſi ab interna, fit ab humoribus acribus paulatiuè excedentibus, ſicut à bile, pituita ſalſa, ab atrabile exuſta, vel ab aliquo abſceſſu abrupto, & ſimilia. Hæc, quam nunc præ manibus habemus à bile mixta pituitæ ſalſæ prouenire mihi videtur, quia adeſt frequens premitus, & ſæpè ſanguis, & ſtilla inteſtinorum expelluntur; denotat etiam vomitus bilioſus mixtus, nauſea, & ſingultus, fieri per conſenſum ventriculi, & craſſorum inteſtinorum, quia grauitas, mordicatio, & dolor ſunt ſuprà vmbilicum, vt inquit Gal: 1., & 6. de loc: aff: cap: 1., & 5., & vltimo, & Auic: 16. cap: 3., & Paul: lib: 3. cap:

42., &

42., & Aetius ſer: 9. cap: 40.; ſic & ætas, complexio, anni tempus, & præcedens regimen idem confirmant, vndè eius indiſpoſitio in cap: de dyſinthæria ab humoribus bilioſis, acribus, & erodentibus ponenda eſt.

Circà prognoſticum Hipp: aphor: 2. aphor: 14. *in profluuijs alui mutationes excrementorum iuuant, niſi ad mala mutatio fiat*; & aph: 5. aph: 34. *mulieri vtero gerenti, ſi aluus plurimùm perfluat, periculum eſt ne abortiatur*, & Aitic: 16. tract: 1. cap: 2. *magna effuſio ſanguinis poſt dyſinthariam valdè mala, quia ad intima adeò penetrarunt vlcera, vt venæ ſcindantur, & perducunt ad hydropem*, & Aetius ſer: 9. cap: 43. *dyſinthæria in colon, aut recto conſiſtens facilè curatur, quæ verò in tenuibus inteſtinis maximè in ieiuno, quæ poſt abſceſſum eruptiones fiunt, graues ſunt*, & hæc de prognoſtico.

Circà curam, vt inquit Paul: lib: 3. cap: 42. quatuor intentiones requiruntur, quarum prima verſatur circà regimen victus, vndè cibaria ſint oua ſorbilia, hepar gallinarum, ſorbitiones frumentaceæ, & lac, oriza dulciarij panis, & amylum, & pultes ex alica, oriza, millio, & ſimilia; conceditur interdùm ob ſtomachi imbecillitatem vinum; cæterùm aqua pluuialis frigida conuenit. Secunda intentio eſt euacuatio humoris ſtatim non expectata digeſtione, & hæc fit cùm myrabolanis citrinis, & rhabarbaro non vſto, & facta aliquali euacuatione tunc materiam præparamus cùm ſyr: roſ:, de cydonijs, de endiuia, myrthino, cùm aquis endiuiæ, plantaginis, acetoſæ, roſaceæ, & facta digeſtione iterùm euacuamus cùm rhabarbaro, & prò roborando hepate epithema paramus cùm ſandalis, roſis, aqua endiuiæ, roſarum, ſpodio, & ſimilibus; deindè ſtyptica exhibenda ſunt; ſi ſanguis abundat, vena ſecanda eſt. Tertia intentio eſt circà excoriationem, quam tunc lauare, & conglutinare opus eſt; lauamus autem cùm aqua hordei, vitellis ouorum, & ſaccharo rubro omnibus per clyſterem infuſis; conglutinamus cùm albumine ouorum, gummo arabico, adipe ex renibus caprarum, oleo roſaceo, cùm bolo armenio, tragachante, iure pingui, & aqua hordei, omnibus paritèr per clyſterem infuſis; deindè abſtergere, & conſolidare, vndè mundificamus cùm decocto furfurum, frumenti, vel aqua mellis, iure cicerum rub:, aqua lactis, vrina, lixiuio dulci, vino rubro, rhodomelle, vel decocto piſcium ſalitorum, & oliuarum, demùm cùm decocto de trochiſcis de arſenico, & ſimilibus. Conſolidamus poſteà cùm rebus ſtypticis, quale eſt decoctum lentium, roſarum, balauſtiorum, cortic: granatorum, ſumach, coriandrorum, & addimus boli armenij, ſanguinis draconis, terræ ſigillatæ, thuris an: drag: 1., ouorum binos vitellos vt clyſter magis inteſtinis adhæreat. Quarta intentio eſt fluxus cohibitio, ne ex ſuperfluo fluxu virtus proſternatur, idcircò intrinſecùs conueniunt ſyr: roſ:, de cydonijs, de granatis, trochiſci de ſpodio, cùm ſemine acetoſæ, ſaccharum roſ: antiquum, triaſandali, myua cydoniorum cùm corallijs, ſpodio, ſandalis &c., quæ niſi profuerint, ad narcotica procedendum, vt cùm athanaſia, phylonio Romano, vel cùm ſuppoſitorio ex licio, quod filo complicandum eſt, vt cùm lubeat poſſit extrahi. Extrinſecùs autem proſunt linimenta ex oleo myrthino, maſtichino, vel de cydonijs, cùm aliquo puluere ſtyptico, vel emplaſtro de diaphinicone Meſ:; proderit etiam ſuffumigium, ſiuè lauacrum ex vino rubro, in quo ſtyptica aliqua concocta ſint, lauando manus, & pedes, vel fumo imponere recipiendo, ferro continuè in dicto vino excandeſcente extinguendo, & alia ſimilia.

Conferentia dyſinthæriæ ſunt acacia, hypociſtis, balauſtia, galla, gum: arabic:, bolarmenus, ſpodium, granata, berber, acetoſa, portulacæ ſemen, coriandrum, plantago, roſa, myrthus, mora immatura, cydonium, glans, aqua calybeata, camphura, lythargirium, panicum, millium, phlomos, nenuphar, cornu cerui vſtum, pyra pontica, papauer, lapis hæmatitis, ſanguis draconis, charabe, agreſta, bleta nigra, corallium, corigiola, tragachantum, lactuca, aut lentes, neſpila, hordeum, opium, ſemperuiua. Compoſita ſunt rob: de ribes, de berberibus, de cydonijs, trochiſci de charabe, de terra ſigillata, de ſpodio, emplaſtrum diaphiniconis Meſ:, electuarium de ſorbis, michletæ, diacydonis, diarrhodon Nic:, ſaccharum roſ: antiquum, triaſandali, manus Chriſti perlati, & cùm corallijs; aut calida ſunt vinum nigrum ſtypticum calybeatum, thus, cyminum, aniſum, cortic: citri, colophonia, laudanum, caſeus, coagula, nuclei dactylorum, oriza,

acorus,

acorus, althæa, aqua piſcium ſalſorum, butyrum, bitumen Iudaicum, caro leporis, charta combuſta. In clyſtere cupreſſus, fænugræcum, lignum aloes, maſtiche, rhabarbarum, adeps caprinus, hyrcinus, arietinus. Compoſita ſunt theriaca antiqua, & phylonium, athanaſia magna Meſ:, & Nic:, trochiſci de eupatorio, laudan: nep:, & alia ſimilia.

Exempla ad hoc.

OPus eſt in fluxibus ſanguinis diſtinguere dyſinthæriam à fluxu hepatis, & à fluxu hæmorrhoidali; dyſinthæria enim cognoſcitur à permixtione ſanguinis in fecibus cùm dolore acerbiſſimo, ac inteſtinorum vlcere. In hepatico non inſunt dolores tàm magni, & ſanguis exit fruſtillatim, vtpotè gelatus; & in fluxu hæmorrhoidali ſanguis poſt feces exit.

Antonius Paulinus à Vaſria annorum 28. à quinque diebus laborabat dyſinthæria cùm febre acuta, fueratque à Medico ordinario purgatus cùm potione, in qua ebullierant myrabolani, & tamarindi, & poſteà cùm rhabarbaro vſto; fuerant facta clyſteria cùm lacte, & celebrata phlœbotomia, adhuc tamen pluſquàm per 40. vices in nocte euacuabat cùm dolore acerbiſſimo corporis, laborabat enim etiam Teneſmo. Acceſſitus ego præſcripſi clyſterem cùm aqua de camomilla, & lacte calybeato, cùm pauco opio, & camphura, qui fuit tèr replicatus. Eodem veſpere præbui laudani nepentes gr: 3., & in nocte quieuit; in die ſequenti fuit renouatum clyſterium, & ſerò dedi dictum laudanum cùm drag: 1. confectionis hyacinthi; altero die fuit pariter replicatum clyſterium, & etiam præbui ſequens compoſitum ℞: confect: myuæ cydoniorum vnc: 1., conſeru: flor: granator: vnc: ß:, croci Martis adſtringentis drag: 2., m:, & hoc ſumpſit in vno tantùm die, ad drag: 2. prò vice, & ſic morbus diſceſſit.

Aliud.

RAnucius Melſus à Vaſria à quatuor diebus vexabatur paritèr dyſinthæria, & febre. Præſcripſi hanc compoſitionem ℞: flor: borragin:, bugloſſæ, roſ: rubr: an: png: 1., corticis myrabolan: citrin:, cortic: aranc:, ſemin: plantagin:, endiuiæ an: dragm: 2., aquæ plantagin: q: ſ:, f: decoct: ſec: art:, de quo accipe q: ſ:, rhabarbar: elect: dragm: 2., michletæ drag: 2. ß:, f: pot:, cap:. Quotidiè fiebat clyſterium ad vſum ſupradictum, & ſumebat quolibet veſpere duas ex noſtris pillulis adſtringentibus, & ſpatio trium dierum euanuit dyſinthæria, & poſteà ſumebat conſeruas granatorum, cydoniorum &c. cùm quibus optimè ſe habuit. In his morbis non reperij efficaciora remedia laudano nepent:, & pillulis noſtris adſtringentibus, dummodò corpus ſit purgatum, & iuxtà regulas artis adhibeantur.

Aliud.

IN Oppidis Cacciæ, Iuuellinæ, & alijs contiguis Cyrnææ Inſulæ erat quædam generalis influentia dyſinthæriarum malignarum, cùm morte plurimorum, & cùm ob deficientiam Aromatariarum non eſſet recurſus ad pharmaca compoſita, erat opus vti ſimplicibus, & empyricis; ſed vſus variorum medicamentorum nullum ferebat iuuamen, vndè quadam die me conferens cùm duobus ſeruis in montem collegi ſequentes herbas, ſcilicèt plantaginis, burſæ paſtoris, virgæ paſtoris, caudæ equinæ, lappatij acuti, lappæ maioris, & minoris, conſolidarum omnium, vincæ peruincæ, ſaniculæ, piluſellæ, ſtellariæ, pimpinellæ, veronicæ, hæderæ terreſtris, vrticæ an: man: 2., ſummitat: ciſti, ſtœados, omnium abrotan:, ſummitat: cupreſ:, ſummitat: leſtinci, ſummitat: ruuorum, fol: alni an: man: 1., cortic: granator:, veſtium glandium, gallutiar:, prunor: acerbor:, hypociſtid: an: vnc: ß:, iuſſi ebulliri omnia in aqua fabrorum,
indè

indè ex hoc decocto præſcribebam fieri clyſteria, cùm ſucceſſu tàm optimò, vt quaſi innumeræ dyſinthætiæ hoc vſu euanuerint, poſtquàm adhibita fuerant tèr, aut quatèr clyſteria.

Aliud.

IN Valle Ciuitatis Ducalis quodam Autumno paritèr aderat huiuſcemodi influentia, & omnes ægrotes curaui fortè illuc peruentus cùm vomitiuis in principio, emplaſtris ſtomacalibus, fumentis in ſtomacho, & clyſteribus primò lenitiuis, indè anodinantibus cùm lacte &c., indè cùm aſtringentibus, & ex 94. ægris, vetula quædam annorum 68. tantùm perijt. Cuiuslibet ætatis infirmis præbebantur cordialia, & alexipharmaca, aliquibus verò, ſed paucis, Laudanum.

Caput LV. De fluxibus Hepaticis.

DOctor egregie. Vir iſte bilioſus eſt, indè morbus eſt fluxus ventris, vndè omnis, qui vitio hepatis accidit, hepaticus ſolet appellari, & eius ſpecies ſunt nouem, vt chyloſa, pituitoſa, bilioſa, atrabilaris, ſanguinea, lotiua, fætida, virulenta, & vltima, quando caro hepatis nigra, & craſſa expellitur. Chyloſa igitur eſt, quando pars chyli, vel totus chylus egreditur, & hoc vitio hepatis & non ventriculi. Pituitoſa duplex, altera à craſſiori pituita, altera ab aquoſa. Bilioſa verò etiam varia, & multiplex eſt, iuxtà bilis ſpecies, ſicut flaua, vitellina, praſſina, eruginoſa &c. Atrabilaris ſimilitèr fluxus niger eſt, ſicuti ſanguis niger, aut vini nigri fex, aut melancholiæ per aduſtionem bilis genitæ, aut melancholiæ naturalis, vel per aduſtionem pratèr naturam genitæ. Sanguinea, quam cruentam vocat Galen: interdùm retinet proprium colorem, interdùm ſanguis niger eſt, interdùm paucus, aut multus, interdùm continuus, aut interpolatus. Lotiua verò eſt fluxus rei aquoſæ, quæ tendit ad colorem rubeum, & eſt ſicuti carnis recentis lotura. Fætida eſt fluxus rei fætentis, ſiuè ſit humor, ſiuè ſanies, ſiuè hepatis ſubſtantia corrupta. Virulenta eſt fluxus rei ſubtilis tendentis ad citrinitatem, aut rubedinem ad modum virulentiæ. Vltima eſt fluxus, ex quo res nigra non facilè diuiſibilis egreditur, & eſt ſubſtantia hepatis per putrefactionem, vel aduſtionem ſeparata. Chyloſi fluxus ſunt, quia chylus eſt pluris quantitatis, quàm prò nutriendo corpore decet, aut hepatis copiam chyli continere non valentis obſtructio. Signa manifeſta ſunt, quia chylus eſt albus, & ſubtilis, vt ptiſana hordeacea, à paruitate hepatis, quia iuuatur à paucitate cibi. Cauſa pituitoſi fluxus eſt mala complexio frigida hepatis deſtruens digeſtiuam facultatem, & cognoſcuntur ex colore faciei, & oculorum, & ex præcedenti regimine, vt ex comeſtione fructuum, ex potu aquæ ſuperfluo, & ſimilibus. Cauſæ fluxus melancholici ſunt mala intemperies hepatis calida adurens, aut frigida congelans, aut vlcus in ſubſtantia hepatis emittens pus nigrum, aut obſtructio hepatis, qua patefacta exeunt denigratæ materiæ iamdiù retentæ, aut imbecillitas facultatis retentiuæ, & alteratricis, fęcalem fluxum inducens. Signa apparent ex colore materiæ nigro tendente in rubeum, & eſt veluti fex vini, vel ſanguinis nigri congelati, & lucet, & fætet, & alia ſimilia. Cauſæ fluxus ſubſtantiæ hepatis ſunt putredines, aduſtiones, vlcera corrodentia ſubſtantiam hepatis. Signa ſubſtantiæ hepatis ſunt nota quotiès res exiens ſimilis eſt hepati, quod nil aliud eſt, quàm ſanguinis coagulum, nec diuidi poteſt, nec in aqua ſolui, ſicut fruſtum ſanguinis concreti, quæ omnia ab hoc noſtro patiente abeſſe manifeſtiſſimè videntur. Erit igitur fluxus bilioſus hic, quem nunc præ manibus habemus, vndè cauſa bilioſi fluxus eſt copia bilis genita ab intemperie hepatis calida, & regimine calido, qualis eſt vſus ciborum acrium amarorum, & ſalſorum. Item ira, & motus in ſole, febres ardentes, & obſtructiones, ciſtifellei & quæcumque poſſunt ſanguinem adurere, & bilem gignere, & cognoſcitur per colorem, & ſubſtantiam eius, quod egreditur, & lentam febrem, & vrinam, quæ eſt valdè tenuis,

ſubruſa, intenſa, & pauca, vt inquit Gal: in art: Med: cap: 88., & 9. de comp: Med: per loc: cap: 5., & 2. de loc: affect: cap: 5., & 6. cap: 1., & Paul: lib: 3. cap: 42.; ſic et ætas, complexio anni tempus, & præcedens regimen idem ſuadent, vndè eius indiſpoſitio in cap: de fluxu hepatis eſt ponenda, qui à materia billioſa proueniat.

Circà prognoſticum Hipp: aphor: 7. aphor: 56. *quibus hepar aqua plenum in omentum eruperit, ijs venter aqua repletur, & moriuntur*, & Arculanus: *fluxus cholericus perducit ad excoriationem, & vlcera inteſtinorum, prout cholera erit magis, vel minus acuta, ac aduſta, & curatur, niſi ab apoſtemate ortum habuerit*, & Hipp: aphor: 4. aphor: 21., & 22., & 23., & Auic: 6. tract: 2. cap: 1.; & hæc de prognoſtico.

Circà curam, cùm fluxus prouenit ab obſtructione, & debilitate facultatis attractoriç, tunc tres intentiones ſunt obſeruandæ, quarum prima eſt digeſtio, quæ fit cùm ſyr: de duabus radicibus, byſanthino, oxymelle ſimplici, ſyr: de eupatorio, de cicorio cùm rhabarbaro, & cùm aquis aperientibus, qualis eſt aqua abſynthij, fæniculi, cuſcutæ, cicorij, quibus etiam interdùm adhibemus ſyr: de endiuia, roſat:, & ſimilia. Tertia eſt malę complexionis derelictæ in hepate ablatio, quæ perficitur cùm confectionibus, & electuarijs, qualia ſunt diacalamentum, diacynnamomum, theriaca, diacurcuma, trochiſci de lacca, de rhabarbaro, de eupatorio, aut diarrhodon, triaſandali, cùm ſeminibus frigidis aperientibus. Deindè omnis fluxus hepaticus, ſiuè à caliditate, ſiuè à frigiditate productus quatuor intentionibus curari debet; primò regimine victus; ſecundò remouendo cauſam ipſius fluxionis hepaticæ; tertiò roborando omnes facultates hepatis; quartò corrigendo ſymptomata. Regimen in fluxu chyloſo erit vt plurimùm ſiccum cùm ſtypticitate aliqua temperata victus; in fluxu billioſo regimen ſit frigidum, et humidum cùm temperata ſtypticitate; in melancholico calidum, et tenue moderatè iuxtà longitudinem, et breuitatem morbi cùm virtutis robore, et alia ſimilia. Secunda intentio, quæ eſt remotio cauſæ fit per colagoga, ideſt vomitoria, item cùm decocto prunorum, tamarindorum, myrabolanorum citr:, rhabarb:, aut diacatholicone, aut diaphinicone, ſyr: roſ: ſolut:, et alijs ſimilibus. In fluxu melancholico cùm myrabolan: Ind:, epithymo, ſena in ſero decoct:, cùm confectione amech; aut fiat ſectio venæ, et aperiantur hæmorrhoides, et ſimilia. In fluxu lotiuo educatur aquoſitas multiplicata per ſeceſſum, per vrinam, per ſudorem, etc. In fluxu fætido procedatur cùm mundificantibus, et ſolutiuis, prout humor corruptus exigerit, vtputa cùm aqua hordei, aut hydromelle, oxymelle, aut cùm decocto prunorum, tamarindorum, myrabolanorum citr:, et ſimilibus. Tertia eſt roboratio facultatis hepatis, et diſcraſiæ, et hæc cùm paſſul:, piſtac:, auellan:, cynnamom:, hepate lupi, carne limacium, croco, aut cùm endiuia, cicorio pimpinel:, ſandalis, vino granatorum, aqua plantaginis, portulacæ, cùm camphora; in melancholico cùm ſyr: de abſynthio, de eupatorio, de epithymo, cùm diagalanga, diacalamento, theriaca, mithridato, cùm electuario de paſſulis Auic:, et quibuſcunque in cap: debilitatis hepatis dictis. Quarta eſt accidentium correctio, quę fit cùm mundificantibus, et abſtergentibus, vtputa cùm aqua hordei, adipe renum caprę, albumine oui, et vitello, oleo violaceo, etc. Dolor auferatur cùm clyſterijs, modò aſtergentibus, modò anodinis, modò ſtupefacientibus, prout opportunum videbitur, vt inquit Auic. 16. tract: 2. cap: 1. etc.

Conferunt fluxui hepatico bolus cyprius potus, vel per clyſterem impoſitus, emplaſtrum diaphinicoņis Meſ:, hepar lupi, dando cochlear vnum in mane, et paſſulę cùm ſaccharo multùm commendantur, ſpodium etiam ſingulariſſimum eſt, et electuarium hoc, quod ſic deſcribitur ℞: diacurcumę, paſſular: an: vnc: 1., rhabarb:, hepatis lupi an: drag: 1., ſpodij drag: ß:, et cùm ſyr: de byſant: f: electuarium; etiam electuarium de vino Auic: confert, et alia ſimilia.

Exem-

Exempla ad hoc.

IIſdem pharmacis ſum in huiuſcemodi morbo vſus, quibus in lyenthæria, primùm enim corpus purgaui, indè adſtringentibus tàm in clyſteribus, quàm in medicamentis internis manum præbui; ſemper roboraui ſtomachum ſpecificis deſcriptis in cap: de lyenthæria; ſed inter multa medicamenta nullum melius hepate lupi ſicco præparato reperij.

Cap: LVII. De Teneſmo, ideſt inteſtinali fluxu.

DOctor egregie. Hæc eſt inteſtinalis ægritudo à longaone inteſtino proueniens, nec aliud eſt, quàm mala recti inteſtini diſpoſitio, in qua adeſt quædam prompta egerendi cupiditas, cùm gemitu, ac conatu ægri, paucis admodùm ſequentibus excrementis muſcoſis, ac ſanguineis, eueniens ab inflammatione fixa in recto inteſtino. Signa inflammationis ſunt grauitas, & dolor continuus, qui nec emiſſione ſtercoris, atque excrementorum remouetur, & difficultèr excernitur, vt inquit Gal:6: de loc: aff: cap: 1., & lib: definit: Medic:, & Paul: lib: 3. cap: 41., & Auic: 16. tract: 2. cap: 16.; ſic & ætas, complexio, anni tempus, & præcedens regimen idem confirmant, vndè eius indiſpoſitio in cap: de fluxu inteſtinali ob inflammationem ponenda eſt.

Circà prognoſticum Razes 8. cont:: *Teneſmus plurimùm fit poſt dyſinthæriam, & qui non fit poſt dyſinthæriam eſt leuioris curæ.* Idem aſſerit Auic: dicens: *facilius eſt id, quod non ſuccedit dyſinthæriæ*, & 16. tract: 1. cap: 2. *ſic ſingultus cùm accidit habentibus fluxum ventris, & propriè habentibus teneſmum, eſt ſignificatio mala, ſignificans ſiccitatem facientem rarefactionem*; & hæc de prognoſtico.

Circà curam remoueatur cauſa cùm diuerſionibus, & euacuationibus, cùm clyſterijs ex aqua hordeacea, ſaccharo, & vitellis ouorum, rhodomelle, aqua cicerum, ſero caprino; fit etiam diuerſio cùm vrinam, vel ſudorem prouocantibus, cùm cucurbitulis, frictionibus, & ſimilibus; item cùm oleo roſ:, myrthino, aut camomillino, anethino, & ſiſamino, aut oleo liliorum alb:, adipe renum capræ, bdellio, butyro, &c. Si ab vlcere fiat, tunc elotis primùm, ſi quæ fuerint, fecibus, vlcus abſtergatur cùm hydromelle, vel rhodomelle; ſi putredo, addatur aqua ſalſa, vel decoctio aluminis, quibus interdùm addi poteſt vnguenti Ægyptiaci vnc: 1., quo deindè repurgato, tunc his, quæ ad cicatricem perducunt, opus erit; quod ſi dolor magìs vrgeat, nec per anodina ceſſare velit, tunc vrgente neceſſitate, ad ſoporifera veniendum, inter quæ laudatur ſuppoſitorium cùm licio filo appenſo, vt ad libitum poſſit remoueri; item athanaſiæ Nicol: drag: 1., aut laudani gr: 3. & alia ſimilia.

Inducunt teneſmum colochynthis, euphorbium, ſarcocolla, ſcammonium; conferunt teneſmo adeps ſuis, lac calybeatum, adeps caprinus clyſterizatus, balauſtium, bdellium, braſſica, cauda equina, colophoniæ ſuffumigium, fænugrecum, ſuffumigium gum: arabic:, ius galli veteris, piſcium, charabe, lac aſininum, licium, lini ſemen coctum cùm oleo roſ:, malua, & eius mucilago, naſturtium, myrrha, cùm olibano, & croco, oleum perſicorum, origanum, pini cortex, porrum, pſyllium, ſauina ſpica, ſtoracis ſuffumigium, phlomos, therebinthina, ruta, confectio de ſtorace Meſ:, electuarium nigrum Hali 26. antidot:, michleta Auic: 45., troc: de Almezereon, de balauſtijs Auic: 8. quinti, & alia ſimilia.

Exempla ad hoc.

IN hoc morbo vſus ſum etiam eiſdem medicamentis, quibus in ſuperioribus capitulis, antedictos enim morbos perſępè comitatur teneſmus. Ad arcendum dolorem adhibui pilulas adſtringentes, laudanum nepentes, & multotiès cùm optimo ſucceſſu vſus ſum

tutun-

tunda cùm herba, & ſucco hyoſcyami, ſic etiam ſumentis, & clyſteribus cùm oleo hyoſcyami, & ſimilibus ſtupefactiuis, & conſolidatiuis, addendo multotiès lac calybeatum.

Cap: LVII. De Doloribus in genere, & primùm de Dolore Colico.

DOctor egregie. Temperatura huius Nobilis Comitis Illuſtriſſimi Guaiazi eſt, vt mihi videtur, calida, & ſicca, indè morbus eſt dolor, qui nil aliud eſt, quàm triſtis ſenſatio à ſubita, ac violenta mutatione facta. Differentiæ igitur dolorum ſumuntur à loco, vt ſi dolor ſit in omnibus inteſtinis, vel in eorum parte, ſi verò ſit in omnibus, tunc erit, vel cùm motu, vel cùm quiete; ſi cùm motu, erit tentio, ſi cùm quiete, erit nomine generis dolor; at ſi ſit in parte, vel erit remiſſus, & vocatur ab Auic: punctio; vel intenſus, & in craſſis inteſtinis, & erit colica diſpoſitio; ſi in gracilibus erit ileos, ſiuè voluulus. Rursùs dolorum ſpecies ſunt ſex, ſcilicèt punctoria, grauis, ſtimulans, extenſiua, pulſatilis, & vlceroſa, vndè punctorius dolor circà membranas potiſſimùm conſiſtit; grauis circà hepar, lien, renes; ſtimulans circà partem oſſibus vicinam; in cute fieri poteſt extenſiuus, & tunc pertinet ad partes, quibus nullæ ſunt arteriæ, cuiuſmodi ſunt membranę, cutis, adenes, & ſimilia, quoniam inflammatæ extenſiuo tantùm dolore vexantur; pulſatilis circà ipſas arterias, vel in partibus ipſas continentibus, & in inflammationibus conſiſtit; vlceroſus non ſolùm ad cutem, ſed ad imas quoque partes, velut ad oſſa extenditur, & ſimilia. Sex ſunt inteſtinorum differentiæ; primum vocatur duodenum; ſecundum ieiunum; tertium longum, ſeù gracile, aut ileon, vbi generatur affectus iliacus tàm pernicioſus; quartum monoculum; quintum colon, in quo fit paſſio colica; ſextum longaon.

Cauſæ ſupradictorum dolorum ſunt, quia punctorius, vlceroſus, & ſtimulans fiunt à bilioſo, vel pituitoſo humore ſalſo, aut corrupto ſanguine, aut à vermibus ſuis aculeis pungentibus, aut à quouis vlcere; grauis verò, extenſiuus, ac pulſatorius à materia pituitoſa craſſa, vel ab atrabile grauante, & extendente, vel à flatu incluſo aut à copia alicuius materiæ extendentis & ſimilibus; vt inquit Galen: 12. meth: cap: 7., item 1. de elementis, item in libro de placit: Hipp:, & Platonis, & in lib: de conſt: art: Med: cap: 8. item de inæquali intemper: cap: 3., item de ſympt: diff: cap. 3., & 2. de loc: aff: cap: 3: 7., & 8. vbi loquitur de morbo colico.

De Dolore colico.

DOctor egregie. Morbus inteſtini plenitris, quod Græci colicon vocant, nil aliud eſt, quàm dolor ſatìs intenſus in inteſtinis craſſis, & maximè in colon vocato, cùm quo ea, quæ à natura ad inferiora expelluntur, difficultèr exeunt, vt ſunt humores, excrementa, vermes, flatus, & ſimilia. Cauſæ ſunt, aut intemperies calida, quæ dupliciter colicam efficit, vel nimìs calefaciendo, vel nimìs reſoluendo, & feces exſiccando; aut frigida, vel obſtruendo, vel facultatem expulſoriam imbecillem reddendo, & hæc eſt, qua nunc laboramus, vt indicia oſtendunt; quia primùm variatur conſuetudo excernendi, & minimum eſt quod excernitur, & appetitus minuitur, & quùm ad incrementum tendit dolores creſcunt, & aluus ſiccior euadit, ità vt flatus ne quidem egredi poſſit, indè ſitis, & vigiliæ multiplicantur, ità & ſatietas, cruditas, & otium præceſſerunt, & adeſt grauitas, & obtuſus dolor, adeòque abſque dubio pituitoſam eſſe exiſtimamus, vt Galen: inquit 2. de loc: affect: cap: 5., & 12. meth: cap: vlt:, & Auic: 16. tract: 3. cap: 10., & Paul: lib: 3: cap: 43.; ſic & ætas, complexio, anni tempus, & præcedens regimen idem confirmant, vndè eius indiſpoſitio in cap: de Colico dolore à materia pituitoſa mixta ponenda eſt.

Circà prognoſticum Hipp: 2. prognoſticor: cap: 13. ait: *dolores, qui cùm febre affligunt*

circà lumbos, & infernas ſedes, ſi præcordia attigerint infernas ſedes relinquentes, exitiales admodùm ſunt; & Galen: 12: meth: cap: vlt: ait: *colica, quæ à ſiccitate contingit inſanabilis eſt*, & Auic: 16. tract: 3. cap: 8: & 9.: *ſi colica erit incolumis retentio, non erit vehemens, & dolor mutabitur, & patiens ex adminiſtratione clyſteriorum ob exitum flatus, & excrementi quietem inueniet, ſi verò fuerit mortalis, aderunt fortitudo doloris, vomitus ad vomitum, ſudor frigidus, extremitatum frigus, rationis turbatio, ſpaſmus, & retentio excrementorum, & ſi veſtigium nigrum, vel bothor apparuerint poſtridiè moriuntur*, & hæc de prognoſtico.

Circà curam, omnis dolor in genere curam admittit dupliciter; primò remouendo eius cauſam, qua ablata dolor euaneſcit, ſed quia in ablatione cauſæ plura requiruntur, vt ſunt humorum præparatio, reuulſio, reſolutio, & euacuatio, quæ moram ad longum tempus trahunt, idcircò alia inſurgit curandi intentio, quæ eſt doloris remotio cùm anodinis ex caliditate, ac humiditate temperata conſtantibus, ex quibus plerumquè mala intemperies illius membri aufertur. His duabus etiam non perficientibus, tertia medendi ratio inſurgit, quæ dolorem cùm narcoticis membra ſtupefaciendo remouet, alijs præſertim non iuuantibus; ſi igitur inducias dederit dolor ab ablatione cauſæ incipiemus; ſin minùs, ſed intenſiſſimè ægrum cruciet, cùm ſecunda intentione procedemus, ſcilicèt cùm anodinis dolorem mitigantibus, quæ tùm intrinſecùs, cùm extrinſecùs applicari poſſunt. In horum num: laudantur enemata anodina, & lenitiua, ſicut ex decocto camomillæ, anethi, melliloti, ſemin: lini, fenugreci, maluæ, althææ, cùm caſſia extracta, & modico ſacchari, cùm oleo de ſemine lini, butyro &c.; conueniunt etiam iures pingues cùm croco, aqua decoctionis camomillæ, & ſimilia. Extrinſecùs conueniunt inunctiones, cataplaſmata, fotus, balnea, quæ parari poſſunt ex oleis camomillæ, anethi &c., cataplaſmata ex rebus anodinis &c., quæ omnia niſi contulerint, ad narcotica transeundum, inter quæ debilior eſt egethæa, quæ ſtupefacit, & reſoluit, parùm validior athanaſia, valentiùs eſt phylonium. A proprietate curant colicam ſtercus lupi, puluis inteſtini lupi, ac etiam oſſa meſpillorum, caſtoreum, lumbrici terreſtres pulueriʒati, laudanum nepentes, & ſimilia.

Ad curam igitur Colicæ pituitoſæ quinque intentiones requiruntur. Prima eſt ventris lenitio; ſecunda eſt humorum digeſtio; tertia eſt euacuatio; quarta reſidui reſolutio; quinta membrorum roboratio, quæ intentiones non ſolùm in pituitoſa, ſed etiam in bilioſa, & melancholica conducunt. Ventris igitur lenitio perficitur per lenientia, qualia ſunt clyſteria cùm caſsia, ſaccharo, hyera ſimpl:, cùm infuſione croci metallor:, & ſimilia. Digeſtio fieri poteſt cùm ſyr: de duabus radicibus, byſanthino, oxymelle ſimplici, & rhodomelle, modò materia ſit viſcoſa, ac craſſa. Euacuatio perficitur cùm hyera ſimplici, cùm diaphinicone, & aliquando cùm vomitiuis; notandum tamen eſt, quod materia in vijs ductuum exiſtens, abſque alia præparatione euacuari debet, iuxtà duo carmina à Iacobo Foroliuenſi poſita, quæ ſunt.

Synocha cùm colica, phreneſis ſquinantis, & antrax,
Materias crudas euacuare iubet.

Quarta quæ eſt reſolutio reſidui ſit cùm oleis rutæ, liliorum alborum, camomillæ, in quibus concocta ſint cyminum, fœniculum, & abrotanum, pulegium, aniſum etc., vel fiat cùm electuarijs calidis, vt cùm diamuſco, electuario de baccis lauri, aromatico roſ:, diagalanga, diacymino, cùm noſtris extractis antecolicis, aut pulueribus, et elexir proprietatis etc. Cibaria ſint in colica lenientia, ac roborantia ob appetitus imbecillitatem, ſintque calidiora, et ſicciora in frigidis doloribus, qualia ſunt porra, et allia, ſed ab initio morbi ieiunare oportet; in ſequentibus diebus cibaria ſint boni ſucci, vitentur cruditas, et ſatietas, vitentur etiam in genere omnia olera, legumina, graueolentia, et ſimilia. Conueniunt aqua, caro, vitelli ouorum, medulla panis in vino, et paſſulę. Cura fecum ſiccarum perficitur cùm lubricantibus, et mollientibus, vt cùm clyſterijs ex camomilla, anetho, althæa, violis, fœnugræco, cùm oleo amygd. dulc:, butyro, oleo camomillæ, anethi, ſeminis lini etc., vel cùm iure galli, in quo coquantur tamarindi, ſebeſten etc.

Indu-

Inducunt Colicam aqua aluminoſa, capita animalium, caſeus, vſus citri, cydonia pontica, cucurbita, ſaba, fungi, granatum ſyluestre, lac omne, pepones, menta, hordeum, pyra, tubera, & ſimilia. Conferunt Colicæ amygdala amara, & dulcia, apium, betonica, calamentum, chamæleon, carthamus, cataputia, caſſia fiſtula, centaurea, colocynthis, enula, eſula, euphorbium, galanga, galerita, auis carduelis, gith, ius galli decrepiti, hyoſcyamus, laurus, limaces, matricaria, myrabolani chebuli, naſturtium, ozimum, cyclamen, polypodium, radix piperis, ruta, ſagapenum, ſiſamus, ſtercora canis, capræ, columbi, lupi, & ſuis, vrtica, aqua mellis ferrea, diaphinicon, electuarium de baccis lauri, diapraſſium Nic:, diacydonis laxatiu:, diacyminum, electuarium Indum, eleſcoph:, phylonium Romanum, oleum de carthamo, laurinum, rutaceum, de piperibus, nardinum, liliorum, pillulæ iliacæ Almanſ:, fætidæ maiores Meſ:, ſagapenæ Auic:, theodoricum magnum Auic:, theriaca magna, troc: de violis, troc: de epithymo, & alia ſimilia.

Exempla ad hoc.

DOminus Santonius Alberinus à Valle Radina annorum 26., temperamenti pituitoſi, laborabat doloribus vehementiſſimis, ità vt ad extremum vitæ peruentus videretur. Iuſſi clyſterem factum cùm decocto camomillæ, mellilori, anethi, ſeminis lini, radicum althææ an: manip: 1., cùm additione ſacchari rubei, & mellis roſ: an: vnc: 3. ſſ:, olei camomillæ vnc: 3., vitellum ouorum, & ſalis dragm: 2., at reſtituit eodem modo clyſterem abſque iuuamine, quem replicaui, ſed fruſtrà; denuò iuſſi cùm iure pingui, & eiſdem herbis cùm additione butyri, adhuc tamen dolor non euaneſcebat; fiebant ſæpè vnctiones ad partem cùm oleo camomillæ, anethi, ac rete caſtrati calido; per os præbui hyeræ pigræ Galeni vnc: ſſ:, ſed incaſſum; fuit renouatum clyſterium cùm eodem decocto, in quo addidi dùm ebulliebat croci metallorum dragm: 2., ſed abſque effectu, vndè dedi per os pillulas ſeguentes ℞: pill: fætid:, aggregatiuarum, alephanginarum an: dragm: 1., f. pill:, cap:, ſed abſque, iuuamine; tranſiuit duos dies cùm iiſdem cruciatibus, indè dedi Aureati noſtri gr: 5., ſicque euomuit multa porracea, & pinguia, multaque per ſeceſſum eiecit, adhuc tamen dolor, licèt non tàm vehemens, continuabat; veſpere ſequenti iuſsi laudani nepentes gr: 4., & deſiit illa nocte dolor, in die autem ſequenti præbui extracti noſtri antecolici dragm: ſſ:, & tranſiuit quinque dies cùm paruo dolore, ſumendo verò per quinque dies dictum extractum antecolicum dolor euanuit.

Aliud.

BOnifacius Cattonius ab Orzena annorum 37., temperamenti mixti inter pituitoſum, & ſanguineum, vexabatur à doloribus acerbiſsimis, vt ſuprà. A Medico ordinario fuerant præſcripta in tribus diebus nouiès clyſteria, ſicque etiam purgauerat cùm medicamentis ordinarijs, quæ licèt multa euacuaerint, adhuc tamen dolor in priſtino manebat gradu, & quamuis dictus Medicus vſus fuiſſet narcoticis, ſcilicèt pillulis cinogloſſæ, adhuc tamen nullum tulerat iuuamen. Vocatus ego præſcripſi phlœbotomiam in pede ad extractionem vnc: 6. ſanguinis, & aliquantùm moderatus fuit dolor, poſteà præbui extracti antecolici dragm: ſſ:, cùm camphoræ eſſentia, & vino, ſicque dolor pauliſpèr deſiit; indè replicatum eſt per quinque dies dictum extractum, & fuerunt facta duo clyſteria, cùm quo vſu conualuit.

Aliud.

CLara Paulini à Vaſria annorum 21., temperamenti pituitoſi, cruciabatur iiſdem magnoperè doloribus, & poſt tria clyſteria, ſumpto Calicis vino extitit libera.

Aliud.

MArgarita Virgilij ab eodem loco laborabat paritèr dictis doloribus, & ſumpto bis vino cùm pulueris baccarum lauri, & herbæ turcicę an: drag: 1. abſque alijs remedijs euaſit ab omni dolore.

Aliud.

FIlius Caroli Leui à dicto loco annorum 17., ab eodem vexatus morbo laborabat in extremis, cui præbui vinum Calicis, & iuſsi clyſterem cùm eodem vino, & lacte, & poſt copioſam euacuationem dolores aufugere.

Aliud.

STephana Lucij à Luignano grauida, annorum 26. à doloribus ità vehementibus agreſſa eſt, vt proxima morti videretur. Iuſsi quædam clyſteria carminatiua, vnctiones in regione ſtomaci, & trochiſcos Quercetani per os, adhuc tamen dolor perſiſtebat; dedi Laudani gr: 3., & abſque alijs medicamentis ſoſpes fuit reddita.

Stupefactiuum Laudani in his morbis mirè confert, quando corpus ſit purgatum. In corporibus atrabilaribus iſtis doloribus laborantibus ſemper addidi in clyſteribus electuarium ſucci roſ:, & decocta compoſita ex rebus carminatiuis, cùm portulaca, endiuia, lactuca, interdùm cùm decoctis ſenæ, epithymi &c., ſed croco metallorum ſemper cùm optimo ſucceſſu ſum vſus.

In doloribus colicis cauſatis à ventoſitate vſus ſum decoctis pulegij, calamenti, origani, camomillæ, rutæ, cùm ſeminibus fœniculi, aniſi, cymini, carui, cùm baccis iuniperi, lauri &c. Inter carminatiua oleum ſeminis lini validius expertus ſum, quod ſæpè dedi per os ad vnc: 3., aut vnc: 4. cùm iulapijs, ac interdùm vſus ſum oleo amygd: dulc:, vtpotè multi Medici practicantur.

Caput LVIII. De Ileos.

DOctor egregie. Hic vir dolore vexatur, & Ileos mihi videtur eſſe, quem Latini voluulum vocant, nec aliud eſt niſi vehementiſsimus dolor tenuium inteſtinorum, cùm quo excrementorum per ſeceſſum difficilis fit exitus. Cauſa Ileos eſt, vel obſtructio inteſtinorum, vel retentricis facultatis fortitudo, & attractricis, vel inteſtinorum deſcenſus in ſcrotum; obſtructio deindè fit, vel ab inflammatione, vel ab humore duro, vel ab aliquo quolibet abſceſſu, vel ab excrementis ſiccis, vel ab alia inteſtinorum compreſsione facta, aut à veneni cuiuſuis potione, ſed hæc, cui nunc incumbimus ab obſtructione, & inflammatione fit, ſicut per ſigna patet, quia adeſt dolor ſuprà vmbilicum, & nihil ex fecibus ad inferiora deſcendit, item vomitus interdùm ſecunr, & humorum, indè ructus inanes, fætor oris, & totius corporis. Sequuntur etiam mala ſymptomata, qualis eſt tremor cordis, vigiliæ, animi defectus, frigus extremarum partium, ſudor frigidus, vrinæ difficultas, & ſubſequentèr dolor mordicatiuus, durities fecis, tumor, & febris, vt inquit

quit Gal: 6. de loc: aff: cap: 1., & 3. de ſympt· cauſis cap: 2., & Auic: 16. tra: 4. cap: 30., & Paul: lib: 3. cap: 44., & Aetius ſer: 9. cap; 25.; ſic & ætas, complexio, anni tempus, & præcedens regimen idem confirmant, vndè eius indiſpoſitionem in cap: de Ileo ob inflammationem ex obſtructione, ponendam eſſe nulli dubium eſſe poterit, & hæc de morbi eſſentia.

Circà prognoſticum Hipp: aphor: 7. aphor: 10.: *ab Ileo vomitus, ſingultus, deſipientia, vel conuulſio, malum &c.* Aetius: *in inflammatione verò ſi ſuppuratio, vel longa mora contingat, periculo non vacat, quamquam ſint ex eis, qui ſeruati ſint*, & Auic: 16. cap: 29. *& deterior ileos eſt, in quo expellitur per ſuperiora ſtercus, deindè in quo eſt ſudor fætidus, habens fætorem ſtercoris, deinde in quo eſt anhelitus fætidus, & eructatio fætida*, & hæc de prognoſtico dicta ſufficiant.

Cura perficitur, vt dictum eſt in Colica, per quatuor intentiones; per primam cùm regimine vitæ; per ſecundam cùm eius cauſæ ablatione; per tertiam cùm euacuatione; per quartam cùm reſolutione, & roboratione, vndè victus ſit tenuis, & boni ſucci. Secunda quæ eſt ablatio cauſæ debet eſſe, quod ſi venenum ſit, danda opera erit, vt vomitus prouocetur, propinato calente oleo, vel aliquo iure pingui, demùm theriaca exhibeatur, vel quippiam aliud, prout ſpecies veneni magìs requirit, ſed quia in cauſa eſt obſtructio, & inflammatio, ideò procedamus cùm deſiccantibus, ac attenuantibus pharmacis; deindè purgante pharmaco aluus ſoluatur, & ſic eadem erit cura, ac dictum eſt in Colica. Si cauſa ſit deſcenſus inteſtinorum in ſcrotum, tunc inteſtina ad ſuum locum compellantur, & reſupinato patiente faſcia conſtringatur. Interim ſectione venæ opus eſt, tùm ob venarum miſeraicarum copiam, tùm ob vehementiſsimum dolorem, cætera fiant, vt dictum eſt ſuprà.

Curatur etiam ſic apponendo emporatoria facta de ſale, millio, & camomilla, & inungatur cùm axungia porcina, & gallinacea recentibus, opio, & caſtoreo, contrà morbum procedamus; ſic fiat in principio phlœbotomia, deindè fiat talis decoctio ℞: maluę, biſmaluæ, mercurialis, viol:, cammomill:, endiuię an: m: 2:, florum borraginis, violarum an: man: ß, pruna 60. fiat decoctum vſque ad lib: 1. ß:, & in medietate apponantur olei viol: vnc: 3., mellis vnc: 1. caſsiæ fiſt. mundatæ vnc: 2. fiat clyſter; deindè accipiatur alia medietas, & apponatur ibi olei amigd: dulc: vnc: 2., caſsiæ mundę vnc: 1., & ſl: maſtic:, diagridij an: dragm· ß:, & iſtud detur per os, & poteſt reiterari pluriès; accipiantur etiam herbæ prædictæ, & conterantur fortitèr, & piſtentur, cùm oleo viol:, & ſandalis; & farina hordei fiat emplaſtrum ſuprà locum doloroſum, & ſic procedatur vt expediens videtur.

Exempla ad hoc.

LAborantes ex Ileo, ſeù miſerere mei potiùs mortem ſunt conſequti, quàm ſalutem recuperauerint.

Io: Chriſtophorus Alberinus ab Orzena annorum 48., temperamenti pinguis, à quinque diebus laborabat doloribus acerbiſsimis, & inteſtina ſic erant clauſa, vt toto illo tempore minimum excrementorum poſſet excernere, ſed per continuum vomitum apparebant excrementa putrida. Facta fuerunt varia remedia cùm clyſteribus, oleis per os &c., ſed abſque iuuamine. Iuſsi clyſterem cùm decocto camomillæ, anethi, rutæ, & drag: 2. trochiſcorum alandolorum, & dr: 1. croci metallorum, & antequàm reſtitueret clyſterem iuſſi poni epiſtomium follis (quo vtuntur fabri ferrarij ad afflandum in igne) in ano, ſicque intromittendo quantitatem flatus inteſtina ſoluta fuerunt, & cùm clyſtere multas euacuauit feces, indè fuit roboratus cùm cordialibus, ideſt confectione alchermes, iulapio gemmato, panacæa liquida, ſicque mirè ſanatus extitit. Hoc medicamento vſus fui conſultus ab amato Luſitano, & alijs.

Aliud.

MArcus Aurelius Fraxinellus à Luignano temperamenti paritèr pinguis, annorum 55. laborabat doloribus acerbiſſimis cùm vomitu, & cùm multis clyſteribus adiutus feces excernere nequibat. Bis fuit celebrata phlebotomia in pede & ſe. mel in brachio, ne inteſtina inflammarentur, indè fiebant clyſteria carminatiua, aut cùm croco metallorum, & electuario ſucci roſ: ſolutiuo. Præbui per os Laudani nepent: gr: 3. bìs, indè fuit præſtitum oleum ſeminis lini, eſſentia therebinthi camphurati, & ſale prunellę; poſteà fuit reiteratum dictum clyſterium, multaque biliosa euacuando, conualuit; feces erant nigræ, & incendebant vtpote aqua fortis. Multi, qui ad hunc morbi terminum non erant peruenti faciliùs ſoſpites euaſerunt; nàmque cùm vidi vomitum, præbui vomitiuum antimoniale, & poſt tres, aut quatuor horas præſcribendo clyſteria carminatiua cùm additione antimonij, priſtinæ reſtitui ſanitati.

Caput LIX. De Calculo Renum, & Veſſicæ.

DOctor egregie. Morbus calculoſus, qui à Græcis Lithiaſis dicitur, nil aliud eſt, quàm generatio lapidis ex humoribus viſcidis, & immenſo calore orta, in qua vrinæ excretio retinetur; id tamen notum eſt, quod multi dixerunt, non ſolùm in veſſica, & renibus, ſed & in collo, pulmone, fellis folliculo, iuncturis, ſtomacho, & inguinibus lapides oriri, vndè lapides inter ſe differunt magnitudine, duritie, aſperitate, dolore, numero, loco, & materia agente. Cauſæ ſunt cibus, & potus craſſus, ac viſcidus; materialis à craſſo, & terreo humore conficitur; efficiens eſt caliditas ignea renum, & veſſicæ, quæ tùm naturalis, tùm aduentitia eſſe poteſt. Hic igitur, quo noſter æger laborat, eſt in renibus, à cauſis ſupradictis, quod atteſtantur ſigna, quia generatio calculi ſunt vrina exiens pura, & aquoſa, in qua non excernuntur arenoſa iam priùs viſa, ſed retinentur. Signa iam generati lapidis ſunt dolor, grauitas, vrinæ ſuppreſſio, & ſimilia; ſigna lapidis in veſſica, ſunt pruritus pudendi, ex cuius contractione penis intenditur, & vrina ſupprimitur, nec niſi cùm magna difficultate, & conamine emittitur. Sunt qui duos lōgiores digitos ano intromittunt, eleuatis priùs ſurſùm versùs cruribus, & aluū ab excrementis purgant, vt lapidem manifeſtè eſſe ſentiant. Arena inſuper quæ exit, ſi ſit alba, & cineritia ex veſsica, ſi rubra vel flaua fuerit è renibus deſcendit, vt hæc, quam nunc præ manibus habemus, vt inquit Gal: 1., & 6. de loc: aff: cap: 1., & Auic: 18. tra: 2: cap: 17., & 14. Meth: cap:, 4., & Aetius ſer: 2. cap: 4., & Alex: lib: 3. cap: 34., ſic, & ætas, complexio, anni tempus, & precedens regimen idem confirmant, vndè eius indiſpoſitionem in cap: de renum calculo ab humore craſſo, & terreo ponendam eſſe nulli dubium eſt, & hæc de morbo eſſentia.

Circà prognoſticum Hipp: aphor: 6.: *renum, & veſſicæ vitia in ſenioribus difficultèr ſanantur*, & Auic: 18. tract: 2. capit: 16.: *in illo, in quo eſt ſedimen arenoſum, non aggregatur lapis, quoniam materia non eſt coarctata, & ſcias, quòd parùm accidit puellis, & mulieribus; quoniam meatus veſſicæ earum ad exteriora, breuior, ac latior eſt, & paucorum anfractuum, & ſcias, quod lapis renum, & veſſicæ eſt ex ijs, quæ hæreditantur*, & hæc de prognoſtico dicta ſufficiant.

Circà curam corpora, quæ parata ſunt ad calculum, præſeruatiuam curationem expoſtulant, & quæ actu ægrotant, curatiua indigent. Preſeruatio igitur has in ſe intentiones requirit; prima eſt vt materia, quæ lapidem generat nullo pacto efficiatur; ſecunda vt ſi quæ facta ſit, ne ad renes, vel veſsicam fluat; ſed ad inteſtina mittatur, hoc efficit; tertia, vt ſi quid ex hac materia ad renes caſu euenerit ne illic figi, ac retineri permittit; quarta vt calor renum, qui eſt cauſa efficiens remiſsior efficiatur. Prima igitur intentio prohibet omnia craſſa, & viſcoſa, tàm in cibo, quàm in potu, vndè panes azimi, caſeus, & animalium extremitates, & lacticinia procul abſint; ſimilitèr vitentur ſatietates,

tes, & cruditates, ſed attenuatoria ſit dieta vrinam ciens, vitentur etiam dulcia, & ſimilia. Secunda, quâ ex renibus ad inteſtina materiam deducimus, completur per pharmaca lenientia, ſcilicèt cùm caſsia, vel decocto liquiritiæ, & alchechengi, vel per enemata lubricantia ventrem, vel per therebynthum aſſumptum, nàm valdè iuuat. Tertia non permittit figi materiam in renibus, ſed eam expellit cùm diureticis, vt cùm iure cicerum rub:, cùm decoctis liquiritiæ in iure galli decrepiti, cùm parietaria in ſero lactis decocta, vel cùm eius ſucco. Quarta remouet, ac calorem intenſum mitigat cùm oleo violaceo, nenupharino, amygdalino dulci, vitando ea, quæ euidentèr adſtringunt, & ſimilia.

Curatiua verò ratio concretum in veſsica, vel renibus lapidem auferre intendit, primò lubricando vias cùm caſsia, & minuendo materiam per ea, quæ frangunt lapidem, & vrinam prouocant, & ora venarum intercludunt, facta primum ſectione venæ. Comminuunt igitur lapidem quædam à proprietate occulta, quædam verò à manifeſta qualitate, & hæc ſecunda ſunt pulegium, calamentum, origanum, ſaxifragia, rad: graminis, amygd: amar:, rad: petroſelini, aſparagi, bruſci, fœniculi, apij, decoctum cicerum rub:, cortices fabarum, rad: maluæ &c. Frangunt à proprietate occulta lapis Iudaicus, puluis leporis combuſti, nitrum multotiès in aqua ſaxifragiæ extinctum, puluis ex oculis cancrorum, lapidum limacium, & maxillarum lucij piſcis; item ſanguis hircinus, cortex lauri, & inter compoſita laudatur electuarium Iuſtinum, litontripon, dialacca, ſales vegetabilium, & præcipuè fabarum, parietariæ, ſaxifragiæ; ſic & ſales ad vſum Spargyricum tàm vegetabilium, quàm ſemimineralium, & mineralium. Mirè conferunt vomitiua cùm vino emetico, aut calicis, & ſimilia. Spiritus quoque huiuſcemodi morbis conferunt, & primò ſpiritus ſalis communis, indè ſpiritus nitri, tartari, vitrioli, ſulphuris &c.; conferunt clyſteres ex decocto maluæ, parietariæ, camomillæ, melliloti, fęnugręci, cùm butyro, oleo ſcorpionum, benedicta, caſsia, ſaccharo, vel cùm oleo amygd: dulc:. Extinſecùs conueniunt omnia mollientia, qualia ſunt vnguenta ex oleo amygdalino dulci, pinguedine gallinę, butyro, oleo de ſcorpionibus, & ſimilia; exhibeantur iures pingues ad roborationem ſtomachi, quia plerumquè imbecillitas in hoc morbo adeſt; conferunt etiam oleum de abſynthio, de menta, vnguentum de abſynthio &c. Si qua verò opus fuerit digeſtione, perficietur cùm oxymelle ſimplici, vel comp:, cùm aquis ſaxifragię, parietarię, granatorum, iuniperi &c. Quod ſi delatus ex renibus lapis circà collum veſsicę detineatur, tunc ſupinatus ęger, eleuatiſque ſurſùm coxis, adeò concutiatur, donec ex ipſo motu lapis excidat; deindè ſi per vrinam minimè exierit, tunc per catheterem inſtrumentum, vel per ea, quę calculos infringunt, amoueatur; quod ſi neque per hęc curatio ad vota ſucceſſerit, tunc per inciſionem inter anum, & teſtes in veſsicę collo factam adunco ferro euellatur lapis, & ſimilia.

Inducunt, ac efficiunt lapidem amylum, caſeus, camphura, farina cùm lacte, lac coctum, lagana, porcinę carnes, triticum coctum, & ſimilia.

Curant lapidem radix acetoſę, acorus, amygd: amar:, aniſum, vrina porci, apium montanum, abrotanum, aqua mellis, & cicerum rub:, balſheca, capill: Ven:, betonica, camaleonta, cancer fluuialis cùm myrrha, cinis rad: braſsicę, cycada, cyminum, cinis de cortice choclearum, cyperus, cordumen, cotula, cubebe, daucus, creſcion, ſyſimbrium aquatile, fęniculum ſiluestre, lac fici, geniſta, medulla oſsium ceraſorum, prunorum cùm vino graminis, ſemen, & radix lapatij, lauri cortex, & radix, renes leporis, lumbrici terreni, malua, matricaria, ſemen peponum, millepedes, ſtercus muris cùm aqua mellis, nigella, polium montanum, porri ſemen, ſuccus rhaphani, rubus, ſaxifragia, ſabina, ſenation, ſagapenum, ſerpyllum, ſcolopendria, cinis ſcorpionum, fimus turturis, & ius, ſchęnanthos, tribulus, aqua ardens, nitrum vſtum tritum, ſuccus vrticę, iringi, hypericon, agaricus, reſta bouis, veſsicaria, herba turcica. Compoſita ſunt adrianum, confectio Nic:, confectio cynnabaris Auic:, diagalanga magna Meſ:, diaſulphur Meſ:, diapyrethrum Nic:, diapraſsium Nic:, electuarium Ducis Nicol:, electuarium oui Querc:, phylonium Romanum, imperialis confectio Auic:, litontripon Nic:, millium ſolis cùm myrtho ſyluestri, nephricatharticum Nic:, oleum benedictum Nic:, oleum de

granis citri, oleum de ceraſis Meſ:, de piperibus, de ſcorpionibus, oleum alchechengi, de ſabina, theodoricum magnum, theriaca magna, vnguentum laxatiuum Nic: , Zeneliten, confectio Attic:, electuarium antinephriticum Quercetani, extractum noſtrum antinephriticum, & multa alia extracta. Preſeruant à generatione lapidis aqua mellis, caſſia, ſiringa, geniſta, granapinus maior comeſta, & ſimilia; fiunt etiam vina medicata cùm lignis, & herbis nephriticis cùm additione chalybis &c.

Exempla ad hoc.

CArolus Prouarinus à Luignano annorum 46., temperamenti ſanguinei, laborauerat quondàm doloribus, qui iudicati ſunt colici non nephritici; poſt tres annos fuit à doloribus tàm vehementibus aggreſſus, vt niger euaderet; hi autem erant in corpore, & reſpondebant renibus; nequibat euacuare, aut mingere, ità vt apparerent ſigna confuſa, namquè in iiſdem doloribus colicis propter vim, quam efficit patiens in expellendis fecibus per aluum, compulit muſculum ſpinter, quod eſt alligatum inteſtinis, ſicque impedijt vrinæ exitum. Fuerunt facta enemata carminatiua, & refrigerantia octiès in vna tantùm nocte, at nullum reſtituit, immò propter nimium partium calorem illis natura imbibebatur; fuerunt applicita varia ſplenia, & vnctiones, ſed fruſtrà; in mane ſequenti iuſſi per os caſſiæ vnc: 1. ſſ:, liquiritiæ dragm: 1., ſeminis citri, ſalis prunellæ an: ſcrup: 1., ſed ijdem dolores mortales perſiſtebant, immò in renibus acerbiores patebant. Fuerunt replicata enemata carminatiua, fumenta, & vnctiones, ſed abſque iuuaminis ſigno; poſt meridiem fuit denuò præſtita caſſiæ vnc: 1., cremoris tartari dragm: 3. poſt duas horas fuit datum ſerum caprinum ad libras duas, neque euacuauit, nec minxit. In veſpere præſcripſi tria clyſteria, vnum propè alium cùm vino reguli, & poſt duas horas euacuauit per ſeceſſum multas feces duriſſimas, indè multa billioſa, & obſcura, dolor autem in pectine, & renibus acerbus continuabat. Tranſacta medietate noctis erat quaſi cadauer, vndè iuſſi phlœbotomiam in pede, & à vena malleoli fuerunt extractæ vnc: 8. ſanguinis, qui exeundo diminuebat dolorem; poſt emiſſionem ſanguinis cæpit mingere, & minxit multùm cùm 17. calculis; in mane ſequenti iuſſi aquæ maluæ, parietariæ, camomillę an: vnc: 4., ſalis fabarum, parietariæ, florum ſalis ammoniaci an: ſcrup: 1., ſpiritus therebinthi g: 20. cap:; ſumpſit in duabus vicibus, & in die emiſit 23. calculos, ſicque continuando hanc aquam per tres dies, cùm regula victus, conualuit.

Aliud.

DOminus Franciſcus Maſſarius ab Hortona ad mare, annorum 53., temperamenti atrabilaris, poſtquàm fuerant adhibita varia remedia, enemata, ſplenia, vnctiones &c., ſed abſque iuuamine, peruentus erat quaſi ad extremum vitæ; cùm in quinto morbi die iuſſi ſectionem venæ pedis, ſicque dùm ſanguis exibat, dolor euaneſcebat, indè minxit cùm emiſsione multorum calculorum, & poſteà cùm aquis, ſalibus, & alijs rebus diureticis ſoſpes euaſit.

Aliud.

DOminus Eques Maſſarius frater ſupradicti, annorum 56., ijſdem doloribus laborabat, & cùm iiſdem ſignis, & cùm aquis diureticis, ſpiritu therebinthi, & ſalibus, vt ſale ſtibij, deſierunt; indè cùm medicamentis vſualibus purgatus optimè conualuit; ſed tranſactis duobus annis cùm fuiſſet factus Gubernator Ciuitatis Pennę, & cùm

cùm nimius labor officio fuiſſet aggregatus, iidem dolores redierunt, vndè regreſſus in patriam ſpacio 12. dierum obijt, & dolores fuerunt adeò acerbi, vt Medicus, qui eum curabat, non agnouiſſet febrem, niſi in die morbi vndecimo.

Aliud.

MAgiſter Carolus Doliarius ab eadem Ciuitate, annorum 41., ab vndecim diebus laborauerat præfatis doloribus, ità vt redactus fuiſſet ad extremum vitæ. In ſtatu morbi tàm peſsimo fui vocatus, & inueni ægrotum mingendo omninò impotentem, immò cùm morte acerrimè pugnantem. Iuſsi ſtatìm tria clyſteria in vna nocte, cùm vino Calicis, cùmque therebinthina, & per os præbui confection: hyacinth: drag: 1., cùm gr: 3. laudani; in nocte paulìſpèr quieuit, & in mane multa fætentiſsima per ſeceſſum excretus eſt, & medioeritèr minxit, indè propinaui ſequens compoſitum ℞: aquæ maluæ, pimpinel'æ, acrimoniæ an: vnc: 2., ſal: prunellæ, ſalis criſtalli rubei, ſalis parietariæ, ſalis perlarum, ſalis coralliorum, ſalis ſtibij an: dragm: ß., aquæ flor: aranc:, roſar:, meliſſ: an: vnc: 3., conſect: Alcherm:, hyacinth: an: dragm: 1., iulep: gemmar: dragm: 3., tincturæ ſtibij aureatæ noſtræ dragm: 1. ß., ſyr: acredin: citr: vnc: 2., ſpirit: calchant: gut: 10., m:, & cap: vnc: 1. prò vice; hoc ſumebat qualibet hora, & talibus medicamentis optimè reſtauratus, mingendo, et euacuando multa fœtida, ſanatus eſt ab omni dolore.

Aliud.

FIlius cuiuſdam Marci Piceni in eadem Ciuitate, laborabat vrinæ ſtillicidio continuo, ità vt omnes veſtes fraceſcerent; vocatus autem obſeruaui puerum eſſe humidum, & cachecticum. Iuſsi quoſdam ſyr: apertiuos, & vinum Calicis Chymici; vltrà vomitum verò obſeruaui, quòd cùm vrina exibat quædam arena alba, ità vt arbitratus fuerim habere lapidem in veſsica, ſicque de die in diem obſeruabam, & vrina cùm aliqua viſcoſitate, & cruda exibat; quare præbui denuò vinum Calicis bis, & in illis diebus mingebat multam arenam. Euenit, quod poſt aliquos dies illùc peruenit quidam Nurſinus, qui duobus alijs fregerat veſsicam, & extraxerat lapidem, ità vt, me ſuadente, etiam dictus Marcus incisioni, ad extrahendum lapidem, filium ſubmitteret, & dictus Nurſinus facta inciſione extraxit lapidem ad formam oui gallinæ, ſed in duabus partibus apparebat conſumptus, atque corroſus, & quaſi quarta deficiebat pars. Alteri duo lapides, qui ab eodem fuerunt extracti non erant niſi ad magnitudinem oui pernicis abſque deficientia, & corroſione vllius partis; ex quo arbitror, iuxtà opinionem Sancti Cloſsij, & Patris Baſilij Valentini vinum Calicis, ab illo puero ſumptum, et non ab alijs duobus, cauſauiſſe deficientiam in lapide prædictam, renes enim, iuxtà præcitatorum Authorum opiniones, mundificat, frangit lapidem, calculos, arenam expellit, et ſimilia.

Id ego etiam expertus ſum, nàm cùm Iuuentute laborarem doloribus in veſsica cùm difficultate mingendi, poſtquàm habui in vſu Vinum Emeticum, dolores, et difficultas mingendi euanuere, et vſque adhuc omninò ab huiuſcemodi morbis, Omnipotentis gratia, ſemper liber extiti.

Aliud.

Aliud.

PEtrus Fęlix Carlottus à Vaſtia, ann: 34., à 22. diebus laborabat dolore nephritico cùm vitæ periculo, & infrà hoc tempus parùm mingebat, & parùm euacuabat, & fruſtrà fuerat à Medico ordinario curatus. Vocatus iuſſi conditum liquidum in forma ſupradicta in quarto exemplo huiuſcemet cap:, & ſpacio trium dierum conualuit.

Aliud.

FAuſtina Hyacinthi à Vaſtia, annorum 52., temperamenti pletorici à quinque diebus ad extremum vitæ erat redacta propter mingendi impotentiam, nàmque infrà hoc ſpatium guttam vrinæ non emiſerat. Iuſſi vt decoquerentur ſummitates fabarum, lini, & maluæ, & cùm pauco oleo therebinthi, & ſcorpionum immiſceri, & immitti in naturam, quo facto per tres vices, copiosè minxit, poſteà verò fuit cùm rebus cordialibus reſtaurata, & liberata eſt.

Aliud.

ANgela Melſa à Luſignano à nouem diebus nuſquam minxerat, ità vt ad extremam vnctionem peruenta, expectaret animæ à corpore diuiſionem. Iuſſi idem decoctum, & in eadem forma, ſicque emittendo quantitatem vrinæ, & 12. calculos, morbus diſceſſit.

Aliud.

HOrtonæ ad mare quædam mulier annorum 55., à ſex diebus euaſerat mingendi impotens, & vocatus ego iuſsi idem decoctum, quod poſtquàm fuit immiſſum in natura minxit tantam vrinæ copiam, vt madefecerit totum cubile, cùm qua emiſsione vrinæ fuit ab hoc morbo liberata.

In tanta igitur morborum varietate innumera adſunt remedia, ſed ego illis, quæ validiora, & aptiora inueni, ſemper ſum vſus; ſæpè enim ad ſimplicia prælata recurro, ſplenia, & ſupradicta medicamenta. Tamen quæ re vera mirum in his morbis iuuamen inducunt ſunt enemata carminatiua, vina emetica, emplaſtra, vnctiones; quando ægri nequeunt quieſcere propter dolorum vehementiam laudano nepent: ſum vſus, iuxtà patientis vires; multoties cordialibus, aquis apertitiuis, ſalibus, ſpiritibus therebint:, ſalis, & ſalibus cùm aquis apertitiuis immixtis &c.

Caput LX. De Inflammatione, Abſceſſu, & Vlceratione Renum.

DOctor egregie. In cauſa ægritudinis huius ægri Nephritis mihi videtur eſſe, quæ nil aliud eſt, quàm renum phlegmen cùm dolore vehementi, interdùm cùm mingendi difficultate, ac fibroſis, vel arenoſis excrementis cùm modico ſanguine, abſceſſu, vlceratione, & ſimilibus vt Gal: lib: defin: Med:, & 10. de compoſitione Med: per loc: cap: 1. Cauſæ inflamationum renum extrinſecæ ſunt equitationes, percuſsiones, attritiones, plagæ, pharmacorum potiones, & ſimilia. Cauſæ intrinſecæ ſunt repletio totius corporis, vel membrorum conſentientium, vel ſanguinis mala qualitas, vel excoriatio lapidis, vel vrinæ retentio renes extendens, indè ſi inflammatio eſſet in veſsica, dolor erit in pube, ſed quia ardor, & dolor cùm grauitate ſunt in ilijs, & dorſo, ergo inflammatio eſt in renibus, & adeſt febris inæqualis, mentis alienatio, & bilis ſinceræ vomitus, & impotentia mingendi, vt inquit Hypp: aphor: 3. aphor: 36., & aphor: 4., aphor: 75. 76., & 77., & Gal: 6. de loc: aff: cap: 2., & Auic: 18. tract: 2. cap: 2., & Arculanus 9. Almanſoris, ſic,

& ætas,

& ætas, complexio, anni tempus, & præcedens regimen idem confirmant, vndè eius indiſpoſitionem in cap: de renum inflamatione à mala qualitate ſanguinis, & ob repletionem totius corporis ponendam eſſe, nulli dubium eſſe poterit.

Circà prognoſticum Hipp: aphor: 6. aphor: 11. *atrabile vexatis, & renum paſſionibus hæmorrhoides ſuperuenientes, bonum.* & Auic: 18. tract: 2. cap: 1. *omnia renum apoſtemata velocia ſunt ad hoc vt in lapidem conuertantur, & quando apoſtema calidum eſt in rene, & non ſit vacuum à febre, deindè accidat commixtio rationis, tunc eſt mortale*, & hæc de prognoſtico.

Cura conſiſtit in ablatione cauſæ, cauſa autem eſt influxus ſanguinis, vndè prohibendum eſt ne fluat, diuertendo cùm ſectione venarum, quæ in cruribus circà poplitem conſiſtunt, & cùm cucurbitulis, frictionibus &c. Deindè quod iam fluxum eſt per euacuationem ſanguinis incumbito, & inflammationi ipſi per cataplaſmata, & fotus medicandum, ità tamen vt ſi ad reſolutionem tendat cùm his, quæ pluriès dicta ſunt, ſicuti in primo cùm reprimentibus, in vigore cùm mixtis, in decremento cùm reſoluentibus, conſiſtat, & indè cùm his, quæ cicatricem inducunt, ac conſolidant. Tres igitur in hac curatione ſunt intentiones, quarum prima eſt victus ratio, in qua dieta ſit tennis, & frigida, vndè vti priſana hordeacea, pane loto, ſpinacijs, blite, lacte amygd: dulc:, iure paruæ pullæ laudatur, omittendo vinum, carnes, & oua vſque ad ſtatum incluſiuè, & bibat aquam hordei, aut ſacchari non multùm, ſed paulatim ſugiendo, & poſteà augeatur dieta paulatim, vt cùm carnibus, vino lymphato, & ouis; ſcilicèt concedi poſſunt carnes animalium, & auium coctæ, & conditæ cùm cucurbitis, lactucis, portulacis, aut cùm fæniculo, petroſelino, & borragine, vel ſpinacijs, & condiantur cùm puluere ſpecierum vel cùm ſynapi, melle; vti poſſumus etiam ſaccharo, riſo, fare, & farina hordei conditis cùm lacte amygd:, vel lacte caprino, & alijs ſimilibus. Secunda intentio eſt euacuatio, & diuerſio, vndè in primis fiat clyſter ex aqua hordei, maluarum, violarum, aut ſimilium lenientium, deindè fiat phlœbotomia ex baſilica eiuſdem lateris, & ſoluatur venter cùm clyſtere, in quo ſint mucilaginis ſem: maluarum, maluauiſci, lini, fænugræci, flor: camomillæ, mellilotì, anethi, & ſimilia; ex oleis ponatur violaceum, amygd: dulc:, ſiſaminum; ex medullis medulla vituli, cerui, & ſimiles, & ex pinguedinibus, pinguedo gallinæ, anatis, anſeris, butyrum, & ſimilia; deindè phlœbotometur vena curuaturæ poplitis, ideſt ſaphæna eiuſdem lateris, & ſumat in potu aquas frigidas cordiales, & ſimilia; hinc digeratur cùm ſyr: viol:, melle roſ:, oxymelle ſimp:, aut ſyr: de pomis dulcibus, & cùm aqua hordei, paſſulattus, aqua mellis, aut aqua lactis, & ſimilibus. Euacuatio fit cùm caſsia, manna, electuar: de ſebeſten, & cùm aquis ſupradictis. Tertia eſt reſolutio, aut conſolidatio cùm ſedatione doloris, vndè in primo ℞: olei roſ:, aut aquæ roſ:, ſucci foliorum ſalicis an: partem vnam, aceti partem mediam, miſce, & cùm eis regio membri apoſtemati epithymetur, & poſſumus addere ſuccum plantaginis, ſemperuiuæ, ſolatri, & ſimilia, hoc tempore adminiſtrando ſemper clyſteria ex aqua hordei, oleo viol:, aut ex lacte, & poſſumus adminiſtrare emplaſtra ex farina hordei, fabarum cùm oleo roſ:, & parco aceto, poſteà in ſtatu adde fænugræcum, camomillam, anethum, ſemen lini, oleum ſiſaminum, & ſimilia. Clyſteria ſint eiuſdem intentionis, & ſint in eis mucilago maluauiſci, fęnugręci, ſemin: lini, & olea, medullę, pinguedines, & ſimilia prout ſuprà, ſed ſi dolor non ſedatur cùm anodinis dictis, fomentatione opus eſt cùm ſpongijs de filtro infuſis in decoctionibus ſeminis lini, anethi, fęnugręci, parietarię, florum camomillę, melliloti, & ſimilium; item veſsicis plenis his decoctionibus, & oleis huic ſpectantibus intentioni, & his non ſufficientibus, ſtupefaciendum eſt dando laudanum nepentes, requiem, aut phylonium; item applicando hyoſcyamum, opium, & huiuſmodi cùm anodinis, & ſimilia; ſi verò ſaniem mingere inceperit, excuſati erimus à fricationibus, & complexionibus fortibus, & leuibus, & tunc opus eſt curare vlcus, dando ei in potu mundificatiuum vice vna, & conſolidatiuum vice alia, faciendo ſic continuè donec facta ſit conſolidatio, & mundificatio, ſicut mundificatiuum, quod fit ex aqua mellis, in qua ponitur ſemen apij, & lactucarum, & ciceris ſacerdotalis, & gummus arabicus, qui datur cùm trochiſ: alchechengi;

chengi; & conſolidatiuum ſicut electuarium de thure, vel trochiſci de bolo, qui dantur poſt mundificationem cauſa conſolidationis, vndè locus mundificatur cùm aqua mellis, decoctione ſem: endiuiæ, lactucarum, & cicorij, cyperi, & ciceris ſacerdotalis, & ſem: althææ, & maluæ, in qua diſſoluantur troch: alchechengi vice vna, & vice alia ſumat trochiſcos conſolidatiuos de bolo, qui ſic fiunt ℞: boli arm:, charabis an: drag: 5., acatię, balauſtij, gummi arab:, hypociſtidis an: drag: 1. ſſ:, ſem: apij, hyoſcyami an: drag: 1. fiant trochiſci cùm ſucco berberis, vel myrthillorum, & ſit pondus vniuſcuiuſque drag: 2. Datur cùm aqua decoctionis myrthillorum, vel berberis, aut ſumach, & ſcias, quòd trochiſci alchechengi conſolidant, & incarnant cùm iſtis aquis, aut ſimilibus. Super renes in extrinſeco ponatur emplaſtrum, quod ſic fit ℞: bolarm:, myrrhæ, mumiæ, thuris, maſtichis, pulueris nucis cupreſſus, & myrthillorum an: vnc: ſſ:, tragachanti, gummi arab:, ſang: draconis an: drag: 3., miſceantur cùm oleo de maſtichæ, & cera, & extendantur ſuper corium, & poſteà cooperiantur ex panno ſubtili valdè, & ſuatur cùm corio benè, & firmitèr, & ſimilia.

Exempla ad hoc.

ALoyſius Creſcentius à Luignanc, annorum 28., temperamenti biliosi, laborabat à multis menſibus gonorrhæa, quæ vſu multorum medicamentorum deſijt; euenit poſteà, quod propter nimium laborem in quodam itinere cæpit ægrotare maximo dolore renum, qui fuit iudicatus nephriticus; fuerunt facta clyſteria carminatiua, & refrigerantia, ſed fruſtrà; dùm autem apponebantur res refrigerantes renibus quieſcebat paulisper. Verens ego inflamationem (laborabat enim febre continua) iuſſi emiſſionem libræ vnius ſanguinis à brachio, & in veſpere drag: 1. à pede, & ſic conualuit cùm potione aquarum refrigerantium.

Aliud.

ANtonius Furanus ab eodem loco annorum 54., temperamenti ſanguinei, ſed attrabilaris, à quinque menſibus mingebat cùm quadam ſanguinolentia viſcoſitati mixta, & habebat dolorem ſemper fixum in renibus. Superuenit illi febris, & vrinæ fuit impedita emiſſio, dolorque factus fuit acerbior; à Medico ordinario multa fuerant adhibita remedia, ſed febris, & dolor augebatur, abſque eò quod ægrotus poſſet mingere. Vocatus iuſſi phlœbotomiam in pede ad extractionem vnc: 8. ſanguinis, indè adhibui aquas refrigerantes cùm ſalibus refrigerantibus, & aperitiuis, ſicque cæpit æger mingere, ſed vrina erat purulenta, putrida, fætida, & nigra; fuerunt continuatæ dictæ aquæ cùm cordialibus, & fuit reiterata phlœbotomia, & ſic emiſit per quinque dies per virgam pus putridum; immitebantur etiam per virgam quædam aquæ refrigerantes, & abſterſiuæ (ignorabatur enim an vlcus foret in veſica, an in renibus,) & ſic morbus diſceſsit.

Caput LXI. De Diabete.

DOctor egregie. Hæc eſt indiſpoſitio Diabetis, & nil aliud eſt, quàm renum affectio, in qua potio ſtatim qualis aſſumpta eſt per vrinam reijcitur, & ratò accidere ſolet. Cauſæ ſunt vel retentricis facultatis imbecillitas, vel facultatis attractoriæ vehementia. Prima fit à mala intemperie frigida intrinſecùs, & extrinſecùs adueniente; ſecunda fit à vehementi renum calore attrahens à venis emulgentibus, & ex eis ad hepar extenditur, & ex hepate ad ſtomachum, & ad omnia membra, vndè humiditates membra irrorantes attrahit, & fit ſitis vehemens, quæ potu non ſedatur, à quo ſiticulus morbus dictus eſt; portò ſi fuerit à frigiditate, tunc circà lumbos perciperetur frigus, & vrina in primo erit quantitatis conſuetæ, deindè multiplicatur, & erit ſicuti lotura carnis, ſed

quia

quia ſit ex caliditate ideò adſunt caliditas lumborum, vrina multa in principio rubea, & deindè in qualitate, & colore potus egreditur, & adeſt ſemper ſitis, nec ex bibitis ſatiatur, ſed quò plùs ſunt potæ plus ſitiuntur aquæ, vt Gal: inquit 6. de loc:aff: cap:2., & Auic: 19. cap: 17., & Paul: lib: 3. cap: 43., ſic, & ætas, complexio, anni tempus, & præcedens regimen idem confirmant, vndè eius indiſpoſitio in cap: de Diabete à nimia caliditate hepatis, & renum ponenda eſt.

Circà prognoſticum Aetius ſer: 11. cap: 1.: *ſi ampliùs mordens caliditas in viſceribus augeatur, venter ſuperior corrugatur, & venæ in ipſo eleuantur, & vniuerſum habent gracilem habitum, & tabes totius corporis accidit; qui verò non mingunt, nec ex eis potus tranſpirat, ob potus ſatietatem, & humoris inundationem, & veſſicæ circùm tenſione, aceruatim ventre rumpuntur*, & hæc de prognoſtico.

Cura in duabus intentionibus conſiſtit, quarum altera ad ablationem cauſæ ſtudet, altera ad membrorum vrinæ roborationem. Si cauſa igitur fuerit acritudo humorum, euacuatione demitur, deindè renes intrinſecæ, & extrinſecæ cùm ſucco granatorum, & limonum infrigidentur; ſi cauſa fuerit frigiditas, ex qua retentrix facultas imbecillis ſit, roboranda erit cùm calidis ſtypticis, ſicut cùm decocto myrthi, ſumach, balauſtiorum, abſynthij, cùm vino calybeato, aut cùm puluere tali ℞: cupularum glandium drag: 1., thuris, myrthæ an: drag: ß., pelliculæ ſtomacorum gallinarum drag: 3., miſce, & fiat puluis. Conueniunt etiam troch: de ſpodio cùm ſyr: acetoſæ, troc: de terra ſigillata, de baluſtijs, cùm vino vel aqua abſynthij; ſed quia cauſa eſt vehementia attractoriæ facultatis à ſuperflua caliditate innata, expedit infrigidare, & ſtypticare, cui rationi conueniunt ſyr: de agreſta, de acetoſitate citri, cùm aquis portulacæ, lactucæ, & vnguentum ſandalinum, comitiſſæ, infrigid: Gal:, & ſimilia. Si cauſa eſſet relaxatio muſculorum colli veſſicæ, conueniunt quæcunque de paralyſi ſcripta ſunt, qualis eſt diacorus, acorus conditus, & ſimilia. Sitis remouetur ſi dato potu euomatur donec ſitis extinguatur, & aquoſitas à renibus diuertatur, &c.; ſomnus etiam hac in re comendatur. Quod ſi prædicta morbum omninò non abſtulerint, non erit præter rem ſi ſtuporem inducentibus vtamur, ſicuti lactuca, papauere, vel ceratis ex ſucco papaueris admotis; item conferentia Diabeti infrigidant renes; Diabeti autem conferunt camphura illinita, vel bibita, caſſia ſyliqua, cucurbitæ conditæ, oleum cucurbitæ, plumbum, & ſimilia.

Exempla ad hoc.

ANgelus Paulinus à Vaſria, annorum 36., temperamenti aduſti, laborabat à multis menſibus Diabete, & debilitatæ erant digeſtiuæ ſtomachi facultates, & aluus adſtricta ità vt triciès in die mingeret, & in nocte copioſiùs. Propinaui quaſdam pillulas ex aloe lotas cùm ſucco roſarum, maſtiche, myrrha, eorumque correctiuis, quas ſumebat bìs in hæbdomada; fiebant renibus vnctiones vnguenti comitiſſæ, ſicque euacuando per ſeceſſum vrina fuit remiſſa, & ægrotus conualuit.

Aliud.

QVidam Narciſſus ab eodem loco, annorum 22., ad omne ſpatium dimidij quadrantis horæ mingebat, & fuit purgatus cùm medicamentis ordinarijs caſſiæ; indè ſumpſit per aliquot dies conſolidæ conſeruam cùm ſpecie diarrhodon: abbatis, diacydoniæ, & triaſandalis; ferebat renibus ceratum adſtringens, & ſtomacho ceratum ſtomachale, & cùm vſu horum medicamentorum euaſit incolumis.

Caput LXII. De Vrinæ Stillicidio, & eius difficultate.

DOctor egregie. Mingendi actio bifariam diuiditur in emittendo ſcilicèt vrinam, & in retinendo. Actio emittendi vrinam, vel abolita eſt, vel imbecillis, vel deprauata; ſi abolita tunc iſchuria dicitur, & eſt cùm nullo pacto æger mingere poteſt, ſi verò imbecillis fuerit tunc vrinæ difficultas à Latinis dicitur, quæ nil aliud eſt, quàm meiendi deſiderium cùm vrinæ difficultate, ſi verò actio mingendi fuerit deprauata tunc excretio vrinæ non niſi guttatìm deſtillabitur, & vocatur ſtranguria, vel vrinæ ſtillicidium, vndè dùm ægrum guttatìm ſtranguria mingere cogit, ſupprimit vrinam, ſed non diſſuria ſemper, & lotij quidquam non vult iſchuria reddi, & ſimilia. Præſens indiſpoſitio igitur erit ſtranguria, quia vrinæ excretionem, niſi guttatìm deſtillat æger, & cùm magno ardore, & grauiſſima difficultate. Cauſæ primitiuæ ſunt extrinſecæ, qualis eſt caſus, percuſſio, & læſio inſtrumentorum vrinæ; vel non extrinſecæ ſicut ſex res non naturales aſſumptæ cauſæ antecedentes, quæ triplices ſunt; vel ex parte veſſicæ, aut à læſione facultatum eius, aut à diſpoſitione vrinæ. Poteſt etiam eſſe imbecillitas renum non valens aquoſitatem attrahere, vel expellere ob malam intemperiem frigidam, aut calidam, aut ob earum obſtructionem, & per conſenſum ex parte heparis in ſequeſtratione aquæ deficientis. Signa ſtillicidij vrinæ, & eius difficultatis ex ſe manifeſta ſunt, & ſi prouenerit à frigore erit vrinæ tenuitas, & craſſities cùm albore, & frigus ſentiretur, ſed quia prouenit ab humorum acrimonia, ideò habentur ſigna ex vrina arabilem atteſtante, & ab habitu ipſo, & calore, & ab his, quæ intemperiem calidam denotant, vt Gal: inquit 6. de ſympt: cau: cap: 2., & aphor: 5. com: 58., & Auic: 19. tract: 2. cap: 7., & Paul: lib: 3. cap: 45.; ſic, & ætas, complexio, anni tempus, & præcedens regimen idem confirmant, vndè eius indiſpoſitio in cap: de ſtranguria ab intemperie calida per conſenſum ex mala diſpoſitione hepatis ponenda eſt, & hæc de morbi aſſentia.

Circà prognoſticum Hippocr: aphor: 6. *renum, & veſſicæ vitia in ſenibus difficultèr ſanantur*, & aphor: 49. lib: 7. *vrinæ ſtillicidium, & mingendi difficultatem, vini potio, & venæ ſectio ſoluit, incidere autem interiores in talo eſt bonum*, & Auic: expertus eſt in pluribus hominibus, vt ait: *qui habet difficultatem vrinæ, & aduenit ei poſteà tenaſmon moritur in ſeptimo, niſi accidat febris, & plurimam prouocationem vrinæ faciat*, & hæc de prognoſtico.

Cura huius morbi conſiſtit tantummodò in eius cauſarum ablatione, ac in vrinæ prouocatione, nàm ſi fuerit à frigore, tunc calefaciendo, & regimen calefaciens inſtituendo facilè curabitur; iuuabunt interim clyſteres ex rebus calidis, iunctiones, & fotus calidi, & ſimilia. In hac igitur, poſt inſtitutam victus rationem, curatur cùm ſyr: byſanthinor: de duabus rad:, & de quinque, oxymelle ſimp:, & alijs, cùm aquis fœniculi, apij, petroſelini, & ſimilium; deindè vrinæ optima eſt prouocatio, quæ multifariam fieri poteſt; primò leui èt veſſicam comprimendo, vel cùm ſuppoſitorio ex ſal gemeo, vel cùm titillatione in capite virgæ, cùm fricatione in collo veſſicę propè anum; indè vrinam cient validiùs in vnctiones ex oleo ſcorpionum, & liliorum alborum, nàm prętet quòd calefaciunt etiam reſoluunt, ac relaxant; ſimilitèr fumenta ex parietaria cùm dictis oleis in ſartagine frixa, & pubi admota, vel ex rebus calidioribus vt cùm calamento, pulegio, ſabina, & ſimilibus. Intrinſecùs conueniunt clyſteres ex hyera picra, benedicta, caſſia, ſaccharo, & oleis ſcorpionum; conueniunt etiam decocta fęniculi, aſparagi, bruſci, apij, petroſelini, vel decoctum iuniperi, & ſabinę; item pulůis corticis oui, à quo pullus egreſſus ſit à ſuo cortice depurati ad quantitatem drag: vnius; conferunt etiam ſales antiſcorbutici Riueriani; ſales fabarum, parietarię, ſaxifragię, petroſelini, geniſtę etc., ſic etiam ſeminum mineralium vtporè tartari cùm ſale ammoniaco, Martis, nitri cùm Marte; ſic etiam ſpiritus ſalis nitri, ſalis ammoniaci, vitrioli, ſulphuris, et ſimilium; ità magiſteria lincis, Armenadis, matriperl:, corticum locuſtarum, oculorum cancrorum, corticum limacium, et omnium lapidum, qui inueniuntur in piſcibus, auibus etc. Item rubea tinctorum, cantharides

appoſita

appoſita pedibus, & alia prouocant etiam vrinam; dialacca, diacurcuma, iuſtinianum, & confectio de cineribus ſcorpionum, & alia ſimilia. Conferuntur ſtranguriæ decoctio acori, cap: Ven:, althææ, allij, amygdalum amarum, apium, caſſia lignea, cicer, cyperus, ſem: cucurbitæ, gladiolus, gramen, chamædrys, aſſarum, phu, cardamomum, locuſtæ ſuffumigium, maiorana, mel, meu, mezereon, millefolium, ruta, ſerpyllum, ſiſymbrium, aſparagus, ſcylla, therebinthus, procellion, virga paſtoris, vſnea, rapa, ſatiua, rhaphanus, millium, panicum. Compoſita ſunt confectio alchechengi Auic:, egezea conſ: Meſ:, phylonium Rom:, mithridatum, oleum amygdalorum, de ſabina, de oſſibus perſicorum, oxymel ſcylliticum, ſocrita conſ: Hali, theriaca, troc: de abſynthio, eſſentia therebinthi, ſpiritus therebinthi, therebinthina redacta in forma potabili, bolus therebinthi cùm ſale prunellæ, & radicibus liquiritiæ &c.

Caput LXIII. De Vrinæ retentione.

DOctor egregie. Indiſpoſitio, quæ à Græcis Iſcuria dicitur, nil aliud eſt, quàm exacta prorsùs vrinæ retentio periculum afferens, quod atteſtatur Galen: libr: definit: Med:, *ibi iſchuria eſt exacta prorsus &c.* Cauſæ huius effectus ſunt octo ſcilicèt inflammatio, durities, ſanguinis grumus, expultricis reſolutio, lapidis procidentia, membrorum compaſſio, vlceratio, & obſtructio; retinetur etiam vrina ob negotiorum importunitatem, vel per ſomnum; hæc igitur prouenit ob obſtructione ex craſſis, ac viſcidis humoribus, & cognoſcitur ex victu præcedente in otio educto, & quia multis cibis craſſis, ac viſcidis humores generantibus vſus eſt, vt inquit G. l: 6. de loc: aff: cap: 3., & Auic: 19. tract: 2. cap: 8, & Aetius ſer: 2. cap: 21; ſic & ætas, complexio, anni tempus, & præcedens regimen idem confirmant vndè eius indiſpoſitio in cap: de retentione vrinæ ob obſtructione, ex humoribus craſsis, ac viſcidis ponenda eſt.

Circà prognoſticum Hipp: aphor: 4. aphor: 80. *ſi ſanguinem mingat, & grumos, & ſtillicidium vrinæ habeant, & dolor in vnum incidat ventrem, & pecten, & fæmen, circà veſſicam labor eſt*, & 82. *quibus in vrinariæ fiſtula tubercula naſcuntur, ijs ſuppuratione facta, & eruptione, ſolutio*; & hæc de prognoſtico.

Cura quàm primùm iſchuriæ cauſam agnoueris valdè facilis erit, quoniam ſuppreſſionis vrinæ cauſas ammouere eſt curatio, ſi igitur inflammatio cauſa ſit retentionis vrinæ, curetur inflammationum curatione; quod ſi pus, vel tumor, vel ſanguis & grumus in cauſa ſit per diſſoluentia pubi admota (vitatis vrinam cientibus, ne maior vel obſtructio, vel extenſio circà veſsicam fiat) ſtatim curabis, vel his non conducentibus ea immittenda ſunt in veſsicam, quæ diſſoluant per ſyringam, ſi verò propter obtuſum veſsicæ ſenſum vrina ſupprimatur, irritando excitare eius actionem expedit cùm inſeſsionibus, aut cimicibus capiti virgæ admotis. Si cauſa ſit lapis, tunc admota ſyringa lapis excutiendus eſt, & ſic de ſingulis, prout ſuprà de diſtillationis vrinæ cura dictum eſt, aduertendo etiam quæcunque à Paul: ſuperiùs de regimine dicta ſunt.

Cura etiam huius ægritudinis perficitur quatuor intentionibus, quarum prima eſt digeſtio, & euacuatio vt ſic ℞: mellis roſ: ſol:, ſyr: de byſantijs, oxymellis ſimp: an: vnc: ſſ:, aquæ meliſſæ, fæniculi, abſynthij an: vnc: 1., miſce, & exhibeatur. Euacuatio, digeſta materia; fit aut cùm caſsia, aut manna, aut rhabar:, diacatholic:, & ſimilibus, aut ſic ℞: florum borraginis, buglosſæ, capill: Ven: an: manip: ſſ:, paſſularum enuclearatum, liquiritiæ raſæ an: vnc: ſſ:, ſebeſten num: 8., ſem: fæniculi, aniſi an: manip: ſſ:, fiat decoctio ſ: art:, de qua accipiatur q: ſ: & addantur diſoluendæ diacatholiconis drag: 5., diaphiniconis drag: 2., electu: Indi maioris drag: 1. ſſ:, miſce, & exhibeatur vt decet. Conferunt etiam in huiuſcemodi morbis medicamenta facta in forma extractuum, vtpotè extractus compoſiti, aut vina medicata, aut in aquis compoſitis, cùm ſalium additione, & ſpirituum in capitulo antecedenti adnotatorum, aut cùm vomitiuis antimonialibus, aut ſic ℞: pillularum aggregatiuarum drag: 2. ſſ:, Indarum drag: 1., diagridij g: 2., & fiant pillulæ numero 7. cùm ſyr: de byſantijs, vel cùm melle roſ:, & facta euacuatione erit completa intentio

tio prima. Secunda intentio prouocat vrinam cùm his, quæ ſumuntur ad intrà, & ab extrà ſicut tale fumentum: ℞: parietariæ, foliorum maluarum, radicum maluauiſci, abſynthij, petroſelini, foliorum anethi, apij, artemiſiæ, artheticæ an: manip: ſſ:, contundantur, & bulliant in ſ: q: aquæ fluuialis ad conſumptionem tertiæ partis, deindè accipiatur ſpongia, & infundatur in prædicta decoctione, & expreſſa, calida ponatur ſupra ventrem, vel pecten, deindè iungatur ſic ℞: olei de ſcorpionibus, liliorum alborum, anethini an: vnc: ſſ:, parietariæ ſiccæ, ſeminis dauci, apij, cymini an: drag: 1., puluerizentur, & cùm modica cera fiat vnguentum molle, cùm quo vngantur loca prædicta.

Alia ad idem mollificantia, & prouocantia ſunt ℞: olei de ſcorpionibus, amyg: dulc:, liliacei albi an: vnc: ſſ:, pinguedinis gallinæ, medullæ crutis vituli, æſypi humidi an: vnc: ſſ:, liquefiat adeps, & cùm pauca cera fiat vnctio mollis.

Item emplaſtrum vt ℞: radic: paſtinacę ſyluestris manip: 1., parietarię, ſiſymbr: aquat:, maluarum cùm radicibus, foliorum apij, petroſelini, anethi, origani, calamenti an: manip: ſſ:, farinę ſem: lini, fęnugręci an: vnc: 1., bulliant ſ: art:, & cùm prędicta decoctione, & oleo ſcorpionum fiat emplaſtrum, quod fęmori applicetur.

Aliud emplaſtrum Nic: ad idem ex parietarla lentiſsimo igne in ſartagine fricta, & apponatur vt ſuprà, & alia à Leonello deſcripta. Tertia eſt accidentium correctio, & hęc fit cùm anodinis, & ſedantibus dolores, vt ſuprà. Quarta eſt victus ratio, in qua dieta tenuis in principio vtendum eſt, dimittendo carnes, vinum, & oua. Item conferunt ſtrangurię, & iſchurię abrotanum, acorus, agaticus, allium, althęa, ameos, amygd: amar:, anethum, apium, artemiſia, bacca lauri, balſamum, baucia, chamędrys, chamępithys, carpobalſamum, caſtoreum, centaureum, cyminum, cimices, cynnamomum, cyperus, cuſcuta, crocus, daucus, elenium, epithymum, fæniculus, fex viniuſta, filipendula auis, furfur tritici, galbanum, geniſta, melanthium, iuniperus, caſsia, therebinthus, lappatium, litoſpermon, locuſtarum ſuffumigium, lumbrici terreni, maiorana, matricaria, myrthus, naſturtium, origanum, ocymum, parietaria, peonia, peucedanum, cap: Ven:, portulaca, rhaphanus, rapa ſatiua, ſiſer, ruta, roſmarinus, ſaluia, ſabina, ſaxifragia, ſerapias, ſępia, ſerpyllum, ſiler, ſiſymbrium, ſinapis, ſcordion, aſparagus, ſchænanthos, ſtęchas, tamariſcus, trifolium, betonica, vinum ſcylliticum, hypericon, hyringus, iris, porrum, cæpa, aſphodellus, petroſelinum, iuncus odoratus, calamus odoratus, reſina nuclei pini, lentiſcus, hordeum, mel, eruum, pepo, piper, cappar. Compoſita ſunt aureum vnguentum Nic:, diapraſsium, diapyrethrum Nic:, iuſtinianum, confect: Nic:, electuaria nucum, pillulæ diacaſtoreæ Nic:, vnguentum mellinum Dioſc:, antidotum hæmagogum Nic:, & alia multiplicia.

Suriæ, diſſuriæ, ſtranguriæ; & ſtillicidia vrinæ perſæpè contingunt, ideò tantùm hìc adnotabo vſum meum pręcipuum in huiuſcemodi morbis curandis. Vtor itaque diureticis, aquis, ſalibus, ſpiritibus terebinthi, ſalis, nitri, ſuccini, & ſimilibus. In omni autem cura ſemper proſpexi ad roboranda viſcera, vt medicamenta maioris ęgroto forent iuuaminis.

Caput LXIV. De Vrinæ incontinentia.

DOctor egregie. Cùm vrina inuoluntariè excernitur, tunc reſolutione veſsicam laborare dicimus. In cauſa ſunt vt plurimùm reſolutio muſculi, qui ceruicem veſsicę ambit; item facultatis retentorię imbecillitas, & nimius potus, hepatis imbecillitas ſegregare aquoſitatem non valens, nimia renum caliditas, & acuitas vrinę, vel luxatio vertebrarum ſpinę; hęc igitur fit à nimio potu, & imbecillitate hepatis, & renum. Nota eſſe poſſunt ſigna tùm ex relatione infirmi, tùm ex ijs, quę clarè videntur quotieſcunque copia vrinę frequentèr emittitur, & in minctione ardor ſentitur, & magnam ſitim noſter ęger patitur vt Galen: inquit 6: de loc: aff: cap: 3., & Auic: 19. tract: 2. cap: 13. 15., & Aetius ſer: 11. cap: 24., & Raſis 9. Almanſ:, ſic & ętas, complexio, anni tempus, & pręcedens regimen idem confirmant, vndè eius indiſpoſitio in cap: de vrinę incon-

incontinentia à caliditate, debilitate hepatis, & renum, ponenda eſt.

Circà prognoſticum Aetius ſer: 11. cap: 24.: *qui præter voluntatem vrinam emittunt, quanto plùs eis contingit, eò minùs periculoſi nt obnoxij*, & hæc de prognoſtico.

Cura talis ſit qualem diximus in cura Diabetis, prò qua regendus eſt diffuſius Aetius ſer: 11. cap: 24., & vbi ad eos, qui ſe in ſomno permingunt, remedia ſcribit, & Auic: vbi de mi ctu in lecto ſermonem facit, & eſt ſen: 19. tract: 2. cap: 15.; item in cura de inuoluntariò exitu vrinæ &c. Conferunt inuoluntario exitu vrinæ, & mollificationi veſſicæ acetum ſcylliticum, acorus, calamus aromaticus, chamæpitys, cyminum, cinis vngularum apri, cyprus, codeæ, pulmo hædi, helenium, carnes eritij, fæniculum, agreſta, chubebe, laurus, alexandrina, cerebrum, coagulum leporis, lignum aloes, mumia, oſtreum, granipini, cortices pupuli, ſiſymbrium, ſcolopendria, veſſica apri, mures elixæ, & comeſtæ, compoſita confectio Ariſtomachi Auic:, confectio phyloſophorum Auic: ibi 15., vinum extinctionis ferri, oleum nardinum, oxymel ſcylliticum, electuarium piperis Hali, tamaricon, conf: Hali, triphera magna, triphera de ſcoria maior Auic:, trag: alchechengi Auic:, hyera Gal:. Conferunt etiam ſplenia adſtringentia in renibus, namque roborant illas partes, ſicque veſſica non relaxat vrinam.

Exempla ad hoc.

CArolus Saladinus ab Orzena annorum 68., tali vrinæ incontinentia laborabat vt omni nocte mingeret in cubili, ſicque etiam exibat in die. Curaui cùm vſu fumentorum, & ſpleniorum in pectine cùm conſolida, & menta Romana; poſteà ſumpſit per menſem confectionis xyloaloe, diacynnamomi an: vnc: ß:, conſeru: flor: anthos vnc: 1., veſſicæ ſcroſæ trituratæ drãg: 3., m:, & cap: drag: 1. prò vice, & cùm his medicamentis conualuit.

Aliud.

RInaldus Darius à Luignano annorum 28, temperamenti humidi paritèr mingebat in cubili omni nocte. Iuſſi applicari ceratum in ſtomacho ſtomachale, & in renibus vnguentum ſandalinum, & vnguentum comitiſſæ; in pectine vtebatur oleo philoſophorum, & balſamo noſtro adſtringenti. Per os ſumebat conſeruam cydoniorum, florum granati, roſarum ſiccarum, florum anthos an: vnc: 1., cupular: glandium, & pulueris acori aromatici an: vnc: 1., m:, & cap:, de quo medicamento ſumebat drag: 2. prò vice, ſicque conualuit. In pueris vſus ſum ſæpè cùm optimo exitu puluere veſsicæ ſcroſæ, cùm calamo aromatico puluerizato &c.

Caput LXV. De Hernijs.

DOctor egregie. Quod Ramicem ſiue Herniam Latinè dicimus, omnes ferè teſtium tumores vocantur, & ſunt numero octo. Prima eſt tumoroſa, ſecunda apoſtemoſa, tertia Zirbalis, quarta inteſtinalis, quinta aquoſa, ſexta flatuoſa, ſeptima carnoſa, octaua varicoſa. Cauſæ, à quibus proueniunt ſunt extrinſecæ, & intrinſecæ ſicut caſus, percuſsio, plaga, ſaltus, vel quicunque alius motus violentus. Cauſæ intrinſecæ ſunt per ſe notæ, nàm à flatu flatuoſa in parte abdominis contenta; varicoſa à latitudine venarum, & ab earum imbecillitate prouenit; aquoſa ab aqueo humore in ſcrotum delapſo, & ſic de reliquis. Hæc autem proueniunt peritoneo membrana, aut nimium extenſa, aut rupta. Signum igitur commune omnibus rupturis eſt tumor inter abdomen, & peritoneum apparens; ſigna Herniç apoſtemoſæ ſunt ſigna abſceſſuum communia, ſcilicèt tumor, duritties, grauitas, dolor, & quod paulatìm augetur. Signa inteſtinalis ſũt facilis reductio, & cùm reſupinatur, fugit, dùm intromittitur, niſi vel flatus, vel ſiccæ feces in cauſa ſint, nec rã citò introducitur, & eſt preterea magnæ molis, acciduntq; dolores vehemẽtiſsimi dùm oſeũ

extendit, & teſticulum comprimit. Signa aquoſæ ſunt, quod tactui cedit, & extenditur oſeum, cognoſcitur etiam per eius ſplendorem, & leuitatem; item quia cùm mollitie grauis eſt, & paulatìm fit, nec quocunque æger ſituetur interiora petit. Signa flatuoſæ ſunt quia redit abſque dolore ſtatim facta compreſſione, abſque eò quod æger reſupinetur etiam percuſſa reſonat, nec adeſt grauitas. Signa carnoſæ ſunt quia cùm duritie tumet, & eſt abſque dolore, non augetur, nec minuitur; ſigna varicoſæ ſunt quia ipſa eſt dura oblonga veluti virga, cuius craſſities extenditur ad craſſitiem digiti, & cognoſcitur etiam ex repletis venis. Sunt etiam tres ſpecies Herniæ ſcilicet enterocela, epiplocela, & hygrocela. Enterocela eſt quando inteſtina dilabuntur in ſcrotum, epiplocela quando omentum, hygrocela quando in alterum è teſtibus humor confluit. Hæc igitur, quam nunc præ manibus habemus eſt Zirbalis quia paulatìm aduenit, & non ſentitur rugitus, & eſt paruæ quantitatis, nec multùm ad profundum oſei ſe extendit, nec reſupinato ægro ità facilè reuertitur ac inteſtinalis, vt Gal: inquit lib: de tumoribus præter naturam cap: 17., & 18., & Auic: 22. tract: 2. cap: 2., & 3., & Aetius ſer: 14. cap: 22., & Arcul: 9. Almanſ:; ſic & ætas, complexio, anni tempus, & præcedens regimen idem confirmant, vndè eius indiſpoſitio in cap: de Hernia Zirbale à mala complexione intrinſeca, ponenda eſt.

Circà prognoſticum Auic: 22. cap: 2.: *& ſcias, quòd ramex inteſtinorum, & tribi, eſt ægritudo multùm difficilis quantumuis ſit parua, & ramex aquæ eſt ægritudo facilis, & ſi ſit magna ramex verò ramicoſus, ac carnoſus, difficultèr, aut numquam ſanatur, & tandèm omnes ramices inueterati, ac longo tempore facti ſuſpecti ſunt ne teſtes corrumpant*; & Aetius ſer: 14. cap: 24. *cæterùm noſſe expedit inteſtinorum Herniam qualiſcunq; fuerit ſemper aquoſa deteriorem*; & hæc de prognoſtico.

Circà curam ſcopus curandi flatuoſum ramicem eſt cauſam, à qua humor aquoſus vel flatuoſus gignitur amouere. Id fit primò cùm phlegmagogis, vel aquoſum humorem educentibus pharmacis, ſiuè clyſteribus, deindè cùm reſoluentibus, ſicuti cùm farina fabarum, cymino, emplaſtro de baccis lauri, & ſimilibus; deinceps prohibendum eſt ne noua in eodem loco aqua, vel flatus generetur, prohibent non nulli extrahendo aquam, alij cùm cauterijs vrendo vſque ad epidimim, quem Arabes didymum vocant, ſed re vera in hoc caſu vſtionem valdè timeo, nàm ſi epidimis totus vratur, vereor ne teſtes corrumpantur ſin minùs certum eſt, quòd per partē non vſtam adhuc aqua deſcendet. quarè ſatiùs mihi videtur aquam reſoluentibus extrahi, quam vrentibus. Cura igitur Herniæ inteſtinalis, & Zirbalis in triplici intentione conſiſtit, in reductione ſcilicèt inteſtinorum ad ſuum ſitum, & in retentione in ſitu ſuo conuenienti, & in conſtipatione, ſeù conſolidatione rapti, ac laxati. Reducuntur ad ſuum ſitum inteſtina, & omentum, ſi reſupinato patiente cùm cruribus ſurſùm verſùs eleuatis, cùm leui manu comprimantur, & leuitèr agitentur, quibus obuentui renitentibus, primùm cùm reſoluentibus, & diluentientibus, & mollientibus flatum ſuccurrimus, vt cùm decocto althææ, camomillæ, melliloti, ſem: lini, fænugræci, aniſi, cymini cùm ſpongia applicato, vel cùm oleis camomillæ, anethi, amygd: dulc:; adhibita interim diligentia, vt emollientibus, ac vnctuoſis clyſteribus feces extrahantur. Retinentur etiam in ſuo ſitu inteſtina pluribus remedijs; primò cùm fomentis ex aqua, vino, & aceto, decoctione gallarum, nucum cupreſſi, & aluminis. Secundò cùm cerato de pelle arietina, deſcriptione Gētilis, aut multis alijs compoſitis deſcriptis à P. Laudo, & à P. Gabriele Ferrara, ſtringendo locum, in quo eminentia apparet cùm angulo, vulgò bracherium dicto; non mutando id niſi ad 14. diem. Tertiò cùm potionibus conſtipantibus, vndè aliqui vtuntur ſcrupulo vno limaturæ calybis cùm vino, in quo hepatica terreſtris, gallæ virides, & nuces cupreſſi incoctę fuerint. Quartò cùm manuali operatione, ſicut cùm inciſione, ac actuali, ſiuè potentiali vſtione; modum autem incidendi docet Auic:, Albucaſis, & plerique alij, quos videre poſſumus. Circà carnoſæ Herniæ curam, eo modo erit perficienda, ac ſi eſſet quidam ſcyrrhus, & ſimilitèr apoſtemoſum ramicem curabis non alitèr, ac curari ſolent alij abſceſſus; eminentia verò vmbilici eandem ferè curationem requirit, quæ de Hernijs dicta eſt, & ſimilia vt Gal: inquit 14. meth: cap: 13., & Auic: 32. cap: 5., & Aetius ſer: 14. cap: 22. Conferunt enterocelis, & hydrocelis barba

hyrci,

byrei, bdellium, adeps canis cùm alumine ſciſſo, cupreſſi folia, & nuces, gluten de corijs, muſcus herba, plantago, pſyllium, ſem: lini, cùm refina, & myrrha, pentaphyllon, ruta ſylueſtris, ſymphytum, betonica, tritici palea, filix herba cùm axungia, lenticula in modum emplaſtri, peucedanum, ceratum de pelle arietina; lege de his in conſilijs Montagnanæ, item Gord:, Sauonar, & Arcul:. Multi conualuerunt cùm ſplenijs conſolidæ mediæ abſolutæ.

Exempla ad hæc.

VAlerianus Ammonius à Luignano annorum 29., temperamenti humidi, laborabat Hernia aquoſa à multo tempore. Primùm purgaui cùm medicamentis vſualibus, mox cùm varijs ſyrupis præparatis; indè ſumpſit pillulas aggregatiuas, rh: barbati, & hyeræ Nicolai. Fuit facta inciſio, & extracta aqua; poſteà cùm decocto ex abrotano, pulegio, camomilla, calamento, origano, fabis, aniſo, cymino, fæniculo, anetho; tèr, aut quatèr in die fiebant fumenta, indè fiebant vnctiones cùm oleis ſequentibus. ℞: ol: philoſophor:, canis compoſiti, ruracei, caſtorei, myrrhæ, camomillæ an: vnc: ß:, vngatur, indè aptato ſubligaculo cùm emplaſtro ſymphyti optimè conualuit.

Aliud.

MArcellus Leoninus ab eodem loco annorum 23., temperamenti mixti, laborabat eodem modo Hernia. Fuit paritèr facta inciſio, & applicita eadem medicamenta, ſed morbus perſiſtebat, ità vt in quatuor menſibus tèr opus fuerit renouare inciſionem, poſteà per duos menſes ſumpſit decoct: ligni viſci quercini, ſalſæ, & lentiſci; tèr ſumpſit vinum Calicis, & conualuit.

Aliud.

CReſcentius Albertinus à Valle Radina annorum 28., temperamenti mixti, laborabat Hernia ventoſa, quæ fuit inciſa vtpotè in ſupradictis, adeò vt exiret humiditas, & poſtea cùm eiſdem medicamentis fuit curata inciſio. Iuſſi per menſem ſumere ſequens vinum deſiccans ℞: lentiſci, viſci quercini an: vnc: 1. ß:, ſaſſafras vnc: 3., ſalſæ parillæ vnc: 6., antimonij redacti in Regulo primi gradus vnc: 1. ß:, cynnamomi, fæniculi an: vn: 1., vini generoſi albi libras 12., fuerunt omnia infuſa per tres dies, de quo vino ſumebat patiens ad vnc: 4. quolibet mane, fuit poſteà applicitum ceratum ſtibij ad partem, & cùm dieta neceſſaria tandèm euaſit liber.

Aliud.

MArtha Sanſonis ab Orzena, annorum 48., temperamenti humidi, laborabat Hernia ventoſa in vmbilico ad formam veſſicæ bouis tumefactæ. Fuit hæc inciſa, & cùm fumentis, vnctionibus &c. fuit curata. Sumpſit patiens decocta ligni, fuerunt applicita ſplenia conſolidæ maioris, & conualuit.

Aliud.

DOminicus Torres à Vaſtia, annorum 31., laborabat Hernia Zirbale, cuius gratia inteſtina deſcendebant in ſcrotum, nec abſque doloribus acerbiſſimis, & difficultate redire in ventriculum valebant. Iuſſi aptari quoddam ſubligaculum ferri in pectine (aptius exemplar in tractatu de Chyrugia breui tempore Typis mittendo deſcribe-

 tur)

tur) ſicque fuit cùm remedijs ordinarijs, & deſiccantibus purgatum corpus, & indè fuit applicitum ceratum deſcriptum à Leonello Fauentino in Capitulo de Hernia Zitbale, cùm quo viſu, inteſtinis ad ſuum locum reuerſis, conualuit.

Aliud.

ANtonius Griffus ab eodem loco laborabat eodem modo Hernia inteſtinali, & applicitis omnibus præfatis medicamentis, morbus perſiſtebat. Vſus ſum noſtris trochiſcis contrà carbones, & cauſticaui locum, in quo deſcendebant inteſtina, poſteà cauſtica fuerunt curata cùm noſtro balſamo incarnatiuo, & ſic euaſit ſoſpes.

Eodem modo innumeros curaui pueros, & in quibuſdam addidi oleum iuniperi, & balſamum noſtrum adſtringens, & etiam cùm ſplenio conſolidæ mediç, permutando eum bis in die. Noſtrum balſamum adſtringens applicitum per quadraginta dies in huiuſcemodi morbis mirè confert etiam in hominibus 30. annorum, & ampliùs.

In Herniis varicalibus adeſt tantùm difficultas in ferendis ligaminibus arctis. In Hernia carnoſa nunquam conuiui inciſionem, quamuis aſpexerim Nurſinos quoſdam eam cùm honore inciſiſſe; hanc ego curaui cùm decoctis, & fumenis rerum adſtringentium, & cùm vnctionibus adſtrictiuis.

Caput LXVI. De Gonorrhæa.

DOctor egregie. Quod ſeminis profluuium Latinè dicitur Græcè Gonorrhæa appellata, nil aliud eſt, quàm inuita, ac præter voluntatem, & pudendi tenſionem, ſeminis excretio; ſunt tamen qui differentiam inter ſemen, & genituram eſſe dicant, vt ſemen tantùm in his eſſe velint, qui generare adhuc non poſſunt è contra verò genituram. Cauſæ ſunt vel ſpermatis copia, vel eius tenuitas, & acrimonia, vel multitudo eorum, quæ generant ſperma, vel erunt imbecillitas retentricis, aut expulſoriæ facultatis fortitudo in ſeminarijs vaſis, aut ex renibus ob eorum adipis liquefactionem, quæ fieri poteſt à nimio coitu, aut eius cogitatione. Signa ſi à conuulſione hoc malum prouenit videntur; quia adeſt erectio virgæ cùm dolore; ſigna imbecillitatis retentricis ſunt quia ſinè erectione virgæ ſemen egreditur, ſigna mordacitatis ſeminis ſunt quia in exitu dolor percipitur, & vrinæ ardor, & calor eius ad flauitiem declinis eſt. Hæc præſens igitur quia fit ex multitudine ſeminis, nulla ad copiam coitus imbecillitas corporis, ſiuè diminutio ſequitur, vt Gal: inquit 6. de loc: aff: cap: 4., & 5., & Auic: 20. fęn: cap: 30., & 31., & Aetius ſer: 2. cap: 33.; ſic & ætas, complexio, anni tempus, & præcedens regimen idem confirmant, vnde eius indiſpoſitio in cap: de Gonorrhææ profluuio ex multitudine ſeminis ob malam diſpoſitionem hepatis, & renum ponenda eſt.

Circà prognoſticum Aetius ſer: 11. cap: 33. *non ſolùm autem viris, ſed etiam mulierculis hoc malum accidit, & in fœminis ægrè tollitur*, & hæc de prognoſtico.

Cura ſimilis erit huic qualis in omni fluxu parari ſolet, & primò cùm pauco cibo, & potu, & ſi à læſa retentrice facultate Gonorrhæa oriatur, cataplaſmatibus, inſeſſionibus adſtringentibus vtendum ex lentiſco, rubo, myrtho, acatia, hypociſtide paratis. Intrinſecùs opus eſt refrigerare, & mundificare renes à ſpermate corrupto, atque conſolidare partes læſas cùm conſeruis maluæ, ſyrupis maluæ, & therebintho in bolis cùm puluere liquiritiæ, ſale prunellæ, camphura, & ſimilibus, vel cùm therebinthina potabili, aut in ſpiritu, quæ medicamenta omnia alia debent præcedere. Conferunt etiam ptiſanæ ſeminum peponum cùm caſſia, & ſimilia. Si fiat, vt dixi, à multitudine ſeminis euacuetur primùm, deindè ſperma exſiccetur; exſiccant autem ſperma rad: nenupharis, ſemin: lactucæ, portulacæ, rutæ, agni caſti, folia ſalicis, cyminum, calamentum, myrrha, euphorbium, diacyminum, & ſimilia. Si à tenuitate ſpermatis fit, temperandum eſt cùm ſtypticis calefacientibus exſiccando, & craſſitiem inducendo; ſi à facultate expul-

expulſoria, tunc vtendum eſt frigidis, & parumpèr ſtupefacientibus. Conferunt Gonorrhææ agnus caſtus, aqua frigida, calamentum, camphura, ſa. capræ cùm melle potatum, caſtoreum cùm ſucco agni caſti, hæmatites lapis, erucæ, lactucæ ſemen, nymphæa, portulaca, plumbum in lamina, ſpiritus therebinthi, vitrioli, ſulphuris, ſal prunellæ, crocus Martis, ruta, ireos, diapraſſium Nic:, electuarium ſanum, & alia ſimilia.

Exempla ad hoc.

IOhannes Gratianus ab Orzena, annorum 34., temperamenti mixti propter vſum Venereum immoderatum in adoleſcentia, laborabat Gonorrhæa cùm maximo profluuio, quam in principio conatus fuit expellere cùm medicamentis ordinarijs, & purgando, & alia varia pharmaca ſumendo, ſed morbus euaſit vitioſus, ità vt per 14. annos continuatus fuerit abſque eò quod innumeris medicamentis, quibus infrà annum patiens vſus fuerat vellet cedere. Acceſſitus ego purgaui cùm caſſia, indè præſcripſi per 40. dies decocti ſalſæ, & ſaſſafras an: vnc: 6., antimonij crud: vnc: 4., pumicis vnc: 2., ſummitatum nucum viridium vnc: 1., therebinthinæ diſſolutæ cùm vitellis ouorum, & vnitæ poſtquam decoctum eſt factum, lentoque digeſtum calore vnc: 4., ſacchari quantum ſatis. Sumpſit per dictos dies hoc decoctum cùm vſu regulæ ordinariæ, & per ſiphonem in veſſica immittebatur bìs in die aliquantum ipſius decocti, in quo addebatur camphuræ gr: 3. ſalis Saturni diſſoluti cùm oleo therebinthi gr: 6., & cùm his medicamentis liberatus eſt.

Eodem modo Antonius Paulus Leonius ab eodem loco vexatus à Gonorrhæa per 9. annos remediorum præfatorum vſu extitit ſanus.

Aliud.

PAulus Circius à Luignano, temperamenti ignei, à ſex annis Gonorrhæa laborabat viridi, & vexabatur etiam gummis in capite, & alijs partibus. Curaui hunc per duos menſes cùm decoctis ligni, ſalſæ &c., ſed cùm morbus pertinax eſſet, præbui per 25. dies pillulas noſtras antiuenereas, adhuc tamen non euaneſcebat; demùm iuſſi vngi per ſex dies ſemèl in biduo cùm vnctione ſcripta à Gabrielle Falloppio cap: 78. de morbo Gallico, ſicque exijt magna humorum copia per os, quibus humoribus, (quamuis ego iuberem accomodari aurum in ore, vtpotè eſt conſuetum) adhuc tamen exulceratæ ſunt fauces, & poſteà cùm gargariſmis deſiccantibus, in quibus ingrediebatur oleum antimonij, ſal Saturni cùm melle roſ:, Gonorrhæa, gummæ, & vlcera euanuere.

Aliud.

QVidam vir, & vxor in Ciuitate Hortonæ ad mare, (quorum nomina multis de cauſis taceo) à 17. annis laborabant Gonorrhæa, & quamuis multis vſi fuerint remedijs, adhuc tamen morbus perſiſtebat. Hoc tempore generauerant tres filios, quorum vnus quatuor annorum, ac altera fœmina ſeptem habebant ſigna Gonorrhææ, emittebant enim quandam materiam corruptam albam, & purulentam per virgam, & naturam. Curaui omnes hos cùm vino medicato priùs infuſo in Regulo, & poſteà cùm ligno, ſalſa, ſena &c. vtpotè eſt adnotatum in cap: de lue Venerea, de quo ſumebat vir vnc: 5., vxor vnc: 3. per 40. dies. Hoc tempore immittebat vir virgæ lotiones factas cùm decocto ligni ſancti, plantaginis, aluminis, camphuræ, & ſalis Saturni, quas eaſdem fœmina quoque immittebat in natura, ſicque Gonorrhæa deſijt. Poſteà ad cautionem ſumpſerunt Panacæam noſtram liquidam cùm auro, id eſt tincturam ſtib: j, & cùm dicta tinctura fuerunt curati filij, quam ſumpſerunt per tres menſes, & conualuerunt.

Caput LXVII. De Priapiſmo.

DOctor egregie. Priapiſmus nil aliud eſt, quàm genitalis membri tenſio in longum, & latum citrà Veneris appetentiam aucta, & ei dominatur priapus, quod nomen tale membrum habuiſſe ſuapte natura finxerunt. Differunt autem Priapiſmus, & Satyriaſis, primò quia priapiſmus vltrà virgæ erectionem non habet deſiderium coeundi, Satyriaſis autem habet immoderatam voluntatem coeundi; ſecundò differunt, quia in Satyriaſi poſtquam fit coitus, & expellitur ſemen, membrum amittit quodammodo vim erectionis, & ſtatim incipit detumeſcere, & in Priapiſmo non emittitur ſemen, aut ſi emittitur paucum, & membrum remanet tenſum, & erectum. Cauſæ huius effectus ſunt tres; prima arteriarum ora immodicè patientia, & hæc vel ob humorum vitia, vel ob flatuoſum ſpiritum ſinè ordine, & violentèr euacuatum. Secunda vaporoſus ſpiritus in fiſticuloſo neruo ortus, qui fit ab humore viſcoſo, craſſoque cùm caloris paucitate. Tertia eſt rei Venereæ abſtinentia, quæ accidit ob ſeminis retenti multitudinem. Hæc mihi videtur fieri ab humore viſcoſo, & craſſo cùm paucitate caloris; & indicia per ſe ſunt manifeſta ex definitione data, ex infirmi relatione, & alijs ſignis, quæ clarè videntur vt Gal: inquit 14. meth: cap: 5., & 6. de loc: aff: cap: 5., & 9. de comp: Med: per loc: capit: 9., & Auic: 20. ſen: cap: 37., & Aetius ſer: 11. cap: 32.; ſic & ætas, complexio, anni tempus, & præcedens regimen idem confirmant, vndè eius indiſpoſitionem in cap: de Priapiſmo ab humore viſcoſo, & craſſo ponenda eſt.

Circà prognoſticum Auic: ſen: 20. cap: 37. *& hoc accidens quando non curatur peruenit ad tetanum vaſorum ſpermatis, & accidit apoſtema calidum cum eo, & interficit*, & hæc de prognoſtico.

Circà curam tres medendi intentiones inſurgunt, quarum prima eſt regimen victus; ſecunda eſt euacuatio; tertia materiæ diſcuſſio, & reſolutio. Regimen igitur fit abſque re manifeſta caliditate; euacuatio fit per ſanguinis miſſionem, & per purgationem, cùm per vomitum, cùm per ea, quæ per inferiora ſoluunt; reſiduum materiæ diſſentitur per frictiones crebras, per exercitium, & balnea ex aquis digerentibus, & per ea, quæ vnico verbo calefaciunt, & exſiccant, ſed interim per initia. Si calidior materia fuerit, ea imponenda, quæ caloris proportioni reſpondeant, vt cùm cerato roſaceo, infrigidante Gal:, cùm lamina plumbi, & ſimilia. Digeſta materia tunc ad diſſoluentia accedendum ſinè calefactione vehementi, ſicut cùm camomilla, agno caſto, ſale plumbi, ſale Iouis, anetho, roſis, & ſimilibus. Prohibent Satyriaſim, & Venerem vitex, allium, verbena, camphura, cicuta in cataplaſmate, coriandrum, eruca, ruta, lactuca, menta, fimus muris, nymphæa, ſalicis folia, portulaca, roſa, plumbum, ſtagnum, nepita, faba, diaolibanum, & ſimilia.

Exempla ad hoc.

AQuilæ quidam Iuuenis annorum 28., amore cuiuſdam Monachæ deperditus tranſierat in Satyriaſim, ſeù Priapiſmum à tribus diebus cùm erectione abſque eò quod poſſet quieſcere, & in illis tribus diebus vigeſiès corruptus eſt, adhuc tamen virga ſemper manebat tenſa. Vocatus iuſſi fieri vnctiones in pectine, & infrà teſtes, & anum cùm oleo nenuphar:, in quo erat diſſoluta camphura, & ſal Saturni, ſic etiam in renibus. Per os dedi vinum Calicis, & multa euomuit, indè iuſſi ſumere ſequens decoctum ℞: ſummitatum ſalicis, rad: filicis an: pug: 1., verbenæ manip: ß:, mentæ ſiccatæ manip: 1., ſem: agni caſti vnc: ß:, ſalis Saturni, Iouis an: ſcrup: ß:, camphuræ gr: 10:, aquæ verbenæ q: ſ:, fiat decoct:, de quo ſumebat libram in diem, & infrà triduum conualuit.

Aliud.

Aliud.

PLanellæ quidam Iuuenis, qui vexabatur ab eadem erectione à pluribus diebus, & coeundo non emittebat ſemen, fuit à me eodem modo curatus, & conualuit.

Aliud.

QVædã fœmina in Luignano laborabat tàm magno coeũdi appetitu, vt translatàm tus ſe ipſam exhibuerit tribus Paſtoribus, qui tamen per triduum mulieris impudicam ingluuiem explere non valebant. De hoc eius parrua conſcia clauſit eam in quadam domo, & vocauit me, vt curarem, cui iuſsi fieri vaporaria cùm cicuta, & hyoſcyamo partibus naturæ. Sumpſit bis vinum Calicis, & per aliquos dies decoctum verbenæ, & ſeminis agni caſti cùm pauco ſale Iouis, ſicque appetitus defecit, & liberata fuit.

Aliud.

ALia fœmina in Oppido Planellæ, cuius vir erat extrà patriam, laborabat paritèr Veneris appetitu, ad quem ſatisfaciendum iuſsit vocari Medicum quendam, qui cùm adijſſet, nullo morbo apparente in fœmina reperto, diſceſsit. (pudor enim amouerat à muliere audaciam petendi quod toto corde optabat.) Accerſitus ego, & confidentèr redditus conſcius de mulieris ſomite applicui antedicta remedia, quorum vſu morbus omninò diſceſsit.

Cap: LXVIII. De Suppreſſione menſtruorum.

DOctor egregie. Menſes ſunt mulierum profluia à vitiato humore dependentia, taleſque dicti ſunt, quòd ſingulo menſe accidant. Tempus durationis menſtruorum multis mulieribus eſt à primo vſque ad tertium diem, non paucis à primo vſque quintum, alijs ad ſeptimum, & rarò ad duodecimum vſque extenditur profluendo. Incipiunt fluere à quartòdecimo anno, paucis antè 13., aut 12., nec vltrà quinquageſimum fieri ſolet, immò à triginta quinque annis, præſertim obeſis mulieribus ſolet ceſſare. Menſtrua ſupprimuntur, vel ex per ſe affecto vtero, vel per conſenſum; per ſe afficitur vterus, vel ex duritie contracta, vel ex venarum anguſtijs, vel ratione facultatis expulſoriæ, quæ ob malam intemperiem oriri ſolet; ſupprimuntur rursùs ob abſceſſum, vel carnem additam, & etiam ſi ad alia loca ſanguis transferatur; vel ob varia excretionum genera. In cauſa igitur, quam nunc inquirimus, ſupprimuntur obſtructis vaſibus, quæ ad vterum deſcendunt, & hoc ratione caloris deſiccantis, ob copiam humorum craſſorum, & per conſenſum etiam hepatis ſanguinem non ritè gignentis, & ex obſtructis corporis membris particularibus; quæ autem fit ab abſceſſibus, vel carne addita, per obſtetricem cùm ſignis abſceſſuum cognoſcitur; ſimilitèr quæ fit à duritie, vel à conceptione, per obſtetricem vteri ceruicem tangentem cognoſcitur. Item à frigore cognoſcitur, grauitate ſomni, coloris albedine, pulſus raritate, copia vrinæ, & excretione pituitoſa. Fit igitur hæc à caliditate, & ſiccitate, vt patet ex inflatione, ac exſiccatione vteri, & ex his, quæ vterum radunt, ac mordent, & exæſtuatione corporis, & venarum tenuitate, vt inquit Gal: 6. de ſympt: cau: cap: 4., & aphor: 5. commento 57., & Auic: ſen: 11. capit: 25., & 27., & Hipp: aphor: 5. aphor: 34., & Aetius ſer: 16. cap: 51., & 54.; ſic & ætas, complexio, anni tempus, & præcedens regimen idem confirmant, vndè eius indiſpoſitio in capite de Suppreſsione menſtruorum à copia humorum viſcidorum, & craſſorum ponenda eſt, & hæc de morbi eſſentia.

Circà prognoſticum Hipp: aphor: 5. aphor: 34. *menſtruis deficientibus ſanguis ex naribus fluens, bonum*; & aphor: 57. eiuſdem: *ſi menſtrua plura fiant accidunt morbi, & ſi*

non fiant ex vtero morbi contingunt ; & ibi: *ſi mulieri ceſſent purgationes, neque febris, neque rigor ſuperueniant, & faſtidia accidant iudica ipſam in vtero habere ;* & Auic: 21. tract: 3. cap: 26.: *ſuppreſſis menſibus ei, cui virtus ad excernendum eſt potens, aſſimilatur viri, & multiplicantur capilli, & naſcitur ei veluti barba ; quare frangitur forum eius, & incraſſatur, deindè moritur, & interdùm prouenit antè mortem ad diſpoſitionem, cùm qua non eſt poſſibile vt prouocentur menſtrua,* & Aetius ſer: 16. cap: 25.: *ſuppreſſis menſtruis ſanguinis, reiectationis, ac ſyderationis periculum imminet ;* & hæc de prognoſtico.

Cura igitur retentionis menſtruorum duplex eſt; prima in remouenda cauſa elaborat, altera in prouocandis menſtruis operatur, quia verò cauſa eſt caliditas, & ſiccitas cohibens menſtrua, ideò prouocare ea non licèt, cùm ſatis ſit ab hoc calore ſuperfluitates abſumere, deindè materiam præparare, & præparatam euacuare. Præparatur craſſa attenuando, & obſtructa aperiendo, puta cùm oxymelle, ſyr: byſanthino, roſato, violato, de duabus rad:, & de quinque, cùm aquis fæniculi, apij, cuſcutæ, & ſimilibus. Euacuatur cùm his, quæ humorem ſuperfluum educunt vt cùm agarico, electuario Indo, diacatholicone, diaphinicone, aut extractis earundem rerum ; ſic etiam cùm vino emetico, Calicis, & ſimilibus. Malam indè intemperiem derelictam debemus remouere cùm his, quæ ſtomachum, & hepar roborant, quales ſunt multæ confectiones, vt triaſandal:, diarrhod:, troch: de camphura, ſacchar: roſ:, bugloſ:, borrag:, & cùm epithemate, inunctionibus, & ſimilibus. Prouocant quoque menſtrua decoctum quinque rad: cùm ſabina, pulegio, calamento, mentaſtro, origano, cùm ſyr: de duabus, vel quinque rad:, aut troch: Raſis, caſſia lignea, crocus, cynnamomum, borax aurificum; item balnea, frictiones, & cucurbitulæ poplitibus, ac coxarum parti domeſticæ applicatis; item ſaphenæ venæ inciſio, & peſſaria ex mercuriali, & melanthio cùm muſco in rara ſyndone, & ſimilia ; abſynthium, acorus, agaricus, agnus caſtus, allium, aloes, amaracum, amygd: amar:, abrotanum, artemiſia, aſſarum, cyclamen, calamentum, chamædrys, chamæpitys, camomilla, cantarides, caſtoreum, centaurea, cyperus, cucumer agreſtis, naucus, helenium, eupatorium, faſeoli rub:, lens ſylueſtris, galbanum, ammoniacum, iris, lupini, maiorana, cuſcuta, laurus, marrubium, meliſſa, mentaſtrum, matricaria, mercurialis, myrrha, calybs præparatus aperitiuus, naſturtium, ouum anatis, origanum, ozimum, papauer rub:, paſtinaca, peonia, peucedanum, pulegium, rhaphanus, roſmarinus, rubea tinctorum, ruta, ſambucus, ſaluia, ſatiregia, ſabina, ſerpyllum, ſynapis, ſcammonium, ſcylla, ſpica, vrtica, vſnea. Compoſita ſunt diacalamentum, diatrion pipereon, diapraſſium, troch: de myrrha, theriaca magna, triphera magna, pillulæ fætidæ, de ſerapino, decoctum ſplenis bouis Querceṫani, & multa decocta, & extracta ab eodem deſcripta ; confert etiam ſal artemiſiæ, matricariæ, fraxini, iuniperi, tamariſci, calybis, & ſimilium.

Exempla ad hoc.

AGatha de Lucianis ab Orzena annorum 22., temperamenti atrabilaris, à quatuor annis menſtruorum ſuppreſſione laborabat, & quamuis innumera experta fuiſſet medicamenta adhuc tamen nunquam fluxerant menſtrua. Vocatus ego præbui vinum Calicis, & per ſex dies ſumpſit decoct: cicerum cùm radicibus petroſelini, rubeæ tinctorum, & intùs immittebantur croci ſcrup: 1., ſalis artemiſiæ calybeati drag: ß:, boracis gr: 3. In tertio fuit celebrata phlebotomia in ſaphæna, & fuerunt extractæ vnc: 7. ſanguinis, fiebant etiam fumenta in partibus cùm fecibus Reguli, & fuit poſteà reiteratum vinum prædictum, qua eadem nocte apparuit aliquod beneficiorum ſignum ; repetiuit dictos ſyr: per multos dies cùm confricationibus in humeris, & cucurbitulis non ſcarificatis in coxendicibus, & poſt nouem dies vbertimè menſtrua emanarunt, & repetitis fumentis optimè ſe habuit.

Aliud.

Aliud.

ANna Maria de Suſinis ab eodem loco, annorum 25., temperamenti humidi, à tribus menſibus non fuerat experta beneficia. Præſcripſi præfata vaporaria, & per os præbui tincturæ croci ſcrup: ß:, olei myrrhæ g: 6., extractus ſabinæ ſcrup: 1., tincturæ ſuccini drag: ß., aquæ florum aranc: libr: ß:, quam doſem ſumebat quolibet manè per ſeptem dies, & ſic menſtrua redierunt, & optimè infirma conualuit.

Aliud.

LAura Saccona ab eodem loco, annorum 21., temperamenti imbecillis, abſque calore in facie, comedebat gypſum, & calcem, & nunquam habuerat beneficia; huic præbui Aurcati noſtri gr: 4., & hanc doſem tèr ſumpſit, tèrque polubrum pituitæ euomuit; poſteà fuerunt facta fumenta ſupradicta, & applicitum ceratum ſtomachale ſtomacho, indè ſequentes pillulas ſumebat ℞: extractus ſabinæ, ariſtolochiæ rotundæ an: drag: ß:, fæculæ brioniæ, caſtorei, myrrhæ an: ſcrup: 1., croci, ſalis calybis vitriolati an: ſcrup: 1. ß:, f: pill:, cap: drag: ß: prò vice, quam ſumpſit doſem per menſem, & in manè ſumebat iurem cicerum, & petroſelini, vt ſuprà fuit dictum, & ſic conualuit.

Caput LXIX. De Profluuio Menſium, & eius cauſis.

DOctor egregie. Duplicem hic affectus habet cauſam, vel ab vtero vndè emanat, vel ab ipſo humore fluente. Prima fit, aut ab vteri imbecillitate, aut ab eius venarum aperitione, aut à quouis vlcere corrodente, vel ſciſſura. Secunda bifariam fieri contingit, vel ab eius ſanguinis quantitate, vel qualitate, & hæc aut cauſa caliditatis ſanguinis, aut tenuitatis; interdùm etiam ſuperfluunt menſtrua cauſa obortiui fętus, vel ob partus grandiores. A quantitate ſuperflua igitur prouenit hæc, cui nunc incumbimus, cauſa repletionis nimiùm corpus aggrauantis, vndè fit euacuatio, quæ non naturalis eſt, ob ſuam multitudinem, & dominium, ideò immodicè profluit. Signa repletionis ſunt latitudo venarum exuberans faciei; & corporis repletio, quæ interdùm cùm dolore accidit, & calor fædus, & pedes tumeſcunt, concoctio vitiatur, & proſternit corporis robur, vt Gal: inquit aphor: 5. com: 57., & 6. de loc: aff: cap: 4.; & Auic: 21. tract: 3. capit: 2., & 3., & Paul: lib: 3., ſic & ætas, complexio, anni tempus, & præcedens regimen, idem confirmant, vndè eius indiſpoſitio in cap: de menſium profluuio à ſuperflua quantitate cauſa repletionis nimiùm corpus aggrauantis, ponenda eſt.

Circà prognoſticum Hipp: aphor: 5. aphor: 56. *in fluxu muliebri ſi conuulſio, & animi defectus aduenerint, malum*; & 57.: *ſi menſtrua plura fiant accidunt morbi, & ſi non fiant ex vtero morbi contingunt*, & Auic: 21. cap: 2., & 3.: *& cùm ſuperfluit ſanguinis fluxus ſequitur debilitas appetitus, & digeſtionis, aut extremitatum inflatio, & caloris malitia, & interdùm perducit ad hydropem*. Riu: de immodico fluxu ait: *omnis hæmorrhagia copioſior, vel diuturnior periculoſa eſt, præcipuè ex vtero, quæ non ſolùm indiuiduo, ſed etiam ſpeciei noxia eſt*.

Circà curam duæ requiruntur intentiones, quarum altera in remouenda fluxus cauſa conſiſtit, altera in retinendo fluxu. Igitur cùm menſtrua nunc ſuperfluunt cauſa multitudinis ſanguinis, ideò ſectione venæ, victu tenui, qui ſanguinem non adaugeat ſuccurrendum eſt; deindè ſanguinem alterare cùm ſyr: roſ:, de granatis, de ſucco acetoſæ, violato, & cùm aquis acetoſæ, portulacæ, plantaginis, & ſimilibus. Mox euacuare cùm myrabolanis, caſſia, & rhabarbaro, & ſanguinis diſcraſſia cùm diarrhodone, triaſandalis, vel cùm epithemate ex aqua roſ: plantaginis, & vnctionibus frigidis remouetur. Secunda intentio eſt ſanguinis cohibitio, quæ duobus medijs perfici poteſt; primò diuerſione, vt ſanguinem ad alias partes reuocemus; ſecundò cohibitione reſtringendo, & viam

& viam intercipiendo, per quam ſanguis debet fluere. Diuerſio igitur fit per ſectionem venæ hepaticæ, vel baſilicæ, aut per appoſitionem cucurbitularum ſub mammis antè cibum, vel ſub brachijs cùm vehementi frictione. Interceptio viarum per quos ſanguis fluit tùm extrinſecè, cùm intrinſecè fieri poteſt; intrinſecè cùm ſyr: frigidis ſtypticis, qualis eſt ſyr: roſ:, myrthinus, de portulaca, cùm aquis plantaginis, ſolatri, acetoſæ, quibus addi poſſunt troch: de charabe, de terra ſigillata, de ſpodio cùm ſemine acetoſæ; item cùm pillulis coralliorum tub:, lapidis hæmatitis, electuatis de ſcoria ferri, & triphera ex arte paratis, & ſimilibus. Valent etiam in hoc caſu peſſaria ex goſſipio in ſuc: plantaginis immerſo cùm bolarmeno, ſanguine draconis, & ſimilibus; item balnea, & inunctiones ex rebus ſtypticis, vt ex roſis, cort: granatorum, gallis, balauſtijs, acatia, hypociſtide &c. quæ omnia cùm nihil profeeerint ad narcotica, conſiderata primùm virtute, refugiendum, qualia ſunt laudanum nepentes, pillul: cinogloſſ:, theriaca recens, athanaſia Nic:, & phylonium, & alia ſimilia. Siſtentia, ac ſupprimentia menſtrua ſunt acatia, acetoſa, alumen, aizoon, aqua aluminoſa, balauſtia, barba hyrci, bolarmenus, blactæ, byſanthiæ, ſuffumigium caſtanearum corticis, cauda equina, cornu cerui vſtum, cicuta, cydonia, coagula, conſolida, corallia, coriandrum, lapis hæmatites, hepatica, vinum extinctionis ferri, fimus capræ, aſinius, gallæ immaturæ, gypſum, gummus arab:, glandes, granatorum cort:, & flores, hyoſcyamus, charabe, lapis hiaſpis, lentes, lentiſcus, licium, ſemen mandragoræ, margaritæ, maſtix, menta, millefolium, myrrha, myrthus, frondes mori, mumia, nymphæa, olibanum, oliua, polygonon, portulaca, cortices interiores quercus, & vlmi, roſa, rubus, ſanguis draconis, fabæ Ægyptiæ comeſtæ, ſolatrum, ſumach, ſcoria ferri, vernix, ſpodium, ſpica Inda, virga paſtoris, flores vitis agreſtis, hypociſtidis, ſuccus pruni acerbi, & agreſtis. Compoſita ſunt pillulæ noſtræ adſtringentes, conſ: alchechengi Nic:, conſ: ſcoriæ Nic:, diaolibanum Nic:, theriaca recens, laudanum nepentes, phylonium Perſicum Meſ:, ſyr: de myrtho, de portulaca, theodoricum magnum, triphera minor, troch: de terra ſigillata, de charabe, de ſpodio, micheleta, athanaſia Hali, & alia ſimilia.

Exempla ad hoc.

DOmina Camilla de Griſolis à Luignano, annorum 15., temperamenti ſanguinei, laborabat profluuio menſtruali tam copioſo, vt in die quinque, aut ſex ſanguinis libræ exirent, & curabatur à Medico ordinario cùm ſectione venæ brachij, & pedis, & alijs remedijs, ſed fruſtrà. Vocatus ego ſtatim præbui duas pillulas noſtras adſtringentes, & in nocte deſijt profluuium; in manè iuſſi decoctum adſtringens cùm aqua fabrorum, in qua ebullierant cupulæ glandium quercinarum, galla, cortices granatorum, ſuccus acatiæ, hypociſtidis, portulacæ, plantaginis, polygoni, burſæ paſtoris, bolarmenus, ſanguis draconis, & camphura, quod decoctum aliquantùm tepidum immitebatur in natura, & poſteà immitebatur etiam noſtrum balſamum adſtringens, ſicque deſijt ſanguinis profluuium; ad cautelam autem ſumpſit dictas pillulas per decem dies, & fuerunt factæ lotiones per quindecim cùm eodem balſamo, & ſic conualuit.

Aliud.

DOmina Veneranda de Griffonibus à Valle Radina, annorum 48., temperamenti bilioſi, propter menſium profluuium erat quaſi redacta ad vitæ extremum, & quamuis multa adhibuiſſet medicamina, adhuc tamen nullum experta fuerat iuuamen. Vocatus præbui dictas noſtras pillulas adſtringentes, & in nocte defecit profluuium; fuerunt factæ præfatæ lotiones, & ſumendo pillulas dictas per quatuor dies, morbus euanuit, ſed poſt duodecim dies redijt; quare fuerunt applicita eadem medicamina, & denuò profluuium diſceſſit, ſed poſt 20. dies vehementius regreſſum eſt; habuit in vſu prædicta pharmaca, & fuit paritèr pro alia vice liberata, at poſt menſem, denuò morbus reuerſus

eſt,

eſt, quia verò corpus erat chacheticum, iuſſi ſumere lac ferratum capræ, in quo ſit ebullitum extractum conſolidæ maioris, & ſic abſque eò quod ampliùs rediret morbus diſceſſit.

Aliud.

SVſanna de Benedictis à Luignano, annorum 52., temperamenti bilioſi, tranſierat in chacheſiam cùm copia ſeri vberrima, & à 14. menſibus laborabat fluxu menſtruali continuo, ità vt redacta ad magnam extenuationem, pulſus non reperiretur. Duas præbui præfatas pillulas noſtras adſtringentes ad pondus ſcrup: 1., & in nocte quieuit, & ſanguis partim deſijt, fuerunt per quinque dies factæ præfatæ lotiones, & intromiſſum balſamum vt ſuprà, & ſanguinis profluuium euanuit; ſed quia erat deſtructa, & cùm magna ſeri vbertate iuſſi ſumere per duos menſes continuos potionem compoſitam in ſequentem modum quolibet mane ℞: chinæ teneræ, radicum arundinis an: drag: 2., lentiſci, ligni viſci quercini, & ſandalorum rub: an: drag: 1. ß:, radicum biſtortæ, conſolidæ, tormentillæ an: drag: 1., aquæ ferratæ libr: 1. ß:, decoquantur omnia vſque ad conſumptionem tertij, indè colentur, poſteà ℞: viperam vnam decorticatam abſque capite, cauda, inteſtinis, & pelle benè lotam cùm vino in quo ſint ebullitæ dictami albi, & ecchij viperini an: pug: 1., carnis coxæ vituli vnc: 3., cynnamomi quantū ſatis, fiat decoctio vſque quò euadat compoſitum aliquantùm viſcidum ad formam mellaginoſam, de quo ſumebat in manè poſt ortum Solis cùm pane, & bibebat ſimul binas vini rub: crateras, cùm quo vſu non tantùm fuit à profluuio ſanguinis libera, ſed etiam redijt cùm optimo colore, & perfecta ſanitate.

Aliud.

DOmina Antonia Paulina à Vaſria, annorum 44., temperamenti bilioſi, à nouem menſibus laborabat eodem fluxu, & erat ad extremam vnctionem peruenta. Præbui pillulam vnam ex præfatis ſemèl in die per nouem dies cùm multis cordialibus; fuerunt applicita ſplenia pectini cùm gypſo, & oui albumine, & immitebatur etiam in natura balſamum noſtrum adſtringens; & ſic deſijt ſanguis. poſteà præſcripſi compoſitum præfatum cùm viperis ſumendum per menſem, & dimidium, & optimè conualuit.

Aliud.

IN eodem loco Margarita Liuij annorum 17., temperamenti humidi, melancholici, pariter à maximo menſtruorum profluuio vexabatur. Fuit à Medico ordinario præſcripta phlœbotomia in brachio, & poſteà in pede, indè fuerunt præſtita varia pharmaca adſtringentia, at abſque fructu. Vocatus ego propoſui pillulas noſtras, ſed cùm Medicus præfatus vellet ſcire compoſitum, renui manifeſtare earum compoſitionem, & conſului harum vice tincturas corall:, lapidis hæmatitis, perlarum, & croci Martis an: dr: 1., de quibus dabatur ſcrup: ß: prò vice in aqua plantaginis. cùm quo medicamento ſanguinis profluuium ſiſtebatur aliquantulùm, ſed non omninò diſcedebat; fuit indè præſtita colophoniæ drag: 1. cùm ſucco plantaginis per tres dies, & pauliſpèr morbus deſijt, ſed cùm maiori vehementia poſteà reuerſus eſt; demùm mater ægrotæ iuſſit me iuxta voluntatem illi mederi, quare iuſſi ſumendas duas pillulas noſtras ſupradictas per dies ſex, & poſteà per duodecim dies præbebam vnam prò vice; fuerunt applicita emplaſtra verbenæ in regione ſplenis, & hepatis in pectine, & in vmbilico, & fuit immiſſa aqua adſtringens ſuperiùs notata in natura, & balſamum; poſteà ſumpſit per duos menſes ſequentem compoſitionem: ℞: fæculæ aronis, calami aromatici an: vnc: 2., diamargaritonis frigidi, diarrhodon: abb:, trialandal: an: drag: 1. ß:, magiſterij occulorum cancrorum, magiſt: corticum ouorum, magiſt: coralliorum, magiſt: perlarum an: drag: 1., vitrioli Martis drag: 3., pulueris antihetici

herici dragi: ʒ., conſeruæ roſ:, neauphar:, florum nucum, florum borraginis an: vnc: ʒ. ʒ, miſce, & cochlear vnum prò vice ſumebat in manè tribus horis antè prandium, cùm quo vſu morbus diſceſſit, & ipſa ſemper optima floruit ſanitate.

Prẹfatę pillulę ſunt mirabiles in omnibus ſanguinis fluxionibus, vtpotè diſintherijs, ſputis ſanguineis, hẹmorrhagijs, & ſimilibus, quę etiam ab excellentioribus huius Inclytę Vrbis Venetę Medicis ſunt in vſu poſitę à me illis conceſſæ, vi quarum multa ſanguinis profluuia amota fuere; ſunt enim compoſita cùm multis cordialibus potentibus, adſtringentibus, anodinis, & ſtupefacientibus, tandèm, Deo fauente, optimos in huiuſmodi morbis arcendis effectus produxere.

Caput LXX. De Doloribus iuncturarum, ſiuè Articulorum morbo, Podagra, & ſimilibus.

DOctor egregie. Iuncturarum dolor eſt triſtis ſenſatio earum à mala intemperie, vel à ſoluta continuitate eis accidente proueniens, cuius ſpecies ſunt arthritis, podagra, iſchias, gonagra, & chiragra. Podagra eſt affectio pedum ab humore calido, vel frigido dolorem inferens etiam neruis patientibus. Iſchias eſt coxarum dolor diuturnus ac difficilis à materia fluente ad vertebras oſſis ſciç, & ligamenta vſque ad poplites, & ſuras. Gonagra eſt inflatio genuum cùm intenſo dolore. Chiragra eſt manuum dolor à materia in neruis, & tendonibus earum contenta. Prẹſens igitur eſt morbus articularis, quem Grẹci arthritidem vocant, nec aliud eſt, quàm defluxus humorum ad artus, ſiuè iuncturas pedum, ac manuum cùm dolore, & tumore. Cauſę ſunt extrinſecę caſus percuſſio, propulſus, vel luxatio, labor intempeſtiuus, nauſeatiua ſatietas, nimia repletio, & omne, quod bonam digeſtionem impedit, & ſuperfluitates multiplicat; item conſuetarum euacuationum retentio, metores, curę, & reliqua animi pathemata. Cauſę intrinſecę ſunt mala complexio, & humores fluentes; in hac noſtra eſt pituita mixta ſanguini, & ſigna cauſarum extrinſecarum habentur ex relatione infirmi, vt dixit ipſe; ſigna pituitę, & ſanguinis ſunt diſpoſitio corporis ſanguinea, & pituitoſa, indè color liuidus, videlicèt albus cùm rubedine, dolor grauans, remiſſus, tumor magnus cùm mollitie, non ſentit, dolor pungitiuus, vrina eſt ſub alba, regimen pituitam, & ſanguinem generans, & ętas idem ſignificat vt Gal: inquit libr: ſ{en}: Med:, & aphor: 6. com: 28., & 49., & Paul: lib: 3. cap: 77., & 78., & Auic: cap: 22. tract: 2. cap: de dol: iuncturarum; ſic & ętas, complexio, anni tempus, & prẹcedens regimen idem confirmant, vndè eius indiſpoſitio in cap: de articulari morbo à materia pituitoſa mixta ſanguini ponenda eſt.

Circà prognoſticum Hipp: aphor: 2: aphor: 46.: *duobus doloribus ſimul eundem locum infeſtantibus vehementior alterum obſcurat*; & aphor: 4. aphor: 45.: *quibus tubercula vel in articulis labores ex febribus accidunt ij pleniore vtuntur cibo*; & Auic: 22. tract: 3. cap: 7. de dol: iunctur:, ſic ait: *humores crudi cùm retinentur in corpore, nec euacuantur per egeſtionem, vel vrinam, nec per artem, non eſt longinquum quin currere faciant dolores iuncturarum, & præcipuè in ſenibus, & habentibus ægritudines cronicas, & conualeſcentibus, qui non reguntur cùm rectificatione, & aptiora tempora ad dolores iuncturarum ſunt ver propter motum ſanguinis, & humorum, & autumnus propter malitiam humorum, & digeſtionis, & cùm ſuccurritur doloribus iuncturarum in primis quando apparent, fit eorum cura facilis, quòd ſi confirmentur, & conſueſcant propriè illis, qui generati ſunt, & humoribus diuerſis, non curantur*; & hęc de prognoſtico.

Prò cura articularis morbi quatuor opus eſt intentionibus, quarum prima erit auerſio, quę fit cùm ſectione venę per rectum diametrum, & etiam cùm euacuatione minuendo materiam, ſicuti cùm pillulis de hermodactilis minoribus, cùm rhabarb:, aut cùm vomitu ex prẹdictis noſtris in pluribus locis nominatis. Secunda eſt humoris digeſtio, & hęc fit cùm ſyr: roſ:, de granatis, aut rhodomelle, ſyr: de ſtœchade cùm aquis plantaginis, acetoſę, aut betonicę, abſinthij, & ſaluię. Tertia intentio eſt præparati humoris omnimoda euacuatio, vndè conueniunt pillulæ de hermod: maioribus, aut minoribus cùm rhabarb:;

aut

aut redactæ ad formam extractionis. Quarta eſt doloris prohibitio, quæ fieri poteſt cùm repercutientibus anodinis, qualis eſt caſſia cùm oleo roſ: diſſoluta, vel cùm aqua ſolatri, & roſ:, vel cùm medulla panis in lacte, cùm vitello oui. Anodina quoque conueniunt, ſicuti camomilla, anethum, mellilotum, fænugræcum, verbena, & ſimilia. Vlteriùs cùm his, quæ reſoluunt, & emolliunt procedendum, ſicut cùm oleo camomillę, & ſtercore vaccino, aut cùm balneo ex vino, & rebus ſtypticis, & ſimilibus. Cibaria ſint, vt ptiſana hordeacea cùm ſaccharo, cucurbita, atriplices, cucumeres, & ſimilia; vitentur dulcia, acria, & ſalſa, carnes, & vina; victus ſit tenuis, & prò potu ſit hydromel, & ſi materia in profundo lateat repellentibus in principio non vtimur.

Conferunt doloribus iuncturarum reſoluentia quędam, ac liquefacientia materiam condenſatam, vt crocus, mellilotum, aniſum, altea, maſtiche, iris, ſtęchas arab:. Quędam craſſitiem attenuantia, & ex profundo attrahentia ſicut caricę, mel, lentiſcus, abrotanum, apium ſylueſtre, calamentum, ariſtolochia, ruta cùm melle, vrtica, naſturcium, ruta ſylueſtris, ammoniacum, galbanum, euphorbium, reſina, therebinthina, coſtus, caſtoreum. Quędam attrahentia, & veſsicantia vt cepę, allium, lac ſici, anacardus, ſapo, cortex nucis, nouum atramentum, fermentum, & ſimilia. Quędam vrentia, & vlcerantia, vt atramentum, vitriolum, ſtaphyſagria, fermentum, ſcylla, vernix pini, thapſia, cantarides. Quędam penetrantia in profundum vt aqua vitę, oleum therebenthinę, oleùm philoſophorum. Quędam lenientia, & mollificantia, vt adeps humanus, canis, anatis, anſeris, vulpis, leonis, vrſi, medullę crurium vituli, cerui, aſini, ęſypus, mucilago, ſem: lini, fęnugręci, althęę, oleum vulpinum, coſtinum, liliorum, de caſtoreo, de ſynape, de nuce Romana cùm ſtorace, & aſſa. Quędam euacuantia vt pillulę fętidę, aggregatiuę, de hermod:, de ſerapino, de oppopanace Meſ:, pillulę artericę Nic:, pillulę maſtigeriales, conf: de turbith, & ſimilia.

Exempla ad hoc.

LVcianus Marinus à Vaſria, annorum 28., temperamenti pituitoſi, à tribus menſibus laborabat acerbiſsimis iuncturarum doloribus, ità vt nequiret moueri in cubili, nec vti brachijs, cruribuſuè, ex hic morbus erat productus à venatione, in qua humiditatem, & ſudorem minimi fecerat. Vocatus iuſsi per 20. dies ſequens vinum ℞: ligni ſancti, ſalſę, ſaſſafras, an: vnc: 3., lentiſci, buxi, ligni viſci quercini an: vnc: ſſ:, ſandalorum vnc: 1., ſem: aniſi, fænieuli, carui, baccarum lauri, cardamomi an: vnc: ſſ:, ſenę vnc: 4., hermodactilorum vnc: 1., cynnamomi drag: 2., vini priùs infuſi in Regulo antimonij lib. 12., infundantur omnes per dies quinque poſteà cape vnc: 4. prò vice manè antè cibum 4. horis per dies 20. prædictos. Hoc tempore fiebant vaporaria ſudorifera in eodem cubili cùm herbis aromaticis, & ſaxis ignitis iuxtà noſtrum vſum deſcriptum in Arcanis; indè vngebantur partes cùm balſami canis rub:, bufonis, philoſophorum an: partibus equalibus, & hæc vaporaria fiebant ſemèl in triduo, vnctioneſque quolibet mane, & quolibet veſpere, ſicque in 9. diebus morbus diſceſsit.

Angelus Franciſcus Lupus ab eodem loco paritèr doloribus iuncturarum vexatus hoc medicamentorum vſu curatus conualuit.

Franciſcus Antonius Fidelis ab eodem loco paritèr cùm eiſdem remediis liberatus fuit.

Aliud.

SYmon Baptiſta de Baptiſtis à Luignano laborabat doloribus à lue venerea cauſatis; eodem modo, quo ſuprà curaui, & moderatus, at non remotus fuit morbus; iuſsi noſtras pillulas antiuenereas per aliquos dies, & euaſit ſoſpes.

Aliud.

Aliud.

BArbara Lucijà Luignano, annorum 28., temperamenti humidi, vexabatur paritèr doloribus vt ſuprà; propinaui dictum vinum, fumenta, vnctioneſque, & extitit ſana.

Aliud.

LVcia filia Ambroſij ab eodem loco annorum 17., temperamenti imbecillis, non adhuc experta fuerat menſtrua, adeò vt laboraret doloribus acerbiſſimis in toto corpore, & præcipuè in pectore, in coſtis, & per humerorum ſpondilia, ità vt de eius ſa ute vereter. Propinaui ſequens compoſitum ℞: extractus ſabinæ, ligni ſancti, ſaſſafras an: vnc: ſſ:, extractus artemiſiæ vnc: 1., fæculæ brioniæ drag: 2., extractus ſplenis bouis ad vſum Crollij drag: 6., pillularum de nitro vnc: 1. ſſ:, miſce, & capiat drag: 1. prò vice quolibet veſpere per dies 25.; vltra hoc fuerunt facta fumenta, applicitæ vnctiones, ſumpſit bis vinum Calicis, ſicque menſtrua emanarunt, & ægrota conualuit.

Multi Nobiles podagra laborantes ſumpſerunt, me conſulente, vinum Reguli cùm ligni ſancti, & aliarum rerum infuſione præfatum in vere, aut in autumno, ſicque præſeruati ſunt à fluxione, nec ab eadem, quamuis rediret, acerbè moleſtati. Quòd ſi dicat aliquis, quòd vinum infuſum in Regulo tertij gradus non ſolùm frigeſcit, ſed etiam vtpotè ſanguinis mundificatiuum alijs rebus eandem virtutem communicat, tamen multos noſco morbo præfato vexatos cùm hoc medicamento aliquantulùm præſeruati.

FINIS.

PHARMACORVM OMNIVM,

Quæ in communi ſunt Practicantium vſu Tabulæ, quarum prima de Syrupis, & Aquis vnumquemlibet humorem concoquentibus.

TABVLA PRIMA.

- Syrupi præparantes Pituitã.
  - Clementiores.
    - Mel roſ:
    - Oxymel ſimp:
    - Oxymel comp:
    - Syr: acetoſum.
    - De Menta maior:, & minor:
    - De Praſſio.
    - De Peonia.
    - De Hyſſopo.
  - Validiores.
    - Oxymel ſcyllitic:
    - Syr: de Betonica.
    - De duabus radicibus.
    - De quinque radicibus.
    - De Stæchade.
    - De Calamintha.
    - De Arthemiſia.
    - De Abſynthio.
    - De cortice Citr:
    - De Eupatorio.
    - De Rubea Tinctor:

- Aquæ
  - Fæniculi.
  - Apij.
  - Abſynthij.
  - Saluiæ.
  - Nepetæ.
  - Aſparagi.
  - Mentæ.
  - Petroſelini.
  - Decoct: Rubeæ.
  - Baſiliconis.
  - Maioranæ.

- Syrupi præparantes Bilem flauam.
  - Clementiores.
    - Syr: Violaceus.
    - Roſatus.
    - De ſuc: Roſarum.
    - De Endiuia.
    - De Cicorio.
    - De Cicorio cùm Rhab:
    - De ſucco Acetoſę.
    - De Agreſta.
    - De Nymphæa.
    - De Portulaca.
    - De Berberibus.
    - De Cydonijs.
    - De Myrtho.
    - De Papauere.
  - Validiores.
    - Rob de Ribes.
    - Oxyſaccharum.
    - Syr: de Granatis.
    - De Limonibus.
    - De acetoſitate Citri.

- Aquæ
  - Violarum.
  - Cucurbitæ.
  - Cydoniorum.
  - Roſæ.
  - Endiuiæ.
  - Acetoſæ.
  - Cuſcutæ.
  - Lactucæ.
  - Portulacæ.
  - Nymphææ.
  - Cicorij.
  - Plantaginis.
  - Solani.

Syrupi

- Syrupi præparantes Bilem atram.
  - Clementiores.
    - Mel roſ:
    - Oxymel ſimpl:
    - Oxymel comp:
    - Syr: de Lupulis.
    - De ſucco Borraginis.
    - De Capill: Veneris.
    - De Fumaria.
    - De Byſanthiis.
    - De Bugloſſa.
  - Valentiores.
    - Syr: de Thymo.
    - De Epithymo.
    - De Pomis.
    - De Calamento.
    - De Scolopendria.
- Aquæ
  - Pomor: redolentium.
  - Meliſſæ.
  - Baſiliconis.
  - Lupulorum.
  - Fumarię.
  - Abynthii.
  - Borraginis.
  - Bugloſſę.
  - Scolopendrię.
  - Maioranç.
  - Florum Sambuci.
  - Florum Geniſtę.

Syrupos hodiè Practici aquis diſtillatis commiſcere ſolent, & ità potandos prębent, obſeruantque, vt ſit dupla aquarum menſura ad vnam ſyruporum, ſyruporum autem, ac aquarum mixtionis quantitas non traſcendere debet vnc: 4.; exhibentur verò omnes Syrupi ex magna parte ſummo manè, interdùm etiam veſpere circà ingreſſum cubilis, illis potiſsimùm, qui ſomni conciliandi gratia eos ſumunt.

Alium Syruporum Cathalogum, atque compoſitionem vide apud Quercetanum pag: 99., ne amplius enim in hac materia me protraham Lectorem ibi remitto.

De Syrupis, & Aquis cuilibet membro appropriatis.

TABVLA SECVNDA.

- Syrupi concoquẽtes Pituitã.
  - Capiti.
    - Mel roſ:
    - Syr: de Stæchade.
    - De Betonica.
    - De Peonia.
    - De Meliſſa.
  - Aquę
    - Saluiæ.
    - Betonicæ.
    - Maioranæ.
    - Roriſmarini.
    - Meliſſæ.
  - Pectori.
    - Mel viol:
    - Syr: de Hyſſopo.
    - De Praſsio.
    - De Calamento.
    - De ſucco Scabioſç.
    - De Tuſsilagine.
    - De Capil: Vener:
    - De Peto.
    - De ſucco Hederæ terreſtris.
    - De Hibiſco.
    - De Pomis.
  - Aquæ
    - Scabioſæ.
    - Capill: Veneris.
    - Hyſſopi.
    - Saluiæ.
    - Enulæ Campanæ.
  - Ventriculo.
    - Mel roſ:
    - Syr: de Menta.
    - De Roſis ſiccis.
    - De Abſynthio.
  - Aquæ
    - Abſynthii.
    - Mentæ.
    - Meliſſæ.
    - Fæniculi.

Syrupi

- Syrupi concoquentes Pituitam.
  - Iecori.
    - Oxymel ſimplex.
    - Oxymel compoſ:
    - Syr: de Abſynthio.
    - De Eupatorio.
    - Aquæ
      - Cuſcutæ.
      - Abſynthij.
      - Cichorij.
      - Apij.
      - Eupatorij.
  - Lieni.
    - Oxymel ſimpl:
    - Oxymel comp:
    - Syr: de Eupatorio.
    - De Thymo.
    - De Calamento.
    - De Pomis.
    - De Lupulis.
    - De Scolopendria.
    - De Fumaria.
    - Aquæ
      - Cuſcutæ.
      - Geniſtæ.
      - Scolopendriæ.
      - Calamenti.
      - Bugloſſæ.
  - Renibus.
    - Oxymel ſimpl:
    - Oxymel comp:
    - Syr: de duabus radic:
    - De Althæa.
    - De Alchechengi.
    - De Saxifragia.
    - Aquæ
      - Aſparagi.
      - Saxifragiæ.
      - Fœniculi.
  - Vtero.
    - Oxymel ſimpl:
    - Oxymel comp:
    - Syr: de Artemiſia.
    - De Rubea Tinctorum.
    - De duabus, & quinque radic:
    - Aquæ
      - Artemiſiæ.
      - Matricariæ.
      - Meliſſæ.
      - Nepetæ.
      - Fœniculi.

- Syrupi concoquentes Bilem flauam.
  - Capiti.
    - Syr: de Nymphæa.
    - De Papauere.
    - Aquæ
      - Lactucæ.
      - Nenupharis.
      - Plantaginis.
  - Pectori.
    - Syr: viol:
    - De Iniub:
    - De Liquiritia.
    - De Papauere.
    - Aquæ
      - Hordei.
      - Violarum.
      - Capil: Veneris.
  - Ventriculo.
    - Syr: de Acetoſa.
    - De Myrthillis.
    - De Cydonijs.
    - De Agreſta.
    - De ſucco Acetoſæ.
    - Aquæ
      - Lactucæ.
      - Cichorii.
      - Acetoſæ.
      - Plantaginis.
      - Roſarum.
  - Cordi.
    - Syr: de acredine Citri.
    - De ſucco Borraginis.
    - De Bugloſſa.
    - De ſucco Granatorum.
    - De Arancijs.
    - De Ceraſis.
    - Aquæ
      - Meliſſæ.
      - Borraginis.
      - Bugloſſæ.
      - Roſarum.

- Syrupi concoquẽtes Bilem flauam.
  - Iecori.
    - Syr: de ſucco Endiuiæ.
    - De Cicorio cùm Rhabarbaro.
    - De ſucco Cicorij.
    - Acetoſus ſimplex.
    - Acetoſus compoſitus.
    - De Byſanthijs.
    - Aquæ: Endiuiæ. Acetoſæ. Cicorij. Portulacæ.
  - Lieni.
    - Syr: viol:
    - Acetoſus ſimplex.
    - De duab: radic:
    - Aquæ: Borraginis. Endiuiæ. Buglosſæ. Scolopendriæ.
  - Renibus.
    - Syr: acetoſus ſimpl:
    - Acetoſus comp:
    - De Endiuia.
    - De Violis.
    - Aquæ: Endiuiæ. Maluæ. Sem: comun: frigid: Solatri.

- Syrupi concoquẽtes Bilem atram.
  - Ventriculi. Hepati, & Lieni.
    - Oxymel.
    - Mel roſ:
    - De Lupulis.
    - De Fumo terræ.
    - De Pomis.
    - De Epithymo.
    - De Thymo.
    - Aquæ: Meliſſæ. Baſiliconis. Fumariæ. Buglosſæ. Maiorana. Borraginis. Scolopendriæ.

De Medicamentis purgantibus in forma liquida vnumquemlibet humorem.

TABVLA TERTIA:

- Purgant Pituitam.
  - Clemen-iora.
    - Hyera picra.
    - Agaricus.
    - Turbith.
    - Diaphinicon.
    - Hyera Pacchij.
  - Valentiora.
    - Electuarium Eleſcoph.
    - Electuarium Indum.
    - Diacydonium.
    - Diacarthamus.
    - Diaturbith: maior Petri de Tuſſ:
    - Benedicta laxatiua.
    - Electuarium purgans Quercetani.
    - Extract: phlegmagogum eiuſdem.

- Purgant Bilem flauam.
  - Clementiora.
    - Caſſia fiſtularis.
    - Manna.
    - Mel roſ: ſolut:
    - Diaprun: ſimpl:
    - Syr: roſ: ſol:
    - Catholic:
    - Rhabarbar:
    - Syr: viol: ſol:
    - Elect: lenitiu: cùm Manna.
    - Pot: Magiſterial: Sulphur:
  - Valentiora.
    - De ſucco Roſar:
    - Diarhabarbar: Nic:
    - Diaprun: ſolut:
    - Stomachum laxat:
    - De Pſyllio.
    - Catharticum Imperiale.
    - Colagogum Quercetani.
    - Catholicum eiuſdem.

Confert etiam, & eſt validius Catholicum noſtrum, aqua noſtra Catholica, Catholicum Veicardi &c.

- Purgant Bilem atram.
  - Clementiora.
    - Caſſia fiſtularis.
    - Diacaſſia.
    - Diaſena lenis.
    - Catholicon.
    - Triphera Perſica.
  - Validiora.
    - Confectio Amech maior, & minor.
    - Electuarium de Epithymo.
    - Diacydonium.
    - Electuarium purgans Quercetani.
    - Extractum Melanagogon Quercetani.
    - Electuaria appropriata partibus, vtpotè lenitiuum, antinephriticum Quercetani, hyſtericum, & ſimilia.

A mitioribus ſemper inchoandum erit, quæ aluum leuitèr mouent, atque ſinè tumultu exonerant, quorum doſis erit ad vnc: I.; ſi de paulò autem validioribus drag: 6. ſ hodie aut paulò plùs, minùſue, prò ætatis, ſexus, annique temporum ratione, & prò ſumentis viribus Practici exhibere ſolent; ſumuntur autem omnia medicamenta purgantia ſummo manè cùm ventriculus ciborum copia non grauatur.

De Medicamentis purgantibus ſolidis, ſiuè in forma Pillularum.

TABVLA QVARTA.

- Pituitam educunt.
  - Clementiora.
    - Alzaiereth.
    - De Hyera ſimpl:
    - Alephanginæ.
    - Imperiales.
    - De Agarico.
    - Stomatichæ.
  - Valentiora.
    - De Hyera cùm Agarico.
    - Cocchiæ.
    - Indæ.
    - Artheriæ.
    - Fætidæ.
    - Lucis.
    - De Hermodactilis.
    - De Euphorbio.
- Flauam Bilem educunt.
  - Clementiora.
    - De Rhabarbaro.
    - Sinè quibus.
    - Communes, ſiuè peſtilentiales.
  - Valentiora.
    - Aggregatiuæ.
    - De Aloe.
    - Aureæ.
    - Chochiæ.
- Atram Bilem educunt.
  - Clementiora.
    - Indæ.
    - De Fumo terræ.
  - Valentiora.
    - De lapide Lazuli.
    - De lapide Armeno.

Hæc ſunt pillulæ ordinatiæ iuxtà antiquorum conſuetudinem, ſed iuxtà recentiorum vſum videndi ſunt Querectanus, Scrodetus, & multa noua Antidotaria.

Pillulæ, quæ ad caput expurgandum hodiè exhibentur cæteris maiores eſſe debent, vt quò diutiùs ventriculo immorata potentiùs ad ſe noxios humores trahant, & hæ veſpere, duabus, aut tribus horis à cœna ſumuntur. Quædam minori forma parantur, vt ſunt alephanginæ, & communes dictæ, vt ſtatim in ventriculo diſſoluantur; parùm purgant, ſed ventriculum magis confortant, & illæ ſolent exhiberi duabus horis antè cœnam. Quæ verò ad aluum deijciendam mediocri forma debent eſſe, & diluculò exhibentur. Doſis autem pillularum raro drag: 1. excedere debet niſi in corporibus expertis; voluuntur in puluere, vel cynnamomi, vel liquiritiæ, nonnunquam etiam auro obducuntur, vt minori moleſtia accipi poſſint.

Vtor ego formis pillularum ad corpora malè habituara, ideſt cùm extractione Aloe ad vſum Quercetani, cui addo extract: ſal:, & alia ſpecifica, iuxtà indiſpoſitiones, & ſumuntur in veſpere abſque cuſtodia ſemèl in hæbdomada, aut bìs in menſe, quæ ſeruant corpora, arcent excrementa à viſceribus, & à morbis præſeruant.

De

De Bolo purgatorio.

BOlus purgatorius, ideſt Buccella, quantum Bucca, vna vice capi poteſt, & diuerſis formatur modis, aliquando ex ſimplicibus medicamentis, interdùm ex antidotis purgantibus liquidis, quæ excipiuntur ſaccharo, nonnunquam etiam ex ſolidis antidotis adiectis pulueribus, & ſpeciebus ad vehementiam quorundam corrigendam, atque ſyrupo, vel alio liquore excipiuntur, & in formam boli redeuntur. Quantitas autem boli numquam tranſire debet vnc: 2., & vna vice deuorandæ ſunt.

De Infuſionibus.

INfuſio hodiè dicitur liquor, in quo medicamenta parùm trita, vel puluerizata, vel ſolida etiam integra macerantur abſque vlla decoctione per horas plures, noctem totam, biduum, vel triduum, prò natura medicamenti, vt virtus eius tota à liquore trahatur. Diuitibus, & delicatis exhibentur eò quòd gratiores ſunt huiuſmodi potiones purgatrices, quàm ipſa ſolidorum ſubſtantia, citiùs etiam diſtribuuntur liquida, quàm craſſa. Obſeruandum eſt quoque diligentèr vt ſemper medicamentis purgantibus adijciantur, quæ vehementiam eorum corrigere poſſunt, & quanto tempore maceranda ſint hodiè duodecim horas, nonnunquam integram noctem, & diem macerantur, quæ macerata valentiùs colando exprimuntur, aut per colum rariùs, vt per manicam Hippocr: tranſmittuntur; nonnunquam à nonnullis medicamenta purgantia liquida, & Syrupi vt gratior fiat potio ijs commiſcentur, alij alterant ſaccharo, aut cynnamomo, vt patiens ſe medicamentum ſumpſiſſe neſciat. Aliquando vice infuſionis iuſculo aliquo ſupradicta medicamenta nodulo ligata incoquimus. Quidam hodiè iuxtà humorum redundantiam decoctum prò medicamentis purgantibus parant, vt ſi pituita redundat, è ſeminibus, atque radicibus, quæ lentos, & craſſos humores incidunt, & obſtructiones liberant; ſi bilis flaua è violis, lactuca, cichorio, & eiuſmodi, quæ bilis acrimoniam refrænant, decocta faciunt, ſed primus modus eſt hodiè magis in vſu. In infuſionibus in veſpere ſemper confert addere aliquem ſpiritum acidum, vtpotè vitrioli, aut tartari &c. præparati; extrahunt enim meliùs ſimplicis virtutem; ſed ſi infuſio eſt in rebus mineralibus nil eſt meliùs, quàm vinum generoſum, aut acetum, iuxtà neceſſitatem, ac medendi rationem.

Medicamenta, quæ infunduntur, ſeù macerantur liquore aliquo, & primò de medicamentis ſimplicibus purgantibus Pituitam.

AGaricum eſt calidum in primo, & ſiccum in ſecundo gradu; naſcitur in arborum truncis, veluti fungus; eligendum eſt album, porroſum, leue, fragile, primo guſtu dulce. Corrigitur cùm oxymel: ſcyllitico, aut ſale gemmæ, vel zingibere, ſemper admiſcendo tertiam partem, & quia ventriculo aduerſatur debet corrigi cùm aliqua medicina ſtomachali ſicut cynnamomo, garyophyllis, maſtiche, aut calamo aromatico. Datur drag: 2. cùm oxymel:, vel melle roſ: macerato; poteſt dari in forma liquida, aut pillulari, vel in forma trochiſcorum. Habet facultatem inciſiuam, abſterſiuam, aperitque viſcerum obſtructiones, purgat pituitam craſſam, viſcoſamque, lentam, putridam, & bilem flauam, & atram, attrahendo omnes iſtos humores à capite, pectore, iecore &c., & ne aduerſetur ſtomacho, emendatur etiam cùm vino generoſo.

Mechoachan radix eſt Inda, quam aliqui appellant rhabarbarum album. Sumitur cùm iure carnis, vel vino abſynthiaco &c. à ſcrup: 2. ad drag: 1. Purgat pituitam, aquoſos humores ſinè moleſtia. Confert dolori capitis diuturno, febribus, colicis, hydropicis, & aſthmaticis &c.

Turbith calidum, & ſiccum in tertio; eſt optimum vacuum, arundinoſum, fragile, gummoſum, & albidum. Corrigitur cùm tertia parte zingiberis; datur cùm melle roſ:,

aut conſ: viol:, vel paſſularum decocto ad drag: 1., aut paulò plus prò ſumentis viribus. Purgat lentam, & craſſam pituitam; longis morbis medetur, apoplexiæ, epilepſiæ, inſaniæ, & furori confert &c.

Carthamus ſemen datur à drag: 3. vſque ad drag: 5. cùm aqua mulſa, vel iure gallinaceo vel priſanæ cremore. Pituitam purgat, at ſtomacho aduerſatur.

Colocynthis eſt cucurbitæ ſylueſtris fructus. Huius medulla valdè eſt in vſu, ſed ſemper eligenda candida, & recens. Corrigitur maſtiche, zingibere, cynnamomo, garyophyllis, tragacantho, vel bdellio. Datur ſolùm robuſtis ad ſcrup: 1. cùm aqua mulſa. Pituitam, bilem, humoremque mucoſum purgat. Confert cephalalgiæ, hemicraniæ, epilepſiæ, apoplexiæ, vertigini, omnibuſque capitis morbis. Confert etiam podagræ, coxendicum dolori, aſthmati, tuſſi, & ſpirandi difficultati &c.

Hermodactilus eſt calidus, & ſiccus in ſecundo gradu. Probatur plenus, candidus, grauis; & quia aduerſatur viſceribus, corrigitur cùm cynnamomo, maſtiche, zingibere, aut pipere longo. Datur ad drag: 1., paulò plus, minuiuè, iuxtà ſumentis vires. Purgat phlegma craſſum, viſcoſumque ab omnibus articulis. Datur cùm melle roſato, vel oxymel: ſcyllitico. Fit etiam puluis hermodactilata, quæ inſeruit doloribus arteticis.

Elaterium cucumeris ſylueſtris ſuccus eſt, quod extrahitur à dicta radice, vt corrigatur eius immoderata operatio. Corrigitur elaterium cùm tragacantho, maſtiche, vel bdellio. Doſis eſt à gr: 10. vſque ad drag: ß. cùm lacte. Purgat pituitam, bilem, & aquam, ſpecialitèr in hydropiſi.

Mezereon eſt calidum, & ſiccum in tertio. Maceratur in aceto per diem, vt acrimoniam deponat. Datur à drag: ß. ad drag: 1., & corrigitur cùm Aromaticis. Purgat validiſſimè pituitam, præcipuè per inferiora.

Euphorbium gumma eſt. Corrigitur cùm maſtiche aniſo, & ſpica. Doſis eſt à gr: 4. vſque ad gr: 12. Præſtat autem cùm melle cocto in pillulas digerere. Pituitam, & aquam ſubducit, medetur colicis, & aluum frigidiorem habentibus.

Myrobolani ſunt frigidi in primo, & ſicci in ſecundo, & ſunt quintuplices, ſcilicèt citrini, chebuli, emblici, bellerici, & Indi. Citrini purgant bilem flauam; Indi melancholiam; chebuli pituitam, ventriculum, & inteſtina ſua adſtrictione roborant; triti vſti, aut eloti cæteri communes. Corriguntur cùm ſaccharo, amygdalis dulcibus, paſſulis, ſemin. aniſi in forma potabili. Dantur cùm decoctione communi, vel ſero caprino. Citrini dantur cùm decoctione purgante bilem flauam. Indi cùm decoctione purgante atram bilem, ab alijs cùm illis, quæ pituitam. Doſis eſt à drag: 3. ad drag: 4. Succurrunt paſſionibus cordiacis, purificant ſanguinem, placidè purgant, & roborant ſtomachum, ac hepar.

Opopanax ferulæ liquor eſt optimus, qui intùs albus, foris flauus, amarus, fragilis, odoris boni. Corrigitur cùm maſtiche, & ſpica. Datur à drag: 1 ad drag: 2. Purgat pituitam craſſam, & lentam à cerebro, neruis, pectore, & iuncturis.

Serapinum ferulaceæ herbæ ſuccus eſt; eſt optimum fuluum, intus album, & acre; corrigitur maſtiche, ſpica &c. Datur à drag: ß. ad drag: 1. cùm aqua rutæ, vel enulæ; purgat pituitam, humores craſſos, & lentos, & aquas in ventriculo.

Ialappa eſt calida in primo, & ſicca in ſecundo. Purgat vniuerſalitèr omnes humores, & præcipuè ſeroſos, ſubtileſque. Datur in omnibus corporibus ad extrahendam aquam à drag: ß. ad ſcrup: 1. ß. cùm iure, aut vino generoſo cùm cynnamomo &c.

De Medicamentis purgantibus bilem flauam ſimplicibus.

Aloe ſuccus eſt calidus, & ſiccus in ſecundo. Optimus eſt pinguis, ruffi coloris, friabilis, facilè liqueſcens, odoratus, & amariſſimus. Doſis eſt ad drag: 2. cùm aqua mulſa. Bilem, & pituitam purgat; affectibus ventriculi, & cerebri confert; hepati, atque icteritiæ inſeruit.

Caſſia nigra eſt fructus oblongus, & eſt humida in primo gradu, cùm quadam inclinatione ad calidum. Eligenda eſt ponderoſa, plena, quæ concuſſa clauſis intus granis non ſtrepat.

ſtrepat. Extrahitur recens, daturque omni ætati, in omnibus febribus, & morbis calidis, in omnibus temporibus, ideſt in principio, augumento, ſtatu, ac declinatione. Nocet ſtomachis debilibus cùm ſit flatuoſa aliquantulùm, ideò corrigitur cùm ſemine citri, aut cynnamomo. Confert ichiranitiæ, fluxibuſque cholericis, in quibus datur cùm pulu: tamarind:. Datur imbecillioribus ad drag: 4., robuſtioribus, ac adultis ad vnc: ſſ:, & vnc: 1., vel drag: 10. manè, vel antè cœnam. Clementèr, atque innoxiè à ventriculo bilem, & pituitam purgat leniendo. Confert febribus heticis, atque Phthyſi.

Manna eſt æqualis temperamenti cùm quadam paritèr inclinatione ad calidum, eſtque ros, qui herbis, arboribus, & lapidibus interdùm inhærere inuenitur. Præfertur Calabra; vnitur cùm melle roſ:, & cùm cremore tartari, & aqua fit iuleb: nobiliſſimum. Doſis eſt à drag: 6. vſque ad vnc: 3. Eſt amica ſtomachi, & bilem flauam clementèr purgat.

Scammonium, ideſt diagrydium eſt calidum, & ſiccum in tertio. Corrigitur decoquendo in cydonio. Admiſcetur iis, quæ iucundum ſpirant odorem, & ſtomachum confortant, vt aniſum, maſtiche, thymus, aut pulegium &c. Præparatur etiam cùm ſulphure, & etiam ex eo conficiuntur raſina, & magiſteria. Venetijs autem admiſcetur cùm Mechoacam. Datur per ſe cùm melle, aut priſanæ cremore, vel cùm aqua myrabolan: citrinor: cùm ſaccharo viol:, vel roſ: tyr:. Alij macerant in oleo violato. Doſis eſt à ſcrup: ſſ: ad ſcrup: 1. Cordi, iecori, ventriculoque opem ſuam præſtat. Deijcit bilem valentiſſimè.

Succus roſatum, vel infuſio ipſarum datur ab vnc: 1. ad vnc: 2.

Rhabarbarum radix eſt craſſa. Eſt calidum, & ſiccum in ſecundo. Laudatur Indicum, recens, graue, confractum. Corrigitur cùm tertia parte ſpicæ Indicæ, vel cynnamomi, vel iunci odorati, aut maſtiches. Datur cùm ſero lactis, aut ſucco cichorij, vel cùm decoctione purgante bilem flauam. Maceratur in iſdem decoctis, aut in aquis diſtillatis, idque in æſtate; in hyeme vero in vino albo optimo; in ſubſtantia datur à drag: 2. vſque ad drag: 4., in infuſione autem à drag: 2. vſque ad drag: 5. Purgat bilem flauam. Datur in omnibus ætatibus, & complexionibus. Mundificat pectus, roborat ſtomachum, aperit obſtructiones omnium viſcerum, in ictericia, & fluxibus contumacibus confert.

Tamarindi dactili ſunt acidi, fructus palmæ ſylueſtris Indicæ, frigidi, & ſicci in ſecundo. Probantur recentes, pingues. Dantur in febribus ardentibus cùm rhabarbaro, & caſſia. Contunduntur, & contuſi in aliquo liquore miſcentur, vt in heparis paſſionibus, in aqua endiuiæ, in ventriculi, in mentę, deindè colando exprimuntur vt aliquid ſubſtantiæ eorum exprimatur. Dantur ab vnc: 2. ad vnc: 5.; purgant bilem flauam, ſitim eſtinguunt, febreſque acutas ſanant.

De Medicamentis ſimplicibus purgantibus atram Bilem.

SEna eſt calida in primo; eligenda eſt Alexandrina folijs viridibus, ſubalbidis. Corrigitur cùm zingibere, vel datur cùm iure gallinæ, pulli, carniumque. Doſis in puluere eſt drag: 1., in infuſione verò, vel decocto ad vnc: ſſ:. Purgat bilem atram flauam, & pituitam citrà noxam. Confert in obſtructionibus omnium viſcerum, & quia turbat ſtomachum corrigitur etiam cùm cynnamomo, garyophyllis, & fœniculo; in febribus diuturnis, morbiſque cronicis mirè confert.

Epithymum eſt calidum, & ſiccum in tertio. Datur cùm oxymel:, in puluere à ſcrup: 5. ad drag: 2., in decoctione verò à drag: 5. ad drag: 10.; non detur in æſtate, & parùm coquatur. Corrigitur adiecta tertia parte ſalis gemmæ, vel ſalis Indi, & oleo amygdalorum. Incorporetur, & exhibeatur cùm decoctione myrabolanorum Indorum, mellis, & paſſularum. Atram bilem purgat; confert in affectibus melancholicis, in obſtructionibus, paſſionibus lienis, in ſcabie & vlceribus.

Helleborus niger radicem habet nigram, corpulentam, plenam, & acrem. Corrigitur cùm ſeminibus odoratis, vt cynnamomo, fœniculo, aniſo, maſtiche, & oxymellite. Datur doſis ad ſcrup: 2. Atram bilem, flauamque à toto corpore trahit.

Hyera picra multùm de ſe debilis eſt, per ſe enim data non operatur, niſi in debilibus.

Poteſt dari in potionibus, ſed propter eius amaritudinem præſtabit potiùs dare in farina pillulari, quamuis in potione potentiùs operetur. In potione datur ad dragm: ſſ. Purgat atram, flauamque bilem, putrificat ſanguinem, mundificat cerebrum, & in longæuis capitis doloribus confert.

Lapis Armenius præparatur ſuper lapidem. Lauatur octo viciès cùm aqua, aut deciès cùm aqua roſ: Adminiſtratur cùm diaborraginato, vel aqua bugloſſæ, vinoque odorifero. Datur ad ſcrup: 4. Atram bilem, & omnem lentum, craſſumque humorem educit citrà moleſtiam.

Lapis Lazuli, ſeu ſtellatus præparatur eodem modo, quo Lapis Armenius. Corrigitur vt lapis Armenius. Doſis eſt à dragm: 1. ad dragm: 2. Purgat melancholiam egregiè, ſed magis Armenio lapide turbat.

Polypodium eſt calidum & ſiccum in 2. Probatur quercinum, recens, dulce, auſterum. Corrigitur cùm aniſo, zingibere, garyophyllis, cynnamomo, & ſimilibus. Doſis eſt ad dragm: 2. cùm aqua mulſa. Mediocritèr aluum ciet, ſi detur in iure gallinacco, aut in cremore priſanæ cocta radix. Bilem atram, & pituitam purgat; aperit obſtructiones viſcerum; eſt aliquantiſpèr flatuoſum, & ſtomachum turbat, vndè cum ſuprà notatis correctiuis opus eſt corrigere.

De Decoctis.

Decocta parantur ex ſeminibus, folijs, radicibus, & plantarum floribus. Folia, & flores manipulis, fructus numero, radices, & ſemina pondere æſtimentur. Radicum quantitas vnc: 3., ad ſummum vnc: 5., foliorum, faſciculorum manipul: 5., ſeminum dragm: 4., aut dragm: 6., florum manipul: 4. non excedat; aquæ menſura, in qua decoquuntur ſupradicta lib: 3. tranſire non debet. Cæterùm cuilibet libræ aquæ, libra ſemis ſacchari, & mellis admiſceatur; ſi verò decoctio odoramentis, vt iucundior fiat, parari opus fuerit, cuilibet libræ decocti drag: 2. odoramentorum commiſcendæ erunt.

De Clyſteribus.

Clyſteriorum varia ſunt genera, ad quorum compoſitionem quatuor rebus opus eſt; primò aliquo liquore, vt piſorum, cicerum, pulli, gallinæ, capi caſtratorum, vel aliarum carnium, aut decocti, aut lactis, iuxtà morbi naturam variari ſolet; aliquando enìm abſtergendum, glutinandum &c. Secundò medicamenta purgantia requiruntur, quæ duplo pondere dantur ad ea, quæ deuorantur. Tertiò ſunt olea, & pinguedines, quæ etiam prò morbi diuerſitate variantur. Quartò ſalis genera, vt facultatem excretoriam excitent; prætereà aliquando mel, aut ſaccharum, aut butyrum, aut vitell: ouorum, prout morbus expoſtulat, adijciuntur, & eſt communis regula, quòd ad iuris decocti, vel alterius libram vnam, oleorum vnc: 4., vel 3. pinguedinum, mellis, butyri, ſacchari vnc: 1., aut ſſ., vitell: ouorum vnc: 2., aut vnc: 3., ſalis verò dragm: 1., plus, minuſue. Clyſteres quidam ſunt debiles, quibus vtimur in febribus, & in his, qui longo morbo debilitati, in ſenibus, & inteſtinorum torminibus, vehementioribus, & acribus, in morbis frigidis, longis, & qui exitiale venenum ſumpſerunt.

Herbæ quinque cõmunes.	Malua. Althæa. Mater Viol: Atriplex. Mercurialis.	Singulorum quantitas poteſt eſſe man: 1; decoquuntur ad tertias, & colo diffunduntur, accipianturque iuris decocti lib: 1., medullæ caſſiæ vnc: 1., adijcitur interdùm hyeræ picræ vnc: ſſ: cùm mell: roſ: dragm: 3., olei vnc: 3., & ſalis dragm: 1.

Clyſteres inijci poſſunt omni tempore, modo duabus, aut tribus horis, vel longiùs à cibo adhibeantur.

De

De Suppoſitorijs.

SVppoſitoria ſunt triplicis generis. Quædam leuia, & iſta nobis ſunt familiaria, fiunt enim ex radice betæ, caulis, vel mercurialis, lardo, caſeo, ſtercore humano exſiccato, melle peruncta, ſuillo adipe ſale conſperſo, fico inuerſo, & butyro, adiecto ſale. Quædam verò mediocria, & fiunt è vitello oui, croco, additis melle, & ſale, vel aqua, & ſale, & melle componuntur. Quædam ſunt vehementiora, vt quæ recipiunt euphorbium, ſcammonium, helleborum, & huiuſmodi pulueres, quibus magna neceſſitate vtimur in morbis magnis. Danda eſt opera vt dragm: 1. ſpecierum, & ſalis vnc: 1., addantur pulueres triti, cùm melle cocto, aut cera, & oleo, donec in vnum cohæreant. Dùm ſubijciuntur priùs oleo, butyro, aut alia pinguedine illita eſſe oportet; ſi voluerit Medicus fortificare virtutem expulſiuam, ſubijciat ſuppoſitorium in ſignis Luna exiſtente frigidis, ſicut in Cancro, Scorpione, & Piſcibus.

De Speciebus Aromaticis, ſiuè confectionibus vnamquamlibet partem roborantibus.

TABVLA QVINTA.

Reſpiciunt.	Caput.	Frigida	Diarrhodon Abbatis. Diacorallia. Manus Chriſti.	Ad cerebri paſſiones calidas.
		Calida.	Diambra. Mitridarum. Diamarg: calidum. Electuarium pliris arcoticon.	Apoplexiæ, Epilepſiæ, & affectibus melancholicis medentur.
	Pectus.	Frigida	Tragachantum frigidum. Diapapauer.	Diſtillationibus ad pectoralia calidis exhibentur.
		Calida.	Diapenidion. Tragachantum calidum. Diacalamentum. Diapraſſium. Diairis Salomon.	Ad pectoris, & pulmonum vitia, vt ſputa lenta, craſſa in pectoralibus contenta.
	Ventriculum.	Calida	Roſata nouella. Aromaticum roſ. D. G. Aromatic. garyophyl: Diatrion pipereon. Diagalanga. Diacyminum. Diazingiber. Dianiſum. Diacynnamomum. Confectio de Xyloaloe.	Ad prauam ventriculi concoctionem, flatus, acidoſque ructus.
		Frigida	Triaſandali. Diarrhodon Abbatis. Diacydonium.	Aduerſus ventriculi, & iecoris calorem.

Reſpiciunt.
- Cor.
  - Frigida
    - Manus Chriſti.
    - Diamargarit: frigid:
    - Diacorallia.
    - Triaſandali.
    - } Deiectis viribus, & febribus ardentibus medentur.
  - Calida
    - Confectio Alchermes.
    - Diamargar: calid:
    - Confectio de Muſco dulc:
    - Diambra.
    - Diacameron.
    - Electuar: lætitiæ Galen:
    - Roſata nouella.
    - Mithridatum.
    - Theriaca.
    - } Aduerſùs cordis palpitationem.
- Hepar.
  - Frigida
    - Diarrhodon Abbatis.
    - Triaſandali.
    - } Aduerſùs iecoris calores.
  - Calida.
    - Dialacca.
    - Diacurcuma.
    - } Ad iecoris, & lienis obſtructionē, ac aquā inter cutē.

Componuntur magna ex parte hæ confectionés è ſpeciebus multorum antidotorum, adiectis quibuſdam nouis, & recentibus; vocantur hodiè à noſtris Practicis tortulæ, ſeù tabulæ, quoniam formam orbicularem accipiunt; quæ verò forma ſunt longa, morſelli, & lozengiæ dicuntur. Modus exhibitionis drag: 1. ß:, aut drag: 2. prò ſumentis habitu, & affectu. Dantur diluculò, & in veſpere tribus, aut quatuor horis à cœna elapſis.

Quia compoſitiones omnium horum ſpecierum aromaticarum ſunt ad vſum antiquum, ideò in meis Obſeruationibus rarò inueniuntur; ſi verò cupis Lector compoſitiones hodiernas, vide Sgobium, & Donzellium, apud quos omnes enumerantur.

De Conſeruis, ſiuè hodiè Conditis vocatis, nec non, & Trochiſcis, atque Eligmatibus.

Reſpiciunt.
- Calida Caput.
  - Anthos.
  - Acori.
  - Lauandulæ.
  - Betonicæ.
  - Peoniæ.
  - } Aduerſùs Comitialem morbū, Apoplexiam, & alia Capitis, & neruorum frigida mala.
- Frigida Caput.
  - Nenupharis.
  - Roſarum.
  - Violarum.
  - Prunellæ.
  - } Ad vapores in cerebrum irrepentes reprimendos.
- Pectus
  - Enulæ Campanæ.
  - Capill: Veneris.
  - } Ad viſcida, & lenta ſputa in pectoralibus educenda.
- Cor.
  - Borraginis.
  - Bugloſſæ.
  - Acetoſæ.
  - } Palpitationi, melancholicis, & triſtibus auxiliantur.

Reſpi-

Reſpiciunt ventriculum.	Calida.	Abſynthij. Zingiber: condit: Acori condit: Saluiæ. Citra Condita.	Ventriculum firmant, concoctionem iuuant, oriſque ſuauitatem efficiunt.
	Frigida.	Roſarum. Cicorij. Acetoſæ. Cydonia Condita. Nenupharis.	Acrimoniam bilis obtundunt; vehementioribus febribus ſubueniunt, dolores, quos bilis creat, & capitis ſedat.

Nullus in ijs ſumendis præſcriptus eſt modus, vſus hodiè ſeruat, vt manè, & veſpere nucis iuglandis quantitate exhibeatur. His nunquam admiſcentur pulueres aromatici, & cùm ſaccharo, vel ſyrupo appropriato, mixtura, quam vocant, conficitur.

De Trochiſcis.

TABVLA SEXTA.

Trochiſci.	Aperitiui.	De Rhabarbaro. De Eupatorio. De Myrrha.	Ad Hepatis obſtructiones, & febrium horrores, quos pituita creat, nec non aquam inter cutem.
	Conſtrictiui.	De Spodio. De Vſſicaria. De Terralemnia. De Camphura. De Berberibus.	Ad febres ardentes, iecoris calefactionem, atque ventris profluuium.

Trochiſci, cùm vſus poſtulat triti ex aqua, aut vino, aut aliquouis liquore ebibendi exhibentur; nonnunquam a tidotis, ſaccharo, pillulis, clyſteribus, vnguentis, alijſque huiuſcemodi exhibentur. Trochiſcorum, qui ſinè alia medicamentorum mixtione ſumuntur, doſis non debet tranſire drag: 1., vel drag: 1. ß:, & drag: 2.; illi verò, quorum compoſitionem opium ingreditur ad ſcrup: 1., aut drag: ß: dantur.

De Loch, ſiue Eligmate.

Loch.	Mitiora.	De Pino Meſ: De Pulmone Vulpis Meſ: De Caulibus Gordonij.	Tuſſi diuturnæ, & Aſthmati medentur.
	Valentiora.	Sanum, & expertum. De Squilla.	Aſthmati antiquæ à craſſis, & viſcidis humoribus auxiliantur.
	Frigidũ	De Papauere.	Tuſſi à caliditate, & ſiccitate ſubuenit.

Poſſunt ſumi omni hora, præter Loch de Papauere, qui datur vna hora poſt cœnam.

Supe-

De Stupefacientibus, ſomnum prouocantibus, & de his, quæ vomitum prouocant.

TABVLA SEPTIMA.

Stupefacientia, & ſomnũ prouocantia interiùs ſumenda.

- Mitiora.
  - Syr: violaceus.
  - De Papauere.
  - Succus Lactucæ.
  - Semperuiui.
  - Solatri.
  - Portulacæ.
  - Cicutæ.
  - Conſerua Violarum.
  - Nymphææ.
- Valentiora.
  - Phylonium antidotum.
  - Athanaſia.
  - Diaolibanum.
  - Diacodion.
  - Michleta.
  - Laudan: nepent: Quercetani.
  - Vehementioribus nonniſi maxima neceſſitate vtendum eſt, neque continuis diebus, ſed ex interuallis talia ſunt danda. Doſis eſt à ſcrup: 2. vſque ad drag: 1. cum ſyr: roſ:

Exteriùs admouenda.

- Oleum Violaceum.
- Semen Papaueris.
- Oleum Mandragoræ.
- Vnguentum Populeonis.
- Decoctum corticis Mandragoræ.
- Semen Hyoſcyami.
- Lac Muliebre.
- Decoctum Salicis.
- Opium.
- Anethum viride in oleo coctum.

Conſultiùs eſt primò his, quæ extrinſecùs admouentur vti ſcilicèt temporibus illiniantur, quàm intrà corpus ſumantur.

Cauendum ne vnquam membris principalibus, vt cerebro, cordi, iecori adhibeantur, neque pueris, ſenioribus, grauidis, ac alijs imbecillioribus applicentur.

Mitiora ſimplicia vomitũ elicictia

- Aqua calida.
- Hordei decoctum.
- Ficorum recentium longa comeſtio.
- Oleum crudum digitis, aut penna in os dimiſſum.

Sumuntur cùm vnctuoſis, vel ſinè.

Mediocria.

- Atriplicis ſemen, & radix.
- Semen Raparum.
- Naſturcij.
- Erucæ.
- Peponum.
- Naſturcium.
- Cucumer Aſininum.
- Radix Betonicæ.

Iſta in aqua decoquuntur, & cùm oleo, vel vnctuoſis aſſumuntur.

Compoſita.

- Syr: acetoſus ſimpl:, & comp:
- Oxymel, aut Hydromel.

A cibo ſumuntur ad vnc: ʒ.

Valen-

- Valentiora.
  - Radix Rhaphani, & ſemen.
  - Cæpæ, & ſemen.
  - Bauraeh.
  - Vterque Helleborus.
  - Titimali.
  - Aſſara.
  - Radix Cucumeris.
  - Flores Sparti.
  - Nux vomica.
  - Eſula.

Sumpturis iſta vehementiora confert præſumere paucum cibum, neque hæc imperari debent, niſi vbi ſtrangulationis ſuſpicio imminet.

Aduertendum, quòd Potiones, quæ vomitus ciendi gratia bibuntur, tepidas, affatìmque ſumendas eſſe, valentiora autem in hoc ſunt vomitiua ad vſum Spargyricum, vtpotè ſal Vitrioli, ſal Ammoniacum ſublimatum, Antimonialia, & ſimilia.

De Errhinis, Maſticatorijs, Odoramentis, & Suffumigationibus.

TABVLA OCTAVA.

- Errhina.
  - Mitiora.
    - Aquæ diſtillatæ Capitales.
    - Anagallidis vtriuſque ſuccus.
    - Succus Cæparum.
    - Cyclaminis.
    - Braſſicæ.
    - Foliorum Enulæ Campanæ.

    Liquida naribus illinuntur, aut injiciuntur interdùm oleis, & ſpeciebus aromaticis calidis admiſcentur.
  - Valentiora.
    - Succus Struthij.
    - Radic. Nigellæ.
    - Marrubij.
    - Caſtoreum.
    - Piper, & Helleborum album.

    Quæ in forma melaginoſa redigi poſſunt turundę ad inſtàr immittuntur naribus, vel aliquo liquore, aut cera componuntur, & filo naribus paritèr immittuntur.

Liquorum vnciæ: vna vice infudiſſe ſufficit, vnicè tamen obſeruandum, vt qui ſumunt, priùs os aqua impleant, ne è naribus per vias, ſiuè meatus defluant ſucci, ac caput in poſteriora reclinandum, neque his vtendum, niſi corpus priùs euacuatum fuerit medicamento deiectorio, aut phlœbotomia. Horum vſus eſt in longis Capitis morbis, præſertìm morbo comitiali, narium obſtructionibus, odoratus difficultate, & oculorũ affectibus antiquis.

De Maſticatorijs, ſiuè Apophlegmatiſmis.

- Maſticatoria.
  - Mitiora.
    - Hiſſopus.
    - Origanum.
    - Thymum.
    - Pulegium.
    - Cappar.
    - Synapium.
  - Valentiora.
    - Maſtiche.
    - Radix Acori.
    - Zingiber.
    - Piper.
    - Pyrethrum.

    Retinentur in ore, & commanducantur, dentibuſque confriguntur, aut contuſa, & liquore aliquo vel melle excipiuntur, & manſiles paſtilli formantur.

Vtendum Maſticatorijs maximè matutino tempore, cùm corpus expurgandum eſt à reliquis excrementis, atque poſt illotũ vſum os abluendũ eſt aqua, vel melicrato, aut ptiſana.

Calida

De Odoramentis.

Calida Odoramenta:
- Lignum Aloe.
- Cynnamomum.
- Laudanum.
- Lauandula.
- Macer.
- Maſtiche.
- Muſcus.
- Nigella.
- Iuniperus.
- Geniſta.
- Maiorana.
- Garyophyllum.

Citrà Ignis acceſſionem fiunt. Odore cerebrum alterant, oleo, vel aliquo liquore orbiculi ad vſum formantur, aut vnguenta, vel poma trita excipiuntur liquore.

Frigida
- Thus.
- Nenuphar.
- Oleum Violat.
- De Papauere.
- Roſæ.
- Violæ.
- Sandali.
- Camphura.
- Vnguentum Populeonis.
- Mandragora.

Vſus horum eſt ad iucundum odorem faciendum, ad peſtilentiæ contagia arcenda, ad diſtillationes à capite, ad pectoralia, tuncque naribus admouentur.

Compoſita. { Balſama apopletica &c.

De Suffumigationibus.

- Saluia.
- Roſmarinus.
- Macer.
- Cynnamomum.
- Thus.
- Myrrha.
- Carabe.
- Maiorana.
- Baſilicon.
- Garyophylla.
- Lignum Aloes.

Trita iſta excipiuntur liquore, incenduntur, aut ignitis carbonibus inijciuntur.

Vſus eſt ad odorem gratum comparandum, ad diſtillationes à capite, ad pectoralia, ad peſtilentiæ contagia arcenda, & tunc naribus admouentur. Conueniunt Aſthmaticis, ubi vapor per os recipiendus.

De Oleis, Vnguentis, Linimentis, Emplaſtris, & Cataplaſmatibus.

TABVLA NONA.

Repellentia frigida, & adſtringētia.		Oleum roſ: Omphacinum. Myrthinum. Violarum. Nimphææ. Papaueris. Cydoniorum.	Refrigerant, adſtringunt, incandeſcentibus inflammationum feruoribus medentur.
Digerentia ſiuè refacientia.	Mitiora.	Oleum Camomel: Anethinum. Roſatum completum. De Nucibus. Amigdal: dulc:	Iſta temperato calore rarefaciunt; ad longas maximè febres diſcutiendas accomodantur.
	Valentiora.	De Iunipero. Laurinum. Coſtinum. Rutaceum. Maſtichinum. Abſynthij. Nardinum. Vulpium. Canium. Scorpionum. Amigdal: dulc:	Calefaciunt, reſiccant, membra refrigerata, & imbecillia roborant, neruorum morbis medentur.

Olea ad vſum Spargyricum compoſita ſunt videnda apud Quercetanum, Io: Fabris, Scroderum, Donzellium, & Sgobium, & alios, ad quos remitto.

De Vnguentis.

Vnguenta repellentia frigida.	Populeon. Infrigid: Gal: Sandalinum. De Bolo.	Ad partes refrigerandas accomodantur, eryſipilæ, alijſque calidis inflammationibus medentur.
Calida valentèr rarefacientia, ſiuè digerentia.	Aregon. Martiatum. Agrippa. Dialthęæ. De Melliloto. Alabaſtrum.	Aduersùs frigida corporis mala reſolutionem, coxendicum, nephritidem, febrium pituitoſorum horrores maximè faciunt, emolliunt durities &c.

Vnguenta componuntur è ſpeciebus, iuxtà morbi naturam oleis, & cera. Interdùm adhibentur adipes, medullæ, butyrum, & ſimilia, aliquando gummi commiſcentur, nonnunquam ſucci, at ingredientia quædam ſeorsùm debent pulueri zari. De cera non datur præſcriptus modus, niſi ad conſiſtentiam vnguenti adijcitur. Hodiè in componendis vnguentis Practici obſeruant, vt vnc: 1. oleorum, vel alteriùs liquoris admiſceantur drag: 1. pulueris, & vnc: 2. ceræ, ſed præſtat arbitrio Medici ceræ quantitatem relinquere.

De

De Linimentis.

Linimenta ex eiſdem ferè rebus fiunt, quibus vnguenta, dempta ſola cera, conſiſtentiam paulò mollitam, & liquidiorem accipere debent. Hora applicandi vnguenta, & linimenta laudabilior eſt poſt vniuerſas euacuationes.

De Emplaſtris.

Emplaſtra ex herbis, floribus, radicibus, ſpeciebus groſſa arte contuſis cùm oleis, vel aliis liquoribus ſimul mixtis, vel bullitis; herbæ, & flores per manip: numerantur; radices per drag:, aut vnc:, & ſimilitèr pulueres, & farinæ. Obſeruant hodiè in componendis emplaſtris, vt cuilibet manipulo, oleorum, aut alteriùs liquoris vnc: 1., aut vnc: 1. ß: commiſceantur; prætereà emplaſtra ex herbis viridibus, & radicibus, ſi quando Medicus componere intendit tantùm bulliri iſta oportet, donec ad ſpiſſitudinem veniant; deinde adduntur liquores vt oleum, adeps, butyrum, & huiuſmodi, iuxtà Medici arbitrium, volentis vel digerere, vel ſuppurare. Si verò cùm melle Emplaſtrum ſit componendum prò libra vna mellis, ſpecierum vnc: 4. admiſcentur; compoſitum Emplaſtrum linteolo affectæ parti adhuc calidum illitum admoueatur.

De Cataplaſmatibus.

Cataplaſmata ab Emplaſtris differunt, quæ fiunt tantùm è plantis viridibus contuſis, vel iiſdem ad mollitudinem vſque in aqua decoctis, abſque aliquo liquore pingui, hypocondriis adhiberi ſolent, aliiſque partibus, & ſuſpecta ſemper erunt, niſi priùs corpus euacuetur.

F I N I S.

Patris Fratris

BERNARDINI CHRISTINI

A IVVELLINA CYRNEI

Ordinis Minorum Obſer: Sancti Franciſci,

ET PRIVILEGIO SENATVS VENETI CIVIS,

Antè Religionis ingreſſum Lazari Riuerij Diſcipuli, & vtriuſque Medicinæ Doctoris.

De Lue, ſeu Morbo Venereo.
De Febre Peſtilentiali.
De Regulis Aſtrologicis ad Medicinam Spectantibus.
Arcana Lazari Riuerij Conſiliarij, & Medici Regis Chriſtianiſſimi, & in Vniuerſitate Monſpelienſi Profeſſoris, & Doctorum Monſpelienſium Decani.



VENETIIS, M.DC.LXXVI.

Typis Bartholomæi Tramontini.
SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIIS.

aut conſ: viol:, vel paſſularum decocto ad drag: 1., aut paulò plus prò ſumentis viribus. Purgat lentam, & craſſam pituitam; longis morbis medetur, apoplexiæ, epilepſiæ, inſaniæ, & furori confert &c.

Carthamus ſemen datur à drag: 3. vſque ad drag: 5. cùm aqua mulſa, vel iure gallinaceo vel ptiſanæ cremore. Pituitam purgat, at ſtomacho aduerſatur.

Colocynthis eſt cucurbitæ ſylueſtris fructus. Huius medulla valdè eſt in vſu, ſed ſemper eligenda candida, & recens. Corrigitur maſtiche, zingibere, cynnamomo, garyophyllis, tragacantho, vel bdellio. Datur ſal:èm robuſtis ad ſcrup: 1. cùm aqua mulſa. Pituitam, bilem, humoremque mucoſum purgat. Confert cephalagiæ, hemicraniæ, epilepſiæ, apoplexiæ, vertigini, omnibuſque capitis morbis. Confert etiam podagræ, coxendicum dolori, aſthmati, tuſſi, & ſpirandi difficultati &c.

Hermodactilus eſt calidus, & ſiccus in ſecundo gradu. Probatur plenus, candidus, grauis; & quia aduerſatur viſceribus, corrigitur cùm cynnamomo, maſtiche, zingibere, aut pipere longo. Datur ad drag: 1., paulò plus, minuſuè, iuxtà ſumentis vires. Purgat phlegma craſſum, viſcoſumque ab omnibus articulis. Datur cùm melle roſato, vel oxymel: ſcyllitico. Fit etiam puluis hermodactilata, quæ inſeruit doloribus articicis.

Elaterium cucumeris ſylueſtris ſuccus eſt, quod extrahitur à dicta radice, vt corrigatur eius immoderata operatio. Corrigitur elaterium cùm tragacantho, maſtiche, vel bdellio. Doſis eſt à gr: 10. vſque ad drag: ß cùm lacte. Purgat pituitam, bilem, & aquam, ſpecialitèr in hydropiſi.

Mezereon eſt calidum, & ſiccum in tertio. Maceratur in aceto per diem, vt acrimoniam deponat. Datur à drag: ß: ad drag: 1., & corrigitur cùm Aromaticis. Purgat validiſſimè pituitam, præcipuè per inferiora.

Euphorbium gumma eſt. Corrigitur cùm maſtiche aniſo, & ſpica. Doſis eſt à gr: 4. vſque ad gr: 12. Præſtat autem cùm melle cocto in pillulas digerere. Pituitam, & aquam ſubducit, medetur colicis, & aluum frigidiorem habentibus.

Myrabolani ſunt frigidi in primo, & ſicci in ſecundo, & ſunt quintuplices, ſcilicèt citrini, chebuli, emblici, bellerici, & Indi. Citrini purgant bilem flauam; Indi melancholiam; chebuli pituitam, ventriculum, & inteſtina ſua adſtrictione roborant triti vſti, aut eloti cæteri communes. Corriguntur cùm ſaccharo, amygdalis dulcibus, paſſulis, ſemin. aniſi in forma potabili. Dantur cùm decoctione communi, vel ſero caprino. Citrini dantur cùm decoctione purgante bilem flauam. Indi cùm decoctione purgante atram bilem, ab alijs cùm illis, quæ pituitam. Doſis eſt à drag: 3. ad drag: 4. Succurrunt paſſionibus cordiacis, purificant ſanguinem, placidè purgant, & roborant ſtomachum, ac hepar.

Opopanax ferulæ liquor eſt optimus, qui intùs albus, foris flauus, amarus, fragilis, odoris boni. Corrigitur cùm maſtiche, & ſpica. Datur à drag: 1 ad drag: 2. Purgat pituitam craſſam, & lentam à cerebro, neruis, pectore, & iuncturis.

Serapinum ferulaceæ herbæ ſuccus eſt; eſt optimum fuluum, intus album, & acre; corrigitur maſtiche, ſpica &c. Datur à drag: ß: ad drag: 1. cùm aqua rutæ, vel enulæ; purgat pituitam, humores craſſos, & lentos, & aquas in ventriculo.

Ialappa eſt calida in primo, & ſicca in ſecundo. Purgat vniuerſalitèr omnes humores, & præcipuè ſeroſos, ſubtileſque. Datur in omnibus corporibus ad extrahendam aquam, à drag: ß: ad ſcrup: 1. ß: cùm iure, aut vino generoſo cùm cynnamomo &c.

De Medicamentis purgantibus bilem flauam ſimplicibus.

Aloe ſuccus eſt calidus, & ſiccus in ſecundo. Optimus eſt pinguis, ruſi coloris, friabilis, facilè liqueſcens, odoratus, & amariſſimus. Doſis eſt ad drag: 2. cùm aqua mulſa. Bilem, & pituitam purgat; affectibus ventriculi, & cerebri confert; hepati, atque ictericiæ inſeruit.

Caſſia nigra eſt fructus oblongus, & eſt humida in primo gradu, cùm quadam inclinatione ad calidum. Eligenda eſt ponderoſa, plena, quæ concuſſa clauſis intus granis non ſtrepat.

ſtrepat. Extrahitur recens, daturque omni ætati, in omnibus febribus, & morbis calidis, in omnibus temporibus, ideſt in principio, augumento, ſtatu, ac declinatione. Nocet ſtomachis debilibus cùm ſit flatuoſa aliquantulùm, ideò corrigitur cùm ſemine citri, aut cynnamomo. Confert ſchirantiæ, fluxibuſque cholericis, in quibus datur cùm pulu: tamarind:. Datur imbecillioribus ad drag: 4., robuſtioribus, ac adultis ad vnc: ß:, & vnc: 1., vel drag: 10. manè, vel antè cœnam. Clementèr, atque innoxiè à ventriculo bilem, & pituitam purgat leniendo. Confert febribus heticis, atque Phthyſi.

Manna eſt æqualis temperamenti cùm quadam paritèr inclinatione ad calidum, eſtque ros, qui herbis, arboribus, & lapidibus interdùm inhærere inuenitur. Præfertur Calabra; vnitur cùm melle roſ:, & cùm cremore tartari, & aqua fit iuleb: nobilimum. Doſis eſt a drag: 6. vſque ad vnc: 3. Eſt amica ſtomachi, & bilem flauam clementèr purgat.

Scammonium, ideſt diag: ydium eſt calidum, & ſiccum in tertio. Corrigitur decoquendo in cydonio. Admiſcetur ijs, quæ iucundum ſpirant odorem, & ſtomachum confortant, vt aniſum, maſtiche, thymus, aut pulegium &c. Præparatur etiam cùm ſulphure, & etiam ex eo conficiuntur raſina, & magiſteria. Venerijs autem admiſcetur cùm Mechoacam. Datur per ſe cùm melle, aut ptiſanæ cremore, vel cùm aqua myrabolan: citrinor: cùm ſaccharo viol:, vel roſ: tyr:. Alij macerant in oleo violato. Doſis eſt à ſcrup: ß: ad ſcrup: 1. Cordi, iecori, ventriculoque opem ſuam præſtat. Deijcit bilem valentiſſimè.

Succus roſatum, vel infuſio ipſarum datur ab vnc: 1. ad vnc: 2.

Rhabarbarum radix eſt craſſa. Eſt calidum, & ſiccum in ſecundo. Laudatur Indicum, recens, graue, confractum. Corrigitur cùm tertia parte ſpicæ Indicæ, vel cynnamomi, vel iunci odorati, aut maſtiches. Datur cùm ſero lactis, aut ſucco cichorij, vel cùm decoctione purgante bilem flauam. Maceratur in iſdem decoctis, aut in aquis diſtillatis, idque in æſtate; in hyeme vero in vino albo optimo; in ſubſtantia datur à drag: 2. vſque ad drag: 4., in infuſione autem à drag: 2. vſque ad drag: 5. Purgat bilem flauam. Datur in omnibus ætatibus, & complexionibus. Mundificat pectus, roborat ſtomachum, aperit oſtructiones omnium viſcerum, in ictericia, & fluxibus contumacibus confert.

Tamarindi dactili ſunt acidi, fructus palmæ ſylueſtris Indicæ, frigidi, & ſicci in ſecundo. Probantur recentes, pingues. Dantur in febribus ardentibus cùm rhabarbaro, & caſſia. Contunduntur, & contuſi in aliquo liquore miſcentur, vt in hepatis paſſionibus, in aqua endiuiæ, in ventriculi, in mentę, deindè colando exprimuntur vt aliquid ſubſtantiæ eorum exprimatur. Dantur ab vnc: 2. ad vnc: 5.; purgant bilem flauam, ſitim eſtinguunt, febreſque acutas ſanant.

De Medicamentis ſimplicibus purgantibus atram Bilem.

SEna eſt calida in primo; eligenda eſt Alexandrina folijs viridibus, ſubalbidis. Corrigitur cùm zingibere, vel datur cùm iure gallinæ, pulli, carniumque. Doſis in puluere eſt drag: 1., in infuſione verò, vel decocto ad vnc: ß:. Purgat bilem atram flauam, & pituitam citrà noxam. Confert in obſtructionibus omnium viſcerum, & quia turbat ſtomachum corrigitur etiam cùm cynnamomo, garyophyllis, & fœniculo; in febribus diuturnis, morbiſque cronicis mirè confert.

Epithymum eſt calidum, & ſiccum in tertio. Datur cùm oxymel:, in puluere ad ſcrup: 5. ad drag: 2., in decoctione verò a drag: 5. ad drag: 10.; non detur in æſtate, & parùm coquatur. Corrigitur adiecta tertia parte ſalis gemmæ, vel ſalis Indi, & oleo amygdalorum. Incorporetur, & exhibeatur cùm decoctione myrabolanorum Indorum, mellis, & paſſularum. Atram bilem purgat; confert in affectibus melancholicis, in obſtructionibus, paſſionibus lienis, in ſcabie & vlceribus.

Helleborus niger radicem habeat nigram, corpulentam, plenam, & acrem. Corrigitur cùm ſeminibus odoratis, vt cynnamomo, fœniculo, aniſo, maſtiche, & oxymellite. Datur doſis ad ſcrup: 2 Atram bilem, flauamque à toto corpore trahit.

Hyera picra multùm de ſe debilis eſt, per ſe enìm data non operatur, niſi in debilibus.

Poteſt dari in potionibus, ſed propter eius amaritudinem præſtabit potiùs dare in farina pillulari, quamuis in potione potentiùs operetur. In potione datur ad dragm: ſſ. Purgat atram, flauamque bilem, purificat ſanguinem, mundificat cerebrum, & in longæuis capitis doloribus confert.

Lapis Armenius præparatur ſuper lapidem. Lauatur octo viciès cùm aqua, aut deciès cùm aqua roſ: Adminiſtratur cùm diaborraginato, vel aqua bugloſſæ, vinoque odorifero. Datur ad ſcrup: 4. Atram bilem, & omnem lentum, craſſumque humorem educit citrà moleſtiam.

Lapis Lazuli, ſeu ſtellatus præparatur eodem modo, quo Lapis Armenius. Corrigitur vt lapis Armenius. Doſis eſt à dragm: 1. ad dragm: 2. Purgat melancholiam egregiè, ſed magis Armenio lapide turbat.

Polypodium eſt calidum & ſiccum in 2. Probatur quercinum, recens, dulce, auſterum. Corrigitur cùm aniſo, zingibere, garyophyllis, cynnamomo, & ſimilibus. Doſis eſt ad dragm: 2. cùm aqua mulſa. Mediocritèr aluum ciet, ſi detur in iure gallinacco, aut in cremore ptiſanæ cocta radix. Bilem atram, & pituitam purgat; aperit obſtructiones viſcerum; eſt aliquantiſpèr flatuoſum, & ſtomachum turbat, vndè cum ſuprà notatis correctiuis opus eſt corrigere.

De Decoctis.

DEcocta parantur ex ſeminibus, folijs, radicibus, & plantarum floribus. Folia, & flores manipulis, fructus numero, radices, & ſemina pondere æſtimentur. Radicum quantitas vnc: 3., ad ſummum vnc: 5., foliorum, faſciculorum manipul: 5., ſeminum dragm: 4., aut dragm: 6., florum manipul: 4. non excedat; aquæ menſura, in qua decoquuntur ſupradicta lib: 3. tranſire non debet. Cæterùm cuilibet libræ aquæ, libra ſemis ſacchari, & mellis admiſceatur; ſi verò decoctio odoramentis, vt iucundior fiat, parati opus fuerit, cuilibet libræ decocti drag: 2. odoramentorum commiſcendæ erunt.

De Clyſteribus.

CLyſteriorum varia ſunt genera, ad quorum compoſitionem quatuor rebus opus eſt; primò aliquo liquore, vt piſorum, cicerum, pulli, gallinæ, capi caſtratorum, vel aliarum carnium, aut decocti, aut lactis, iuxtà morbi naturam variari ſolet; aliquando enim abſtergendum, glutinandum &c. Secundò medicamenta purgantia requiruntur, quæ duplo pondere dantur ad ea, quæ deuorantur. Tertiò ſunt olea, & pinguedines, quæ etiam prò morbi diuerſitate variantur. Quartò ſalis genera, vt facultatem excretoriam excitent; prætereà aliquando mel, aut ſaccharum, aut butyrum, aut vitell: ouorum, prout morbus expoſtulat, adijciuntur, & eſt communis regula, quòd ad iuris decocti, vel alterius libram vnam, oleorum vnc: 4., vel 3. pinguedinum, mellis, butyri, ſacchari vnc: 1., aut ſſ:, vitell: ouorum vnc: 2., aut vnc: 3., ſalis verò dragm: 1., plus, minuſue. Clyſteres quidam ſunt debiles, quibus vtimur in febribus, & in his, qui longo morbo debilitati, in ſenibus, & inteſtinorum torminibus, vehementioribus, & acribus, in morbis frigidis, longis, & qui exitiale venenum ſumpſerunt.

Herbæ quinque cōmunes.	Malua. Althæa. Mater Viol: Atriplex. Mercurialis.	Singulorum quantitas poteſt eſſe man: 1.; decoquuntur ad tertias, & colo diffundantur, accipianturque iuris decocti lib: 1., medullæ caſſiæ vnc: 1., adijcitur interdùm hyeræ picræ vnc: ſſ: cùm mell: roſ: dragm: 3., olei vnc: 3., & ſalis dragm: 1.

Clyſteres inijci poſſunt omni tempore, modo duabus, aut tribus horis, vel longiùs à cibo adhibeantur.

De Suppoſitorijs.

Suppoſitoria ſunt triplicis generis. Quædam leuia, & iſta nobis ſunt familiaria, fiunt enim ex radice betæ, caulis, vel mercurialis, lardo, caſeo, ſtercore humano exſiccato, melle peruncta, ſuillo adipe ſale conſperſo, fico inuerſo, & butyro, adiecto ſale. Quædam verò mediocria, & fiunt è vitello oui, croco, additis melle, & ſale, vel aqua, & ſale, & melle componuntur. Quædam ſunt vehementiora, vt quæ recipiunt euphorbium, ſcammonium, helleborum, & huiuſmodi pulueres, quibus magna neceſſitate vtimur in morbis magnis. Danda eſt opera vt dragm: I. ſpecierum, & ſalis vnc: I., addantur pulueres triti, cùm melle cocto, aut cera, & oleo, donec in vnum cohæreant. Dùm ſubijciuntur priùs oleo, butyro, aut alia pinguedine illita eſſe oportet; ſi voluerit Medicus fortificare virtutem expulſiuam, ſubijciat ſuppoſitorium in ſignis Luna exiſtente frigidis, ſicut in Cancro, Scorpione, & Piſcibus.

De Speciebus Aromaticis, ſiuè confectionibus vnamquamlibet partem roborantibus.

TABVLA QVINTA.

Reſpiciunt.

- Caput.
  - Frigida
    - Diarrhodon Abbatis.
    - Diacorallia.
    - Manus Chriſti.
    - → Ad cerebri paſſiones calidas.
  - Calida.
    - Diambra.
    - Mitridatum.
    - Diamarg: calidum.
    - Electuarium pliris arcoticon.
    - → Apoplexiæ, Epilepſiæ, & affectibus melancholicis medentur.
- Pectus.
  - Frigida
    - Tragachantum frigidum.
    - Diapapauer.
    - → Diſtillationibus ad pectoralia calidis exhibentur.
  - Calida.
    - Diapenidion.
    - Tragachantum calidum.
    - Diacalamentum.
    - Diapraſſium.
    - Diairis Salomon.
    - → Ad pectoris, & pulmonum vitia, vt ſputa lenta, craſſa in pectoralibus contenta.
- Ventriculum.
  - Calida
    - Roſata nouella.
    - Aromaticum roſ. D. G.
    - Aromatic. garyophyl:
    - Diatrion pipereon.
    - Diagalanga.
    - Diacyminum.
    - Diazingiber.
    - Dianiſum.
    - Diacynnamomum.
    - Confectio de Xyloaloe.
    - → Ad prauam ventriculi concoctionem, flatus, acidoſque ructus.
  - Frigida
    - Triaſandali.
    - Diarrhodon Abbatis.
    - Diacydonium.
    - → Aduersùs ventriculi, & iecoris calorem.

Reſpiciunt.	Cor.	Frigida	Manus Chriſti. Diamargarit: frigid: Diacorallia. Triaſandali.	Deiectis viribus, & febribus ardentibus medentur.
		Calida	Confectio Alchermes. Diamargar: calid: Confectio de Muſco dulc: Diambra. Diacameron. Electuar: lætitiæ Galen: Roſata nouella. Mithridatum. Theriaca.	Aduersùs cordis palpitationem.
	Hepar.	Frigida	Diarrhodon Abbatis. Triaſandali.	Aduersùs iecoris calores.
		Calida.	Dialacca. Diacurcuma.	Ad iecoris, & lienis obſtructionē, ac aquā inter cutē.

Componuntur magna ex parte hæ confectionés è ſpeciebus multorum antidotorum, adiectis quibuſdam nouis, & recentibus; vocantur hodiè à noſtris Practicis rotulæ, ſeu tabulæ, quoniam formam orbicularem accipiunt; quæ verò forma ſunt longa, morſelli, & lozengiæ dicuntur. Modus exhibitionis drag: 1. ß:, aut drag: 2. prò ſumentis habitu, & affectu. Dantur diluculò, & in veſpere tribus, aut quatuor horis à cœna elapſis.

Quia compoſitiones omnium harum ſpecierum aromaticarum ſunt ad vſum antiquum, ideò in meis Obſeruationibus rarò inueniuntur; ſi verò cupis Lector compoſitiones hodiernas, vide Sgobium, & Donzellium, apud quos omnes enumerantur.

De Conſeruis, ſiuè hodiè Conditis vocatis, nec non, & Trochiſcis, atque Eligmatibus.

Reſpiciunt.	Calida Caput.	Anthos. Acori. Lauandulæ. Betonicæ. Peoniæ.	Aduersùs Comitialem morbū, Apoplexiam, & alia Capitis, & neruorum frigida mala.
	Frigida Caput.	Nenupharis. Roſarum. Violarum. Prunella.	Ad vapores in cerebrum irrepentes reprimendos.
	Pectus	Enulæ Campanæ. Capill: Veneris.	Ad viſcida, & lenta ſputa ſn pectoralibus educenda.
	Cor.	Borraginis. Bugloſſæ. Acetoſæ.	Palpitationi, melancholicis, & triſtibus auxiliantur.

Reſpi-

Reſpiciunt ventriculum.	Calida.	Abſynthij. Zingiber: condit: Acori condit: Saluiæ. Citra Condita.	Ventriculum firmant, concoctionem iuuant, oriſque ſuauitatem efficiunt.
	Frigida.	Roſarum. Cicorij. Aceroſæ. Cydonia Condita. Nenupharis.	Acrimoniam bilis obtundunt; vehementioribus febribus ſubueniunt, dolores, quos bilis creat, & capitis ſedar.

Nullus in ijs ſumendis præſcriptus eſt modus, vſus hodiè ſeruat, vt manè, & veſpere nucis iuglandis quantitate exhibeatur. His nunquam admiſcentur pulueres aromatici, & cùm ſacchato, vel ſyrupo appropriato, mixtura, quam vocant, conficitur.

De Trochiſcis.

TABVLA SEXTA.

Trochiſci.	Aperitiui.	De Rhabarbaro. De Eupatorio. De Myrrha.	Ad Heparis obſtructiones, & febrium horrores, quos pituita creat, nec non aquam inter cutem.
	Conſtrictiui.	De Spodio. De Veſſicaria. De Terralemnia. De Camphura. De Berberibus.	Ad febres ardentes, iecoris calefactionem, atque ventris profluuium.

Trochiſci, cùm vſus poſtulat triti ex aqua, aut vino, aut aliquouis liquore ebibendi exhibentur; nonnunquam a tidotis, ſaccharo, pillulis, clyſteribus, vnguentis, alijſque huiuſcemodi exhibentur. Trochiſcorum, qui ſinè alia medicamentorum mixtione ſumuntur, doſis non debet tranſire drag: 1., vel drag: 1. ſſ:, & drag: 2.; illi verò, quorum compoſitionem opium ingreditur ad ſcrup: 1., aut drag: ſſ: dantur.

De Loch, ſiue Eligmate.

Loch.	Mitiora.	De Pino Meſ: De Pulmone Vulpis Meſ: De Caulibus Gordonij.	Tuſſi diuturnæ, & Aſthmati medentur.
	Valentiora.	Sanum, & expertum. De Squilla.	Aſthmati antiquæ à craſſis, & viſcidis humoribus auxiliantur.
	Frigidũ	De Papauere.	Tuſſi à calliditate, & ſiccitate ſubuenit.

Poſſunt ſumi omni hora, præter Loch de Papauere, qui datur vna hora poſt cœnam.

Stupe-

De Stupefacientibus, ſomnum prouocantibus, & de his, quæ vomitum prouocant.

TABVLA SEPTIMA.

- **Stupefacientia, & ſomnũ prouocantia interiùs ſumenda.**
  - **Mitiora.**
    - Syr: violaceus.
    - De Papauere.
    - Succus Lactucæ.
    - Semperuiui.
    - Solatri.
    - Portulacæ.
    - Cicutæ.
    - Conſerua Violarum.
    - Nymphææ.
  - **Valentiora.**
    - Phylonium antidotum.
    - Athanaſia.
    - Diaolibanum.
    - Diacodion.
    - Michleta.
    - Laudan: nepent: Quercetani.

    Vehementioribus nonniſi maxima neceſſitate vtendum eſt, neque continuis diebus, ſed ex interuallis talia ſunt danda. Doſis eſt à ſcrup: 2. vſque ad drag: 1. cum ſyr: roſ:

- **Exteriùs admouenda.**
  - Oleum Violaceum.
  - Semen Papaueris.
  - Oleum Mandragoræ.
  - Vnguentum Populeonis.
  - Decoctum corticis Mandragoræ.
  - Semen Hyoſcyami.
  - Lac Muliebre.
  - Decoctum Salicis.
  - Opium.
  - Anethum viride in oleo coctum.

  Conſultiùs eſt primò his, quæ extrinſecùs admouentur vti ſcilicèt temporibus illiniantur, quàm intrà corpus ſumantur.

Cauendum ne vnquam membris principalibus, vt cerebro, cordi, iecori adhibeantur; neque pueris, ſenioribus, grauidis, ac alijs imbecillioribus applicentur.

- **Mitiora ſimplicia vomitũ elicictia**
  - Aqua calida.
  - Hordei decoctum.
  - Ficorum recentium longa comeſtio.
  - Oleum crudum digitis, aut penna in os dimiſſum.

  Sumuntur cùm vnctuoſis, vel ſinè.

- **Mediocria.**
  - Atriplicis ſemen, & radix.
  - Semen Raparum.
  - Naſturcij.
  - Erucæ.
  - Peponum.
  - Naſturcium.
  - Cucumer Aſininum.
  - Radix Betonicæ.

  Iſta in aqua decoquuntur, & cùm oleo, vel vnctuoſis aſſumuntur.

- **Compoſita.**
  - Syr: acetoſus ſimpl:, & comp:
  - Oxymel, aut Hydromel,

  A cibo ſumuntur ad vnc: ℥.

Valen-

Valentiora.
- Radix Rhaphani, & ſemen.
- Cæpæ, & ſemen.
- Baurach.
- Vterque Hellebotus.
- Titimali.
- Aſſara.
- Radix Cucumeris.
- Flores Sparti.
- Nux vomica.
- Eſula.

Sumpturis iſta vehementiora confert præſumere paucum cibum, neque hæc imperari debent, niſi vbi ſtrangulationis ſuſpicio imminet.

Aduertendum, quòd Potiones, quæ vomitus ciendi gratia bibuntur, tepidas, affatìmque ſumendas eſſe, valentiora autem in hoc ſunt vomitiua ad vſum Spargyricum, vtpotè ſal Vitrioli, ſal Ammoniacum ſublimatum, Antimonialia, & ſimilia.

De Errhinis, Maſticatorÿs, Odoramentis, & Suffumigationibus.

TABVLA OCTAVA.

Errhina.
- Mitiora.
  - Aquæ diſtillatæ Capitales.
  - Anagallidis vtriuſque ſuccus.
  - Succus Cæparum.
  - Cyclaminis.
  - Braſſicæ.
  - Foliorum Enulæ Campanæ.

  Liquida naribus illinuntur, aut injiciuntur interdùm oleis, & ſpeciebus aromaticis calidis admiſcentur.
- Valentiora.
  - Succus Struthij.
  - Radic. Nigellæ.
  - Marrubij.
  - Caſtoreum.
  - Piper, & Helleborum album.

  Quæ in forma melaginoſa redigi poſſunt tuturdꝙ ad inſtàr immittuntur naribus, vel aliquo liquore, aut cera componuntur, & filo naribus paritèr immittuntur.

Liquorum vnc. ſſ. vna vice infudiſſe ſufficit, vnicè tamen obſeruandum, vt qui ſumunt, priùs os aqua impleant, ne è naribus per vias, ſiuè meatus defluant ſucci, ac caput in poſteriora reclinandum, neque his vtendum, niſi corpus priùs euacuatum fuerit medicamento deiectorio, aut phlœbotomia. Horum vſus eſt in longis Capitis morbis, præſertìm morbo comitiali, narium obſtructionibus, odoratus difficultate, & oculorũ affectibus antiquis.

De Maſticatorijs, ſiuè Apophlegmatiſmis.

Maſticatoria.
- Mitiora.
  - Hiſſopus.
  - Origanum.
  - Thymum.
  - Pulegium.
  - Cappar.
  - Synapium.
- Valentiora.
  - Maſtiche.
  - Radix Acori.
  - Zingiber.
  - Piper.
  - Pyrethrum.

  Retinentur in ore, & commanducantur, dentibuſque confriguntur, aut contuſa, & liquore aliquo vel melle excipiuntur, & manſiles paſtilli formantur.

Vtendum Maſticatorijs maximè matutino tempore, cùm corpus expurgandum eſt à reliquis excrementis, atque poſt illorũ vſum os abluendũ eſt aqua, vel melicrato, aut ptiſana.

Calida

De Odoramentis.

Calida Odoramenta:

- Lignum Aloe.
- Cynnamomum.
- Laudanum.
- Lauandula.
- Macer.
- Maſtiche.
- Muſcus.
- Nigella.
- Iuniperus.
- Geniſta.
- Maiorana.
- Garyophyllum.

Citrà Ignis acceſſionem fiunt. Odore cerebrum alterant, oleo, vel aliquo liquore orbiculi ad vſum formantur, aut vnguenta, vel poma trita excipiuntur liquore.

Frigida.

- Thus.
- Nenuphar.
- Oleum Violat:
- De Papauere.
- Roſæ.
- Violæ.
- Sandali.
- Camphura.
- Vnguentum Populeonis.
- Mandragora.

Vſus horum eſt ad iucundum odorem faciendum, ad peſtilentiæ contagia arcenda, ad diſtillationes à capite, ad pectoralia, tuncque naribus admouentur.

Compoſita. Balſama apopletica &c.

De Suffumigationibus.

- Saluia.
- Roſmarinus.
- Macer.
- Cynnamomum.
- Thus.
- Myrrha.
- Carabe.
- Maiorana.
- Baſilicon.
- Garyophylla.
- Lignum Aloes.

Trita iſta excipiuntur liquore, incenduntur, aut ignitis carbonibus inijciuntur.

Vſus eſt ad odorem gratum comparandum, ad diſtillationes à capite, ad pectoralia, ad peſtilentiæ contagia arcenda, & tunc naribus admouentur. Conueniunt Aſthmaticis, vbi vapor per os recipiendus.

De

De Oleis, Vnguentis, Linimentis, Emplaſtris, & Cataplaſmatibus.

TABVLA NONA.

- **Repellentia frigida, & adſtringētia.**
  - Oleum roſ: Omphacinum.
  - Myrthinum.
  - Violarum.
  - Nimphææ.
  - Papaueris.
  - Cydoniorum.
  - *Refrigerant, adſtringunt, incandeſcentibus inflammationum feruoribus medentur.*
- **Digerentia ſiuè refacientia.**
  - **Mitiora.**
    - Oleum Camomel:
    - Anethinum.
    - Roſarum completum.
    - De Nucibus.
    - Amigdal: dulc:
    - *Iſta temperato calore rarefaciunt; ad longas maximè febres diſcutiendas accomodantur.*
  - **Valentiora.**
    - De Iunipero.
    - Laurinum.
    - Coſtinum.
    - Rutaceum.
    - Maſtichinum.
    - Abſynthij.
    - Nardinum.
    - Vulpium.
    - Canium.
    - Scorpionum.
    - Amigdal: dulc:
    - *Calefaciunt, reſiccant, membra refrigerata, & imbecillia roborant, neruorum morbis medentur.*

Olea ad vſum Spargyricum compoſita ſunt videnda apud Quercetanum, Io: Fabris, Scroderum, Donzellium, & Sgobium, & alios, ad quos remitto.

De Vnguentis.

- **Vnguenta repellentia frigida.**
  - Populeon.
  - Infrigid: Gal:
  - Sandalinum.
  - De Bolo.
  - *Ad partes refrigerandas accomodantur, eryſipilæ, alijſque calidis inflammationibus medentur.*
- **Calida valenter rarefacētia, ſiuè digerentia.**
  - Aregon.
  - Martiatum.
  - Agrippa.
  - Dialtheæ.
  - De Melliloto.
  - Alabaſtrum.
  - *Aduerſùs frigida corporis mala reſolutionem, coxendicum, nephritidem, febrium pituitoſarum horrores maximè faciunt, emolliunt durities &c.*

Vnguenta componuntur è ſpeciebus, iuxtà morbi naturam oleis, & cera. Interdùm adhibentur adipes, medullæ, butyrum, & ſimilia, aliquando gummi commiſcentur, nonnunquam ſucci, at ingredientia quædam ſeorsùm debent puluerizari. De cera non datur præſcriptus modus, niſi ad conſiſtentiam vnguenti adijcitur. Hodiè in componendis vnguentis Practici obſeruant, vt vnc: 1. oleorum, vel alteriùs liquoris admiſceantur drag: 1. pulueris, & vnc: 2. ceræ, ſed præſtat arbitrio Medici ceræ quantitatem relinquere.

De

Patris Fratris

BERNARDINI CHRISTINI

A IVVELLINA CYRNEI

Ordinis Minorum Obſer: Sancti Franciſci,

ET PRIVILEGIO SENATVS VENETI CIVIS,

Antè Religionis ingreſſum Lazari Riuerij Diſcipuli, & vtriuſque Medicinæ Doctoris.

De Lue, ſeu Morbo Venereo.
De Febre Peſtilentiali.
De Regulis Aſtrologicis ad Medicinam Spectantibus.
Arcana Lazari Riuerij Conſiliarij, & Medici Regis Chriſtianiſſimi, & in Vniuerſitate Monſpelienſi Profeſſoris, & Doctorum Monſpelienſium Decani.



VENETIIS, M.DC.LXXVI.

Typis Bartholomæi Tramontini.
SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIIS.

Illuſtriſſimo, Eruditiſſimo, ac Generoſiſſimo D. D.

Equiti

HORATIO PENKELINO
DE CARISSIMIS

Pro Sereniſſimo

RAYNVTIO II. FARNESIO
PARMÆ DVCE &c.

In vtroque Aprutinò eius Statu Auditori Generali Vigilantiſſimo,

FR. BERNARDINVS CHRISTINVS
Salutem, & Fælicitatem.

OPuſcula hæc mea, quæ nunc in Mundum enitor, Vir Illuſtriſſime, non alio melius ſydere fortunata conſului fore, quàm beneficis tuis AQVILÆ, ac TAVRI Inſignibus; Tibi namquè bonarum Artium, & ſcientiarum omnium coryphęo hos meos (vtcumque euaſerint) ingenij Partus, dicare non improprium fuit. Arcana Riuerij adhuc vſque tenebris inuoluta, nec non à plurimis auido concupita ingenio, in hanc denique lucem deſignaui; ſiquidem,

cùm in primordio meæ exercitationis ſub tanti Viri diſciplina prima Artis rudimenta exugere mihi contigerit, ac veſtigia ſequi per Galliam, Italiamque peragrantis, dum penè in miracula celeberrimæ eius Curationes vndequaque adſcriberentur, plurimum gloriæ digniſſimo Præceptori ſubtrahere, ſi tanta Arcana reticuiſſem, mihi viſum fuiſſet. Tractatus cæteros de Contagio, de Lue Venerea, & de Aſtrologicis Obſeruationibus, quos per principia tàm ſelectæ doctrinæ multorum exercitio annorum congeſſi, typis inſimul concedo, non quidem vt glorioſam meo nomini famam ambitioſe ſubnectam, ſed tantummodò vt ægris iuuamen hominibus pręſtem, qui aliquotiès (adeò inualuit vſus) nimis religioſa, vt ità dixerim, obſeruantia vniuerſalibus ſe mancipant non Galeni, ſed Galeniſtarum Inſtitutis. Tu ſcis modò, Eruditiſſime Eques, quot, & quanta in hæc diſcutienda, atque examinanda iterauerim experimenta, perquiſiuerim cauſas; quandoquidem, & dum apud te eram Męcenatem meum, & dum vel Ciuitatibus, vel Oppidis Ditioni Tuæ ſubiectis Medicum me conſtitueras, ſæpè vt animum à prolixa ſerietate, recreandi cauſa, auerteres, mecum & diligentèr recognoſcere medicamina, & diſceptationes acùtiſſimè inire non dedignatus es. Itaquè, ſi non immeritò nutritori alicuius Plantæ eiuſdem fructus debentur, ſtudia hæc mea, & cuncta tua ſunt, tibique dico. Ne deſpexeris quod tuum eſt, & ego quoque addictiſſimus tuus ſum. Vale.

AD LECTOREM

NE abſurdum iudices, Benigne Lector, cur Præceptoris mei Arcana, de quorum nomine totus hic meus Labor nomen primarium ſortitus eſt, in eiuſdem fine Operis conſtituantur. Nonne Regum Maieſtates dum publicè prodeunt, à militum cohortibus, podromis, magiſtratibuſque præceduntur? Ità & ego mea hæc diſponens in tres diuiſas partes primùm Inſtitutiones, & Regulas, cùm Conſultationibus, & Exemplis præmiſi, mox Obſeruationum Centurias adieci, demùm verò cùm Tractatu de Morbo Venereo, alterò de Febre peſtilentiali addita Romæ contagij narratiuncula, & Aſtrologicis Regulis ad Medicinam ſpectantibus, Arcana Præceptoris mei produco, vltimumque hunc locum digniſſimum ratione dicta ſum arbitratus.

Arcana lucidiſſimè patent, & longè procul ab equiuocis, ferè omnia ad vſum Spargyricum, quorum nonnulla quamuis tibi eſſe illis conſimilia, quæ apud alios leguntur Authores, attamen *nil dictum priùs dictum*, ſi benè conſideres in aliquo differunt, manipulationibus quippè adæquatis referuntur, ità vt optimè per veros Profeſſores manipulata, rectèque ſecundùm artem exhibita, miros edant effectus. Non multæ ſunt compoſitiones, ſed, quod plurimùm confert, correctiones non fallunt, ſi vt hìc deſcribuntur fiant; è contrà verò ſi ab imperitis manibus originem ducant, non niſi læſione eſſe poſſunt, quæ interdùm infelici morte coronatur. Hinc Spargyrica conculcatur, hinc vt venenum à quibuſdam habetur, diligenteſque eius filij reprobantur; id autem ex ijs proceſſit, qui Artem Italico ſermone tot pharmacopæis exponere voluere, quibus multi ſupremam ſibi arrogantes diſciplinam, teterrimos in errores incidunt. Quòd vegetabilium componant extractus, ſtillatas aquas, ſales, & ſimilia, tranſeat, quæ omnia per exiguam euadunt diligentiam, verùm mineralia, vel ſemiminetalia tractare non omnium eſt, arduo enim labore illis accedunt vel ij, qui triginta, aut quadraginta annos eadem in Arte conſumpſerunt. Horum ſanè ferè nullus, qui Italicè manipulationes dictas mandarunt, Spargyricam callebant, immò non paucos, qui viam eiuſdem adaperire putauerunt, deſcripſiſſe apertè patet, non verò rectè percæpiſſe eius robur, quod ſapientes dictauere. Huiuſmodi volumina Italica peſſimas præbent manipulationes, præſertim de Antimonio, Mercurio, Vitriolo, & ſimilibus, quibus equidem Pharmacopolæ multi, aliique ſibi Chymici nomen

men vindicantes inhærent, & morte plurimos afferunt, vel ſaltèm infirmitatibus vinciunt, de quibus liber nunquàm æger poteſt euadere. Oh ſi peccati pondus perpenderent, ſcribentemque detrimento teneri, quo grauatur ægrotus, diligentiùs cribrarent mihi ſuadeo Receptas, quæ prò vita reſtituenda ſupremo verſante in diſcrimine cædem valent euocare.

Mineralia dicta, Antimonium præcipuè, Mercurius, & Vitriolus, non ſolùm ex abundantia peccant partium mixtarum, & arſenicalium, quas in ſe continent, ſed etiam in cruditatibus, in manipulationibus enim ſi graduum ignis ordinem corrumpamus, non ampliùs ad veram poſſumus redigere perfectionem, non mixtionem ab illis ſegregare, vel excitare augumentum. Sita eſt in his Ars: *ſolue, fige, coagula, & reitera*. Accuratè perpendens duodecim Baſilij Valentini Portas, aliaſque Riplei percurras, nam quid mineralia requirant vt mixtione deſtituantur, & optimam puritatem attingere poſſint, cognoſces, quamuis aliqua ænigmatum nox ipſas obtenebret, cuius beneficio ad Philoſophorum Lapidis compoſitionem peruenire quidam conentur. Baſilij lapis non ſecùs eſt ac vniuerſale fixum medicamentum, neque pretioſior lapis inueniri poteſt ad vitam hominum innouandam pharmaco perfectò validior. Exempla materialia commodè occurrunt circà mineralium, & ſemimineralium compoſitionem: obſerua quæſo quod de calce vſuuenit, diſpoſitis nempè ſaxis ignem ſubijciunt fornacearij, ſemperque vehementiorem accendunt, at ſi fortè operariorum negligentia calor aliquantùm decreſcat, acerbiorem priſtina cruditatem ſaxa reſumunt interiùs, neque reiteratum caloris robur valet ipſa concoquere, ità vt poſita in foueis calce diſſoluenda, omnis appareat petra exteriùs cocta, intùs verò lapideam ſeruet duritiem. Idem & figulis accidit, quoniam niſi rectum ignis ordinem exerceant, omnia in fornace pereunt. Non ſecùs tandèm communis vagatur de pane experientia, qui ſi frigeſiat dum augumentum capturus eſt, quamuis indè aptus addatur calor veram ampliùs non recipit perfectionem. Quid igitur de venenoſis mineralibus putas? In his ſi erratum aliquod labatur, ſeparationes non fieri poſſunt, prò nihilo ſunt fermentationes, digeſtiones, ſublimationes, ſolutiones, perfecta denique non euadunt.

Arcana hæc, humaniſſime Lector, ſuſcipe puriſſimè à Profeſſore deſcripta, horum enim à rectis manipulationibus optimi producentur effectus. Chyrurgiam, vt alibi multotiès dixi, breui ſpero traditurum, quæ etiamſi duo ſe extendet in capita, vnum Galenicum, alterum Spargyricum, non niſi nomine amborum differentiam oſtendam. Hanc non ſolùm circà mille Obſeruationes aſſociabunt, verùm & Spargyricarum manipulationum Tractatus cùm erroribus obuijs, nec non Arcanorum reliquijs, quæ ſuperſunt.

I N-

INDEX RERVM NOTABILIVM,

Quæ in hac Tertia Parte continentur.

AEris corruptio ex corruptis odoribus. 15
Aeris corruptio ex Syderum aſpectibus. 14
Aeris corruptio ex ventorũ prædominio. 14
Anodinum ſiuè narcoticum vitrioli. 59
Antifebrile. 68
Aphoriſmi neceſſarij Aſtrologici ad prognoſticationes. 48. 49. 50.
Apologia contrà negantes Aſtrologiam. 31
Appendix circà Bezoardica. 62
Aqua Catholica noſtra purgans. 60
contrà Gonorrhæas antiquas. 71
Lapidem frangens. 74
Opthalmica. 75
vitæ contrà dolores Articulares. 59
Arcanum cõtrà Voluulum, & Vomitum. 76
Arcanum contrà morſum Canis rabidi. 75
Arcanum Henrici Venſtran contra morbum Venereum. 8
Aſtrologicæ rationes morbum Venereum ex prauis Aſtrorum aſpectibus deueniſſe. 3. 4
Aureatum. 60
Aureatum Catharticum. 58
Balſamum ad Aſthma. 75
Ad Colicos. 75. Antepopleticum. 73. 74. Canis rubei. 73. Maſtiches. 76. Mummiatum. 72. Salutis. 61. Sulphuris dulcis ad Phthyſim. 73. Sulphuris Therebinthinati. 72. Vitæ cordialis. 61.
Baſilicon Chymicum. 72
Bezoardicum Iouiale, & Solare. 62
Bezoardicum minerale. 61
Calix Chymicus. 78
Calomelanos. 58
Caput mortuum magiſteriale. 58
Catharticum vitrioli ſtybiati. 58
Cæleſtia ſigna imperantia, & obedientia. 29
Cæleſtia ſigna fixa, & communia. 29
Cæleſtia ſigna maſculina, & fœminina. 29
Cæleſtia ſigna Meridionalia, & Septentrionalia. 29
Cæleſtia ſigna triplicitatum pro temperamentis. 29
Cælum cauſat generationem, & corruptionem. 26
Contagij initium anno 1654. in Inſula Sardiniæ. 16
Contagium Neapolis, indèque Romæ. 16
Decoctorum forma pro morbo Venereo. 7. 8
De Extractis, & Oleis ad vſum noſtrum. 71
Definitio multorum Authorum de Febribus peſtilentialibus. 15
Diaphoreticum Aureatum. 63
Diaphoreticum ſimplex. 63
Diuiſio duodecim Cæli partium, & anni vnà cùm Solis curſu. 29
Diuiſio ſeptem hominis ætatum. 28
Documenta de Medicinis ſumendis, & ſanguinis extractione. 19
Elexyr. 65
Antiſcorbuticum. 65. Nephriticum. 66 Vitæ maius. 67. Vterinum. 66
Emplaſtrum ad fracturas oſſium. 76
Emplaſtrum Antipleuriticum. 76
Emplaſtrum Sulphuris Rulandi. 74
Eſſentiæ. 65
Exempla de diebus infauſtis ab Antiquis obſeruatis. 34
Extractum antecolicum per errorem in Titulo dictum aureatum. 63
Antepilepticum. 63. 66. Antinephriticum. 68. Antipleuriticum. 62. Hyſtericum. 62. Ligni ſancti. 70. Nephriticum. 63
Febrifugum. 69
Febrium malignarum mentio, quæ Authori acciderunt in Aprutio. 22. 23
Febrium peſtilentialium curæ rationes. 18
Gonorrhea eſſe poteſt abſque eò quod à morbo Venereo cauſetur. 3
Hippocratis ſententia, & aliorum pro Aſtrologia. 30
Influentia inſoliti morbi, nempè tumorum apparentium primò in maxillis, indèque ad teſticulorum mitram deſcendentiũ. 25
Intemperiei calidæ, & ſiccæ rationes. 2
Locus primus inſtitutus Romæ tempore Cõtagij ad infectorum expurgationem. 16
Luna in Ariete. 35. In Tauro. 36. In Geminis. 37. In Cancro. 38. In Leone. 38. In Virgine. 39. In Libra. 40. In Scorpione. 40. In Sagittario. 41. In Capricorno. 41. In Aquario. 42. In Piſcibus. 42

Luna

Luna vbi ſita ſit quolibet tempore. 32
Magiſterium Margaritarum. 73
Magiſterium Tartari purgans. 69
Martyrium, & mors multorum ex infectis præ adſtantium timore, quamuis profeſſorum Medicinæ. 20
Oleum Antepleuriticum. 76
Oleum Bufonis. 74
Oleum corroſiuum Antimoniale. 65
Panacæa liquida vniuerſalis cum auro. 63
Pillulæ Antiuenereæ. 74
Pillulæ contrà morbos peſtilentiales. 74
Pillulæ contrà omnes impuritates ſanguinis, & humorum. 75
Planetæ cuiuslibet prædominium per ſigna Zodiaci. 45
Planetæ in ſignis Igneis, Aereis, Terreis, & Aqueis. 47
Planetarum nomina, & Cæleſtium Signorum, eorumdemque Planetarum ſtationes. 29
Planetarum poteſtas, & dignitas. 30
Planetarum prædominium ab initio embryonis vſque ad partum cùm Signis Zodiaci. 27
Potio contrà Gonorrhæas. 71
Puluis Antiheticus. 59
Puluis Vterinus. 77
Quintæ eſſentiæ. 65
Regulæ infauſtorum dierum à Montagnana ſcriptorum. 34
Regulæ neceſſariò obſeruandæ ad morbi curationes. 46
Regulæ obſeruandæ in celebranda Phlebotomia, & miniſtrandis Pharmacis. 33
Remedia Authoris contrà febres peſtilentiales. 22
Remedia defenſiua ab Authore prò ſe, & familiaribus adhibita in Romæ contagio. 22
Remedia Mercurialia ſuſpecta internè data. 9
Remedia primùm adhibita in contagio Romæ. 20
Remedium vniuerſale adeò mirabile Hieronymi Claramontis Siculi. 24
Sal Antiſcorbuticus cùm alijs ſalibus. 70
Signa, quæ in contagio in infectis apparebant. 19
Spiritus nitrij fixi Tartarizati. 76
Spiritus Sulphuris dulcificatus. 73
Spiritus vitrioli ſtybiatus. 68
Syderum errantium natura, & prædominium in corporibus. 44
Syderum fixorum proprietates, & indicia. 43
Sydera concurrunt in generatione, & corruptione corporis. 27
Therebinthum potabile. 71
Tinctura Antimonij. 64. Auripigmenti. 55. Contrà dyſintheriam. 75. Coralliorum. 54. Iouis. 53. Lunæ. 53. Margaritarum. 55. Martis. 53. Mercurij. 54. Policreſta. 67. Salis communis. 56. Prunellæ. 56. Smaragdorum. 55. Solis. 52. Sulphuris. 56. Viperina. 67. Vitrioli. 57
Trochiſci Alexipharmaci primi. 60. Secundi. 61. Tertij. 61. Antepileptici. 57. Contrà carbones. 59
Tumores frigidi à Venereo morbo producti. 1
Venerei morbi curæ intentiones, quæ rationaliter requiruntur. 5
Venerei morbi obſeruationes. 11
Venerei morbi prima origo in Italia. 3
Venerei morbi remedia ad vſum Spargyricum. 9
Venerei morbi ſigna ſpecie diſſimilia. 3
Venereo morbo infectis extrahendo ſanguinem quid animaduertendum. 5
Venereo morbo difficulter medentur Medici rationales. 5
Venereo morbo infectorum prognoſticum. 4
Venereum morbum præparantia, & purgantia ad vſum Methodicum. 6
Venereum morbum ſcripſit nullus Author antè annum 1453. 9
Venereus morbus contaminat ſubſtantiam ſanguinis. 2
Venereus morbus curatur per fumenta. 10
Venereus morbus curatur per vnctiones 11
Venereus morbus cur Ciuitatum magis familiaris, quàm Villarum. 2
Venereus morbus vtrum corporis omnes partes afficiat. 1

DE

DE LVE SEV MORBO VENEREO

BREVIS INSTITVTIO

Cùm aliquibus medicamentorum Receptis, & Exemplis.

DOctor egregie. Omiſſis controuerſijs, quæ innumeræ circà hunc morbum vndiquè vertunt, & argumentis, deſcendo ad eſſentiam, ipſiuſque naturam, quæ eſſentia nequit innoteſcere, ſi priùs genus cùm ſuis differentijs eſſentialibus non conſtet. Sed genus etiam eſt dubium, licèt enìm genus, affectuſque Venereus ſit morbus, adhuc tamen in quo morbi genere ſit conſtitutus non patet, diuerſificè enim operatur in corporibus, vndè multi ſunt opinati, huic affectui genus morbi diſtinctum præberi non poſſe. Multotiès comitatur genus trium morborum, cauſatque ſymptoma perpetuum, exuſtionem immoderatam, vt in principio morbi in multis apparet; ſiccitatem vitæ, ſquammam, ſeù furfurem in capite, corpus carioſum, colorem liuidum, aut nigrum, aridum, calloſum, aut in partibus pudendis vlcera ſordida, acria; tumores in inguinibus vtpotè partibus cameralibus, ſeù gonorrhæas. Accedit cùm inditijs caloris exceſſiui, vtpotè in bubonibus, qui interdùm ſunt duri, & euadunt calloſi proptèr aduſtionem, quod etiam in pure aduſto innoteſcit. Fiunt etiam dolores in oſſibus, iuncturiſque, cùm periodo; habent enìm principium, augumentum, ſtatum, ac declinationem; fiunt etiam corroſiones in partibus verendis, aut in ore, gengiuiſque, cùm dentium amiſſione, pilorumque, in quibus aduſtio primùm fit manifeſta. Hæc aduſtio nequit originem trahere, abſque humorum corporis calidorum, & ſiccorum intemperie, (calori enim, vt adurat, opus eſt ſiccitate) à quo prouenit, vt poſſimus hunc morbum vocare intemperiem calidam, & ſiccam. Hinc obſeruandum eſt verùm hic morbus Venereus omnes, an præcipuas corporis partes afficiat, ad quod cùm omnium conſenſu, dico, quòd afficit, venenatque hepar, quod eſt baſis, ac fundamentum noſtri corporis, in quo cauſat eorundem intemperiem calidam, & ſiccam; ſicque cùm hepar communicet venis ſanguinem, & omnibus corporis partibus alimentum nutritiuum, cùm ſecum gerat eandem intemperiem, eam miniſtrat reliquis partibus corporis. Et quamuis ſæpè appareant bubones, & gonorrhææ, & primi mundificentur, & matureſcant, ſecundæ, poſtquàm aliquid purgauerint, ſiſtantur, non ideò illud corpus eſt à morbo purificatum, natura enim difficilitèr à ſe poteſt illum expellere omninò, ſed maſſæ ſanguineæ fit familiaris; hinc ſi quantitas morbi eſt pauca, parùm perturbat, ſi multa, redigit corpora affecta in miſerrimum habitum. Comprobat eſſe intemperiem calidam, & ſiccam id, quod omnia corpora, quæ ad coeundum continuè ſunt prona, apparent aduſtiſſima, quod magis apparet in fœminis, quæ enim meretrices, & de ſe multis copiam faciunt, in facie, & in omnibus operationibus, alijs pudicis, probiſque fœminis aduſtiores videntur, vſus enim Veneris immoderatus cauſat in eis notatam aduſtionem. Adnotatur etiam in Ciuitatibus, quod corporum phyſionomia

mia denotat aduſtionem magnam in ſuis Ciuibus, quæ in rurium, oppidorumque inco-lis non cernitur; hæc enim prouenit ab vſu illicito, ac immoderato coeundi, qui diſſo-lutè practicatur in Ciuitatibus, moderatiùs autem in oppidis. Venetijs, ſi ægri conſu-lant Medicum de proprijs morbis, ſtatim opus eſſe refrigerandi dicunt, ipſi enim calore exceſſiuo laborare aſſerunt; à quo autem hic exceſſiuus calor prouenit? Arbitror, quòd in generatione fuerint ſemina hoc morbo affecta, ità vt fœto etiam participauerint; cùm enim intemperies calida, & ſicca ſit diuellendo difficilis, ideò ſemina in generando ab hac intemperie affecta dant filijs temperamentum prauum, malumque, ità vt etiam puti, & innocui videantur hoc morbo miſerrimè laborare. Hinc prouenit, quòd Ci-ues (in Ciuitatibus enim commoditas coeundi eſt propinquior) ſint aduſtiores ruſti-cis, & oppidanis, naſcuntur enim cùm intemperie calida, & ſicca, quæ intemperies, cùm à ſæculis à Patribus filijs, deſcendentibuſque ſit communicata, poteſt dici factam eſſe hæreditariam. Cùr adſunt tot Podagræ, Chyragræ, & alij dolores articulares, tot Calculi &c.? opinor originem ab hanc infectione trahi, & ſi hæc infectio non prouenit ab immoderato patientis coitu, puto eſſe in ægro hæreditariam.

Obſeruaui in multis maſculis, fœminiſque, quæ frigidis humoribus laborant, in qui-bus tumores aut difficultèr matureſcunt, aut cùm mala concoctione, & antequàm ſup-purentur externè contaminant oſſa, & faciant in eis cariem, qui morbi vulgò vocantur Spinæ ventoſæ. Examinaui natiuitatem patientis hunc morbum, & ſemper inueni Pa-trem fuiſſe tempore generationis infectum lue Venerea, ex qua etiam malus habitus, prauumque temperamentum nato fuerat communicatum, in quo verificatur illud: *Pa-tres comederunt fructus acerbos, & dentes filiorum obſtupuere.* Longum eſſet narrare obſeruationes præcipuas, ideò cauſa breuitatis omitto.

Et quia hic morbus totam corporis ſubſtantiam contaminat, ac corrumpit, ideò curari oportet cùm illis remedijs, reguliſque toti ſubſtantiæ corporis conferentibus, & aptatis. Hæc intemperies calida, & ſicca aliquando apparet cùm ſignis omninò contrarijs, ideſt ca-lidis, & humidis, quod non eſt citrà rationem, cùm hic morbus afficiat partes molliores, quæ membra ſunt humida; vltrà quod attrahitur per contagium, & cùm non detur con-tagium abſque putredine, nec putredo abſque humido, ideò poteſt etiam dici intemperies calida, & humida. Immò ſi ritè examinentur genera, & eſſentia huius morbi, calida, & humida intemperies poterit vocari, in corporibus enim pituitoſis cauſat maiorem pitui-tæ, ac frigiditatis copiam, vndè eſt opus illis vti remedijs calidis, & ſiccis, vtpotè contra-rijs ad deſiccandam ſuperfluitatem humoris, vtpotè ligno ſancto, ſalſa &c. Ità hæc eſt malorum humorum intemperies, quæ ſi reperit complexionem calidam, & ſiccam, eſt calida, & ſicca; ſi calidam, & humidam, diſcomponit illam temperiem in malam intempe-riem; ſi accidit in corporibus pituitoſis, frigidis, & humidis, diſcomponit paritèr illam tē-periem, cauſat dolores, non permittit produci ſanguinem bonum, parturit quantitatem ſeroſitatis; ſi in frigidis, & ſiccis contingit, diſtemperat paritèr illam temperiem, & cauſat mixtum peſſimæ congeriei, ità vt in omnibus modis damna afferat notabilia. Multa quidē corpora robuſta inueniuntur, quæ optimè organizata difficultèr hoc morbo afficiuntur, ni vſus continuus cùm fœminis infectis adſit. Ideò ſic hunc morbum definiam, quòd ſcilicèt ſit diſpoſitio prætèr naturam, qua corporis actiones ſenſibilitèr læduntur, vel ſic particu-laritèr, dicendo morbum Venereum eſſe multiplicem affectum, modò qualitate afficien-tem, modò in compoſitione, modò in ſolutione continui, modò cùm doloribus, modò cùm cruſtis, modò cùm tumoribus duris, modò cùm defluuio pilorum, dentium, vnguium ca-ſu, modò cùm oculorum amiſſione, modò cùm gonorrhæa, modò cùm omnibus ſimul coniugatis, à quibus infiniti poſteà morbi cauſantur. Petrus Roſſius 234. ſpecies connu-merat. Quòd ſit morbus contagioſus affirmat Antonius Francianus dicendo: *prætereà non tantùm in his initium habet, ſed in omnibus illis membris, quæ vel confricatione incaleſcunt, vel per contactum facilè ſua natura contagium ſuſcipiunt*; vndè ſæpè con-trahitur à pudendis, ab ore, à mamillis, & in conſudantibus à cute, quæ ſicca eſt valdè, licèt huiuſmodi membra interdùm non videantur affecta.

Multi

Multi Aſtrologi cauſam huius morbi tribuere Saturno, multi alij motui, aſtrorumque luminibus, ideſt generatum eſſe aſſerunt in anno 1483. ab aeris corruptione ob peſſimam conſtellationem, quæ accidit Idibus Octobris duabus horis poſt meridiem propter coniunctionem Martis, Iouis, Solis, & Mercurij in Libra in octaua domo, quæ eſt domus Martis, infirmitatumque, & Iuppiter erat combuſtus. Vltrà hanc coniunctionem, eodem anno, kalendis Nouembris, in eadem domo, & ſigno coniuncti fuerunt Mars, & Venus, ſic etiam fuerũt obſeruati in eodem loco Iuppiter, & Venus. Bìs in illo anno accidit Lunæ Ecclypſis, ſemèl in Scorpione, ſemèl in Tauro; Multa enìm portentoſa, & peſſima iudicia præbent huiuſcemodi aſpectibus Aſtrologi, & arbitrantur, quod ex eò quia in anno ſequenti, in bello Gallorum, Hiſpanorumque in Regno Neapolitano fuerit dictus morbus patefactus, fuerit epidemialis ab aſtrorum peſſimis ortus influxibus, Alij aſſerunt hunc morbum fuiſſe familiarem Indiarum Incolis, & quòd Hiſpani ab illa regione in Italiam geſſerint, indè cùm in ſupradicto bello varijs fœminis vſi fuerint, illas omnes affecerint, quæ poſteà cùm Gallis coniunctæ, ipſis communicauerint, & hinc morbus Gallus fuit dictus in Italia, in Hiſpania verò morbus Neapolitanus. Vtcunque ſit, titulus luei Venereæ magìs eò competit, ab vſu enim Venereo oritur.

Nullus Author antè annum 1483. de hoc morbo mentionem facit, ex quo apparet, quod eo tempore in Italia innotuerit; & omiſſo vtrum ab aſtrorum vi, an ab Indorum contactu fuerit productus, certum eſt, quòd Ieſus Chriſtus noſter Redemptor hunc permiſerit morbum ad pęnam, flagellumque eorum, qui hoc inquinati vitio obliti ſunt caſtitate, ac continentia.

Sicut, vt dictum eſt, difficultèr cognoſcitur eſſentia huius morbi, & effectus, ſic difficultèr poſſunt adduci differentiæ, multæ enìm ſumptæ ſunt à magnitudine, à paucitate, ab intemperie. Humorum intemperies efficit gradus magnitudinis, ac minoritatis; ſæpè eſt in habitu, ſæpè in affectu; multotiès ſumitur à qualitatibus; hic enìm morbus cùm ſuaptè natura ſit ferus, aliquando afficit corpus, aliquando partes genitales, aliquando omnes corporis partes. In aliquibus accedit mitis, itàut patiens, vtpotè ſoſpitem ſe habeat; in aliquibus cùm gradibus maioribus, ſed quia natura confeſtìm non apparet deficiens, ab ægro non æſtimatur. Hinc paulatìm corpus diſtemperatur, & quando natura aliqua alia cauſa graueſcit, omnia ſimul cõiuncta patefacit morbus incognitus, & obſcurus, nec à Medico, nec à Patiente prò Venereo morbo iudicatur, ſicque medendo difficillimus. Sæpè accedit cùm temporis diuturnitate, ſæpè ſtatìm manifeſtantur, vtpotè in complexionibus imbecillibus, quæ ſunt aptæ corruptioni ſubitæ, ſicque iuxtà habitudinem, ac corporis organizationem fiunt differentiæ huius morbi. In hoc tamen omnes Authores conueniunt, quòd in principio occupet hepar, & venas, & quòd inſinuetur in ſanguine, indè cùm circulatione, & nutritione omnium corporis partium omnibus corporis partibus communicetur, & quæ pars eſt debilior, ea eſt magìs affecta ab illo humore venenato. Hinc proueniunt vltrà ſupradictos morbos Podagræ, Cacheſiæ, Phthyſes, Hydropes, morbi Hypocondriaci &c., quæ omnia licèt ſint perſæpè abſque mixtione morbi Venerei, adhuc tamen aliquando luem hanc comitantur.

Gonorrhæa poteſt cauſari à motu immoderato, ab equitando, propter dormitationem ſuprà renes &c., aliquando ſumitur in concubitu inordinato, vel coeundo cùm fœmina menſtruante; ſed vt plurimùm ſumitur à fœmina infecta, qui morbus poſteà fit vitioſus, fætidus, cùm ſignis manifeſtis pernicìei ſuprà alias huius morbi ſpecies, cùm ſit acer, mordax, ac aduſtus.

Caries etiam vt plurimùm oritur ab hoc humore alterato, acri, & mordaci, & cõtingit perſæpè in partibus verendis propter confricationum motum. Apparent etiam varruchę, & aliquæ infixuræ, aliæ calloſæ, ac duræ, vt potè prouenientes à materijs craſsis, & aduſtis. Sunt tumores, qui veniunt in emunctorijs, ideſt inguinibus, quæ ſunt molles partes, vocatæ emunctoria, ſeù partes cametales hepatis, tunc enim bubones demonſtrant hepar imbibitum eſſe eo vapore, & humore venenoſo. Ab eodem etiam oriuntur puſtulæ, quę interdùm cùm paruo tumore apparent in capite, interdùm in alijs corporis partibus.

Vlcera prauæ qualitatis familiariſſima ab his humoribus originem trahunt, quæ iuxtà copiam, mixtionem, acredinem, & mordacitatem humorum fiunt in diuerſis locis, vtpotè in partibus pudendis, in ano, in ore, in naſo, in oculis, & in alijs partibus.

Tuphi, aut Gummæ ſunt etiam huius influentiæ filij, ideſt tumores præternaturales cauſati à materia craſſa, & frigida, qui fiunt in oſſibus, aut in capite, aut in brachijs, aut cruribus, in iunčturis, in nodis, & ſæpè cùm doloribus acerbiſſimis.

Dolores autem vehementiſſimi, qui fiunt in articulis, & in oſſibus crurium, & brachiorum qui ferunt ſigna Podagræ, aut Chyragiæ, ſunt vt plurimùm hoc ab humore cauſati.

Pilatella, amiſſio oculorum, vnguium, dentium, & tot aliæ morborum huiuſmodi ſpecies, ab hoc morbo Venereo præcipuè originem habent.

Huius morbi generatio, ſi optimè perpendatur, peradmodùm dubia eſt, nàm ſi ab aſtrorum influxibus fuerit ortus, vt eſt opinio Aſtrologorum, cur non eſt vniuerſalis, ſed tantùm in ijs, qui ad Venereum vſum ſunt proni? Si ab India in Italiam latus, cur in varijs Regionibus eodem anno fuit patefactus, in quibus nemo affectus peruenerat, ità vt ex contactu originem traxerit? Multæ adſunt Regiones, in quibus nullum omninò ſignum huius morbi videtur; vtpotè in Oppidis Regni Cyrnei, (exceptis Ciuitatibus, in quibus vſus cùm meretricibus hunc morbum produxit.) in quibus huiuſcemodi affectus non innoteſcit, fœminæ quippè illecebris Venereis incumbere non valent, vlciſcuntur enìm affines morte irremediabili minimam honoris offenſam, ità vt clades deplorabiles, tàm in maſculis, quàm in fæminis, ſi in honeſtate errauerint, (quod raro accidit) contingant; nec ſpes parcendi animos ad errores huiuſcemodi propinquat, ſi enìm in honore ſint illorum Oppidorum incolæ offenſi, adeſt infallibilis conſequentia, quòd aut vindicati, aut irreconciliabiles euadunt. Hinc metu mortis feminæ continentes, de ſe copiam hominibus non faciunt, & ſic morbus Venereus à mixtione ſeminum in vtero collectorum generatus illic locum non habet. Sed ſi aliquando eueniat, quòd fugiat aliqua iuuenis, & à ligaminibus affinium ſoluta euadat libera coeundi cùm quibuslibet, tunc adnotaui quamcitò hoc morbo affectam eſſe, & etiam afficere illos, qui cùm ea coibant. Hinc patet quod ſemina varia in vtero collecta, quæ poſtea putreſiunt, inficiunt corpus hoc morbo, indè fit contagioſus, & omnes cùm infecta verſantes per contactum eo afficiuntur.

Addo, quòd antè annum 1483. in omnibus Regionibus adeſſent meretrices, & quòd fierent mixtiones, & putrefactiones ſeminum, adhuc tamen Authores antiqui de hoc morbo mentionem non faciunt. Si tunc temporis non aderat, oportet dicere, quòd aſpectus aſtrorum peſſimi diſpoſuerint corpora ad recipiendum hunc morbum, ad quem recipiendum anteà forſan haud erant apta, ſicut poſt dilunium reddita ab aere, & aſpectibus Cœli natura imbecillis, fuerunt dies hominum abbreuiati, cùm anteà plura ſæcula Mundi Viatores, optima aeris temperie adiuuante, fælicitèr proſpexerint.

Circà prognoſticum non adſunt Hippocratis aphoriſmata, nec antiquorum authoritates, quæ de hoc morbo aliquid aſſerant, ipſis enìm, vt dictum eſt, fuerat occultus, aut alia nomina dederunt. Sed ſi prognoſis ab experientia pendeat, poſſumus dicere, quòd ſi patiens non curetùr, & cùm exacta diligentia, atque dieta, & remedijs aptatis euellere morbum non tentet, & arcere illius peſſimi humoris intemperiem, tranſit iuxtà temperamenti, & habitudinis corporis qualitatem in peſſimum finem; in multis enìm tranſit in ſcabiem fætentiſſimam, indè tabidi moriuntur, alij euadunt Hetici, alij Phthyſici, alij Aſtmatici, alij Hydropici, alij doloribus articularibus cruciantur, alij gummis, alij vlceribus malignis, alij corroſionibus, quæ tranſeunt in cancros, vel in nolimetangere, in cancrænas, herpetes, & ſimilia; alij aduſtionibus laborant, indè Maraſmo vexantur, alij reuella, alij viſcoſitate, alij affectibus hypocondriacis, & alijs innumeris morborum ſpeciebus vi quotum patientes miſerrimè vitæ periodum terminant.

In principio huius infectionis opinor Medicos varijs vſos fuiſſe medicamentis, ſed iuxtà illud, quod adnotatum eſt in Authoribus, ad Empirica ſe applicuere. Gabriel Falloppius ait, cap: 20. de morbo Gallico: *Rarum eſt genus morbi*, ideò propoſuit frequentia tantùm, non quia fuit ei ignotum (loquitur de methodo;) colligo igitur,

quòd

quòd dantur morbi in tota ſubſtantia, & ſunt à veneficijs, a venenis, à maleficis aſpectibus, & per contagium, & hi morbi occulti ſunt, cæteri manifeſtiſſimi; poſſunt enim agnoſci tribus inditijs. Primum eſt, quia non cedunt alicui medicamento inuento ratione, quotiès videtis aliquod genus morbi tractatum à Medico diligenti, in quo ex arte medicamenta applicentur, & quod non ſanatur. Præterea aliùs Medicus alia tentat ſecundùm rationem, & fruſtrà laborat, dicatis eſſe naturam morbi occulti conſiſtentem in tota ſubſtantia, & neſcimus eam metiri. Pauli poſt idem Auctor ait: *His ità conſtitutis videamus modò an iſtæ notæ adſint in Lue Venerea, & primùm hæc eſt una poiſſimum conditio, quòd non cedit medicamentis inuentis ratione.* Teſtantur Medici, qui aderant in principio, qui deſperarunt in arte, cùm viderent methodo non potuiſſe inuenire rationem curandi, & erant in maximo deſpectu Medici tunc temporis apud omnes, & niſi Hiſpani illi superueniſſent docti, quomodo ibi morbus ſanaretur? & niſi fortè Chyrurgi audaciſſimi inueniſſent hydrargyrium adhuc rebellis eſſet morbus, adhuc ſæuiret. Præterea hepar eſt, quod inficitur, & hepar eſt pars nobilis, ergo adeſt ſecunda conditio; de tertia, quod tantùm hepar, & non aliæ partes patent, ego video puerulum conceptum in vtero matris ex materia Venerea, illi per ſpatium nouem menſium non eſt infectum niſi hepar, nonnè potuit infici cerebrum, & cor in illum? Ergo ſciatis, quod Empirica eſt morbi curatio cùm habeat læſionem partis nobilis, & determinatæ, cumque ſit affectus in tota ſubſtantia; ſed quidam volunt reddere cauſam, cur hepar in hoc morbo inficitur, & hæc eſt: nos videmus, quòd inficitur homo per contagium, aut oſculo, aut coitu, aut aſſidua tactus repetitione, ſudoris in dormiendo mixtione, aut etiam ſæpiùs eodem in Calice bibendo, in quo biberit infectus. Communicatio iſta primùm fit ad venas, quàm ad arterias, quoniam copioſiores venę reperiuntur; & in coitu, & frictione aperiuntur; dilatatæ admittunt ſaniem illã, & materiam Veneream, & quia venæ citò pertingunt ad hepar, non ad cor, ideò &c. Hinc eſt, quòd in principio Medici cùm experientia, atque ſpeculatione inuenerint multa ſpecifica ad hunc morbo medendum; Empirici antè methodicos curauere hanc ægritudinem cùm breuitate maiori; vndè ego cùm debeam proponere medicamenta ad Curam multa proponam Empirica, multa methodica, multaque Spargyrica.

Circà Curam quatuor conueniunt intentiones, quarum prima eſt victus ratio, ſecunda eſt lenitio ventris, & præparatio humorum, & malæ qualitatis eorum remotio, tertia eſt euacuatio, quarta eſt ſymptomatum correctio. Victus igitur ſit aut tenuis, aut craſſus, prout morbus requirit, tamen ſit ſemper facilis digeſtionis, & boni ſucci generatiuus. Vſus ciborum in hoc morbo eſt rerum deſiccãtium, & tenuium, qui genericè vocatur dieta, iuxtàque Medici periti rationem venit aptandus. Lenitio ventris debet fieri primùm cùm minoratiuis, aut clyſteribus lenitiuis. Præparatio humorum fit cùm ſyrupis præparantibus aptatis generi morbi, & complexionis, & qui habeant qualitatem remouendi. Indè deueniatur ad purgantia aptata humori peccanti, & complexioni, cùm doſe iuxtà vires, & hæc euacuatio debet fieri cùm omnibus illis remedijs ſpecificis. quæ poſſint eſſe apta ad expellendum morbum, indè ſi non ſufficit purgatio, fiunt decocta ſec: art:, aut vina accomodata, aut electuaria, aut diaphoretica; exteriùs verò cùm vaporarijs, fumentis, vnctionibus, & ſimilibus.

In celebranda Phlæbotomia in Lue Venerea multa ſunt conſideranda, ſcilicèt vtrùm humor peccet in qualitate, an quantitate; ſi in qualitate opus eſt ſecare venam, cum ſumptione antecedenti leuis purgantis, vt ait idem Gabriel Falloppius cap: 20. de morbo Galli. Cùm igitur euacuandum corpus, primò ſecamus venam, lenitione tamen alui præcedente, vel per caſſiam, vel per ſerum, vel per ſyr: roſ: ſolu: &c. Si minorato corpore ſecamus venam, primùm temperamus ſanguinis ebullitionem in venis, & hepate, ſecundò diminuamus materiam alterandam à medicamentis, & euacuemus; 3. cùm morbus ſit contagioſus, inficiatque hepar, & ſectione venæ fiat reuulſio ab interno ad externum, hinc opus eſt obſeruare temperamentum, ætatem, vires, & habitudinem corporis, in omnibus enim nequit ſecari vena; nã ab illis, qui laborãt bubonibus, gonorrhęa &c. eſt arcẽda

 phlębo-

phlœbotomia, fieret enim reuulſio contraria, & rediret in viſcera quod natura tentat expellere per emunctoria.

Præparantia ſunt aptanda iuxtà morbi ſpeciem, ideſt in humoribus frigidis ſunt aptata calida, in calidis frigida, & ſic de ſingulis. Conferunt ad præparationem pituitæ oxymel: ſimpl:, mel: roſ: an: vnc: ſſ:, ſyr: de cichor: vnc: 1., decoct: fumariæ, betonicæ, cichorij q: ſ:, & his ſimilia, vtpotè ſyr: betonicæ, maioranæ, ſtæchadis, ſaluiæ, roſmarini, quæ omnia conferunt morbis lædentibus caput. Quibus offendunt pectus de capil: Vener:, hyſſop:, de praſſio, de calamento, de glycyrrhiza, de pomis. Quibus lædunt ſtomachum de menta, de abſynthio, mel: roſ:, oxymel ſimpl:, compoſit:, ſcyllitic:. Quibus lædunt hepar de duabus radicibus, de quinque radicibus, de eupatorio, de biſantinis. Quibus renes de malua, de duabus radicibus, aut de quinque, aut compoſit: cùm therebinth:. Offendent his vterum artemiſiæ, de calamento, de matricaria &c. Purgantia agaric:, turbit:, hermodactil:, & colochynthid:; aut compoſita vtpotè hiera picra, hiera Pacchij, diaphinicon, electuarium Indum, eleſcoph:, diacydonia, diacartham:, diaturbit:, benedicta laſſatiua; aut illa ad vſum Spargyricum; ſic etiam pillulæ, vtpotè de hermodactilis, fætidæ, cocchiæ; ſic etiam roborantia, quæ ſunt ſyr: antedicti, cùm additione ſpecier: diarrhodon Abbat:, conſeru: borragin:, bugloſs:, cùm ſucci ſcord: denſati, aut pauco mithridato iuxtà neceſſitatem. Si habitudo corporis eſt biliosa, & vrina, fecesque demonſtrent peccare bilem, priùs minoratur cùm ſyr: roſar: ſolutiuo, aut caſſia, aut manna, aut ſimilibus; indè præparatur cùm ſyr: endiuiæ, fumariæ &c. Sic etiam eſt reſpicienda pars, quæ magis eſt affecta, nàm ſi eſt caput, conferunt ſyr: roſar: rubr:, nenuphar:, papauer:; ſi thorax, ſyr: de violis, de iuiubis; ſi cor, de ſucco acetoſæ, acetoſ: citri, iulep: roſ:; ſi ſtomachum, ſyr: acetoſus, granator:, roſ:, oxyſacchari, myuæ cydoniorum, ſyr: aranc:; ſi hepar, endiuiæ, cichorij, fumariæ, acrimoniæ, & ſimilia. Purgantia ſunt aloe, caſſia, manna, myrabolani citrini, ſuccus roſarum, rhabarbar:, tamarind:, ſcammonea, & ſimilia. Compoſita, diaprun: ſimpl:, & compoſ:, mel roſ: ſol:, ſyr: roſ: ſolut:, diacatholicon, ſyr: de viol: ſolut:, magiſter: ſolut: ad vſum Venetum, diaſebeſten, electuarium de ſucco roſar:, diarhabarbari, de pſyllio, catharticum imperiale, colagogum Quercetani, catholicum Quercetani, & alia in forma extract: ad vſum Spargyricum, aut pillulæ aureæ, ſinè quibus, de rhabarbaro &c. Roborantia in hoc caſu ſunt ſacchar: roſ:, violat:, cùm puluere corallor:, eboris, ſemin: citri, ſucci concreti ſonci, ſcordij &c. In habitudine corporis melancholica, (in hoc enim caſu difficillima eſt cura, morbus quippè eſt pertinax, & ſemper adurit) eſt opus attenuare, & incidere illum, nam oportet diligentèr purgare, perſæpè enim ſubtiliora ſoluuntur, craſſiora vitiantur, vndè primùm leuitèr eſt opus purgare, & concoquere, indè vti debemus minoratiuis proprijs, vtpotè caſſia, diacaſſia, diaſena lenitiua, diacatholicone, triphera Perſica. & ſimilibus. Concoquentia de ſyr: fumariæ, de epithymo, de polypodio ſimpl:, de lupulis, de cetrac:, ſcolopendriæ, pimpinellæ, borraginis, meliſſæ &c. Purgantia ſunt ſena, epithymus, fumus terræ, myrabolani Indi, lapis Armenus, lapis lazuli, polypodium, hellebor: nig:, & ſimilia. Compoſita ſunt confectio amech, diacydon:, electuarium de epithymo, electuarium purgans melancholiam Quercetani, aut extractum melanagogon Quercetani, & alia ſimilia, aut pillulæ de fumaria, de lapide Armeno, de lapide lazuli, & ſimilia.

Propoſita remedia ſunt ad vſum methodicum ordinarium, & cùm præparantibus ſunt addendæ aquæ, & ſimilia, aut decocta herbarum. Cùm hoc vſu credo antiquiores in principio huius morbi curaſſe, ſed cùm exitu parùm fœlici. Adnoto etiam, quòd tempore præſenti hac via (ni alijs medicamentis vtamur) pauci conualeſcunt; ſunt enim hæc conſulenda in principio morbi, ſed ſi perſiſtit ægritudo, tunc ad validiora procedendum.

Noſtri Prædeceſſores, vt dictum, derelinquebant ægrotos antedictis medicamentis laſſos, & ad Empiricos mittebant, & hi curabant poſteà cùm purgantibus validiſsimis, vel cùm fumentis, in quibus ingrediebatur Mercurium, vel cùm vnctionibus paritèr

Mer-

Mercurij, vel cùm vaporarijs ſudoriferis, vel cùm decoctis ſudoriferis, & dieta, ſicque cœptum fuit diminuere pertinaciam, & feritatem huius morbi in magna ægrorum quantitate. Methodici poſteà, obſeruando horum medicaminum iuuamen, (iuxtà axioma: *facile eſt inuentis addere*) redigerunt hæc remedia Empirica ad meliorem vſum, & rationem. Hinc Spargyrici ſeparando ab eiſdem partes impuriores, in euulſione ciſti huius morbi, modum curandi inuenere perfectum.

Multa ab experientia confirmata, vtpotè præcipua ſpecifica, ad curam huius ægritudinis ſunt in vſu, vtpotè lignum ſanctum, eius cortex, ſalſa parilla, ſaſſafras, china, &c. quæ omnia, vt ab India in noſtras regiones tranſlata, videntur vim habere maiorem, aptioremque virtutem. Multa etiam oriuntur in noſtris Regionibus, quæ licèt eandem virtutem ſupradictarum non habeant, adhuc tamen aliquam retinent, & ſunt ſalſa noſtralis, vocata ſmilax aſper, radix arundinis noſtralis, vice chinæ, lignum lentiſcum, lignum viſci quercini, lignum buxi, iuniperi; hæc omnia ſunt deſiccantia, & ſudorifera. Varijs etiam modis parantur, multotiès per ſe, aliquando aliarum rerum additione, interdùm in forma decocti, aut oxymelitis, aut ſtillata, aut infuſa in vino generoſo, aut in aquis ſtillatis, aut communibus, aut puluerizatis, in forma cartulæ, aut in forma boli, in electuarijs, in extractis, in ſpiritibus &c. Natura ſuprà notatorum medicamentorum cùm à multis ſit deſcripta, ideò hic non replicanda, tantùm deſcendo ad vſum.

Si decoctum fieri velit ex dictis rebus, hic ſeruatur ordo: Triturantur omnia, ex quibus fieri debet decoctum, indè in qualibet vncia materiei additur libra aquæ communis. Primùm calefit aqua in vaſe cretaceo optimè vitreato, aut æreo ritè ſtaminato, indè cuilibet libræ aquæ additur vnc: 1. ligni, aut radicis, vt dictum; ſtent hæc omnia in infuſione per 12. horas, mox coquantur igne moderato vſque ad conſumptionem tertiæ partis cùm vaſe cooperto, indè colentur, de quo decocto capiat patiens vnc: 6. ad vnc: 8. in manè optimè coopertus in cubili, vt prouocetur ſudor. Quæ remanent in vaſe denuò cùm menſura duplici aquæ coquantur vſque ad conſumptionem medietatis, quod inſeruiat ad temperandum vinum in prandio; & ieiunetur poſt ſupradictũ decoctum per horas ſex. Prandium, & cœna ſint regulata, & tantùm bis in die comedatur cùm dieta &c. Decocta compoſita fiunt eodem modo, id eſt trituratis ingredientibus cuilibet vnciæ rei additur libra aquæ; aqua calefit, indè fit infuſio; poſteà coquantur ad conſumptionem tertiæ partis, colentur, cap: &c. vt dictum.

In forma decoctorum compoſitorum debet obſeruari complexio ſumentis, vt temperetur compoſitio cùm rebus appropriatis, vtpotè ℞: ligni ſancti, cortic: eiuſdem an: vnc: 4., aquæ lib: 8., coquantur ad conſumptionem tertiæ partis, addantur radices enulæ campanæ, bugloſſæ, lupuli, ruſci, graminis an: vnc: 1., fumariæ, lapatij acuti, ſcabioſæ, pollitrici, adianti an: manip: ſſ:, liquiritiæ raſæ vnc: ſſ:, medullæ ſeminis carthami, ſenæ Orientalis an: vnc: 1., ſemin: citr:, cucurbit:, peponum, aniſi, fœniculi an: drag: 1., paſſul: mundat:, iuiub:, & ſebeſten an: num: 6., flori trium cordialium an: pug: ſſ:; addatur ſupradicto decocto aquæ fumariæ, & lupulorum an: lib: 1. ſſ:, decoq:, & col:, cap: vnc: 6. ad vnc: 8. vt dictum. Si humores ſint ætherogenei, aut afficiant iuncturas fit in ſequentem modum: ℞: ligni ſancti, & cortic: eiuſdem an: vnc: 4., rad: acori, galangæ an: drag: 3., rad: aſparagi, filicis, ruſci, graminis, enulæ campanæ, lapatij, acori an: drag: 1., fol: betonicæ, ſaluiæ, meliſſæ, gallitrici, chamædryos, primulæ veris, trifolij, fumariæ, hepaticæ, endiuiæ, bugloſſæ, quinque capill: an: manip: 1., ſem: frigid: an: drag: ſſ:, ſemin: aniſorum, fœniculi an: vnc: ſſ:, prunorum, caricarum, vuæ paſſulæ an: num: 6., polypod:, querc: medull:, ſemin: carthami an: vnc: 2., ſenæ vnc: 1. ſſ:, agarici trochiſc: vnc: ſſ:, hermodactil: vnc: ſſ:, colochynthidis drag: 2., hellebor: nigri drag: 1. ſſ:, myrabolan: Ind:, & chebul: an: drag: 2., thymi, epithymi an: drag: 1., trium florum cordialium an: pug: 1., flor: geniſtæ, ſtæchadis an: pug: ſſ:, aquæ ſucci fumariæ, & ſeri caprini lib: 7., fiat decoct:, cap: vt dictum. Aliter ſic: ℞: ligni ſancti tornit: vnc: 6., cortic: eiuſdem vnc: 4., ſalſæ parillæ, radic: petaſitis an: vnc: 2., lign: radij tornit:, lentiſci an: drag. 6.,

ſemin: cardamomi, cardi benedicti, an: vnc: 1., limatur: eburis drag: 5., carab: vnc: ſſ:, flo : anthos, bugloſs:, ſtœchadis, ſummitatum ſumariæ, lupuli, cronopi an: pug: 1., cynabri in petia ligati an: vnc: 1.; ponantur omnia ad macerandum in vaſe vitreo per horas 24., indè per balneum Mariæ ſ: decoct:, cap: vt dictum; poteſt etiam relinqui cynabrum, & poni vice eius antimonium crudum in petia ligatum, vt de cynabro eſt dictum; vel in formam ſequentem fiat: ℞: lign: ſanct: raſpat: vnc: 6., ſaſſafras, lentiſci, chinæ an: vnc: 1., vlmariæ ſiccæ, cardi benedicti, gran: paradiſi, baccarum iuniperi, milij an: vnc: 1., aquæ ſcabioſæ, fumariæ, ſeri caprini an: libr: 4., digerantur per 24. horas per balneum, & in eodem balneo decoque &c.

Cuilibet harum decoctionum addantur hodie pomicis, & antimonij crudi an: vnc: 4. ad ſex, & in quibuſdam ſummitates nucum viridarum, ſic etiam eædem res poſſunt diſtillari &c. Decoctum Quercetani ad luem catarrhalem, quod eſt Secretum Empiricum Henrici Vonſtran eſt ità ℞: lign: ſanct: torniti lib: 2., ſalſæ parillæ, ſtœchados an: libr: ſſ:, gratiolæ manip: ſſ:, cardi benedicti manip: 3., ſemin: eiuſdem vnc: 6., auriculæ muris, cùm radic: ſcabioſæ an: manip: 1., tormentillæ vnc: 1., rhabarbari drag: 2., polypodij drag: 1., hæc omnia contuſa confundantur per ſex dies in aquæ fontis libr: 30., aut 40., deinde omnia bulliant in vaſe magno oleorum extractioni apto, qui vocatur Tamburlanum, coque clauſo, vel in alembico cæco, vt nihil reſpirare poſſit per quinque, aut ſex horas; adde huic decoctioni fruſtorum ferri, & calybis an: libr: 2., quibus peractis, denuò in vini menſura 4. ſeorsùm macera, indè ℞: corticum ligni guaiaci libr: ſſ:, hermodactil:, turbit:, gran: paradiſi an: vnc: 4., omnia contuſa in olla terrea vitreata operculo ſuo clauſa per horam integram coquantur, confundantur poſteà hæ duæ decoctiones, & denuò bulliant per aliquod tempus, deindè omnia ſimul per manicam traijciantur. Ab Empirico ſupradicto hoc decoctum præbebatur omnibus morbo Venereo affectis, præcipuè quando erat morbus inueteratus, ad vſum iam dictum, ideſt ciendo ſudorem, per triginta, aut quadraginta dies cùm ſtrictiſſima dieta, cùm quo euellebat morbum à radicibus, ægroſque ſanitati reſtituebat.

Alia eſt forma decocti ſudoriferi ſinè purgantibus, quod mirabile experiri licet, vbi præcipuè lues articulos lædit. In hoc propinando Patienti vinum prohibendum per 20., vel 30., ſiuè 40. dies; doſis autem decocti ab vnc: 4. ad 6. debet eſſe, & aqua cùm ſequentibus decocta in prandio prò potione inſeruiat. Decoctum eſt ℞: ligni ſancti raſpati, corticis eiuſdem an: vnc: 4., ſaſſafras vnc: 6., ſalſæ parillæ vnc: 10., ligni lentiſci, viſci quercini an: vnc: 2., cynnamomi, aniſor: an: vnc: 2., aq: comm: libr: 28., antimonij crudi, pomicis an: vnc: 6.; hæc duo vltima hoc eſt antimonium, & pomex ponantur in petia lintea, quæ cauendum ne fundum ollæ tangant.

Ex his decoctis compoſitis formatur etiam oxymel iuxtà regulam Quercetani in cap: de oxymel: in Pharmacopœa, vbi ad exemplum imponit vnum dictorum oxymel: benedict:. Formantur etiam ſyr:, & etiam fiunt vina infuſa, verbi gratia ℞: ligni ſancti, cortic: eiuſdem an: vnc: 4., ſaſſafras, chinæ, ſalſæ an: vnc: 1. ſſ:, cardi benedicti ſicci, ſcabioſæ, fumariæ an: pug: 1., ſenæ vnc: 4., hermodactilor:, turbit:, an: vnc: 1. ſſ:, epithymi manip: 1., ſemin: cardi ſancti, aniſorum, fœniculi, cynnamomi an vnc: ſſ:, vini albi optimi libr: 14., macerentur per dies ſex, & cap: vnc: 4. ad vnc: 6., vt multotiès in noſtris Obſeruationibus inuenitur hoc medicamen, de quo ſum vſus in pauperrimis ægrotis. In aliquibus ſum etiam vſus vino hemetico, ideſt quod priùs eſt per 24. horas infuſum in regulo antimonij tertij gradus, aut cùm aureato, aut hyacinthino, indè facta infuſione ſupradictarum rerum iuxtà neceſſitatem.

Fiunt etiam cartulæ, & hæ iuxtà nauſeam infirmorum, quæ ſæpè rediguntur in formam tabellarum ſacchari in ſequentem formam ℞: ligni ſancti, corticis eiuſdem an: dragm: 1. ſſ:, ſaſſafras, ſalſæ parillæ, ſandali citrini an: dragm: ſſ:, ſemin: cardi ſancti, aniſorum, fœniculi an: ſcrup: 1., ſenæ dragm: 1., hermodactil: dragm: 3., ſalis tartari ſcrup: 4., m:, puluerizentur omnia, & f: cartulæ, & cap: drag: 1. prò vice ad dragm: 2., & poſ-

& poſſunt etiam componi in tabellas cùm ſaccharo, & qualitates ingredientium augentur, vel diminuuntur iuxtà morbum &c. Hæc eadem formantur in electuaria cùm eadem doſi ad arcendam infirmorum nauſeam.

Omnia remedia ſuprà adnotata ſunt propoſita à Medicis Rationalibus, & Galenicis, & in diuerſos modos componuntur; ſed efficaciora medicamenta à mineralibus, ſemimineris, ſalibus, & ſimilibus extrahuntur; & primò veniunt extracta, ideſt lignum ſanctum ſolum, vel quodlibet ſupradictorum, à quibus extrahitur tinctura, & ſubſtantia cùm ſpiritu vini, aut alio menſtruo aptato, quæ magìs conferunt, cùm à partibus craſſioribus ſint depurata, & ideò magìs inſinuentur in venis, & naturæ magìs conueniant, vtpotè amplectendo faciliora; ſeparato ſpiritu à tinctura dantur in ſubſtantia cùm iulapijs aptatis à dragm: 2. ad vnc: ß:; ſi poſteà ſit medicamen redactum ad duritiem mellaginoſam, datur à dragm: ß: ad dragm: 1. Quercetanus multas huiuſcemodi extractis laudes præbet, & noſtrum Antiuenereum eſt omnium baſis, vndè in qualibet talium morborum, ſpecie confert ſolum, vel vnitum cùm diaphoreticis, vtpotè illis ex antimonio calcinato tèr cùm nitro, indè poſito in fornace ad ignem reuerberis per tres dies, indè ſublimato ſecundùm artem, & quando eſt ſublimatum tèr accenditur aqua vitæ rectificata, & de hoc diaphoretico ponitur dragm: ß: in qualibet dragma extracti, & ſumitur dragm: 1. in die per triginta, aut quadraginta dies. Idem operantur pulueres fixati Antimonij Patris Baſilij Valentini, qui ſunt quatuor compoſitiones immenſi iuuaminis, & quælibet illarum eſt tuta, ac validiſſima. Sic etiam tincturæ antimoniales factæ iuxtà noſtrum vſum datæ in ſimul cùm decoctis, aut cùm extractis, aut ſolæ, vt in noſtris Obſeruationibus adnotatur, multùm in his morbis conferunt. Omnes præparationes antimoniales operantur, dummodò ſint correctæ, in morbis Venereis mirum in modum, ſed medicamento opus eſt vti iuxtà qualitatem morbi, vtpotè ait S. Cloſſius: *In quoto gradu quilibet morbus eſt, in eodem gradu recipiantur medicamina, & non ſecundùm quotam complexionem.* Multorum indè diaphoreticorum Mercurialium adeſt vſus ad hos morbos, & ſi optimus Spargyricus ea propinet, ſunt miri iuuaminis in his morbis, & euellunt à radicibus luem, vtpotè bezoardica ſolaria, mineralia, Iouialia, Martialia, Veneralia, præcipitatum vomitiuum; & catharticum S. Cloſij, præcipitatum ſolare regulinum, diaphoreticum Schroderi notatum in pagina 345. eius Pharmaceutici, Hercules Bouij in eadem pagina eiuſdem Authoris, aurum vitæ S. Cloſſij in eodem Authore pagina 347. cùm ſequentibus, ſic etiam arcanum corallinum Paracelſi correctum, Mercurius ſolaris Schroderi in pagina 350., & arcanum correctum corallinum S. Cloſſij in pagina 350., & alia bezoardica deſcripta à Beguino, à Schrodero, & à multis alijs. Innumera medicamenta Mercurialia ad iſtum morbum inueniuntur, & omnia mirè conueniunt ſi à perfecto manipulatore efficiantur, Mercurius enim requirit optimam diligentiam in manipulationibus; & ad cognoſcendam optimam præparationem Mercurij ſumitur puluis præparatus, & confricatur ſuprà aurum, ſi inhæreat auro non eſt ritè præparatus, ſi non inhæreat, nec aurum albeſcat, præparatio eſt perfecta.

Diſſertum eſt de remedijs Mercurialibus, & antimonialibus internis, quæ à perfecto Spargyrico ſint præparata, & ſint cùm ſuis doſibus aptatis, & temporibus opportunis præſtita, ſed ſi ab imperito ſint præſtita, & propinata, cauſant mortem, aut notabilem Patientis infælicitatem. Teſtificatur hoc quædam Iuuenis, quæ propter aliquam paſſionem ceciderat in affectum hypocondriacum, cùm fumis, atque vaporibus vterinis, erat enim aduſta, ac billioſa, & cùm dolore capitis vehementi. Anno præterito in eadem indiſpoſitione vocauit me, & cùm remedijs vterinis tranſegit æſtatem incolumis, atque hyemem. In vere redierunt dolores capitis, & accerſiuit quendam Spargyricum Tyronem, & in Arte imperitum, qui præbuit Iuueni per duodecim dies quaſdam pillulas Mercuriales peſſimè paratas,

tas, ità vt in 29. dies illa ægra fuerit aggreſſa à febribus validiſſimis, cùm amiſſione omnium virium, exulceratione oris, faucium, gingiuarum, dolore dentium acerbo, & corpus in cadauer redactum. Accerſiuit poſteà me in hoc, & præbui multa repellentia, quæ licèt aliquod iuuamen præbeant, adhuc tamen ſanitatem priſtinam nunquàm reſtituent. Innumera huiuſcemodi notantur exempla, vndè opus eſt diligentèr obſeruare illum, qui curatur, ne in deteriorem ſtatum morbus degeneret.

Sed quia de Mercurio diſſero, ſubdo, quod multi horum morborum abſque Mercurio diuelli nequeunt, & Antiquiores nullum remedium efficacius inuenere, quàm ſuffumigia cynnabaris, & vnctiones Mercuriales, accerata cùm eodem Mercurio mixta. Multos cognoui in Gallia, Neapoli, Roma, ac Venetijs, qui nil aliud habent in vſu, & cùm in hoc habeant praxim præcipuam, infinitos ab hoc morbo curant, quamuis hæc medicina ſit Patientis martyrium. A multis Authoribus deſcribitur horum remediorum forma, & ego etiam multotiès ſum vſus ceratis, & vnctionibus cùm vtilitate in morbis pertinaciſſimis. Suffumigia cynnabaris nunquàm in vſu habui, ex herbis enim aromaticis, vtporè in Obſeruationibus adnotatur, fumenta præſcribo, & ſunt huiuſcemodi fumenta ſupradicta cynnabaris.

Priùs vtuntur purgantibus, ità vt Patiens duobus, aut tribus vicibus ſit optimè purgatus; indè iubent aptari ægrotum in aliquo loco, vt poſſit manere eleuatus à terra, & poſſit coopertus recipere fumum, ità vt nil exhalet, & Patiens apiat ori arundinem perforatam, per quam emittebat anhelitum, indè ſubmittunt Patienti Thermoclinium carbonibus ignitis plenum, in quo ponunt pilulas compoſitas ex fumento, ſicque infirmus recipit fumum, & quando adſtantes agnoſcunt patientem languere, abſtergunt, & reponunt in alio cubili calido, & præbent aliquem vitellum oui, vel aliquod cordiale, & ſi aliquotiès æger patiatur deliquium, ſtatìm cùm cordialibus reſtaurant. Vtentes his ſuffumigis laborant aliquando doloribus oris, maxillarum, inflammationibus, doloribus, fluxionibus dentium, interdùm fluxibus corporis, diarrhæis, dyſintharijs &c.; hæc fumenta fiunt in hyeme, nunquàm in æſtate.

Forma fumentorum eſt varia, verbi cauſa. ℞: zedoariæ, calami aromatici, balſami ſodi an: vnc: ſſ:, thuris, maſtiches an: vnc: 1., olybani, ſandaracæ an: drag: 3., cynnabaris, ceruſſæ an: vnc: ſſ:, fiant trochiſci in ſuffumigijs; vel ℞: maſtich:, thur:, macis, ladani, hypociſtidis, gummi hæderæ, iuniperini, ſeminis hypericonis an: vnc: ſſ:, iuæ arteticæ, nucum cupreſſus an: vnc. 1., cynnabaris vnc: 1., pulueriʒentur omnia, & cum therebinthina confice trochiſcos. ℞: radicis iridis, dictami, zedoariæ an: vnc: ſſ:, ladani, maceris, ſtorac: calamit:, thuris, maſtich:, lign: aloes, ammoniaci, belzuini an: vnc: ſſ:, cynnabaris vnc: 3., therebinthinæ quantum ſ:, f: trochiſc:. Alij addunt auripigmentum, videlicèt ℞: cynnabaris vnc: 3., auripigmenti, ſandaracæ, gumm: hæderæ, aloes hepatici, ammoniaci, ſtorac: calamit: an: vnc: ſſ:, benioi, ladani, thuris maſtich:, myrrh: an: drag: 2., therebinthinæ q: ſ:, f: trochiſc:; ſed hæc omnia ſuffumigia ſunt violenta; multotiès fiunt mitiora, quibus etiam ego vtor, & ſunt hæc ℞: radic: iridis, ſpicæ nardi, cynnamomi, nucis muſcat:, garyophil: an: drag: 1., ſtorac: calamit:, carab:, myrrh: an: drag: 3., thuris, maſtich:, aloes an: drag: 1. ſſ:, muſc: gr: 3., f: trochiſc:, vel ℞: ſandaracæ, ladani, gumm: hæderæ an: drag: 1., benioi, ſtorac: calamit: an: drag: ſſ:, maſtich:, myrrh:, thuris, corticis mali aranc:, mal: app:, citri an: ſcrup: 2., zedoariæ, calami aromatici, ſemin: nigellæ, cortic: pini an: vnc: 1., therebinthinæ q: ſ:, f: trochiſc: vel ℞: cynnamomi, maceris, macis, garyophil:, nucis muſcat:, lign: aloes, ſandali rubei, citrini, ſquinant:, balſami Peruiani an: drag: 1., ſtorac: liquid: q: ſ:, f: trochiſci. Noſtra fumenta ſæpiùs nominata in noſtris Obſeruationibus ſunt differentis compoſitionis, & ſunt huiuſcemodi ℞: ſpicæ, ſaluiæ, roſmarini, abrotani, matricariæ, millefol:, calamenti, puleg:, origani, menthæ, an: man: 4., fol: cupreſſus, fol: laur:, fol:, & cortic: hæderæ, fol:, & cortic: vlmi, vrticæ, fol: hebuli, iuæ arteticæ an: man: 6., trituentur omnia, & ponantur in quatuor, aut ſex ciſtulis, indè aptatur Patiens dolores arteticos in cubili nudus, optimèque coopertus; mox calefiunt decem, aut plures ſilices,

& igniti

& igniti ponuntur in dictis ciſtulis in medio herbarum triturartaum, & aſperguntur pauliſper aceto, & poſteà aptantur ciſtulæ propè ægrum ad humores, vel coxendices, in quibus à doloribus vexatur, ità vt fumus directè tendat ad partes offenſas; poſtquàm ſudauerit, & ſumenta deſierint, tergitur patiens, & in aliud cubile calefactum ponitur. Hic vſus eſt mihi familiaris, præcipuè in pauperrimis, cùm optimo ſucceſſu.

Inter vnctiones, quibus ſunt vſi ſupradicti Rationales, & Empirici, validiores fuerunt Mercuriales, & hodiè prò ſcabie à qualibet fœmina fiunt vnguenta cùm mixtione Mercurij abſque detrimenti obſeruatione.

Notetur tamen, quòd in ſuffumigijs, vnctionibuſque, Patiens vitare debet aerem, & ſumere decocta ſudorifera, & nutriatur cibis perfecti nutrimenti, & ſumat res cùm folijs auri, nàm hæc attrahunt Mercurium; ſic etiam ponuntur in ore ſruſta auri, quia attrahunt, vt dictum, Mercurium, nec lædit maxillas, & fauces, & dummodò aurum albeſcit, ponitur in igne, vbi Mercurius euaneſcit, & aurum innatum colorem recuperat.

Vnctiones ſunt hæc ℞: axungiæ lotæ ſuillæ lib: ſſ:, buthyri recentis, pinguedin: anatis, aquilæ marinæ, gallinæ an: vnc: 1. ſſ:, olei iuniperi facti per deſcenſum vnc: ſſ:, olei laurini vnc: 1., olei camomillini, liliorum, anethini an: vnc: 3., therebinthinæ lotæ in aqua vitæ vnc: 4., argenti viui mortificati cum ſputo hominis vnc. 5., maſtich:, myrrhæ, thuris, benioi an: vnc: ſſ:, raſinæ pini vnc: 2., ceræ q: ſ:, ſ: vnguentum; vel ℞: adipis gallinæ, anſeris, aquilæ marinæ, equi, vrſi an: vnc: 1. ſſ:, oleorum laurini, lini, amygdalorum dulcium, liliorum an: vnc: 2., hydrargyri mortificati vt ſuprà vnc: 6., thuris, macis, maſtiches, ſtoracis liquidæ an: vnc: ſſ:, ceræ q: ſ:, ſ: vnguentum; ſi vti debemus in his, qui laborant tumoribus ſcyrrhoſis, ideſt gummis, adduntur gummæ, id eſt ℞: gumm: bdellij, ammoniaci, galbani, ſagapeni an: vnc: 2., diſſoluantur cùm aqua vitæ, & rediganrur in forma mugilaginoſa, poſt addantur axungiæ ſuillæ, adipis gallinæ, anſeris, vrſi an: vnc: 3., olei camomillini, liliorum an: vnc: 2. ſſ:, ſtoracis liquidæ, belzoi, thuris, therebinthinæ, & raſinæ pini an: vnc: 1. ſſ:, ceræ q: ſ:, ſ: vnguentum; ſi per ſcabiem craſſam vtatur gummarum, addatur puluis lithargyrij, ceruſſa, tutia, & alia deſiccantia; & idem compoſitum opus eſt miſcere per aliquod temporis ſpatium, vt Mercurius optimè incorporetur cùm vnguento.

Confert etiam aqua vitæ, in qua ebullierit diutiùs ſublimatum deſcriptum à Beguino; ſic etiam cerata Mercurialia, vt ℞: Mercurij benè mortificati vnc: 4., pinguedinis anſeris vnc: 6., miſce, & adde gumm: arabic:, maſtich:, colophoniæ an: drag: 2., camphuræ drag: 1., mucilaginis pſyllij unc: 1. ceræ, & raſinæ pini q: ſ:, ſ: ceratum, & alia ſimilia. Cerata relinquuntur per decem, aut duodecim dies ſuprà iuncturas, ſuprà gummas, & ſuprà vlcera, quæ redduntur ità mitiora. Poſtquàm fuerint factæ vnctiones, fiunt per aliquot dies lotiones cùm aqua, & vino, in quibus ebullierint herbæ aromaticæ, & aliæ herbæ temperatæ, ad tollendam omnem vnctuoſitatem, aut portionem Mercurij, quæ maneret in cute, aut in partibus corporis.

Exempla ad hoc.

MVltæ Obſeruationes in noſtris Centurijs videndæ, hìc tantùm aliqua exempla notabilia ſcribo.

Romæ manebant in quodam Collegio multi Iuuenes Vltramontani occaſione ſtudij, qui nunquàm exibant à Collegio, niſi cùm magiſtris, ità vt aditum ad coeundum minimè haberent, ſed quia vni Collegij parti reſpondebant cuiuſdam meretricis feneſtræ, ceperunt duodecim illorum cùm nutibus explicare animum illuc adeundi, quod fœmina non renuit, & quendam fregerunt in nocte parietem, ità vt omnes ad meretricem adierint, & tèr, aut quatèr ſingulatìm etiam coiuerint. Diſceſſerunt, & vnus eorum 24. horarum ſpatio laborauit gonorrhæa cùm mordacitate vrinæ, atque incendio, vlceribus in glandula membri, palluit corpus, & quia ob verecundiam in principio non manife-

niſe-

niſeſtauit morbum, cùm eadem gonorrhæa ſuperuenerunt dolores non in articulis, ſed in talonibus, in oſſibus crurium, coxendicum, & brachiorum. Vocauit me, & primùm purgaui cùm noſtro vino Calicis, indè præbui pillulas noſtras Antiuenereas per 50. dies, ideſt ſumebat drag: 1. pillularum ſupradictarum, & drag: 1. therebinthinæ Cypriæ lotæ cùm ſale prunellæ, ſicque conualuit. Alius habuit craſſitiem magnam membri, ideſt pellis, quæ cooperit glandulam membri adeò inflata eſt, vt magnitudinem cruris aſſimilaret. Iuſſi balnea anodinantia, & refrigerantia, & dùm illa inflatio diminuebatur, creſcebant in inguine duo bubones, qui poſteà cùm ſplenijs ordinarijs maturuerunt, indè cùm digeſtiuis ordinarijs, & incarnatiuis fuerunt curati. Alter laborauit doloribus articularibus per totum corpus, ità vt moueri in cubili nequiret, nec extollere brachia, nec crura. Vltrà hos dolores vexabatur ab humore ſalſo in ore, & naſo, vt vereretur nè tranſiret in Nolimetangere. Nunc primùm purgaui cùm minoratiuo, indè cùm ſyrupis præparantibus, poſteà ſumpſit pillulas hermodactil:, & per 40. dies ſumpſit etiam vinum medicatum ad vnc: 4. prò manè, quam compoſitionem notauimus in noſtris Centurijs pag: 125.; in 15. diebus cœpit ſurgere à cubili, & in 40. conualuit; indè omnes tres ſumpſerunt per menſem drag: 1. electuarij adnotati in noſtris Arcanis, ſicque omninò conualuere. Hinc obſeruandum, quod alij nouem fuerunt abſque macula, hi tres laborauere morbo tàm magno, & inſimul tàm diuerſo, vt res mira videatur.

Aliud.

ROmæ paritèr vidi puerum nouem menſium, qui habebat in ano, vtporè galli criſtam, vocatam porrificus, & in ore magnam habebat ſalſediuem; fuit reciſa criſta, inde cùm oleo ſulphuris conualuit. Hic morbus à matris vtero latus fuerat.

Aliud.

ROdianum propè Vafriam, qui eſt locus 90. domorum, aer ſanus, gens valida, fuit tranſmiſſa ad Dominum Alexandrum Pernam quædam Nutrix ab Agnone ad alendum eius filiolum, quæ erat pulchra; & primùm affecit puerum ſex menſium exulceratione in ore, & ano, indè etiam affecit Dominum, cùm quo coiuit; hic affecit vxorem, & quia puero aliæ etiam fœminæ lac præbebant, etiam illæ fuerunt affectæ in mammis, ità vt 48. incolæ in paruo temporis ſpatio fuerint infecti à morbis aſperis in ore, in natura, & in mammillis, quidam cùm doloribus articularibus, quidam cùm bubonibus, cùm gonorrhæis, aut ſcabie. Vocauerunt me, & quinque menſium ſpatio omnes conualuerunt.

Aliud.

LAmæ Inſulæ Cyrneæ quædam fœmina paritèr extera illùc peruenta affecit omnes, qui cùm ea coiere, & iſti affecti afficiebant totam familiam comedendo, & inſimul bibendo. Hos omnes curaui ego, cùm Domino Antonio Sancto Paganoſa à Caccia in arte peritus.

Aliud.

VEnetijs vidi puellam ſex annorum circitèr filiam cuiuſdam lue Venerea affecti, quę per ſeceſſum, & per naturam emittebat pus ſimile gonorrhææ, & ſimilitèr quamdam puellam annorum 9. filia alteri infecti, quæ laborat gonorrhæa maxima.

In vna familia paritèr curaui puerum 8. annorum, alterum 2. annorum, & puellam annorum 11., qui omnes erant filij vnius Patris, & laborabant bubonibus.

Obſer-

Obſeruaui etiam in hac Venetiarum Vrbe, quòd quidam homines optimi temperamenti, validi, & ritè organizati, quamuis coierint in iuuentute cùm meretricibus infectis, nullum morbum ſumpſerint, ſed ſumptis vxoribus optimæ complexionis, validiſque, hæ infrà annum, vel duos tranſactæ ſunt in morbos varios, vel in cachexiam, malamque habitudinem, in hydropem, in dolores articulares, multaſque tabidas mortuas. Immò in his fæminis, quæ ad earum relationem in principio coniugij erant incolumes, & validæ, & poſteà his morbis laborant, vtor eiſdem medicaminibus, quibus in lue Venerea, vtpote extractis, Panaceis ſtybij, & in quibuſdam Mercurialibus, cùm additione medicamentorum rationalium iuxtà morbi ſpeciem. Opinor multa corpora eſſe hac lue venenata, ſed quia non in magna quantitate, ideò patentèr non perturbari.

Multas etiam fæminas obſeruo aduſtas, ſanaſque in ætate 25., aut 30. annorum, conſtitutas, vel in 40., 60., & etiam 70., quæ in principio iuuentutis, vtpotè aſſerunt, erant humidæ, imbecilles, nec validæ, & parùm ſanæ, indè euadere aduſtas, nec illis morbis ampliùs laborare, immò tranſire in paſſiones uterinas, affectus hypocondriacos, & quaſdam remanere omninò incolumes. Hoc obſeruo in meretricibus, quæ licèt coeant cùm varijs hominibus, adhuc tamen nunquàm nec bubonibus, gonorrhæis, aut alijs huius morbis ſpeciebus laborant, aſſeruntque hoc illis non euenire quia ſemper per coitum abſtergunt ſe à ſemine, nec permittunt illud in natura manere; à quo patet tantùm mixtionem ſeminis eſſe tot morborum originem. Atque hæc pauca de Lue, ſeù Morbo Venereo dicta ſufficiant.

(.·.)

DE FEBRE PESTILENTIALI
OPVSCVLVM
Cùm Romæ Contagij deſcriptione contextum.

AVthorum omnium ſcripta de Febribus qualitates quoque malignarum, & peſtilentialium attulere cùm diſtinctione, proprios cuilibet aſsignando capitulos. Nomine autem peſtis illam dicunt, quæ à Græcis Epidemia, à Latinis malum commune, ſiuè peſtis apellatur, nempè febris acuta, & maligna communicabilis. Febris maligna non ſolùm ea dicitur, quæ fit ex inflammata putredine dicta putrida maligna, ſed illa etiam, quæ venenatæ qualitatis eſt, & infectantis, hoc eſt contagioſæ, & non ſolùm abundantiam cauſat humorum, ſed illa, quæ ex infectione corrupti aeris prouenit, ſiuè ex vitiatis alimentis, quæ prauos gignunt humores, qualitatis eſt venenatæ, & ſana valet corpora contaminare ſola conuerſatione. Pluribus attribui poteſt cauſa; & primùm Altiſsimi voluntati in pœnam noſtrorum peccatorum, vt ex propoſita Dauid Prophætæ electione belli, vel famis, aut peſtis. Siuè aſtrorum vi vtpotè ſecundarum cauſarum, iuxtà dictum Aſtrologorum, quòd Deus Altiſsimus agat per ſuperiora ad hæc inferiora, & per aſpectus aerem, ſanguinemque pati corruptelam; aſſerunt namquè, quòd quotiès in coniunctione Martis, & Saturni accidit Ecclypſis Lunaris, Mars verò dominetur, quòdque huiuſmodi Ecclypſis in humano ſigno fiat, ſemper aeris, & ſanguinis fit corruptio, quarè peſtis debaccatur. Siuè etiam ex ventorum prædominio, vt ait Hippocrates: *quando aer in anno declinabit ad nimiam ſiccitatem, aut humiditatem ſuperfluam, populares hi morbi contingunt*; nàm immodica ſiccitas febres acutas generat, ardentes, phrenitides, variolas, morbillos, optalmias, capitis affectus, dolores, ac ſimilia. Humiditas ſuperflua febres diuturnas, vel longas, alui profluuia, anginas, apoplexiam, defluxus humorum, apoſtemata, & alia, quorum nonnulla ſubiungemus multis experimentis, ac rationibus ſtabilita.

Euri in anno dominantes paſsim vagantes febres excitant, ardentes, bilioſas, acutas, & in his exantemata, puſtulas, carbunculos, tumores, efferueſcentias, morbillos, varolas, & ſimilia, quæ æſtatis tempore accidunt. In hyeme rigidiſsimum tempus adducendo, oculos, nares, aliaſque partes exaſperant, & moleſtant. Subſolani in medio æſtatis calorem adaugent, æſtus, & bilem mouent, febres pariunt acutas cùm ſiti, ac ſiccitate maxima; hyeme verò, & vere (ſi diutiùs perdurant) catarrhos, ac fluxiones excitant, & mediocritèr flantes ſalubritatem adducunt. Euronoti humores exſiccant, hinc morbos atrabilares, & melancholicos generant omnium peſsimos. Auſtri viſum hebetant, caput grauant, humores diſſoluunt, corpora putrefaciunt, humores, & fluxiones excitant in tonſillis, & pulmonibus, raucedines, tuſſes, apoplexiam, epilepſiam, ſurditatem, oculorum lippitudinem, mulierum abortiones, ac ſimilia procreant, quos effectus venti etiam Auſtro collaterales producunt. Fauonius autumno eadem cauſat, quæ Auſter, vere autem, & æſtate eſt ſaluberrimus præſertìm in Italia cùm ſit frigidus. Circius, & Corus flant in principio Veris, & fine Autumni, quibus temporibus nimbos, procellas, fulmina, & ſimilia adducunt; nocent muſculis, neruis, articulis, generant rigores, pleuritides, laſsitudines, artuum contractiones, & ſimilia. Boreas catarrhos excitat, anginas, pleuritides, fluxiones in parte pectoris, & circumproximè adiacentibus. Aiunt Aſtrologi ventos eoſdem ab Aſtris moueri, à Saturno ſcilicèt Orientales, à Ioue Boreales, à Marte Occidentales, à Venere Auſtrales, & mutatione interdùm naturæ temporum aerem infici ſolere.

Nocent,

Nocent, & ad aeris infectionem concurrunt fulgura, caligines calidæ, & humidæ, tonitrua, ipſiuſque aeris inflammationes.

Aerem quoque facilè corrumpunt corpora humana fætida, vel animalium irrationalium, latrinarum ductus fracti, ſtagnantes aquæ fouearum in Ciuitate, vel paludum̃, putridi tritici aceruí, molæ lina, canabeſue macerantes, ſata riſis, & ſimilia, quæ omnia ad aerem contaminandum aptiſſima ſunt, ex calore quippè Solis, & Lunæ refrigeratione vaporum prouenit congelatio malorum, & ſecundùm ſupradictorum multiplicitatem maior, vel minor fit corruptio. Ex hac procedunt febres Epidemiales, cùm enim corporum primum alimentum ſit aer, eorumdem humores corruptus facilè inficit, & naſcitur morbus. Hoc definiunt quæ dicit Valerius: *Peſtis eſt venenum leuitate aereum, occultum, & ſpecificum primariò, & manifeſtum igneum ſecundariò, facultate allatum commune vno in loco, contagioſum, atque mortiferum, vt pernicioſum tenori vitali humani cordis inimicum in actu operandi.* Inquit Mercurialis: *Febris peſtilentialis duplex eſt, vera, & non vera; peſtilentialis vera fit ab aere corrupto, & ideò febris hæc eſt contagioſa; peſtilentialis autem non vera ſolùm per ſimilitudinem peſtilentialis vocatur, & eſt maligna, nec pendet ab aere corrupto, ideòque non eſt contagioſa.*

Febris vera peſtilentialis eſt intemperies calida, & ſicca cordis, totiuſque corporis proueniens ex putredine perfectè conſumpta in ſinu cordis; qui humores inſigniter adeò putreſcunt, vt veneni vires acquirant, & ſæua inferant ſymptomata. Ait dictus Mercurialis: *Primò enim quòd nedum in aere eſt peſtis, verùm etiam in fomitibus ſuccedentibus, cex aeris habituoſis, & contagioſis communibus.* Secundò verò quod peſtis non̄ ſolùm venenum eſt calidum, ſed veneficè corruptiuum, non autem putrefactiuum, immò corruptione venefica ſolùm ſinè vlla putrefactione, cuius eſt rodere, ardere, fauillare, & interficere ſinè v lla febre.

Vecchetius veram febrem peſtilentialem definit eam, quà fit morbus Epidemialis, pernicioſus, & contagioſus ex humoribus putreſcentibus, & ebullientibus cùm carbunculo externo, & cùm inflammatione interna, in maligna verò putredo humorum eſt in omnibus venis, & etiam in ſinu cordis.

Capiuacca ſcribit: *Cognoſcitur febris peſtilentialis præſens in genere quando cauſæ ſunt præſentes, & homo febricitat, nec virtus robur ſeruat, quoniam cor morbo afficitur calido, quo nec in Ephymeris, nec in putridis non peſtilentialibus afficitur.*

Febris peſtilentialis à cæteris differt, quia vel ex aere corrupto orta, vel ex cauſis ſuprà propoſitis ſemper eſt contagioſa, & ſigna quoque euidentia fert ſibi iuncta, cuiuſmodi ſunt puſtulæ humorales, carbones, & bubones; cætera enim inditia cùm cæteris febribus ſunt communia non peſtilentialibus. Humores noſtrorum corporum dùm in viſceribus putreſcunt inuictum interdùm venenum conficiunt, illud nempè, quod in atrabile patet, & febribus putredinoſis, & tunc febres euadunt malignæ, quarum eadem apparent ſigna, bubone excepto, carbone, & puſtula nigra, ſiuè illa de morbillis, & varolis. Cæterùm delitia, ſitis immoderata, ardor, & feruor inſignis, quibus patiens internè exæſtuat aliarum quoque febrium propria ſunt, de quo ſupradictus ait Capiuacca: *Venenum enim calidum, ſiuè materia venefica, & calida vapores mittit in caput, vndè delirium in os ventriculi, vndè ſitis in viſcera, vndè vri videntur.* In multis magnum̄ anhelitum cernimus, & frequentem, eò quòd ſucci vehementèr putreſcunt. Inquietudine agitantur maxima, materia quippè vel maligna, vel peſtilentialis turbat, læditque partes muſculoſas. In nonnullis arcetur ſomnus, & plerumquè pulſum habent frequentem, & humilem, in illis enim virtutem malignitas debilitat. Ità etiam ſunt excretiones cretoſæ, & cùm colliquatione, ſed cùm fætore, cuius cauſa quantitas eſt putredinis, cauſa verò colliquationis eſt calor internus.

Alterum ſignum eſt quando extremitates congelantur, viſcera autem ardent, ex eò quòd calor intùs coit ad lucernæ ſimilitudinem oleo exhauſtæ, quæ in extremis quammaximè elaborat, vt maius lumen appareat. Puſtulæ indè apparent, carbones, bubones, parotides, tumores circà axillem, & in alijs partibus, vlcera maligna, & inflammationes

in faucibus, & in ore ex euaporatione.

Rationes attamen huius morbi diſputandas in hoc capitulo non aſſumo, infinita enim de hac ſpecie tot Authores ediderunt volumina, vt pulcherrima Lectoribus videre liceat; obſeruata tantummodò in vltimo Romæ contagio anno 1655., & 1656. ſum deſcriptus in hoc Opuſculo, quod obſeruationum baſe fundamentali erigitur.

Anno 1654. Inſulam Sardiniam peſte infectam eſſe fama erat; quarè ab omnium commercio interdicta eſt, & diligentiſſimè per totum Mediterraneum curatum eſt, vt ipſi commercium Inſulæ negaretur. Anno ſubſequenti menſe Aprilis in Neapolis Ciuitate apparuit eadem peſtis, quam ab Hiſpanis fuiſſe communicatam iudicatum, qui per Sardiniam ibi aduenerant. Multi accidere euentus cùm ſignis contagioſis, ſed vel Medicorum inertia, vel quia Miniſtri id nollent promulgare ne dicta Ciuitas ab aliarum commercio ſegreganda declararetur, malum auctum eſt, & maximus hominum numerus perſibat. In eam vt caput omnium Regni totius partium vndiquè populi confluxerant; qui nonnullorum mortem repentino morbo videntes in patriam ſuam profugi redierunt, & ferè omnes infecti, ex eò quòd nullam exceptionem conuerſando ignari ſeruauerant; ità vt huius gentis diſſipatione integrum Regnum corruptum fuerit cùm extirpatione, & ſtrage ferè ad tres ipſius partes.

Tempore eodem antequàm diuulgaretur ſuſpitio multi Romam verſùs diſceſſere, alij Pyrgos, nonnulli Genuuam verſùs, quibus hæ vrbes repentè læſæ remanſerunt, ſicut & loca in via Romana, nempè Terracina, Priuernum, Velitiæ, Viterbum, & Phaliſci, cætera enim cauta aliquantùm fuere. Romæ præcipuè ſtatim ac prò indubitata diffuſa eſt ſuſpitio Neapolis, omnis adhibita eſt diligentia, & creati Deputati, quibus aſſiſtentibus ab armatis vigilijs portæ Vrbis cuſtodiebantur, vt à Neapoli venientibus impedirent ingreſſum, immò ad Sanctum Pancratium mitterent; locus enim hic ad infectorum expurgationem deſſignatus fuerat primus ab initio contagij. Omnes qui Neapolis, & Pyrgis fuerant menſe Aprilis accuratè quærebantur, quia verò multi occultè primùm aduenerant, familiæ plurimæ contaminatæ ſunt, de quibus horrida accidebant per Ciuitatem. In Vmbria Gualdus Nuceriæ tantummodò grauiorem ſuſtulit infectionem à nonnullis, qui à Neapoli redierant; nàm de cætero omnis Romana Ditio, ſic Deo volente, incotrupta ſeruata eſt; Roma verò non potuit quin læderetur.

Ibi nullus Medicus peſte naſcenti diuulgata tanto ſe exponere periculo audebat, ideòque Dominicus Guidarelli tunc Generalis Protomedicus me exorauit vt curas ſuſciperem, quod libentèr acceptaui. Initio pauca ſigna apparebant, ſed repentè adeò venerunt, vt niſi accuratiſſima diligentia, vt factum eſt, adhibita eſſet Roma profectò peior Neapoli euaſiſſet.

Primus inſtitutus locus in infectorum habitationem ad ipſos curandos fuit, vt dictum eſt, Sanctus Pancratius, vbi deferebantur illi, qui ex Neapoli, Sardinia, Pyrgis, & ſimilibus Romam perueniebant. Deputatus indè eſt Caſalortus Pij Quinti locus Ornani, multæque aliæ domus in parte illa in vineis, aliaque loca; indè verò Inſula Sancti Bartholomæi. Publicè promulgatum eſt edictum, quòd ſub pœna capitis Medici, vel alij, quibus aliquis notus eſſet infectus ipſum illicò Vicorum Deputatis deſcribere tenerentur, qui Iudices certiores reddebant. Non ſolùm autem ad corruptorum locum mittebatur læſus, verùm etiam omnes illi, qui cùm eo verſati fuerant, & verſabantur, atque hoc primo rerum ardore multi etiam cùm bubonibus Venereis ad valetudinem in ſupradicto loco comparandam miſſi ſunt.

Contagium hoc non ex aeris corrupta temperie proceſſit, vt experientia docuit; nàm familiæ illæ, quibus comodum erat, ómniaque ſibi neceſſaria iam anteà parauerant, neque cùm alijs ſuſpectis cautæ verſatæ fuerant, integerrimam valetudinem incolumes ſeruauerunt. Qui è contra nullo contenti limite hùc, illùcque ferebant ſe cùm omnibus familiariter agentes, infecti ſunt, quam eandem corruptionem patiebantur corpora, habitationes, & res eorum, quorum familiaritate vtebantur. Venenum ſanè venenatorum vocari poterat, halitu quippè alter alterum contaminabat, vel tactu. Proh horrendum!

Vir

Vir fortis, optimique temperamenti ſolo rei tactu, quam manibus geſtauerat infectus, ab illius veneni lue per tranſpirationem corde corripiebatur, exanimiſque cadebat is, qui morbis ordinarijs reſiſtere potuiſſet. Hic per viam deambulans, alter negotia tractans anima deſtituebatur. Multi florida ſanitate domo diſcedebant, paulòque poſt vel extincti, vel ſupremo in agone ſpiritum emittentes redibant cupedinariorum manibus. Vndiquè per Vrbem non niſi cadauerorum acerui patebant, quibus viatorum tranſitus intercludebantur; Roma demùm non Mundi caput, ſed ſepulcrum dici poterat, & Regni mortis Metropolis.

Mortiferæ huius peſtilentiæ ſigna ferè omnia erant bubones, carbones, parotides, & ſimilia nigra maligna, quæ in omnibus apparebant. Febris autem continua, & ardens cùm ſignis multis maior, vel minor nonnullos capiebat, iuxtà ipſorum temperamentum, & corporum materies. In aliquibus ardens erat cùm ſiti inextinguibile, in alijs cùm doloribus capitis, anginarum, auricularum, hypocondriorum, inteſtinorum, nephriticis, cardialgiæ, vterinis, cùm delirijs, & alias; pulſus ferè ſemper frequens, ſubtilis, & formicans ex vi malignitatis. In plurimis fiebant faucium, & oris inflammationes ex interno calore aſcendentes, quo ſitis cauſabatur, ideòque lingua nigra, & arida. Morbi prænuncium laſſitudo erat virium, ipſiuſque iam poſſeſſoris ſigna vultus coloris mutatio, alijs in rubeum, alijs in flauum, huic in pallidum, alteri in eriſypilem, multique alij colores ipſorum faciem tenebant, ſicuti enim internæ erant viſceratum alterationes, ità ſigna emergebant ad externum.

Bubones nonnulli facilè, nonnulli verò difficillimè matureſcebant iuxtà ægrotantis vires, & acerbitatem morbi, & partis, in qua apparebant; interdùm nempè ſub maxillis, vel axillis, & ſub auriculis, vel ferè in omnibus ad inguina vt partes lienis, iecutiſque camerales. Magnus erat timor, & pudor miſerarum mulierum, ſed virginum præcipuè, dùm in inguinibus ſe infectas videbant, ità vt id negantes, ne curam ſubire deberent Chyrurgalem, quamplurimæ de vita migrabant. Multæ etiam ſtatim ac febris detegebatur bubonum argumentum, vi curabantur. Aliæ morbum nulli patefacere volentes, cùm filijs verſabantur, eorumdemque cauſabant infectionem.

Vrinæ eorum variatæ erant, cui turbidæ, cui limpidæ; turbidæ ſubiugales erant, vel ſubalbidæ, vel nigræ viridaceæ, ſed aquoſæ, & tenues liuorem quendam in ſuperficie tenebant, & in ſuperiori circulo ſignum oleoſitatis. Egeſtiones fætentiſſimæ, & in multis liquidæ attabilares quantitatem putredinis oſtendentes.

Obſeruabatur etiam fulliginoſos, & malignos vapores ad caput eorum ferè omnium aſcendere, qui morbo corrupti erant, quarè deliria fiebant inſolita, ſpecieſque perturbationis intellectus ſimilis erat actibus adminiſtrationis artium illarum, quas patiens exercebat; exempli gratia muſici canebant, lyticines, & fidicines motum cùm manibus agebant vt ſolent, prædicatores prædicabant, præceptores argumentabantur, diſcipuli lectiones repetebant, ſarcinatores veſtimenta, calceos calceolarij ſuere fingebant, vel de his ſermonem habebant. Puellæ, vel iuuenes amore capti de amore loquebantur amantes exprimentes paſſiones. Alij homines, vel mulieres contrà honeſtatem verba proferebant, commiſſa occultè promulgabant ſcelera, vel partes oſtendebant impuras, & ſimilia; quibus agendis multi animam expirabant. Deliria hæc initio apparebant vnà cùm bubonibus, vel dùm matureſcebant, vel dùm puſtulæ, carbones, aut bubones, qui iam apparuerant iterùm deliteſcebant; in aliquibus tamen à delirijs deſtituebantur tribus, aut quatuor horis antè mortem, hoc autem ſummæ Dei bonitati attribuo, qui id tempus ad Sacramenta ſumenda concederet. Nonnulli adeò ab omnibus abhorrebant, vt nil penitùs appeterent ad veſcendum, neque quid adaptari eis poſſet, quod libentèr ſumerent. Alij valdè famelici erant, ità vt nil inueniri poſſe videretur eis, quod tantam explere valeret ingluuiem; clamabant autem vndique eſurio, & comedentes, & bibentes moriebantur. Aliqui præ nimia raucedine loqui, nec reſpirare poterant, vel ſpiſſa in ore aſcendebat pituita, qua lingua tumeſcebat. Quidam ſæpè ab animi deliquijs capiebantur, cardialgijs, defectionibus cordis, vel infectionem non pati ſignificare volentes,

B & cur-

& currere, ſiuè ambulare conantes exanimes ferè cadebant viribus exhauſti. Multos ingens adeò tremor corripiebat, vt nullum cibum eorum ori præberi poſſet, multoſque ſtu titia.

Bubones, vt dictum eſt, omnes inficiebant ſecundùm humorum copiam, & corporum temperamenta; inflammati nempè, eryſipilatoſi, colericos, igneos, flegmonoſi ſanguineos, pituitoſi humidos, vel edematoſi, quorum multi acerbè indurabantur, neque vllo modo matureſcere poterant. Carbones paritèr diuerſas corporis partes occupabant præſertìm faciem, propè ocûlos, ad tempora, ſub maxillis, vel gutture, pectus, coxendices, manus, vel pedes cùm veſſica in medio liuida obſcura, à lateribus inflammata, vel pallida ſeſe circùm obſcurans violaceo colore; ſubtèr radix alebatur, quæ integra iam accepta malignitate partem tumidam reddebat; quapropièr omnes his infecti, vel bubonibus, dùm remedia valida maturè non ſumebant mortem habebant ſcopum indubitatum.

FEbrium peſtilentialium curam biſariam diuido, altera ſcilicèt conſiſtit in præſeruatione ab illa, altera in eorum curatione, qui ipſa laborant. Præſeruatio eſt cauſam remouere ab eo, quod ipſam influit, & talem procrear generationem, quæ mala eſt diſpoſitio cauſæ internæ, vel externæ. Interna cauſa praua eſt diſpoſitio corporum vitiatorum, pletoricorum, cachomicorum, ſiuè obſtructorum, vel ſimilium. Externa eſt aer infectus, vel mala contagij diſpoſitio, cùm diſpoſitione corporis ad venenum recipiendum. Verùm ne in longum tendat ſermo, dicam ſupradictum contagium fuiſſe venenum, quod ferè in omnibus corporum ſpeciebus, & cuiuſcunque complexionis communicabatur. Concedo tamen ab aliquo influxu corpora fuiſſe diſpoſita, ſed id non ex aeris corruptione proueniebat, immò à proprio tactu, ſiuè vapore anhelitus. Præſeruationis regula duobus fiebat modis; primus, & indubitatus erat ſe ab infectorum cauere conuerſatione, alter valida alexipharmaca ſumere, antidota contrà venenum, & putredinem, cautèque ſe moderata regula gubernare, obſeruando id, quod ab Authoribus ſcribitur de ſex rebus non naturalibus. Opponere quoque febri contraria, vt refrigerantia, & humectantia, putredini verò euacuantia, & alterantia.

De victus, cæteriſque ex non naturalibus id fieri neceſſe erat, quod Authores de malignis febribus proponunt, & implicitis equidem verſabar in ambagibus ex morbi continua, inſolitaque mutatione, effectuum differentijs, ægrotorum multitudine. *Indicationes*, ait Capiuacca, *ſumuntur à morbo, morbi cauſa, & viribus*; eadem eſt Galeni opinio: *Febris, & calida intemperies, & ſicca, refrigerationem, & humectationem indicat ſecundùm rationem*. Scribit Mercurialis: *Cauſa vel eſt magnus humor putridus, in quo malignitas tractatur, vel venenum; aut venenum eſt penetrans*. Si humor eſt, ipſum conſiderare poſſumus ſecundùm ſubſtantiam, ſecundùm qualitatem, ſecundùm quantitatem, & motum. Quapropièr aut humor eſt putrefactus, aut eſt putrefacturus; ſi putrefactus certum eſt, quòd euulſione radicis indiget proprijs purgantibus, & euacuantibus; ſi putrefacturus adhibenda remedia putrefactionem impedientia; hoc autem per ſectionem venæ, per aluum, per ſudorem, ſiuè per vomitum; rationem etenim qualitatis ſui indicat exſiccationem, humor quippè copioſus, & humidior facilè in venenum putrefactiuum conuertitur, ex eò quòd putredinis fons eſt humiditas, & vt mihi videtur magis indiget remedijs exſiccantibus, quàm humectantibus. Humor vaporoſus è ventriculo, & viſceribus vaporem fuliginoſum veneficum tranſmittit ad caput, & ſuccedunt deliria, ſitis, calor, & ſimilia. Cura ipſi contraria requirit; ſi videmus eſſe venenum, illud euellere debemus per alterantes ab omni forma. Maſſariæ verba ſunt, præcipuam eſſe curationem per venæ ſectionem, & ventris ſolutionem, à quibus eſt incipiendum. In hoc ſemper ad cordis roborationem neceſſe eſt reſpicere ſu's bezoardicis, ſecundò ad corporis conſeruationem alimentis optimi ſucci, & facilis digeſtionis.

Harum prognoſticum ſemper mortale eſt, vt inquit Galenus: *Febris peſtilentialis cito hominem rapit*. Sanguis ſecundùm dicti Galeni capitulum de Epidem js hauriendus eſt vt ait: *Conuenit venæ ſectio ſi ſanguis peccet, quia eſt morbus magnus ſi æger habet vires*,

vires, atque eas habiturus eſt vſque ad ſtatum. Scribit Mercurialis, ſanguinem eſſe mittendum vnica vice tantùm, ſiuè per venæ ſectionem, ſiuè per cucurbitulas. Maſſariæ verba ſunt: *Extrahe ſanguinem ex vena baſilica dexteri lateris*; Vecchetij: *vena buboni proxima vt ſi ad aures, vel in gutture cæphalica, ſi ſub alis media, ſi in inguinibus interior malleolo, vel exterior ſi in coxis. Tempus*, Vecchetius dicit, *intrà viginti quatuor horas ab initio*. Capiuacca: *In peſtilenti putrida illicò prima hora venam eſſe ſecandam, quia ſtatim in hac febre vires proſternuntur, ideò antequàm proſternantur &c.* Quapropter ſanguis ex neceſſitate extrahendus iudicatur, ſed lenitiua apud paucos vſitata ſunt, clyſteria apud omnes, quæ quidem antè venæ ſectionem arbitror neceſſaria varijs modis compoſita. Ordinaria ferè ſemper ſunt ex decoctis maluæ, violarum, mercorellæ, vel lactucæ cùm melle roſaro, ſale, oleo violarum &c., ſiuè ex melle roſaro, cùm electuario pſyllij, ſiuè benedicta laxatiua; ego verò multotiès crocum metallorum decoctis addebam; immò cùm Vecchetij ſententia antè ſanguinis extractionem bolos dabam cordiales, vt bolarmeni drag: 1., margaritarum, corallorum an: ſcrup: 1., vnicornu ſcrup: ß:, miſce, & cap: cùm conſerua acred: citri, vel cùm aquis cardi ſancti, vel cornu cerui, & lapid: bezoar; ſiuè confect: hiacynth. Hæc tamen dare cordialia corpori impuro non ab omnibus laudatur, ſed vbi malum eſt veneficum ipſa cordi auxiliari credendum eſt. Maſſaria lenitiua in principio comendat, vt caſſia, pulpa tamarindi; à multis etiam prohibentur, & humorum confuſionem iudicant. Inquit Valerius: *Nota, quòd hoc leniente poſſumus vti quando materia non eſt admodum turgens, nec admodum venefica*, humores etenim non cocti ſunt, neque cùm febribus malignis decoquuntur. *Acutis morbis eodem die &c.* dicit Hippocrates. Mercurialis ad Caput de peſte: *Cauendum eſt à caſſia*. Idcòque ego vtor ſyr: roſ: ſolut: vnc: 7., ſicuti Maſſaria multa dat præparamenta cùm ſuccis refrigerantibus. Capiuacca in febribus peſtilentialibus non comprobari præparantia, quia materia eſt venefica, quæ ſtatim euacuanda. Vecchetius quoque, primò euacuari debere materiam morbificam, & veneficam ſeù peccantem, & per aluum, & per vomitum, & per cutem, quod fieri debet circà principium. Tempus, in quo ſolutiua requiruntur purgantia, vt dictum eſt, debet eſſe initio, neque obſeruandus Lunæ motus, vel ſanguinis euacuationis vicinitas. Capiuacca aſſerit, hoc eſſe faciendum intrà decem, vel duodecim horas à venæ ſectione, materia enim venefica magis vrget, quàm turgens. Et Vecchetius, quòd purgantia ſtatim ab initio præbenda ſunt antequàm viginti quatuor horæ tranſgreſſæ fuerint, & ſi ſanguinis miſſio anteceſſerit facienda erit purgatio tranſactis quinque, aut ſex horis poſt venæ ſectionem. Purgantis quantitas ſecundùm ætatem, complexionem, vel morbi qualitatem. Capiuacca, vtendum eſſe validioribus, & hoc propter venenum peſtilens. Tàm in purgantibus, quàm in alijs remedijs immiſceri ſemper neceſſe eſt Alexipharmaca vt Mercurialis docet, quòd ſemper purgantibus admiſcere debemus bezoardica vt reſiſtant putredini, & veneno. Euacuantia ſunt etiam ſanguis per cucurbitulas extractus, & per hirudines. Cucurbitulæ duobus modis conueniunt ex ratione febris, & ratione ſymptomatum; ratione febrium conueniunt partibus infernis, vt multi ſentiunt, & præcipuè Oribaſius; quando deſunt vires, aut ætas apponendæ cùm reciſione natibus, & cruribus, vt remoueatur materia à partibus cordis; ratione ſymptomatum, nempè reſpectu puſtularum; applicantur pariter partibus infernis, ſed poſt cæteras euacuationes. Ità etiam, vt dictum eſt, apponuntur venis hæmorrhoidalibus quando ægrotus aliàs iuuamen excepit de ſanguine hauſto à venis hæmorrhoidalibus, ſicuti & attrahunt ad partes ignobiles humores, quos à capite, & corde diuertunt.

Proponere hìc debeo remediorum vſum in dicto Romæ contagio adhibitorum à me, & de hoc dicam initio valdè timuiſſe tàm de ſanguinis emiſſione, quàm de medicamentis purgantibus, certiores ideò diſtinctè reddebam de accidentibus, & morborum qualitatibus quotidiè Medicos, Guidaſellum nempè, & alios de primatibus. Tali pacto per menſem me regere optimum iudicaui ſecundùm conſiliorum ſolutionem à ſupradictis ad me tranſmiſſam. Horum vnanimi approbatione omnis adhibita eſt purgantium

ſpecies, mitium, mediocrium, & validorum, ſanguinis emiſſio in principio, & in augmento, varijſque modis alexipharmaca; infecti nihilominùs peribant. Vſus ſum floribus caſſiæ recentèr extractis, manna, tamarindis, prunis præparatis, myrabolanis citrinis, & alijs, rhabarb:, ſyr: roſatum laxatiuo, diacatholico, triphera perſica, extract: rhabarb:, elect: ſuc: roſ:. Hæc omnia contrà bilem, vel in bolos, vel liquida exhibebam, exempli gratia: ℞: caſſiæ nou: extract: vnc: 1., rhabarb: pulu: ſcrup: 4., crem: tart: drag: 1., miſce, fiat bolus, & cap:; vel ℞: ſyr: roſ: ſolut: vnc: 6, elect: ſucci roſarum drag: 1. ß:, aq: rot: citr:, acetoſæ, ſcorzoneræ an: vnc: ß:, miſce, & cap:; vel ℞: ſebeſten vnc: ß:, ſcordij, pimpin:, borrag: an: manip: ß:, ſem: citri, acetoſæ an: drag: 1. ß:, radic: vincetoſſici, biſtortæ an: drag: 2., fiat decoct:, col:, & cap: vnc: 5., add. ſyr: roſ: ſolut: vnc: 3., elect: ſucci roſ: drag: 2., miſce, & f: pot:, vel multis alijs modis. In aliquibus addebatur camphura, alijs diagrydium, atque his varijs mixturis varia fiebant purgantia.

In purgantibus contrà pituitam adhibebatur agaricus, ſem: carthami, myrabolani chebuli, diaphinicon, trochiſci alandoli, & ſimilia addita caſſia, manna, ſyr: roſ:, & fiebant appropriata decocta.

Contrà melancholiam dabatur ſena, myrabolani Indi, ſuccus fumariæ, helleborus niger in extractum, confect: hamech, diaſena, vnà cùm alijs vt iam dictum eſt. Dabam quoque pillulas, vt ex cocchis, eupatorio, maſtichin:, fœtidis, de fumaria cùm alijs ſpecificis. Piæterea purgantia ex præparantibus, vt ſyr: cuiuſcunque ſpeciei vnà ſemper cùm alexipharmacis; oppiatæ concedebantur noſtræ cùm alexipharmacis; apponebantur veſſicantia varijs partibus; emplaſtra maturatiua bubonibus, cauſticalia carbonibus; adhibebantur aquæ refrigerantes alexipharmacæ varijs modis compoſitæ, fiebant epictymæ cordiales, & vnctiones, nihilominùs quamplurimi vitam linquebant. Hoc, ſi verum fateri velim, exiſtimo ſucceſſiſſe quia timor mortis cauſabat ſupradicta remedia proprijs horis non adminiſtrari præ confuſione; famuli enim parùm ægrotis aſſiſtebant, ideòque, ſoli Deo notum eſt, vt medicamina ſumebant miſeri infecti; id facilè perſpectum eſſe poteſt hoſpitaliorum vſu practicis, multò magis verò tantæ conſiderandum influentiæ. Chyrurgi quidam dum emplaſtra applicare debebant bubonibus, & carbonibus, nonnulla inſtrumenta tenebant, cùm quibus à longè ſtantes patienti mederi poſſent, verùm pro bubonibus, partes non corruptas emplaſtro iungebant; ità etiam pro carbonibus expurgandis ignito inſtrumento, neruos, tendones, muſculos aut venas adurebant; multi itaque viginti quinquè, aut triginta vexati carbonibus, ex peſtilentia non ſolùm morti ſuccumbebant verùm etiam martyres ex viginti quinque, vel triginta igneis ict bus. Nil mirum, Lector, ego etiam enim timebam, & de die in diem vnum fore ex his martyribus dubitabam, Altiſſimi quamuis miſericordia incolumis penitùs preſeruatus fuerim. In alijs influentijs, non verò tàm acerbis, vſus fueram antimonialibus medicamentis, acceſſiſque ad me ſupradicto Guidarello, Torello, & alijs Medicis, vt liceret dixi antiquum vſum ſeruare euomitiuorum, & diaphoreticorum, ad quod annuentes ipſi plenam conceſſere facultatem. Illicò adferri iuſſi circà triginta Calices Antimonij tertij gradus, multum hyacinthinum, de noſtro Aureato, Mercurium vitæ, puluerem Algherotti, de quibus in principio dabam doſes adæquatas viribus, & ætati. Alijs repetebam bis, vel tèr dicta euomitiua, nonnullis immiſcendo etiam extracta purgantium, vt extract: rhabarb:, ſenæ, agarici, colochynthidis, turbitorum, hermodactil:, hellebor: nigr:, gratiolæ, & ſimilium; paucis autem ſanguinem extrahebam. Habebam etiam quaſdam gummas factas ad vſum Spargyricum ex ſcammonæa, ſcialappa, mechoocane, turbittis, agarico, gentiana, ariſtoloch a rotunda, aloe, ammoniaco, bdellio, euphorbio, & ſimilibus, & ità Antimonium, vel Mercurium dulce ſociebàm cùm doſe vnius alteri æquale, neque ad vomitum prouocabat niſi aliquando parùm, & optimus equidem exitus ſtatìm videbatur. Poſt corporis purgationem dabam Alexipharmaca ex deſcriptis in noſtris Arcanis, noſtros ſcilicèt alexipharmacos trochiſcos ex primis, ſecundis, vel tertijs, nunc ſimul omnes, nunc ſegregatos, ſemper autem vnà cùm Bezoardicis mineralibus, Iouialibus, Solaribus,

tibus, & ſimilibus; de his bezoardicis plùs quàm de alijs dabam confirmatus à mei Præceptoris opinione, & experientijs; non tamen vt ſolent Medici ſemèl in hæbdomada, ſed qualibet hora, vel ſaltèm quinquiès, aut ſextiès in die ad octo, ſiuè decem grana prò vice ſimul cùm cæteris alexipharmacis. Illis, qui dicta alexipharmaca ſumere non poterant cùm conſeruis, aut bolis cordialibus, aquas ad hoc compoſitas propinabam, in quibus dicta bezoardica, & alia immiſcebantur omnia ſimul agitando; horum nomen erat conditus, vt in multis ex noſtris Obſeruationibus patet, in quibus febres malignæ fuerunt, & putridæ. Partes cordis, pulſus, tempora, nares, & ſimilia ſæpè balſamo noſtro ſalutis, & balſamo vitæ, vel eſſentijs corticis citri, theriacæ, camphuræ, contrahieruæ, angelicæ, carlinæ, roſmarini, iuniperi, tormentillæ, & ſimilium perungebantur.

Horum medicaminum vſus animum excitauit timore antedicto oppreſſum, in me, & in multis alijs Medicis; ità vt Medicus Torellus, qui præcedenti anno multa Spargyrica remedia ab origine compoſitionis à me didicerat, ſed præcipuè ſupradicta bezoardica, & Mercurium vitæ, de ipſis tunc multa confecit publicè tradens vendenda Collegij permiſſu vtpotè remedia tutiora, de quibus paginam typis mandauit, vendendum autem cuidam dederat ad Leutarios. Ego primus ipſa adhibui, maiorique numero mea diſtributa ſunt, nàm de his initio habentium ferè nullus moriebatur. Animo iterùm erectus ſum, quarè proprijs manibus bubones omnes, & carbones curare non dubitabam, qui meis compoſitionibus facilè matureſcebant, & breuiſſimo temporis ſpatio radicem emittebant hoc modo. Bubones, vt dictum eſt, in omnibus apparebant, & in multis iterùm retrocedentes deliteſcebant ex abundantia humorum mali ſucci, & maligni, & ex imbecillitate expulſionis, quæ emunctoriorum cauſa ipſos expellere non poterat. Applicabam emplaſtra mollificatiua, maturatiua, & attrahentia ex tribus compoſitionibus nempè ℞: radic: altææ decoct: lib: 1., conteratur, & miſceatur cùm cerati diaquil: cùm gumma vnc: 6., adipis anſeris, medul: oſſium vituli an: vnc: 3., ol: camomill:, anethini, & lil: alb: an: q: ſ:, f: emplaſtrum. Vel ℞: radic: altææ vnc: 3., fol: maluæ, viol: ſonci an: manip: 1., fac bulliant, & poſtquàm expreſſeris adde vnguenti dialtææ, mugilaginis, buthyri, axungiæ porcinæ, & gallinæ veteris an: vnc: 1. ß:, miſce, & fac emplaſtrum, quo calido vtare manè, & ſerò. Hæc plerumquè erat forma emplaſtrorum nunc doſem diminuendo, nunc augendo, ſed bubonibus quibuſdam, qui ex virium corporis imbecillitate, difficilitèr attrahi poterant ad ſuppurationem, emplaſtra apponebam vehementiora ſcilicèt ℞: maluæ, ſcabioſæ an: manip: 1., cæpæ ſquillæ, radicis narciſſi an: vnc: 2., radicis iridis vnc: ß:, ſem: ſynapis, ſem: bombices an: drag: 6., farin: ſem: lini vnc: ß:, fermenti acidi vnc: 1., limaces abſque cortice num: 10., axungiæ porcinæ vnc: 4., theriacæ, mithridati an: vnc: 1., croci drag: 1., fiat emplaſtrum. Hoc quilibet humor, aut tumor quamuis frigidus breui matureſcebat; ſplenium autem, quod ad emolliendos carbones adhibebatur meo vſu, hoc erat. Primò applicabam carbonis veſſicæ vnum ex meis trochiſcis contrà carbones ſcriptis in noſtris Arcanis, qui omnem tegeret veſſicam, & circùm hoc emplaſtrum ℞: vnguenti mugilaginis, altææ an: vnc: 2., axungiæ gallinæ veteranæ, porcinæ abſque ſale an: vnc: 1., caricarum vnc: 6., paſſularum enucleatarum vnc: 3., fermenti acidi vnc: ß:, farin: ſem: lini, fænugræci an: vnc: 1., croci ſcrup: 2., ol: camomil:, liliorum an: vnc: 1., miſce, & fac emplaſtrum. Trochiſco ſupradicto fiebat eſcara, emplaſtro maturatio, ità vt viginti quatuor horis carbo cùm tota radice euelleretur. Trochiſcus omnem attrahebat veneno ſitatem, nec carbo ampliùs ſe diffundebat, expurgabam indè, & medebar vnguento noſtro baſilicone Chymico ſcripto in Arcanis noſtris, quo fouea à radice infoſſa incarnabatur. Multos carbones pertinaces dictis viginti quatuor horis non cedentes circùm recidebam, cultroque remora eſcara, dùm viua caro ſuccedebat trochiſcum iterùm applicabam, & dictum emplaſtrum, quibus niſi cedebat carbo, tertiò reiterabam donec radix extirparetur. Tunc digeſtiuis etiam ordinarijs vtebar, & in bubonibus aperiendis, vnguentis abſterſiuis, ſed præcipuè noſtro baſilicone Chymico; facta autem incarnatione ad cicatricem omninò

claudendam adhibebam ceratum calaminare Paracelſi ſcriptum à Crollio nomine emplaſtrum ſtypticum. In bubonibus accurarè curandum erat vt emplaſtris matureſcerent, ferroque aperirentur, vel ignito inſtrumento, ex ſe enim concrepantes difficilè multò magis curabantur. Quidam parotidibus obſtinatis, & frigidis tumoribus inficiebantur, ad quorum maturationem validiora hæc fuere: ℞: cæpam crudam, & magnam, quam excauatum imple axungiæ gallinæ vnc: ſſ:, buthyri drag: 2., theriacæ veteris vnc: 1., croci drag: 1.; hanc papyro madida inuolue, & poſtquàm ſub cinere tepido decoqueris, calidam quantùm ægrotus poſſit ſufferre impone parti bìs in die. Aliæ parotides, bubones, vel ſimilia nondùm penitùs emerſerant, cùm retrocedebant; tunc autem præter interna propoſita remedia columbum ſumebam viuum, vel gallinam, quam à dorſo apertam illicò calidam buboni apponebam, attrahebaturque venenum corporis iterùm ad partem illam, quod ſupradictis matureſcebat emplaſtris.

In interno, vt dictum eſt, nil erat validius confectionibus reſtauratiuis Alexipharmacis in ſolida forma, vel liquidis, ſed præcipuè ſupradictis bezoardicis diaphoreticis. In forma ſolida ſic fiebant ℞: conſ: flor: borrag:, roſ:, viol: an: vnc: ſſ:, flor: citr:, mali medici, anthos an: drag: 2., conſeru: tot: citr:, conſ: radic: tormentillæ, angelicæ, biſtortæ, ſcorzoneræ, contrahieruæ an: drag: 1., confect: alcherm:, hyacinth: an: drag: 1. ſſ:, magiſter: omnium lapidum pretioſorum ſimul compoſiti, vnicornu veri, bezoardici animalis, corn: ceru:, corall: præpar:, margarit: præpar:, bezoard: Solaris, Iouialis, Lunaris, mineralis an: drag: ſſ:, m:, & cap: choclear vnum prò vice quinquiès, vel ſexriès in die, ſicut & in nocte. Vel in forma liquida ſcilicèt ℞: aq: cardi ſancti, ſcorzoneræ, rutæ capr:, ſcordij, acetoſ:, borrag:, roſ:, tot: citr: an: libr: ſſ:, ſpirit: ſulph: drag: 1., tincturæ aureæ ſtybiatæ, ideſt Panacææ noſtræ aureatæ drag: 3., ſpirit: ſmaragd: drag: ſſ:, eſſent: theriacæ, contrahieru:, iuniperi, angelicæ, carlinæ, tormentillæ, biſtortæ, cort: citr:; elex: vitæ, elex: proprietatis, balſ: vitæ, balſ: ſalutis an: ſcrup: ſſ:, iulep: gemmar:, perlat: an: drag: 1. ſſ:, ſyr: acred: citr: vnc: 6., m:, & cap: vnc: 2. prò vice, quatèr vel quinquiès in die, & nocte paritèr. Addebantur etiam his confect: alcherm:, hyacinth:, interdùm etiam vniones, & cùm ſupradictis bezoardicis omnia agitabantur quotieſcunquè infirmo erant propinanda, cui hæc omnia compoſita, cui minùs, ſecundùm corpora. Horum medicaminum ſpecies verè miracula efficiebat, ad nouam vitam homines reuocans, quæ quamuis impropria hoc vſu multis Medicis videri poſſit, nihilominùs ex infinitis, quæ adhibitæ ſunt hæc fuit diuina. Nonnullis bolarmenum, terram ſygillatam cùm bezoardicis dabam, quæ prò talibus effectibus mirabilia à multis prædicantur, attamen in hoc contagio ſoli malo inſeruiebant, neque vnquàm bonum operabantur. Fumenta fiebant ægrotorum habitationibus ne corruptis vaporibus valentium quoque domus deprauarentur; hæc autem ex lignis iuniperi, cupreſſus, thure, myrrha, belzoi, ſtorace calamita, & ſimilibus; validiora verò illa, quæ bìs in die meis, & amicorum cubiculis adhibebam, ex fecibus Reguli Antimonialis, ſed cùm ſit odor ſulphureus ingratus addebam paſtillas ſtorace compoſitas, & ſimilia, quarè Dei gratia ego, & omnes mei amici integerrimam ſeruauimus abſque corruptionis læſione valetudinem. Deſenſiua, quibus vtebar pro me, & familiaribus erant ſumere tèr in hæbdomada veſpere antè cœnam drag: 1. pillularum ſcriptarum in Arcanis contrà peſtilentiam; quocunque manè etiam vnc: 3., compoſiti liquidi ſupradicti additis gut: 3. eſſent: roſmar:, & 3. ol: carabis, quibus iſdem tempora, nares, guttur, cor, & pulſus perungebam, & huiuſmodi vſum plurimi Medici ſequuti ſunt. Ceſſauit tandèm hæc peſſima lues Omnipotentis miſericordia tranſijt ad Phaliſcos, Viterbum, Gualdum Nuceriæ, nàm cætera Ditionis loca illæſa ſeruata ſunt.

Quoniam de Romæ contagio ſermo habitus eſt, mentionem facere lubet de malignarum, & putridarum febrium influentia, quæ anno 1670., & 1671. Aprutio dominata eſt. Hæc non peſtis abſolutè erat appellanda, ſed contagioſæ ferè nomen ſibi vindicabat; qui enim cùm infirmo diutiùs verſabatur eundem morbum in ſe recipiebar. Apparebant puſtulæ violaceæ, deliria, ſitis inextinguibilis, lethargi, coſmæ, linguæ nigræ, & aridæ, vrinæ turbidæ varijs coloribus ſubobſcuræ, pulſus frequentes, ſubtiles, & inordinati,

quibus

quibus omnibus multorum vitæ finis imponebatur. Medicis non paucis de Ciuitatibus Theatis, Atti, Pennæ, Anziani, & aliis ex dicta Prouincia neceſſe fuit particularia amplecti experimenta, à ſolita tunc inualida methodo deuiando, ſic crebris, ſed fruſtrà, fluctuentibus conſultationibus. Ortonæ tunc temporis eram Nobilium Medicus declaratus; inſeruiebam enim Illuſtriſſimo Domino Equiti Horatio Penkelino prò Sereniſs: Parmenſi Duci, omnium Ditionum eidem Sereniſſimo Duci in Aprutio ſubditarum Auditor Generalis, de cuius familia eram vt Medicus aſsiſtens, ideòque Nobiles illi me in Medicum aſſumere vnanimes voluerunt. Multæ acciderunt febres malignæ ſpeciei ſupradictæ, quarè qui diuitiis florebant multis conuocatis Medicis ex Ciuitate Chieti, & aliarum, multa iubebant de propria ſalute conſilia exagitari, tamen aliqui vitam, & aliqui mortem ſibi comparabant. Multis ego quoque conſiliis vocatus aderam, ſed cùm cæteri Medici meis aduerſarentur Spargyricorum medicaminum propoſitionibus, ego eorum annuebam confirmatiuè ſententiis. Vbi verò pauperes erant, quibus non ſolùm plures conuocare Medicos, ſed neque vni debitam erogare mercedem per inopiam non concedebatur, gratis accedebam, vtebarque remediis in forma extracti, vt Antiſebrili, extracto rhabarbari, catholico, & ſimilium, additis Bezoardicis mineralibus, & Iouialibus; expurgato indè corpore ſupradictis, vel ſanguinis extractione dabam alexipharmaca ſuprà deſcripta, vt in multis malignis ſpecibus patet meis ab Obſeruationibus. Huiuſmodi fuit optima dictorum remediorum operatio in Domina Martia vxore Domini Vincentii Vrbiſci cùm tribus filiis, & duabus filiabus, quæ omnes ſupremum iam vitæ limitem attingentes de manu mortis abreptæ ſunt infinitos per vomitum, & ſeceſſum vermes expellendo. Mater è contra Illuſtriſsimi ſupradicti Auditoris doctiſsimorum Medicorum aſsiſtentia, mea verò excluſa opinione morti ſuccubuit. Vxor Magiſtri domus eiuſdem Auditoris maligna eadem febre laborabat, ſed quamuis alter accederet Medicus, attamen maritus meæ inhęrendum eſſe volebat ſententiæ, quarè ſanitati reſtituta eſt. Magiſtro ipſi, & filiis febre vehementi vexatis initio acceſsionis vehemens exhibui remedium, & ſanati ſunt. Mulio ipſius met Auditoris, cùm vxore, duabus filiabus, & filio eadem infecti influentia ſupremo verſabatur in agone, & prædictorum remediorum vſu ſalutem ſibi vindicarunt. In domo D. Equitis Maſſarij, ipſe Eques, filia, & D. Franciſcus frater iiſdem agreſsi ſunt à febribus, ſed tectis dolore nephritico arenali, ità vt mortales haberentur, & hi omnes à me ſaluti reſtituti ſunt. Soror ſupradicti Equitis eodem infecta morbo plures Medicos conuocauit, ſupradictis repulſis remediis, & vitam reliquit. Domina Oſualda poſt extremam vnctionem in eadem domo iã mortua ab omnibus habita, ità vt funera pararentur, ſaluata eſt noſtris medicaminibus; omnes autem contagioſa laborabant febre. Depoſitarius Excellentiſs: Marchionis Vaſti, & eius ſorores inuiſentes ſupradictos ſibi fratres conſobrinos, morbo eodem ab iis communicato mortui ſunt.

In Ciuitate Lanciani intrà dies vndecim, qua eadem in domo altera ſoror dicti Equitis Maſſarii ipſamet febre capta, vita diſceſsit. Ancilla etiam eiuſdem erat, cui Medici paucas vitæ horas præſcripſerant; huic dedi gr: 5. Aureati, & multa euomuit atrabilaria, & per ſeceſſum eiecit; reperiui indè confect: cùm prædictis bezoardicis, & trochiſcis alexipharmacis, & ſanata eſt. In hac Ciuitate omnes illi, quos ſolus viſebam Dei auxilio ſaluti reſtituebantur ſupradicto vſu; adhibebam autem euomitiua pauca, Medicos quippè parùm familiares habebam. Ex fortè Obſeruationes diſtinctas omnium meis manibus ſanatorum Ortonis publicè dabo, de quibus circà ſeptuaginta quattuor duorum annorum apud me ſeruo.

In multis circumproximis locis vocabar præcipuè in Ciuitate Theatis, & vbiquè ſoli fortuna arridebat; cùm aliis Medicis neque os aperiebam certus meam repellendam eſſe ſententiam.

In Terra Planellæ publicus ab illa Vniuerſitate Medicus declaratus ſum, vbi febrium ſupradictarum influentia furebat. Ibi duo erant Medici, quorum alter nomine Baſilius mihi intrinſecus fieri geniſus eſt, neque mea perturbabat conſilia, immò ipſis magna gloria vtebatur. Extracta Antiſebrilia noſtra, extractum noſtrum catholicum, aliaque

extracta, bezoardica mineralia; Iouialia, trochiſcos Alexipharmacos, eſſentias, & ex omnibus ſuprà adnotatis remedijs Pharmacopolis tradidi, & proſpera equidem fortuna res egit mihi ſecundas. Duobus annis quadringentos viginti quatuor infirmos curaui, quorum Obſeruationes minutè poſſideo, & in his ferè omnibus febres fuere malignæ cùm ſignis puſtularum, delirijs, lethargis, & alijs ſignis in Obſeruationibus ſupradictis deſcriptis. Sub Medici Ranciaffi cura multi perierunt, multiſſimi ſub Medico Franciſco Antonio........ex Teramo, qui quamuis iam ceſſata influentia perueniſſet, attamen, quia iuuenis erat, quot illius curæ ſupponebantur, tot morte finiebant. Treſdecim ex his, qui mihi ſe tradidere curandos mortui ſunt, vt infrà parebit. Primus fuit Dominus Thomas Martini, cui ex eò quòd antè octauum exhiberi non potuit medicamentum purgans, vel extraheri ſanguis, inter vndecim, qui eadem febre, in eadem domo, eodem mortis periculo ſe habebant, ſolus ex vita migrauit, & cæteri ſalutem adepti ſunt; ad illum verò alij acceſſerunt Medici, cùm quibus Medicus Acticola. Secundus Pompæionus annorum ſeptuaginta duorum, & huic adfuit etiam Baſilius Medicus. Tertius Iacobus de Vicolo annorum ſeptuaginta octo cùm febre maligna. Quartus Ollarius ex pleuritide annorum 58., multis ab annis emphiematicus. Quintus vxor Caroſi, quæ poſt conualeſcentiam iterùm in febrem malignam ceciderat. Sextus Angela Polixena ex pleuritide, ad quam niſi in ſexto vocatus ſum, & ſeptimo mortua eſt. Septimus Villicus D. Luciæ Martini ex pleuritide maligna in ſeptem dies. Octauus eius frater, qui eadem hora ægrotauit, & mortuus eſt. Hi duo fratres magnam tritici putrefacti foueam perfoderant, quod niſi de terra ablatum fuiſſet aerem profectò corrumpebat ex odore fætidiſſimo, peſſimoque illo halitu pectus complectum fuiſſe arbitror ſupradictorum. Nonus fuit Horatius Ouidij annorum 50. cùm febre maligna, & puſtulis nigris, ad quem acceſſi ſolùm in ſexto. Decimus Domina Laura Naccaria, quamuis conſilio tantùm concurrebam cùm Medico Franciſco Perna, & fuit febris maligna. Vndecimus filius Domini Hyppoliti Petronij anni vnius febre maligna verminoſa, cui Pharmacopola abſque conſenſu dedit grana duo laudani nepentes, & mortuus eſt ſtupidus. Duodecimus fuit filius Viduæ Labieni, qui Phthyſicus erat, & magnum habebat tumorem in regione iecuris. Decimus tertius fuit cognatus Antonij Caſtaneæ, qui pauper erat, & perijt cùm acerbiſsima dyſintheria, & febre maligna. Hoc modo Planella preſeruata eſt; in Theatis enìm circà quadringenti, in alijs locis quingenti, in Laureto ducenti, & plurimi in cæteris Terris, vbi hæc penetrauit influentia vita deſtituti ſunt. Vſus autem horum diaphoreticorum à me non eſt excogitatus, ſed obſeruare licèt quod ſcribit Baſilius Valentini Beatus dictus, S. Cloſsius, & tot alij de diaphoreticis. Hieronymum legite Claramontem Siculum, qui Neapolis, Palermi, Florentiæ, Genuuæ, Ferrariæ, & Mediolani tot edidit mirabilia vniuerſali remedio, puluere ſcilicèt fixo, quem elexir apellabat, & de illo dabat in omnibus morborum ſpeciebus quatèr in die. Poſitus vir hic fuit ad experimentum in locis ſupradictis cùm puluere cineritio, qui diaphoreticus erat, & vniuersè operabatur. In Hoſpitali Neapolis præcipuè diuiſi ſunt infirmi de Vicariæ mandato, de quibus aſsignati ſexdecim curandi Claramonti illo puluere, & alij ſexdecim ordinarijs Medicis ſecundùm ſolitam methodum, de quibus quatnordecim perierunt, de primis verò Claramontis duo ſolùm vitam cùm morte commutarunt. Florentiæ florentiora egit experimenta; Genuuæ tèr Hoſpitale maius reſtitutis valetudini infirmis exuit quinquaginta prò vice modo ſupradicto illi traditis à Repub:. Hæc omnia in libro deſcribuntur Florentiæ typis dato Celſitudini Sereniſs: Hetruriæ Ducis dicato, in quo teſtificationes erant à dictis Hoſpitalibus affirmatæ cùm omnium Principum priuilegijs. Hoc autem vniuerſale medicamen diaphoreticum erat extractum ex Baſilio Valentini de primo ente auri ſcilicèt Antimonio.

Medicus Vrbanucci de Bucchianico in eadem Terra meis remedijs aliquam fidem præſtitit, quarè cùm in quadam Terra vocata Manupella debaccaretur ſupradicta influentia, illùc perijt, vtebaturque dictis remedijs, & Panacæa liquida de Antimonio, quæ noſtra erat tinctura, cùm quibus laudabilia patrabat honorem ſibi adipiſcendo. Populi

illi

ili Ciuitatem Theatis petebant eam ſibi Panacæam comparaturi, à Pharmacopolis autem omnibus expoſtulantes magnis encomijs à Medico ad me Planellam mittebantur; quæ laudes odium Pharmacopolarum in me concitarunt, & ex hoc proceſsit graſſatio mihi illata à latronibus ad Sanctam Mariam Narbonæ.

Anno inſequenti poſt eam influentiam altera diuerſæ ſpeciei in Planella ſucceſsit, de qua nunquàm ampliùs nec legi, nec vidi. Multi, & multæ ex iuuenibus dictæ Terræ, quæ anno præcedenti dictæ febri non ſuccubuerant, illius anni vere à tumore inficiebantur poſt auriculas, qui indè deſcendebat ad maxillas, & guttur cùm febre. Tumor hic vel aliqua diſſoluente vnctione euaneſcebat, vel etiam ex ſe diſſoluebatur. Verùm inflammatione quadam tumeſcebant teſticuli, de qua valdè timebatur, quamuis nullam aliam corporis partem læderet, attamen febris perſiſtebat. Emplaſtra apponebantur ex faba, & ſimilibus prò tali morbo, cùm aliquo diſſoluente oleo, quibus omninò tumor, & febris corpus deſtituebant nullo relicto impedimento. Mulieribus de maxillis deſcendebat in vberibus, indèque validior in vuluæ partibus. Morbi huius inauditi cauſam petito Lectori relinquo explorandam.

Contagij, & harum influentiarum ſermo totus collimat in roboris comprobationem noſtrorum Bezoardicorum, Diaphoreticorum, & noſtrorum Alexipharmacorum. Omnes ſuis temporibus euentus adnotatos habeo, quos, ſi Deo placuerit, paulatim typis tradere ſpero; vt enim ſcribit Baſilius Valentini his corpora innouari, ità etiam ego affirmo non illius innouationem, quod penitùs amiſſum eſt, ſed his vehementius non reperiri poſſe ad roborationem in talibus effectibus, & omni morborum genere. Naturam quippè impellunt ad recipiendum adiumentum per quantùm ipſa natura poteſt; non inflammant, non refrigerant; & ſi optima confecta ſunt Bezoardica, & Alexipharmaca manipulatione, temperata ſunt, & omni morbo, cuicunque ætati, & quolibet tempore proſunt, & conferunt.

MEDICA ASTROLOGIA
Siuè
ASTROLOGICARVM REGVLARVM
Tractatus ad Medicinam ſpectantium.

Veteres, celebrioreſque Philoſophantes, qui de Medicina ſcripſerunt; eius cognitionem vt plurimùm in ſcientia Aſtrologica conſtituere; Cœli enim, ſydera, planetæ, & ſigna Zodiaci exercent, mediante Diuina incomprehenſibili virtute, actus ſpecierum mundi conſeruatiuos; mouentur, namquè virtute motiua operante, ſicque orbis gubernatur, & regitur; influunt quippè cùm variis procomaſibus, epicomaſibuſque, nunc velociùs, nunc tardiùs, nunc in vna, nunc in altera forma in omnibus compoſitis ſublunaribus. Quòd ſi ſupernus Creator rectè effecit homines ſtaturæ, vt Cœlum contemplarentur, iuxtà illud:

Os homini ſublime dedit, Cœlumque videre
Iuſſit, & erectos ad ſydera tollere vultus.

iure igitur noſcere debémus ſyderum motum, Solis, & Lunæ Ecclypſim, accretionem, decretionemqne, & omnia, quæ ad ſuperiorum cauſarum influxus in cauſas inferiores pertinent; quòd ſi ſecundùm Ariſtotelem omnia inferiora, & omnes cauſæ ſecundæ, obedientialitèr dimanant ab influxione primæ cauſæ, hinc patet, quòd ſydera obedientialitèr à prima cauſa dimanantia concurrunt ad productionem cauſarum inferiorum, ſic enim in productione cùm eorum qualitate, & aptiuitate concurrere, abſque qualitatum confuſione fuit Omnipotentis ab æterno decretum.

Hæc igitur Scientia Aſtrologica in duas diuiditur partes; prima agit de motu Cœli, de Ecclypſium prædictione, de Solis, & Lunæ coniunctione, vel de Luna cùm planetis, aut de Sole cùm planetis, & omnium accidentium præſignificatione, quæ à nobis quotidiè obſeruantur, in qua prima parte communitèr ſcientia Aſtrologica conceditur. Altera agit de effectibus, qui ab influxu Cœli, & ſyderum in hunc Mundum inferiorem cauſantur, vtpotè aſſerit Ptholomæus Aſtrologiæ Princeps in principio Quadripartiti, vbi ait: *Duo ſunt Syre, per quæ prædictiones Aſtrologicæ extruuntur, præcipua, & maxima Vnum, quod primum ordine eſt, & poteſtate, quo deprehendimus quolibet tempore motus Solis, & Lunæ & aliorum Syderum, eorumque poſitus intèr ſe ſe, aut ſpectantes Terram. Alterum verò, quo mutationes, quæ efficiuntur in corporibus, quæ congruunt ad illos poſitus, conſideramus per naturales qualitates Syderum.*

Quòd Cœlum ſit cauſa generationis, & corruptionis harum rerum inferiorum nemo ſanæ mentis dubitat, ab omnibus enìm communitèr obſeruatur, quòd dùm Sol accedit ad noſtrum Zenith fit rerùm generatiò, & dùm ab illo amouetur earum cauſatur corruptio; & quòd dùm Luna decreſcit, res, quæ ſui natura ſunt humidæ, aut appetunt humiditatem, decreſcunt etiam, vtpotè apparet in locuſtis, cancris, & ſimilibus.

Quòd licèt ſit veriſſimum ſydera non influere in homines, ſicut in vegetabilia, actiones enim humanæ remanent liberæ, ideòquè de aſtris dicitur, quòd inclinant, & non cogunt, adhuc tamen quia corpora ſunt ex quatuor elementis compoſita, in quibus ſydera aliquod habent dominium, iuxtà quorum inclinationes homines vt plurimùm agunt, ideò dicuntur opera hominum aliquo modo á ſyderibus dirigi, & quòd *Sapiens dominabitur aſtris*, & iuxtà Paracelſ: *Æterna Sapientia dominium in brutinam habet. Latiùs cognoſcendum eſt naturalem ſapientiam corpori, non animæ datam fuiſſe, quapropter ea, quæ concernunt animam contaminari non poſſunt luce naturæ, ſed hæc ad natu-*

naturam tantum applicari debet.

Noſtra corpora, vt iam dictum, ſunt compoſita elementis, in quibus operantur intelligentiæ cùm motu, lumine, poſitu corporeo, & interiecatione radiorum illorum luminum cœleſtium, qui operantur iuxtà ſubiacentem materiem elementarem, & animi, qui in his corporibus reſident aliquam ſentiunt alterationem; ideò noſter Creator tres dedit nobis potentias liberas, vt influxus ſyderum peſſimos fugiamus, & vitemus; qui enim ad furta, adulteria, homicidia, & huiuſcemodi vitia erit inclinatus, ſi cùm debita prudentia illicito ſenſuum conatui non obtemperarit, ſyderum, Cœlorumque influxum reddet inutilem, inanemque, vtpotè de Socrate ſcribitur, qui à Zopyro Aſtrologo fuit iudicatus plurimorum vitiorum exemplar, licèt fuerit continentiæ, probitatiſque ſpeculum, per prudentiam enim illi Sydera dominata ſunt.

Circà partium organicarum prædominium noſtri Antiqui aſſerunt, quòd in formatione corporis humani, ſtatim atque materia recepta eſt in matrice, tunc Saturnus concurrat cùm ſua natura frigida, & ſicca illam materiam conſolidando, & efficiendo vt aſſumat colorem ſanguinis ſpiſſi, & benè concocti, adeò vt dicatur, quòd Saturnus in qualibet concoctione ſit primus ad congregandam materiam, & præbeat embryoni principium, cùm enim Saturnus ſit inter ſydera errantia altior, ſic etiam prior cùm ſua qualitate concurrit ad productionem rerum ſublunarium cùm vnione qualitatum aliorum ſyderum, vtpotè aſſerit Ariſtoteles dicendo: *Neceſſe eſt, quòd iſta inferiora particularitèr, & vniuerſalitèr reſpiciantur à ſuperioribus; vniuerſalitèr quia nihil fit de materia elementari, niſi ex virtute corporum ſuperiorum.* Quòd licèt Saturnus, & Mars ab Aſtrologis ſint vocati vitæ humanæ deſtructores, adhùc tamen Saturnus contemperatur cùm qualitate aliorum ſyderum, & ſic ſuos malignos placat influxus. Iuppiter concurrit cùm ſua calida, & humida natura benigna, ſicque mitigat quod à Saturno fuerat nimis exſiccatum; indè componit quatuor membra principalia, ideſt cor, hepar, cerebrum, & teſtes, à quibus originem trahunt venæ, arteriæ, nerui, & ligamenta. Mars adiuuat ad organizationem capitis, brachiorum, & crurium. Sol etiam ad efficiendum cor, caput, & ſpondilia. Venus auget ſanguinem cùm auxilio Iouis, formando aliqua membra exteriora, vtpotè in maſculis membrum, & in fœminis vuluam, & mammas. Mercurius ſeparat manus, & pedes diſtinguendo digitos, & formando linguam. Luna componit ſupercilia, oculos, pilos, vngues, & format vocis organa. Hoc eodem tempore concurrunt etiam (ſic iubente Dei prouidentia) ad corporis organizationem Zodiaci ſigna, vtpotè Aries concurrit ad generationem capitis, Taurus ad formandum collum cùm ligamentis, Gemini ad humeros brachia, & manus, Cancer ad pectus, pulmonem, & fibras, Leo ad cor, diaphragma, caput ſtomachi, & ad partem coſtarum, Virgo ad vltimum ſtomachi, ventrem, & inteſtina, Libra ad renes, partem venarum vreterarum, Scorpio ad partes verendas, & veſſicam, Sagittarius ad coſtas, Capricornus ad genua, Aquarius ad crura, & Piſces ad pedes. Vltra hoc inſimul concurrunt, teſte Argulo, ſydera errantia cùm duodecim ſignis, dicendo in deiectione ſeminis humani ex ſeptem ſyderibus radios implicari in vnoquoque corporis membro, ſimilitèr quoque, & in exitu ſecundùm duodecim ſignorum Zodiaci poſituram. Aries namquè habet prædominium in capite, in quo conſiſtunt noſtri corporis potentiæ, memoria ſcilicèt, intellectus, & voluntas, ſenſus, virtus viſiua, auditus, odoratus, guſtus, & motus cauſatus à neruorum origine, quæ omnia ſunt conſtituta in capite cùm auxilio aliorum ſpirituum vitalium, & naturalium, ſicque in dicta parte habent quaſdam partes planetæ prædominando Sol oculum dexterum, Luna ſiniſtrum, Saturnus auditum, Iuppiter capſulas cerebri, Mercurius linguam, & guttur, Venus guſtum, & odoratum, & demùm Mars alias partes corporis ſanguineas.

Sic opere ſyderum ijdem arbitrantur veteres Philoſophi, quòd in nouem dierum ſpatio fœtus organizetur, in duodecim ipſi præbeatur virtus vegetatiua, & conſolidatiua membrorum, in 18. fortificetur, & diſponatur corpus ſecundùm trinam dimenſionem, longum, latum, & profundum, & demùm in 45. ſint generati ſpiritus pulſantes, & pulſa-

tiles,

tiles, venæ, & nerui (hoc autem dicitur in maſculis, in fœminis enim antè diem 63. aſ-ſerunt non audiri ſpiritus pulſatiles,) ſicque corpore ritè organizato Deus infinita prouidentia animam in illo infundit rationalem. Adſcribunt etiam Authores prædominium temporis, cuius ſpatio embryo manet in vtero, Syderibus errantibus. In primo enim menſe aſſerunt Saturnum dominatorem, in ſecundo Iouem, in tertio Martem, in quarto Solem, in quinto Venerem, in ſexto Mercurium, in ſeptimo Lunam, in octauo Saturnum, in nono Iouem. Hinc oritur, quòd aliqui homines nati in ſeptimo menſe viuunt, non autem ſi nati fuerint in octauo, quia in ſeptimo dominatur Luna, cuius beneficio illo tempore nati viuunt, & dicuntur Lunares, qui autem in octauo naſcuntur, quo menſe dominatur Saturnus, ideò nullus viuit vi malignitatis talis Syderis, in nono autem dominatur Iuppiter, quod eſt Sydus beneficentiſſimum, vndè generaliùs in nono menſe omnes mortales naſcuntur. Hinc fit, quòd cùm fætus experitur lucem ſi ſigna ſunt benè diſpoſita, & cùm aſpectu trino, aut ſextili, etſi beneuola ſint in bonis domibus, tunc natus eſt optimi temperamenti, ſed ſi prædicta Sydera ſint infortunata, cùm quadratu, oppoſitione, & coniunctione maleficorum, natus eſt peſſimi temperamenti; ſed quia mea intentio eſt de ea Aſtrologica ſcientia tractare, quæ ſpectat ad Medicinam, ideò alia iud'tia libentèr omitto.

Diuiditur etiam ætas hominis in ſeptem partes, quæ etiam dicuntur prædominari à ſeptem planetis; prior pars eſt ab inceptione vitæ vſque ad quatriennium, aut ſecundùm alios ad ſeptennium, cuius ætatis prædominium tribuitur Lunæ, & vocatur infantia; à quatriennio, ſeù ſeptennio vſque ad annum 14. dicitur prædominator Mercurius, & vocatur pueritia, quo tempore obſeruatur ſpiritus, & inclinatio puerorum, & ad quod magìs natura inclinet; ab anno decimo quarto vſque ad 21., aut 22. tribuitur dominium Veneri, & vocatur adoleſcentia, hoc enim tempore adoleſcentes incipiunt mundi cognitionem, & manifeſtantur bonæ, aut prauæ inclinationes, quas à natura ſortiti ſunt; ab anno 22. vſque 35., ſeù 41. dominatur Sol, & vocatur iuuentus, quo tempore augentur vires, & iuditium; ab anno 41. vſque 56. præbent dominium Marti, & vocatur virilitas, quo tempore homines fiunt cholerici, & vindices; ab anno 56. vſque 68. dominatur Iuppiter, & vocatur ſenectus, quo tempore homines conſulunt animæ, & opera pia efficiunt; ab anno 68. vſque 98. dominatur Saturnus, tunc enim ſanguis fit craſſus, corpus euenit melancholicum, & phlegmaticũ, homo fit cogitabundus, & moleſtus, & vocatur decrepitas; redit indè Luna, & tunc fit noua infantia, & illius ætatis homines ſunt inſtabiles, vtpotè infantes. Multi Scriptores variant iuditia, & naturam, at communitèr aſſerunt omne ætatis noſtræ ſeptennium eſſe Climatericum, nàm incipiendo à Luna ſeptimum annum eſt Saturni planetæ malefici, ſicque Deus omnia diſponit ſecundùm ordinationem ſublimem, & cuilibet virtutem propriam ſecundùm exigentiam ſuæ naturæ miniſtrat.

De Sphera.

CIrculus ſeù Zodiacus vtpotè ab Antiquioribus deſcribitur, in duodecim partes æquales diuiditur, quæ partes tribuuntur duodecim Imaginibus, ſeù ſignis Cœleſtibus, quæ nominantur etiam Domus Syderum errantium. Quælibet huius duodenariæ diuiſionis pars diuiditur iterùm in triginta partes, quæ dicuntur gradus; quilibet denuò gradus diuiditur in ſexaginta minuta; quodlibet minutum in ſexaginta ſecundos, & ſic de ſingulis, vtpotè in tertios, quartos, quintos, ſextos, & ſeptimos, ad quam menſuram Aſtronomi peruenerunt. Gradus igitur ambitus Zodiaci ſunt 365., horæ ſex, minuta 46., & ſecundi 16., ex quibus conſtituitur gyrus Solis, & anni menſura, & Sol ſpatio horarum 24. trajcit vnum eorum graduum, & quia in fine anni remanent aliquæ minutiæ, quas Sol adhùc non tranſiuit, ideò Gregorius XIII. correxit annum, & infrà quadriennium conſtituit biſextum compoſitum ex diebus 366. vt errores curſus Solaris amouerentur. Antiqui autem coſtituerunt diuerſimodè annum, namquè Arcades conſtitue-

ſtituebant cum ex tribus menſibus, Arcauij ex ſex, Græci ex diebus 354., Numa Pompilius addidit anno, quem conſtituerat Romulus dies 50., & Iulius Cæſar tandèm auxilio Marci Flauij, & Soſigenis illuſtrium Aſtronomorum, compoſuit annum ex diebus 365., & horis ſex, quo temporis ſpatio Sol tranſigit omnia Zodiaci Signa, & quia infrà quatriduum vnus remanebat dies ad explendum curſum Solarem, ideò fuit decretum, vt menſis Februarij conſtitueretur ex diebus 29., quem annum Latini vocauere ſextum, & ſic omni tempore annus curſui Solari remanet æquiparatus.

Zodiacus, ſeù Firmamentum eſt varijs Imaginibus, ſeù Syderibus fixis ornatum, quæ ſunt diuerſæ naturæ, & magnitudinis; quæ enim primæ, quæ ſecundæ, quæ tertiæ, quę quartæ, &c.; ſic etiam natura differunt, quæ enim ſunt naturæ Solis, quæ Lunæ, quæ Saturni, quæ Martis &c., & quæ ſunt naturæ mixtæ, vt porè Iouis, & Veneris, Saturni, & Martis, & ſic de ſingulis. Poſteà connumerantur ſeptem Sydera errantia cùm ſuo Cœlo, quæ dicuntur Planetæ, & ſunt Sol, Luna, Mars, Venus, Saturnus, Iuppiter, & Mercurius. Habent hi planetæ ſuas domus ſpeciales in Signis Zodiaci, quæ ſunt duodecim, ſcilicèt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpio, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, & Piſces. Domus igitur Solis eſt in Leone, Lunæ in Cancro, hæc enim duo luminaria habent ſigillatìm vnam domum, cæteri Planetæ habent duas, Saturnus enim habet Capricornum, & Aquarium, Mars Arietem, & Scorpionem, Iuppiter Sagittarium, & Piſces, Venus Taurum, & Libram, Mercurius Geminos, & Virginem. Hæc ſigna ſunt aut Meridionalia, aut Septentrionalia; ſex Meridionalia ſunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, & Virgo; alia ſex Septentrionalia ſunt Libra, Scorpio, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, & Piſces. Meridionalia vtpotè nobis viciniora ſunt temperata, & mitia, Septentrionalia à nobis longiora ſunt ſigna rigida. Quælibet etiam tria iſtorum ſigna conſtituunt vnam ex quatuor anni partibus, nàm Aries, Taurus, & Gemini, quæ ſunt naturæ calidæ, & humidæ conſtituunt Ver, quod eſt tempus anni mitius, & eſt ætas puerilis ſanguinea; Cancer, Leo, & Virgo ſunt naturæ calidæ, & ſiccæ, & conſtituunt Æſtatem, & eſt ætas hominis mediocris iuuenilis, & cholerica; Libra, Scorpio, & Sagittarius ſunt naturæ frigidæ, & ſiccæ, & conſtituunt Autumnum, & eſt ætas hominis virilis melancholica; Capricornus, Aquarius, & Piſces naturæ frigidæ, & humidæ conſtituunt Hyemem, & eſt ætas hominis ſenectus humida, & phlegmatica.

Eadem ſigna diuiduntur in ſex maſculina, & ſex fœminina; maſculina ſunt Aries, Gemini, Leo, Libra, Sagittarius, & Aquarius, fæminina ſunt Taurus, Cancer, Virgo, Scorpio, Capricornus, & Piſces.

Formant etiam Signa temperamenta, namquè Aries, Leo, & Sagittarius ſunt naturæ calidæ, & ſiccæ, ideſt naturæ ignis; Taurus, Virgo, & Capricornus ſunt naturæ frigidæ, & ſiccæ, quæ eſt qualitas terræ; Gemini, Libra, & Aquarius ſunt naturæ calidæ, & humidæ, quæ eſt qualitas aeris; Cancer, Scorpio, & Piſces ſunt naturæ frigidæ, & humidæ, quæ eſt qualitas aquæ.

Sex etiam eorundem Signorum dicuntur imperantia, & ſex obedientia, quod fit propter radiationem vnius Signi in alterum in linea Æquinoctialis; imperantia ſunt Æſtiua ideſt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, & Virgo; obedientia ſunt Hyemalia ideſt Piſces, Aquarius, Capricornus, Sagittarius, Scorpio, & Libra; ſic Ptholomæus dum ait: *Imperantia verò ſunt in æſtiua ſphere parte, obedientia in parte hiberna, quia Sol in æſtiua parte facit dies longiores, in hiberna verò breuiores.*

Diuiduntur etiam ſigna in fixa, in mobilia, & in communia, ſcilicèt Taurus, Leo, Scorpio, & Aquarius ſunt fixa, Aries, Cancer, Libra, & Capricornus ſunt mobilia, Gemini, Virgo, Sagittarius, & Piſces ſunt communia.

Præfati Zodiaci gradus 365., & minuta &c. vltrà poſitus Syderum fixorum primæ, ſecundæ, tertiæ, quartæ, & quintæ magnitudinis habent ſuas conditiones, multi enim dicuntur maſculini, multi fæminini, multi tenebroſi, lucidi, vacui, puteales, & ſimilia, quos gradus dùm Luminaria, ſeù Sydera errantia tranſeunt, iſtis augetur, & minuitur

nu tur vis iuxtà ipſorum graduum naturam.

Habent quoque Planetæ in his ſignis poteſtates quaſdam per naturam, & quaſdam per accidens; per naturam ſunt domus, exaltatio, terminus, triplicitas, & facies; per accidens ſunt quando Planetæ vltrà Signa tangunt cùm radijs aliqua Sydera fixa, aut aliquos graduum prædictorum, qui ſunt maleficæ qualitatis.

Domus cùm ſint iam ſuperiùs explicatæ omitto; exaltationes ſunt Solis in grad: 19. Arietis, Lunæ in grad: 3. Tauri, Saturni in grad: 21. Libræ, Iouis in grad: 15. Cancri, Martis in grad: 28. Capricorni, Veneris in grad: 27. Piſcium, Mercurij in grad: 15. Virginis, caput Draconis in grad: 3. Geminorũ, Cauda in grad: 3. Sagittarij. At ſicut quilibet Planeta habet ſuam exaltationem, ſic quilibet habet è contra ſuam deiectionem, & detrimentum, nàm ſicut exempli gratia Sol exaltatur in grad: 19. Arietis, ſic in grad: 19. Libræ cadit.

Terminus eſt quando Planetæ habent aliquos gradus in illis ſignis, quæ non ſunt ſuæ propriæ Domus, exempli gratia Iuppiter habet terminum in prioribus ſex gradibus Arietis, Venus in alijs ſex ſequentibus, ſicut in Tabulis apud Aſtronomos.

Triplicitas eſt quando Planetæ peragrant tria ſigna eiuſdem naturæ, ſic Sol peragrans Arietem dicitur eſſe in ſua triplicitate, Mars in Piſcibus, & ſic de ſingulis.

Facies ſunt quando Planetæ ſibi vindicant aliquod ius in domibus, numerando à decem gradibus in decem gradus, ità vt in quolibet Signo tres conſtituantur facies, ſic Martis facies ſtatuitur in decem prioribus Arietis gradibus, Solis in alijs decem ſequentibus, & ſic de ſingulis iuxtà Planetarum ordines, vt paritèr videre eſt apud Tabulas Aſtronomorum.

De virtute, & poteſtate Planetarum.

QVilibet Planeta in ſua domo habet quinque fortitudines, in exaltatione quatuor, in triplicitate tres, in terminis duas, in faciebus vnam.

Intellige ergo ex hoc numero fortitudines Planetarum, qui enìm magìs abundat in numero magìs abundat in fortitudine, & ipſe eſt fortior in loco rei.

Planeta dùm eſt in ſua domo fit ſimilis homini, qui reperitur in ſua domo, & dominio; in exaltatione aſſimilatur homini, qui reperitur in ſuo regno, aut gloria; in terminis æquiparatur homini, quando reperitur infrà parentes, & cognatos; in triplicitate aſſimilatur homini, qui reperitur in ſuo honore, & intèr auxiliatores; in facie aſſimilatur homini, qui reperitur in ſuo magiſterio.

At omnes Aſtrologiæ partes, & minutias, mihi tantùm de ea ad Medicinam ſpectante agenti, opus eſt omittere; finis meus namquè eſt dilucidare morborum prognoſtica, aptataque proſpicere tempora præbendis medicinis, ſecandæ venæ, applicandis cucurbitulis, hyrudinibuſque, ſumendis balneis, & quod ad dictam Medicam profeſſionem pertinet ſcire. Quòd igitur ſit neceſſaria ad Medicinam huius ſcientiæ cognitio teſtatur Hippocr: dicendo: *Quicunque in Medicina ſe exercent, eius autem Philoſophiæ ignari ſunt, quæ docet dare indicia de rebus à natura earum deſumpta (qui Phyſiologiam vocant) horum animus in tenebris perpetuò oberrans conſeneſcit*, quibus verbis addit Galenus non ſolùm non rectè agere huiuſmodi homines, ſed etiam plurimùm decipi dicit, ait enim eorum animum errore confici, ac defatigari, qui vſum Phyſiologiæ ignorant. Idem Gal: in libello ſcripto Aphrodiſio, in quo præfatam Hippocratis authoritatem deſcribit, cùm diſcurſu Aſtrologico narrat Lunæ tranſitum per ſingula Signa cùm Syderum fixorum cognitione, & errantium, quam cognitionem Medicis profeſſoribus in èt præcepta connumerat. Diocles Medicus, & Orator ait, veteres Medicos ex diuerſitate luminis, & curſibus Lunæ præcognitiones, quæ in morbis ſiunt conficere ſolitos fuiſſe. Inter recentes Argolus Medicus, ac Aſtrologus ait: *Aſtrorum cognitio, & ſcientia tàm neceſſaria eſt Medico, vt ſinè illa temerarium ſit Medicinam exercere, ex his namquè occultæ etiam cauſæ morborum innoteſcunt, ex his auſpicatur curationis ratio, & ex his*

occaſio

occaſio etiam curationis demergit, humores enim noſtri corporis vt à ſuperioribus Aſtrorum cauſis geniti, ità ab iiſdem ſuſcipiunt alterationem; quibus rationibus motus in monumentis reliquit Hipp: ad qualitates, naturaſque ægritudinum explorandas, euentuſque in illis præſagiendis propitios, ſeù infauſtos, duo præcipuè eſſe obſeruanda, temporis nempè conditionem, & epidemiorum, ſeù popularium morborum impetus, qui quolibet ferè anno in Terris vagantes ex Cœleſtibus cauſis, ac ſuperiorum Corporum influxibus producuntur, vndè dictus Hipp: ſubdit: *Obſerua in Solſtitijs, & Æquinoctijs Luminarium coitus, & oppoſitiones ex ortu ſtellarum fixarum aduenientium, vt ſunt, Syrius, Procyon, Antares, Palilitium, Caput Andromade, Capella, Hyrcus, Cor Reguli, & ſimilia.* Et reuera experientia conſtat, quòd dùm Sol tranſit Leonis Signum, quando ortus Canicola, tunc inflammatur aer, augetur magnus in corporibus calor, generatur bilis, & fiunt morbi periculoſi, vndè Hipp: ait, plurimos morbos ex Aſtrorum influentijs ducere originem. Si igitur à primarijs Medicinæ Profeſſoribus Aſtrologia vtpotè neceſſaria ad curandos morbos eſſe dicitur, cur ab hodiernis profeſſoribus omittenda, negligenda, exulanda? Hinc neceſſaria prouenit conſequentia, illos tantùm Aſtrologiam negare, qui diſcere non valent; heù fœlices illorum Medicorum intellectus, qui intèr Sydera ſpatiantur, illi enim à morborum origine Medicam cognitionem ſuſcipere conantur; peto namquè ab his, qui Aſtrologiam negant quæ ratio, quæ authoritas, quæ cognitio illos moueat? At erit certè regula eorum, quibus mens obtenebrata; dùm ſcientias altiores, difficilioreſque apprehendere non eſt potens, eas vt inutiles, atque deſpiciendas damnat, & negligit. Reſpondeant quæſò à quo originem trahant criſes, quæ communitèr in morbis obſeruantur? cur factæ in die pari ſint malæ? cur admittantur dies indicatorij? & in toto morbi progreſſus cur obſeruentur tot mutationes, tot inditia, tot prognoſtica? Certum eſt, quòd ſicut criſes in quolibet morbo fiunt, (vbi natura non ſit omninò viribus deſtituta) ſic omnes à Lunæ motu fieri concedunt; hinc clarè patet, quòd Medicinæ fundamenta in Aſtrologiæ ſcientia conſtruuntur, & quòd criſes præfatæ, aut in ſexto, aut in octauo morbi die fiant, hoc à velocitate, ſeù tarditate motus Lunæ fieri contingit. At cur ſuadere conor quod Principes Medicinæ ſunt confeſſi, & ſectatores abſque rationis adminiculo negare audent; opinor quidem iſtorum Aſtrologiam negantium fuiſſe in natiuitate Aſcendentem in gradibus tenebroſis, qui etiam totum intellectum in mille errorum tenebris inuolutum detineat. Erit ergo conſonum, quòd Medici Aſtrologicæ incumbant cognitioni præcipuè in formando prognoſtico de ægrorum decubitu, & ideò quaſdam regulas ad hanc materiam ſpectantes iurè meritò hic explicabo.

Ptholomæus Aſtrologiæ Princeps ait: *morbus, qui cæpit cùm Luna fuerit in eo Signo, quod malefica aliqua tenuit ingenitura, ſiuè in quadrangulo, aut diametro, eius grauiſſimus futurus eſt, ſi autem malefica reſpicit periculoſus, ſi in loco vbi geniture tempore benefica fuerint, ſinè periculo erit.* Luna (ſicut dictum de Sole, quòd circuit totum Zodiacum ſpatio anni) in 27. diebus, horis 7., min: 44., & ſecundis 5. eum ambit, Sol enim in 24. horis tranſigit vnum gradum, & Luna iuxtà ſuum curſum ordinarium in vna tantùm hora, 32. min: traijcit. Opinantur Aſtrologi nullum poſſe graui morbo affici ſi Luna non ſit combuſta, aut cùm nati Aſcendente, aut cùm maleficis, ſed præcipuè cùm Aſcendente; ideò dies critici à Medicis obſeruati fundantur in curſu Lunæ per Zodiaci Signa, obſeruatur enim dies 7., 14., 20., & 27., quia Luna in 7. morbi die efficit quadratum a puncto gradus vbi reperiebatur ille eiuſdem morbi principio, & ideò ſi eodem Luna habeat aſpectus beneuolos ægrotus aliquod experitur leuamen, è contrà verò ſi maleficos; in 14. Luna habet oppoſitionem, in 20. vltimum quadratum, & in 27. in eundem punctum, à quo eſt diſceſſa, regreditur. Dies indicatorij verò qui ſunt 4., 11., 17., & 24. ſunt ſextiles, & trina eiuſdem Planetæ; quòd ſi interdum criſes, indicationeſque extrà ſuum ordinem accidunt vt in ſexto, aut in octauo, in 13., aut 15., aut in 21., aut in 28 hoc vt iam dictum à motu Lunæ velociori, vel tardiori contingit, nam licèt motus Lunæ ordinarius intrà horam tranſeat, 32. min:, 56. ſecundos, 27. tertios,

43. quartos, ſeptem quinios, 57. ſextos, & 41. ſeptimos; in vno die tranſit 13. gradus, minuta decem, ſecundos 35., & in diebus 27. horis 7., & min: quibuſdam totum omninò ſuum explet curſum, interdùm tamen quia eſt curſus velocioris tranſigit in vno die gradus 14., & dimidium, & interdùm tardioris, & in vno die gradus vndecim, & minuta peragrat, vt potè in ephemeridibus patet; hinc eueniunt criſes in ſexto, aut in octauo, aut in 13., aut in 15., aut in 21., aut in 28. Luna vt potè nobis propinqnior ſic maiorem aliorum Planetarum vim in humoribus obtinet; ideòque Agricolæ tot obſeruationes adhibent ſuprà Solis, & Lunæ aſpectus ſi inſerunt, aut colligunt vegetabilia, ſic etiam ligna incidantur dùm Luna decreſcit ne à tineis detrimentum patiantur; ſic ab exemplo in corpore de ægritudinibus eſt diſſerendum, teſte namquè Hipp: *Quando non poſſumus obſeruare certa loca Planetarum tunc debemus obſeruare dies Lunæ, & motus eius, & in quo ſim &c.*, & Galen: ait: *Obſeruandus eſt Lunæ motus in toto decubitus tempore, & præcipuè in diebus criticis, ac indicatorijs, generalitèr enim Luna tranſiens ſuper corpora, vel radios beneficorum remittit ſymptomata praua, & ægrum aliquo modo ſubleuat, ad maleficorum verò omnia exaſperat, & accidentia parit infauſta*; vndè cùm gradus Zodiaci ſint aut boni, aut mediocres, aut peſſimi, vltrà quod cùm ſint occupati à Stellis fixis, & per tranſitum ab errantibus, ideò dum aliquis ægrotat, opus eſt obſeruare gradus punctum, in quo exiſtebat Sol, & Luna, Sol reſpectu Syderum violentorum, Luna quia eſt humorum dominatrix; eſt etiam notandum ſi Luminaria hæc reperiantur in gradibus bonis, aut malis, ſi coniungantur cùm Stellis violentis, fixis, aut errantibus, ſi Luna tranſeundo natiuitatis loca inueniat benefica, aut malefica, ſi habeat aſpectus contrarias, ſi tardioris, aut velocioris ſit motus, ſi augeatur, aut deficiat in lumine, & ſic de ſingulis, à quibus omnibus circumſtantijs formatur iudicium, & Medicus poteſt cùm medicamentis aptatis morbo mederi.

Cùm igitur incipiendum ſit à Luna vt de ægroti decubitu fieri poſſit iudicium conſonum mihi videtur hic ponere regulam facillimam vt quilibet ſcire queat in quo Signo de die in diem Luna reperiatur. Sciendum igitur, quòd in 60. horis Luna tranſigit vnum Signum, ideſt infrà duos dies cùm dimidio; hoc ſuppoſito ſumamus Epactam, & numerentur quot dies habet Luna, quibus cognitis duplicetur numerus, deindè numerentur omnia quinque, & quot quinque intrabunt ad conſtituendum numerum, per tot Signa à coniunctione Solis tranſacta erit, ſed ad magis ad explicandam illam regulam ſequens erit exemplum; verbi gratia cupio ſcire in quo Signo ſit Luna in die 10. Auguſti 1675. opus eſt vt priùs ſciam in quo die Luna noua fuerit, in illo namquè die erat coniuncta cùm Sole, & adnotare debeo in quo ſigno erat Sol ſic dicendo, erat in Leone; poſteà debeo recurrere ad Epactam, dicendo numerus Epactæ eſt 4., dies menſis ſunt decem, kalendæ ſunt ſex, quæ omnia conſtituunt numerum 20.; hi ſunt dies Lunæ, nunc duplicetur iſte numerus 20., & erit 40., numerentur indè quot quinque ingrediantur in dicto numero 40., & quinq; erunt, & per tot Signa erit tranſacta, ſic computando octies ingreditur quinq; in numero 40., ergo octo Signa Luna tranſegit, quæ Signa cùm ſuo ordine ſunt ſumenda, à Signo, in quo reperiebatur Sol tempore coniunctionis, licèt primus omittatur, ſic dicendo; Sol erat in Leone hoc Signum prætereitur; Virgo 1., Libra 2., Scorpio 3., Sagittarius 4., Capricornus 5., Aquarius 6., Piſces 7., Aries 8., ergo concluditur Lunam in die 10. Auguſti anni prædicti fuiſſe in fine Arietis, & propinquam ingreſſam in Tauro. Hæc regula vt potè facillima tùm ad exercendam, tùm ad retinendam eſt neceſſaria Medicis, & Chyrurgis propter Profeſſionis vſus, tàm in præbendis medicinis, quàm in ſecanda vena, alijs manipulationibus, ſic enim Teſtatur Ptholomeæus dicendo: *Membrum ferro ne percutito cum Luna ſignum tenueris, quod membro illo dominatur, curamuſque ægrotos eò præſertim tempore, quo ſydera meliori ſitu, ac commodiori fuerint diſpoſita*; & Paracelſus: *Non alias in eo ſitus eſt ac Medicus, qui morbos nouit omnes, eo'que videt, qui nobis occulti ſunt etiam quid in herbis, & lapidibus pretioſis lateat &c. Hæc Deus eo creauit ordine, & creauit medicinam &c.* Cùm ergo lux naturalis in Aſtris omninò ſita ſit, & à Deo poſita, & homo hanc ab eis, non ſecùs ac cibum à Terra debeat accipere,

in qua

in qua etiam natus eſt, paritèr etiam ex Aſtris nata eſt ſcientia præſagiorum, & cognitionum, & Zau ait: *Caue à medicina, & ſectione ſanguinis dùm Luminaria ſint combuſta, tàm ſimul, quàm cùm alijs maleficis*. Hipp: ait: *Detrimentum Lunæ eſt detrimentum totius naturæ*; obſeruandum tamen quòd quando morbus eſt violentus non licet expectare beneficos aſpectus ad celebrandam phlebotomiam ſeù ad alias manipulationes, nam ſi accidat ſchirantia, pleuritis, aut peripleumonia, ſeù alius morbus inflammationis propinquus, neceſſitas aditum non præbet, vt Signa benefica expectentur, quando autem neceſſitas permittit tunc expectanda, ideò aſſerit Ptholomæus: *Membrum ferro ne percutito cùm Luna &c.*, & Galenus dùm ſcribit, ad Aphrodiſium ait: *Hinc cauendum medicamenta exhibere in Lunæ coniunctione, quadratu, & oppoſitione cum Saturno, Marte, & Sole, licèt non tantum temporis ſit differendum in oppoſitione, & quadratu ſicut in coniunctione*; & Ptholomæus, quem communitèr omnes ſequuntur: *Verſante Luna in Signis ruminantibus abſtinendum à medicamentis, nàm vomitum excitat experientia*; & Argolus: *Luna exiſtente in Cancro roboratur natura in virtute expulſiua per electuaria, in Scorpione per potiones, in Piſcibus per pillulas*; purgationibus ſunt idoneæ Ver, & Autumnus, ſed neceſſitate vrgente (cùm in ægritudinibus ſingulis expectare ſit ridiculum) cùm his conditionibus medicamentum propinetur electo tempore (ſi fieri poteſt nec exceſſiuè calido, nec intensè frigido.) Medicinam opus eſt miniſtrare cùm recto iudicio, & cùm intentione euacuandi humores, & roborandi partes, virtuteſque ſcilicèt vitalem, animalem, naturalem, primam reſidentem in corde, ſecundam in cerebro, tertiam in hepate. Cor origo virtutis vitalis eſt roboratum à Sole, & à Ioue; cerebrum ſedes virtutis animalis à Mercurio, Luna, & Venere; hepar cùm venis cauis principium virtutis naturalis à Ioue, Venere, & Luna. Ab his virtutibus aliæ oriuntur ſcilicèt attractiua, digeſtiua, retentiua, & expulſiua, quæ à Sole, Ioue, Saturno, & Luna gubernantur; virtus retentiua, quæ gubernatur à Saturno reſidet in ventriculo, attractiua reſidet in venis meſeraicis, regiturque à Sole, digeſtiua, & concoctrix conſiſtit in ſtomacho, regiturque à Ioue, expulſiua conſiſtit in inteſtinis, ore, & omnibus corporis partibus, regiturque à Luna. Hinc etiam virtus generatiua, quæ reſidet in hepate, & in ſanguine, fouetur que à Ioue; appetitiua, quæ conſiſtit in guſtu, & ſenſu, & in multis corporis partibus, & adiuuatur à Venere; imaginatiua, cogitatiua, & phantaſtica reſident in cerebro, & reguntur à Mercurio. Quàm igitur erunt meliùs corroboratæ hæ partes, & virtutes, quando earum dominatores in optimo poſitu reſident, & aſpectu?

In phlœbothomia celebranda, (exceptis morbis, in quibus eſt confeſtìm neceſſaria venæ ſectio) ſunt diligentèr obſeruandi Planetarum poſitus; extrahitur enìm balſamum noſtri corporis, & Zau aſſerit, quòd ſi in influxu maligno extrahatur, vice iuuaminis; eſt noſtro corpori notabilis detrimenti. Extrahatur igitur ſanguis à phlegmaticis Luna exiſtente in Signo Arietis excepto à capite, in Sagittario excepto à coxis. A melancholicis Luna exiſtente in Libra in primis 15. gradibus, exceptis renibus, & natibus, in Aquario exceptis cruribus. A cholericis Luna exiſtente in Cancro excepto pectore, in Scorpione, exceptis pudendis, & in Piſcibus exceptis pedibus. Dum Luna exiſtit in Leone, aut in Geminis non extrahitur ſanguis, nàm vnum ſignum dominatur cordi, alterum brachijs. Opinantur etiam Antiqui, quòd à coniunctione Lunæ vſque ad primum quadratum extrahatur ſanguis à pueris; à primo quadratu vſque ad oppoſitionem ab adultis, ab oppoſitione ad vltimum quadratum à iuuenibus, & viris, ab vltimo quadrato ad coniunctionem à ſenibus. Prohibetur etiam extractio ſanguinis quando Luna ſit combuſta à coniunctione, oppoſitione, & quadratu Solis, & aliorum Syderum maleficorum iàm errantium, quàm fixorum, ideò Paracelſus ait: *Luna eſt vxor omnium ſtellarum fœcundiſſima, Solis, cæterorumque Planetarum, & Stellarum radios, & influxus dicitur ſuſcipere, eoſque, quaſi fetum inferiori Mundo edere, & hinc præ cæteris illam obſeruari volunt*; Luna dicitur combuſta, quando eſt propè orbem Solis ad grad: 12., & ſic in aſpectibus aliorum Planetarum, in coniunctione ſit magìs combuſta, in oppoſitione minùs, in quadratu minùs; ſextiles, & trina non faciunt combuſtionem.

C Nec

Nec inconueniens arbitratus ſum hic ponere aliquos dies, quos Montagnana infauſtos in celebranda phlœbotomia eſſe dicit, & primùm generalitèr eſſe infauſtos aſſerit, diem 10. Ianuarij, 10. Auguſti, 10. Iulij, 18., & 19. Aprilis, ità vt hi dies in natiuitate, in operationibus, & in omnibus actionibus vtpotè mali, & critici ab eo adnotentur. Item dicit, quòd illi, qui nati fuerint in die 10., & 11. Februarij, poſt mortem non corrumpentur. Ad ſectionem venæ ait, quòd ille, cui extrahitur ſanguis die 6. Ianuarij aut morietur infrà annum, aut euadet cæcus, aut aliquo ſenſu erit caſſus, aut febre ægrotabit. Qui ſecabit ſuam venam die 4. Februarii, aut habebit ſpaſimum in corde, aut erit paralyticus, aut morietur; qui in die 10. Martij euadet paritèr paralyticus, aut habebit ſpaſimum in corde, aut morietur; qui à die 20. Februarij vſque ad diem 20. Martij, laborabit febre in menſe Auguſti venturi; qui in die 21. Aprilis, aut ægrotabit ſpaſimo, aut febre, aut infrà quatriduum morietur; qui in die 7., aut 9. Maii, patietur febrem, aut diminutionem mentis, aut morietur; qui in 15., aut 16. Maii eiuſdem, laborabit hemicrania, aut morietur; qui die 21. Iunii euadet epilepticus, aut elephantia afficietur; qui in die 4. Iulii, aut remanebit eſtaticus, aut habebit dolorem in hepate, aut morietur; qui in die 13. eiuſdem menſis tranſibit in obliuionem, aut in quandam intemperiem, & frigiditatem viſcerum, aut morietur; qui die 3. Auguſti, aut morietur ſtatim, aut in quinque dies, & qui ſumet medicinam eodem die morieſur antequàm 30. dies tranſegerit; qui in die 9. Septembris, aut morietur infrà annum, aut euadet phreneticus, aut cæcus, aut laborabit ſcabie, & magno pruritu, aut ſuſtinebit ſudorem putridum; qui in die 14. eiuſdem menſis, aut laborabit ſpaſimo, aut morietur; qui in die 30. Septembris, aut morietur, aut hebetudo occurret, aut ictericus erit. Hoc autem accidere arbitror, quia Sol in diebus ſupranotatis tranſibit aliquem gradum maleficum, vt potè Tenebroſum, Putealem, aut Azemenum, ex quo prouenit, quòd infirmo præfacta damna phlœbotomia producat, vndè ad hunc propoſitum aliqua accidentia, quæ in diebus ſupranominatis contigere, hic ponam.

Luignani Herculi Georgio annorum 26. occaſione purgationis fuit ſecata vena die 21. Iunij, & ſanguis exiuit maximo cùm impetu, fuerunt extractæ vnc. 8. ſanguinis, & poſteà fuit obturata vena iuxtà vſum &c.; poſt ſpatium duarum horarum ſuperuenit ægroto vomitus ſanguinis vehemens, vndè fuerunt adhibita ligamina in partibus extremis, & fuerunt præſtitæ noſtræ pillulæ adſtringentes, cùm quibus ſanguis deſijt, ſed poſt paucos dies fuit ſcabie craſſa affectus in tota vita, ità vt multo tempore fuerit opus ad eam remouendam.

Vaſriæ die 21. Aprilis quædam fœmina, quæ laborabat doloribus vterinis proptèr ſectionem venæ eodem die celebratam, fuit aggreſſa à conuulſione, & multis accidentibus, indè ſuperuenit febris, ità vt eſſet morti proxima, & tamen quolibet anno ipſi fœminæ ſecabatur vena abſque detrimento.

Ibidem fuit ſecata vena Marcello Caroli die 9. Maij, & poſt tres horas denuò ex ſe fuit aperta vena, ità vt brachium abſque vi remaneret; fuit carne diminutus, & propter debilitatem tranſiuit in quandam obliuionem, & memoriæ diminutionem.

Dominus Blaſius de Colaſantis à Cantalice grauitèr afficiebatur à varolis cùm febre maligna, & quia in oculo multæ erant varolæ, ideò Chyrurgus, & Medicus ſæpè ad leniendum oculum indignatum immittebant aliquantum ſacchari, & cùm die 9. Septembris, me præſente, denuò immitterent ſaccharum in oculo, ſtatim diſſiliuit pupilla, cuius rei cauſa, quæ fuerit ignoro, niſi ad mentem Montagnanæ, illius diei infauſtis referamus influxibus.

Narniæ fuit ſecata vena pedis cuidam fœminæ effectibus vterinis laboranti in die 16. Maij, & in eodem tempore, in quo fuit facta phlœbotomia, cæpit ægrotare dolore in liene, quem nunquàm poſſibile fuit remouere, licèt innumeris adhibitis medicamentis.

Eodem die Venetijs fuit facta ſectio venæ vxori Domini Petri Gieſæ, & paritèr fuit aggreſſa à dolore in liene, qui nullo modo potuit arceri, licèt varia fuerint applicata remedia.

Sulmo-

Sulmonæ Vxor Dominici Fantis poſtquàm peperit parùm menſtruabat, vndè Medicus vſualis iuſſit die 20. Martij ſecari venam, & die 25. eiuſdem menſis fuit aggreſſa ab accidentibus conuulſiuis, & poſt paucos dies denuò ab ijſdem accidentibus affecta remanſit ſuffocata. Ibidem Vxor Domini Franciſci Lombardi vtero gerebat, & die 18. Aprilis acceſſerunt dolores partus, & mortua eſt inſimul cùm creatura.

In Ciuitate Theatina ſecata vena Sancti à Cibagatti die 3. Auguſti, die 8. obijt. Eodem die dum Io: Dominicus Io: Auguſtini à Planella febre laborabat continua, fuit ipſi ſecata vena, & die 16. mortuus eſt. Ibidem facta phlœbotomia filio Blaſii Antridicchi in die 14. Septembris, tranſiuit æger in peſsimum habitum, & menſe Nouembris fracta ipſi fuit vena thoracis, & ſtatim periit à ſanguine effocatus.

Planellæ fuit ſecata vena vxori Tullii Ægyptii, quæ effectibus vterinis laborabat in die 9. Maii, & ſtatim ſuperuenit febricula, ac intèr paucos dies mortua eſt. Symon Petrus à Vaſria equitans cecidit, & fracta eſt parùm maxilla in die 3. Auguſti, & tamen eadem nocte periit. In Sancta Rufina Ciuitatis Ducalis R. D. Sanctus Colaciccus Archipresbyter in menſe Martii laborabat ſcabie, ideò à Medico ordinario loci fuit die 10., & die 20. eiuſdem Menſis extractus ſanguis cùm hirudinibus, & tranſiuit in hydropem, qui fuit poſteà à me curatus vt eſt obſeruatio in pag: 111. noſtrarū Centuriarum. Iurè meritò igitur Antiqui obſeruarunt dies criticos ſuprà adnotatos in omnibus rebus agendis infauſtos, quòd licèt omnibus non accidant præfati euentus, quamuis in iiſdem diebus ſecent venam, aut ſumant medicinas, immò paucis id contingat, hoc euenire arbitror, quià non omnibus, immò raris punctum illud infauſtum occurrit, quod punctum in momentis conſiſtit. Vndè circà præbendas medicinas (dummodò neceſsitas non vrgeat) erit obſeruandus aſpectus Lunæ beneficus, ſcilicèt aut ſextilis, aut trinum, & quòd Luna non ſit combuſta. Nec impediunt trinum, aut ſextilis Solis, ſed ſunt vitandæ coniunctiones, oppoſitiones, & quadratus, ſic & Sydera violenta fixa. Sic tempore nimis frigido, & nimìs calido non ſunt præbenda purgantia, tunc enìm natura non eſt irritanda, nec cùm balneis, aut aliis manipulationibus &c.

De tranſitu Lunæ per omnia Signa, & primò de Luna in Ariete.

SI quis ægrotabit dùm Luna eſt in Signo Arietis, Sol erit coniunctus, aut oppoſitus cùm ea, aut adſit eiuſdem planetæ quadratus, morbus erit calidus, atque exceſſiuus, & inteſtina erunt calefacta cùm capitis dolore, febre continua ardenti, magna ſiti, ardore in thoraci, hepatis inflammatione, lingua arida, paſsionibus cordis, & ſimilibus; ſed ſi Luna aliquam bonam radiationem beneuolorum habebit, morbus euadet mitior; at ſi radiatione beneuolorum, vtpotè Iouis, & Veneris Luna careat, tunc morbus erit periculoſus, & in puncto oppoſitionis eiuſdem planetæ erit lethalis. Sic etiàm, quando Luna erit motus velocis, tunc eſt præſagium mortis; ſi cùm eodem Solè adſit coniunctio, oppoſitio, aut quadratus Martis, ægrotus in ſeptimo, aut in nono, aut vndecimo morietur; ſi adſit Saturnus, morbus progredietur vſque ad diem 21., aut 23., ſed ſolùm mors ægroti morbum terminabit. Si in principio morbi Luna in dicto Signo habebit coniunctionem, oppoſitionem, aut quadratum Martis, morbus paritèr cauſatus erit à calore, cùm bilis accenſione, capitis inflammatione, dolore acerbo in meningibus, delyriis, ſiti maxima, lingua arida citrina, & nigra, febre continua, vigiliis magnis, inquietudine, puſtulis; &c., in quibus morbis opus eſt impedire inflammationem, & vti medicamentis refrigerantibus, vt ait Hipp.: *Acutis morbis eadem die oportet mederi*. Conferunt huiuſcemodi morbis mirum Laudana ſtupefactiua poſt ſanguinis emiſsionem, quæ impediunt cerebri inflammationem, & ſic delyria, qui enìm in principio morbi non dormit, in fine dormit; at ſi non adſit aſpectus alicuius benefici, morietur aut in 4., aut in 7. ad mentem illius aphoriſmi: *Luna in die critica tranſiens ſuper Martem, vel Saturnum, ſi ſint hi planetæ domini octauæ, periculum mortis indicant quaſi indubitatè; ſi benefica non reſpexerint, ſic tranſiens ſuprà Solem*. Quando aliquis

decubuerit cùm Luna in eodem Signo erit in coniunctione, oppoſitione, aut quadratu Saturni, maximè ſi ſit lumine deſtituta, principium morbi à refrigeratione erit, & præcipuè origo erit in capite, fit enim in eo grauitas, inſenſatio, lethargus, febris continua, lenta, calor internus, ſed in partibus externis refrigeratio, fluxiones in oculis, dentibus, thorace, aut alijs corporis partibus, pulſus tenuis, & inordinatus, & æger in die vigeſimo, aut 27. morietur, ſi autem eodem tempore Mars, aut Sol præfatum Saturnum affligant, infirmus decimum quartum non tranſiget; ſi pariter Mercurius fuerit cùm malis aſpectibus, mors ægro accelerabitur, aut morbus erit diuturnus, & relinquet infirmum ſtolidum, aut morbis capitalibus affectum. Dùm Saturnus eſt aſſociatus Lunæ cùm aſpectibus maleficis, opus eſt calefacientibus, & relaxantibus, purgantibuſque per ſeceſſum, nec confert ſectio venæ, ſed conferunt ſales ad diſſoluendos humores ætherogeneos; ſi poſteà Iuppiter, aut Venus erunt aſſociati Lunæ cùm aſpectibus beneficis, infirmus poſt diuturnum morbi certamen ſeruabitur. Sydera fixa, & violenta vt plurimùm maligna ſi planetis maleficis ſint aſſociata, morbus euadet pernicioſus, & finiet cùm morte.

Luna in die critica abſque aſpectu planetæ, nec benefici, nec malefici, bonæ criſis præbet indicium, niſi in morbi principio admodùm fuerit afflicta à maleficis. Luna non afflicta in initio morbi ſi in die critica à maleficis affligatur, non ſperanda bona criſis, ſed ſaltèm retardatio ſalutis; ſi verò fuerit Luna cùm beneficis, optima criſis expectanda eſt.

Semper etiam eſt obſeruandum prædominium nati, & eius Aſcendentem iuxtà aphoriſmum: *Tranſitus Lunæ ſuper loca natiuitatis benefica, ſeù malefica eoſdem producit effectus*; experientia ſumma, nàm ingrediente Luna loca beneficorum genituræ ſiuè corpus, ſiuè radios Iouis, aut Veneris, accidentia priùs praua erunt, poſteà debiliora, ægerque meliùs ſe ſe habebit, vel vice verſa tranſeunte Luna corpus, aut radios Saturni, vel Martis in genitura, ſymptomata erunt grauiora, & Galenus ait: *Obſeruandus eſt Lunæ motus in toto decubitus tempore, & præcipuè in diebus criticis, ac indicatorijs, generaliter enim Luna tranſiens ſuper corpora, vel radios beneficorum, remittit ſymptomata praua, & ægrum aliquo modo ſubleuat, ſuper maleficos verò omnia exaſperat, & accidentia parit infauſta.*

Luna in Tauro.

CVm quis decubuerit dùm Luna eſt in Signo Tauri, & Sol eſt cùm ipſa coniunctus, aut oppoſitus, aut habebit quadratum, & præcipuè in horis diurnis, morbus cauſatus erit à copia ſanguinis, & habebit corporis ſtypticitatem, colli, & gutturis inflammationem, ſed amplius circà oſſa, febrem continuam, pulſum elatum, vigilias, deſiderium rerum frigidarum, & vini. In his morbis opus eſt emittere ſtatim ſanguinem, & vti rebus refrigerantibus, attenuantibus, & apetitiuis, & erit periculum in nono, aut in decimo, at ſi cùm iiſdem ſit coniunctus Saturnus, morbus non tranſiget vndecimum, ſed ſi adſint aſpectus beneuoli, morbus erit grauiſſimus, ſed poſteà æger ſeruabitur; ſi cū iiſdē aſſociabitur Mars, erit morbus periculoſus in ſeptimo, & euadet acerbior, cùm febirantia, & periculo delyrij, quibus confert ablatio ſanguinis, & refrigerantia; ſi Saturnus adſit cùm iiſdem aſpectibus, & ſi Luna erit lumine deſtituta, & motus tardi, morbus erit lentus, productus ab effectibus hypocondriacis, & diuturnus, & difficilis cognitionis, erit ægritudo acerrima, cùm virium diminutione, appetitus amiſſione, ſtomachi debilitate, doloribus corporis, calore accenſo in viſceribus intrinſecùs, ac extrinſecùs erit refrigeratus, internos etiam habebit dolores in articulis, & mederi debemus cùm medicamētis calidis, temperatis, & cordialibus. In huiuſcemodi ęgritudinibus vtendum eſt purgantibus, quæ ſint apta incidere, attenuare, & expellere humores ætherogeneos, & roborare homogeneos. Mercurius autē cùm bonis eſt optimus, cùm malis, eſt peſſimus. Si Mars cū Luna cōgrediatur coniunctione, oppoſitione, aut quadratu, abſque aſpectibus bonis Iouis,

aut Veneris, morbus erit violentus, atque acerbus, præcipuè ſi Luna eſt aucta motu; conditio morbi erit in collo, & hypocondrijs, quod forſan prouenìet à crapulis, producit febres ardentes, ventris adſtrictiones, linguæ aſperitatem, oris amaritudinem, ſitim vehementem, oculos turbatos, aſpectum ferum, audaciam in loquendo, facilitatem ad iram; vrina erit rubea, & bile onuſta, pulſus velox, atque ſerratilis. In his morbis opus eſt purgare corpus cùm medicamentis, pharmacis, ſanguine, & rebus refrigerantibus. Huiuſcemodi ægroti vt plurimùm non excedunt ſeptimum, & dùm Luna tangit Leonem veniunt ſyncopationes, ſi autem beneuoli adſint, tranſacto decimo quarto ſeruantur, vtpotè Aphoriſmus ait: *Luna circumdata beneficis ſi multùm non affligatur à maleficis, & fuerit maior beneficentia beneficorum, ſalutem præſagit, & Luna ſeparata malefico debili, & applicata benefico potenti tandèm tribuit ſanitatem.* Sol hora decubitus in loco Natiuitatis infeſtatus ab aliquo malefico coniunctione, vel alio modo, ægritudinem grauem portendit, ſæpè cronicam, & longam, & ſi in decubitus figura ab eodem malefico affligatur peiora decernet, peſſima verò ſi Sol fuerit à directione maleficorum infeſtatus.

Luna in Geminis.

SI aliquis decubuerit, dùm Luna eſt in Geminis, ſi eùm eadem erit Saturnus cùm aſpectibus coniunctionis, aut oppoſitionis, aut quadratus, principium morbi erit ex vigilijs, laboribus, aut itinere cùm copia cruditatis, & morbus erit lentus, & comprehendens aliquas corporis partes cùm exinanitione virium, euadet vitioſus, & corpus fiet emaciatum cùm laſsitudine, & ſplenis defectu, ac ventris, ſicque morbus erit diuturnus, & periculoſus, in quibus morbis opus eſt concoquere, & euacuare eùm remedijs roborantibus. Si poſteà Luna habebit aliquem aſpectum bonum cùm beneficorum aſpectibus compeſcet morbi vehementiam quamuis cronici, & æger ſeruabitur. Si Mars cùm eadem Luna congrediatur eodem tempore, quo ambo malefici eam radiant, morbus fit acerbior, & poſt decimum tertium diem infirmus morietur; at ſi benefici adſint, moderatur maleficorum malignitas. Si cùm Luna in eodem Signo exiſtente Mars congrediatur cùm coniunctione, oppoſitione, aut quadratu, & eadem Luna motu, aut lumine augeatur, morbus erit cauſatus ab accenſione iræ, & calore, ſic etiam ab humorum copia morbus euadet periculoſus cùm febribus continuis, corporis adſtrictione, calore magno in viſceribus, pectoris anguſtia, pulſu inordinato, & attracto, & ſi Luna à beneuolis non ſit adiuta, erit periculum in ſeptimo, & vndecimo, & difficilitèr excedet diametrum, at ſi beneuoli adſint, morbus poſt maximum periculum diſcedet; in his opus eſt eùm remedijs frigefacere calorem, coercere bilis mordacitatem, temperare ſanguinem, & roborare cor.

Morbus incipiens anno, in quo Martis, & Saturni coniunctio fuerit celebrata in Aſcendente genituræ, aut reuolutionis, vel in loco vitæ ſignificatori, pernicioſus eſt; ſic ſi fiat in quadratu, aut oppoſitione dictorum locorum.

Luna in Geminis dominatur brachijs, & ſic morbi vt plurimùm fiunt in brachijs, vſque ad os ſcio, & alias corporis partes, & ſunt morbi pertinaces iuxtà vim maleficorum. Si in principio morbi erit Mars ſimul cùm Sole, aut eùm aſpectibus maleficis cùm Luna, & præcipuè ſi hæc erit motus velocioris, ægritudo erit grauis, eùm calore exceſſiuo in viſceribus, & in capite, & infirmus arbitrabitur, atque verebitur mori, ſuſpirabit, gemet, ac plorabit, & proptèr calorem, atque fumum fulliginoſum qualitatis malignæ multa ſibi proſpicere videbitur phantaſmata, variaſque rerum ſpecies; vndè in principio opus eſt valido purganti, indè præparantibus, refrigerantibus, & ſanguinis emiſſione iuxtà vires, epictymis ad cor, & caput, veſſicantibus, quæ ad partes ignobiliores humores attrahant, & omnibus demùm rebus, quæ malignitatem repellant: vt ait Aphoriſm.: *Luminaria ambo afflicta à Saturno cronicam demonſtrant ægritudinem, afflicta verò à Marte breuiſſimam mortem portendunt*; & aliud: *Luminaria afflicta ſub*

terra afferunt mortis diſcrimina. Mercurius cùm Marte, aut Saturno aſſociatus, dùm Luna prædictum ſignum poſſidet, morbos peſſimos prænunciat, & Saturnus cùm Marte, aut Mercurio redigit infirmos ad tabem, ſic Aphor: : *Si ad morbi initium Luna fuerit in loco Saturni, aut Martis in natiuitate, vel in eorum radio, quadratu, vel oppoſitione, aut intuente, morbus grauis timendus, eòque magis, ſi maleficus Lunam aſpexerit, Lunaque fuerit affecta, vitæ ſignificatrix eſt; ſi verò Luna fuerit in loco Veneris, vel Iouis geniturae, vel in eorum radijs beneficis, aut intuentibus, bona ſperanda.*

Luna in Cancro.

SI quis decubuerit cùm Luna eſt in Cancro, morbus originem ducet à pectore, & ſi Luna habebit in coniunctione, oppoſitione, aut quadratu Saturnum, qui eſt planeta frigidus, & ſiccus, melancholicus, morbus erit cauſatus à refrigeratione, ideſt aut à balneo, pluuia &c.; vt plurimùm erunt fluxiones in pectore, tuſſis moleſta, collarum conſtipationes, ac pectoris, febris continua, at non violenta, dolores in partibus vetendis, & aliquando eſt timendum ne morbus fiat malignus; pulſus erit paruus, debilis, & aliquando ferinus, & morbus erit pleuritis, cùm prauo Solis, aut Martis aſpectu, licèt pauco, vel peripleumonia. Sunt adhibenda pectoralia, & ſi ſunt aſſociati planetæ ignei, ſtatìm eſt neceſſaria ſanguinis emiſſio, vtpotè in pleuritide. Si Saturnum intueantur benefici, morbus, licèt diuturnus, arcebitur, & ſi cùm illo ſint coniuncti Mars, aut Sol, ægritudo erit breuior, ſed periculoſior diametrum-versùs; at ſi benefici ſunt validi omnem maleficum influxum amouent, & infirmus ſanatur. Si Mars erit coniunctus cùm Luna in dicto Signo, morbus erit præceps, cùm periculo inflammationis pulmonis, aut pleuritidis, in reſpirando erit dolor pungitiuus in partibus pectoris, & laterum, ſubuerſio ventriculi, vomitus, exacerbatio choleræ, ſanguinis calefactio. Statìm eſt neceſſaria phlœbotomia, pectoralia refrigerantia, & roborantia, nàm in ſeptimo eſt infirmi ſalus anceps; at ſi incidat in beneuolos Luna, ſalus reſtituitur, ſic aphoriſm: *Luna obſeſſa intèr Martem, & Saturnum, vel intèr Martem, & Solem, vel intèr Solem, & Saturnum abſque beneficorum ſuffragijs, mortem decernit*; & aliud: *Luna in ſuo domicilio aut Iouis, aut Veneris, cùm eorundem aſpectu, abſque noxa maleficorum, ſalutem pollicetur.*

Luna in Leone.

SI quis decubuerit cùm Luna Signum Leonis obtinet, (vt aſſerit Themiſtocles) ſi Leo occupet Oroſcopum, erit morbus circà cor, & præcordia cùm reprehenſione omnium membrorum cauſata à negotijs, ſollicitudine, & triſtitia, cùm periculo cardialgiæ, ſyncopis, malorum effectuum ſtomachi, & laterum; calorem habebit internum, ſed extrinſecùs non patebit, immò potiùs frigiditas manifeſtabitur; ſic etiam dolores capitis, oculos cauos, pulſum inſenſibilem, & morbus erit diuturnus deſtructiuus. Opus eſt purgarè ſtomachum, minorare ſanguinem, & applicare cucurbitulas, ac roborare cùm alexipharmacis reſtaurantibus, ac reſoluentibus. Si Sol, aut Mars fuerint coniuncti cùm Luna, aut faciant cùm ea oppoſitionem, ſeù quadratum, morbus erit cùm calore in viſceribus accenſo, & in hypocondrijs, ſiti vehementi, ſyncope, cardialgia, doloribus acerbiſſimis capitis, delyrijs, corporis adſtrictione, pulſu ſubtili, quaſi intermiſſo, aut fluxiones corporis cùm febribus continuis, ſæpè dyſintherijs, deficientia appetitus, ſomnolentia, laſſitudine; & huiuſcemodi morbus eſt anceps in diametro ſi Iouis, aut Veneris aliqui non adſint benefici aſpectus; ſi Mercurius adſit, mitior redditur morbus, ſed non euellitur, dummodò alijs beneficis non aſſocietur; ſi Saturnus, morbus fit diuturnus, & ſuperuenientibus beneficis æger ſanatur. Opus ad curam eſt cordialibus refrigerantibus, quæ parùm calefaciant, & ſi Mars, aut Sol adſint eſt neceſſaria phlœbotomia, vt feruor ſanguinis ſiſtatur, & in his aſpectibus, ſi Luna ſit motus velocis

locis, in quinque, aut ſeptem dies infirmus occumbit. Si cùm iiſdem ſit coniunctus Saturnus, producit laſſitudinem, & conſumptionem corporis, morbum diuturnum, calorem intrinſecum, conſumantem, at extrinſecùs corpus erit cùm aliquo frigiditatis rigore, & requirit remedia cordialia, quæ leuitèr calefaciant, & humores attenuent. In hoc Signo Leonis Saturnus non eſt tàm malignus, ſi cùm aliquo beneuolo aſſocietur, & tranſacto diametro, morbus paulatìm reſoluitur, cùm pauco Iouis, aut Veneris adminiculo, ſic adeſt aphoriſ: *Luna in Leone, vel Tauro in quarta, ſæpè mortem denunciat*; & aliud: *Luna combuſta in Leone in octaua mortem denunciat; Luna in Aſcendente ſemper nocet, cùm ſint contrariæ naturæ, & quò vicinior, eò deterior coniunctio, malè autem affecta mortis eſt præſagium*. Semper autem eſt obſeruandus ſignificator vitæ, vtpotè alius aſſerit aphoriſm.: *Significatores vitæ in natiuitate, & domini Aſcendentis genituræ, & decubitus, ſi in figura decubitus fuerint à maleficis afflicti, mortis periculum adducunt, niſi adſit beneficorum potens auxilium*.

Luna in Virgine.

CVm quis decubuerit Luna exiſtente in Virgine, cùm hoc Signum dominetur ventri, ideò vt plurimùm morbi erunt dolores corporis à rebus crudis cauſati, dolores colici, iliaci, voluuli, & ſimilia, iuxtà maleficorum naturam, ſeù beneficorum cùm Luna coniunctorum, ſeù oppoſitorum, aut per quadratum eam intuentium. Si in decubitu erit coniunctio, oppoſitio, vel quadratus Saturni, erit morbus ab humoribus crudis cauſatus, ac melancholicis, ab accidia, atque inertia proueniens, & æger habebit dolores in ventriculo, in hypocondrijs, flatus, febrem cùm calore interno, ſtypticitatem corporis, nec febris innoteſcet principium, ſeù augumentum, pulſus erit frequens, profundus, & debilis. Conferunt ea, quæ moderatè calefaciunt, & quæ craſſities, & flatulentias in illis partibus retentas abſtergent, vt clyſteria carminatiua, & ſimilia, & ſi Lunam benefici non intueantur, æger non tranſiget 14. diem, ſed ſi Luna à beneficis adiuuetur, poſt diuturnitatem morbi ſeruabitur. Si cùm Luna ſit coniunctio, aut oppoſitio, aut quadratus Martis, morbus erit dyſintheria cùm febre continua, ac maligna, cùm inteſtinorum eſcoriatione, & vlceratione, dolore corporis, tenaſmo, & pulſus erit debilis, appetitus deficiens, cùm ſtomachi ſubuerſione. Conferunt cordialia, quæ adſtringant; & quæ malignitati reſiſtant, ſic etiam anodinantia, & ſtupefacientia, & ſi Luna eſt motus velocis abſque beneficorum aſpectibus, infirmus in 14., aut 17. occumbet. Si Luna eſt lumine deſtituta, ac motu, morietur in 20., aut 21. die, & ſi aliquis Saturni radius adſit, in 27., aut 28., vel in 40.; at ſi in principio, vel in prædictis diebus aliqua adſit radiatio Iouis, aut Veneris, morbus poſt maximum periculum reſoluetur. Si in principio morbi in dictis aſpectibus erit Mars coniunctus cùm Luna in Virgine, & cùm Marte erit Sol, aut Saturnus, aut Mercurius, morbus erit celiaca paſſio cùm doloribus ventris, inflationibus, cùm detrimento facultatis concoctricis, vrina oleoſa cùm puncturis in ſepto tranſuerſo, vigilijs, doloribus in neruis; & ſi Luna erit motus velocioris, & luminis ditior, & Mars ſit aſſociatus Saturno cùm maleficis aſpectibus, erunt morbi dolores colici vehementiſſimi; & ſi Sol porrigat malos aſpectus, erunt voluuli, aut iliaci; & ſi Luna à beneficis non foueatur, æger diem ſeptimum non excedet, aut ad ſummum 14.; In huiuſcemodi morbis ſunt prohibenda omnia ea, quæ producunt cruditatem. Sic Gal: ait in libello ad Aphrodiſium miſſo: *Si Luna exiſtente in Virgine ex paruo motu in maiorem prouehitur, & aliquis decumbat, Mars autem, aut Mercurius, & Sol ſchemata illi porrigant, timendum erit, ne nimium exaſperato morbo, inſanus infirmus euadat*. Neceſſe verò erit adhibere ea, quæ ingroſſandi, inſpiſſandique vim habeant, vitanda erunt omnia fluida frigida; tantò autem hæc vitanda magis, quantò in maiorem motum Luna vehitur; circà diametrum enim ſuſpicio erit celiacæ, & dyſintheriæ, quæ mala ſi ſemel corripiant hominem, longo tempore minutìm abſcedunt.

Luna in Libra.

CVm Libra dominetur renibus, & fundo ventriculi, ideò qui decubuerit Luna exiſtente in hoc Signo, laborabit doloribus renum, tenella, difficultate mingendi, ſuppreſſione cùm premitibus, ſic etiam tenaſmo, gonorrhæa, & ſimilibus; & hoc Signum ſæpè ciet ægritudines vehementes in capite, & etiam in extremitatibus corporis, dolores acerbos intrinſecos cùm calore exceſſiuo, vigilias moleſtiſſimas, appetitus amiſſionem &c. Cùm enim Luna manet in dicto Signo Libræ licèt aſpectibus maleficis, atque beneficis careat, adhuc tamen morbus ſemper eſt periculoſus, nàm ſigna Æquinoctialia, & Tropica ſemper peſſimos gignunt influxus, & malignos producunt morbos; tranſacto autem diametro, aliqua ſalutis ſpes ſuperuenit, nàm morbi poſteà vt plurimùm reſoluuntùr. In huiuſcemodi morbis ſemper neceſſe eſt præbere medicamenta refrigerantia aperitiua, emittere ſanguinem iuxtà corpora &c. Si cùm Luna erit coniunctio, oppoſitio, aut quadratus Saturni, morbus originem trahet à cruditate, repletione ſtomachi, ebrietate &c., & ſi Luna motu, ac lumine minuatur, erunt dolores in capite, & pectore, fluxiones, & diſtillationes in bronchis pulmonum, tuſſis moleſta, inappetentia, nauſea, febris continua, ac inordinata, pulſus frequens, & debilis, & decubitus erit nocturnus. In his morbis conueniunt remedia nec frigida, nec calida, ſed quæ calidum magis participent; morbus erit periculoſus vſque diem 27., aut 28., quo tranſacto, reſoluetur, iuxtà aphor: Gal:: *Luna in Libra coniuncta Marti, aut Saturno periculum affert.* Si poſteà quis decumbat in coniunctione, oppoſitione, aut quadratu Martis, morbus proueniet à multiplicitate ſanguinis ebullientis, calefacti, feruentiſque cùm bile, febri continua, pulſu tetracto, animi defectu, pleuritide, vigilijs ſuperfluis, ac inflammatione circà totum corpus. His conuenient ſubita ſanguinis detractio, omniaque habitudinem amoliri valentia, eo benefico non aſpiciente infrà decem dies periclitabitur ægrotus, at ſi beneficus aſpexerit poſt dubiam ſalutis cùm morbo pugnam liberabitur.

Luna in Scorpione.

CVm hoc Signum prædominium habeat in partibus verendis, qui decumbunt Luna in illo exiſtente, vt plurimùm ægrotabunt morbo in illis partibus communicato, vtpotè lapide in veſsica, mingendi difficultate &c. cùm febre continua, & in fœminis morbus erit à fluxibus immodicis menſtrualibus, tumoribus hæmorrhoidibus, fiſtulis, & ſimilibus, ſic etiam eo tempore coeuntes cùm fœminis facillimè inficientur, in quibus varia ſeminum fit mixtio. Si igitur in principio morbi Luna in Scorpione habeat coniunctionem, oppoſitionem, aut quadratum Saturni, morbus aut erit de præfatorum conditione, aut inflammatio in inguinibus, aut in locis profundis teſtium, & ſi Luna motu, & lumine fit aucta, & ſi benefica aſpiciant, æger ſanabitur, & è contra ſi Luna motu, & lumine deſtituta ſit, & maleficorum adſint aſpectus, morbi erunt diuturni, pertinaceſque, ac vt plurimùm cùm morte terminabunt. Si aſſocietur Mars cùm dictis aſpectibus Lunæ, morbus originem trahet ab iræ accenſione, contentionibus, contumelijſque, & eſt periculum ne calefiant, & inflammentur caput, ac pudenda. In his opus eſt vti pharmacis ad euacuandum, abſtergendum, digerendum, ac roborandum; ſic etiam eſt neceſſaria ſanguinis ablatio, & cùm Mars ſit planeta natura celer, & breuis, & in hoc Signo, vtpotè in ſua domo fortior, (nullo benefico aſpiciente) morbus ſeptimum, vel vndecimum, aut ad ſummum decimum quartum non excedet. Si cùm ijſdem aſpectibus ſi Sol, morbus erit pleuritis, pleuripleumonia, anginæ &c., qui morbi poſteà fiunt abſque periculo, ſi in eis ſuperueniant fluxus ſanguinis, aut fluxus menſtruales.

Luna in Sagittario.

CVm Sagittarium dominetur coxis, Luna in hoc ſigno exiſtente, morbi, qui fiunt erunt iſchiades, tumoreſque in illis partibus malæ qualitatis cùm debilitate, & vigilijs propter malam humorum diſpoſitionem, & in nocte commouentur fluxiones acerbæ, & propter qualitatem rheumatiſmi fiunt morbi in thorace, in pulmonibus, & cuſpidibus ſepti tranſuerſi, præcipuè ſi Mercurius ſit coniunctus, oppoſitus, aut per quadratum cùm Luna. At ſi Saturnus coniungatur, opponatur Lunæ, aut per quadratum ipſā aſpiciat eundem ſignum poſſidentem, morbus prouenier à fluxionibus rheumatoſis, ſubtilibus cùm dolore in articulis, conſtipatione, febribus cùm rigore, tertianis duplicibus, malæ qualitatis, febribuſque emitriteis, cùm pulſu profundo. In his conueniunt leuitèr calefacientia, & aperitiua, vel temperata, & ſi benefici non aſpexerint, morbus euadet periculoſus, ſed ſi aſpexerint, tranſacto diametro æger ſaluti reſtituetur. Si Luna habebit aſpectus Martis, & augeatur motu, & lumine, erit morbus periculoſior, & cauſatus à plenitudine, & crapula, eruntque febres continuę, aut tertianę duplices, alui fluxus, interdùm dyſintheriæ, paſſiones cholericæ, & alij morbi ad bilem, ac ſanguinem ſpectantes. In his opus eſt minoratiuis cùm purgantibus, quæ refrigerent, iuxtà vires, morbique qualitatem: fiant ſanguinis emiſſiones, pręb eantur alexipharmaca appropriata, quæ leuitèr adſtringant, ſicq; refrigerantia temperata. Si poſteà nullus adſit beneuolorum aſpectus circà ſeptimum, aut vndecimum æger peribit; at ſi benefici aſpexerint morbus tranſacto diametro aufugiet. Si Luna ſit in Sagittario, & Aſcẽdens natiuitatis in ſexta, ſeptima, octaua, aut duodecima domo, aut Aſcendens decubitus, ſemper morbus erit periculoſus. Si poſteà Sol coniungatur, opponatur, aut ſit per quadratum Lunæ, morbi erunt febres ardentes continuæ, dolores in præcordijs, ac iuncturis, & opus eſt emiſsione ſanguinis, & refrigerantibus. Si cùm eodem Sole aſſocientur Saturnus, et Mercurius, fient inflammationes pulmonum, et ſepti tranſuerſi, et vigoroſè calefiet corpus, in quibus eſt neceſſariũ ſecare venam, et vti refrigerantibus, morbuſque nullo benefico ſouente erit antè decimum quintum ſemper anceps, at ſi benefici auxilientur, amouebitur.

Luna in Capricorno.

DOminatur hoc Signum genibus, vndè ſi quis decumbat Luna in hoc Signo exiſtente, origo morbi erit ab inanitione, cùm doloribus grauibus in dorſo, & ſæpè incidunt in tetanum, horrorem, febres inordinatas, dolores in ſupercilijs, & his affecti morbis parùm loquuntur, gemunt, ſuſpirantque. Conferunt remedia calefacientia moderatè iuxtà morborum qualitatem. Si Luna erit in coniunctione, oppoſitione, aut quadratu Saturno, principium morbi erit à refrigeratione, balneo &c. Erunt fluxiones tenues in humeris, grauitas rheumatica in thorace, & pulmone, & in principio tuſſes, febres cùm rigore, & acceſsiones magis contingent in nocte, quàm in die, & opus eſt remedijs ad calidum tendentibus iuxtà neceſsitatem. Quòd ſi Lunam benefici non aſpexerint, erit periculum mortis in 21., at ſi adſint morbus erit diuturnus, ſed diſcedet, quamuis ſit periculum, ne remaneat grauaminis defectus in thorace, & pulmonibus. Si cùm Luna reperiatur coniunctio, oppoſitio, aut quadratus Martis, morbus erit cauſatus à concoctionis defectu, cholera, aut vomitu, & eſt periculum ne tranſeat in acutum; erunt inflammationes, neruorum diſtentiones, deliria, inflammatio bilis in viſceribus, adſtrictio alui, ac inteſtinorum. His congruunt refrigerantia, ac euacuantia iuxtà morbi qualitatem, humorumque intemperiem, quòd ſi à beneficis non foueatur, in quinto, aut in ſeptimo morietur, ſin adſint, ſanabitur. Si cùm iiſdem aſpectibus reperiatur Sol cùm Luna, morbus fit violentus cùm febri catarrhali, ac acuta, & opus eſt attenuare cùm pectoralibus, & refrigerantibus, & ſanguinis emiſsione, namquè interdùm calefiunt pleuritidum membranulæ, & fiunt pleuritides, vel peripleumoniæ. Si be-

nefici

nefici abſunt in diametro beneuolè, adeſt periculum mortis, ſin ipſi Lunam intueantur, morbus aufugiet. Si poſteà ſint mixti Martis, Saturni, & Solis aſpectus abſque Iouis, & Mercurij aſpectibus beneficis, morbus erit diuturnus, ſed poſteà reſoluetur.

Luna in Aquario.

SI quis decubuerit dùm Luna eſt in Aquario, morbi erunt cauſati à melancholia, cùm cruditate, ac repletione, & copia catarrhi rheumatici fluentis, aut in thoracem, cauſando aſperitatem in loquendo, aut in crura cùm venarum inflatione, vbi erit periculum varicium; ſi cùm Luna congrediatur Saturnus, aut ſit in oppoſitione, aut quadratu, morbus erit cauſatus à labore, itinere, vigilijs, & alijs incommodis, à quibus prouenient alij morbi inæquales, ideſt febres, quæ nunc accedent in veſpere, nunc in manè, nunc in nocte, & etiam producit varias exacerbationes, fluxiones rheumaticas, dolores in omnibus corporis partibus, laxitudinem in iuncturis, atque dolores, obſtructiones per aduſtionem, febres quartanas; & ſi cùm eodem Saturno aſſocientur aſpectus Solis, & Martis euadet acerbior, atque periculoſior circà diametrum, at ſi concurrant aſpectus Iouis, & Veneris in trino, aut ſextili, ſemper morbum ſubleuabunt. Si Mars coniungatur, opponatur, aut ſit in quadratu cùm Luna in Aquario, principium morbi erit in inguinibus, aut in pudendis, aut in cruribus, cui ſuperuenient febres ardentes continuæ. Si Luna ſit lumine, & motu diminuta, at ſi ſit aucta erunt inflammationes in extremitatibus cùm ſiti vehementi, inquietitudine, & tranſacto primo quadratu æger incipiet vileſcere cùm hebetudine maxima, & in vndecimo, aut decimo quarto periclitabitur, dùm abſint benefici; quòd ſi adſint, morbus diminuetur, & diſcedet. In his conferunt ſanguinis emiſſio, potiones rerum frigidarum, & cordialium cùm alijs remedijs, quæ ratio morbi, & ætas requirunt. Si cùm dictis maleficis aſſocietur Mercurius cùm influxibus malis, morbus ſit diuturnus, ac periculoſus, & ſi inſpexerint Iuppiter, & Venus Lunam cùm coniunctione, oppoſitione, aut quadratu, dubium eſt ne morbus tranſeat in Hydropem Anaſarcam.

Luna in Piſcibus.

SI quis decumbat Luna in Piſcibus exiſtente, in coniunctione, oppoſitione, aut quadratu Saturni, morbus originem ducet à balneis reſfrigeratione, pluuijs, frigoribuſque; erunt fluxiones, febres vitioſæ, conſtipationes, punctiones in hypocondrijs, & etiam articulorum dolores, & præcipuè in pedibus; morbi erunt diuturni, & periculoſi, in 20., aut 30.; ſed ſi aſpectus beneficorum inſpexerint, morbus breuiabitur, & reſoluetur. Si cùm Luna erunt Mars, aut Sol cùm iiſdem aſpectibus, erunt dicti morbi vehementiores, grauioreſque maximè in decimo quarto, decimo ſeptimo, aut vigeſimo, & nullo benefico intuente æger morietur. Si in oppoſitione, coniunctione, aut quadratu Martis, Luna motu ſit aucta, & numeris, morbus cauſabitur à repletionibus, ebrietate, atque intemperato viuendi ordine, morbus augebitur, plùs in nocte, quàm in die, & vexabit ægrum cùm cogitationibus, chimeriſque, cuius imaginatio erit deprauata cùm delirijs, inflammatione per totum corpus, febre ardenti, vehementique, ſiti intolerabili, ac vini appetitu. In his congruit emiſſio ſanguinis, & opus eſt purgare corpus, cùm emollientibus &c. Si cùm eadem Luna Iuppiter, aut Venus coniungantur, aut opponantur, vel ſint in quadratu, morbus erit vehemens vſque primum quadratum, ſeù diametrum, quibus tranſactis reſoluetur.

Multos velocitas, ac tarditas motus Lunæ, iuxtà augumentum luminis, aut detrimentum decipit, ipſa enim à principio morbi, quando peragrauit 60. gradus dicitur primus exagonus, aut ſextilis ſiniſter, & iuxtà eius motum ordinarium hoc fit ſpatio quatuor dierum; quando peragrauit gradus 90. dicitur tetragonus, ideſt tranſactio quartæ partis Cœli, quod fit infrà ſeptem dies; quando reperitur in gradibus 135. dicitur trigonus

ſini-

ſiniſter, ideſt trinus, & fit ſpatio dierum 11.; quando in gradibus 180. dicitur diametrus, quod fit infrà dies 14; quando eſt in gradibus 225. dicitur trigonus, ſeù trinus dexter, quod fit infrà dies 17.; quando in gradibus 270. dicitur quadratus dexter, quod fit infrà dies 20.: quando in gradibus 315. vocatur ſextilis dexter, quod fit infrà dies 24.; quando poſteà peruenit ad gradus 360., quod eſt perfectus Cœli circuitus, eſt in gradu, in quo incæpit morbus, & fit ſpatio dierum 27. Hinc ab antiquis fuerunt in prædictis diebus notatæ criſes, vndè quando motus Lunæ eſt velox, ſeù tardus anticipatur, ſeù retardatur criſis, ideòque dixerunt Medici, quòd omnes criſes in die pari malum; nàm ſi contingit in ſexto propter velocitatem Lunæ fit mala, ſi in octaua propter tarditatem non bona, at ſi eueniat in 21., aut 28, quia diameter eſt tranſactus, morbus fit diuturnus, ſed cùm ſpe reſolutionis.

Neceſſe eſt etiam obſeruare Stellas fixas, namquè multæ ſunt violentæ, ideòque obſeruatur gradus, in quo Luna reperiebatur in morbi principio, propter naturam Syderum fixorum, quæ, aut ſint intrà Zodiacum, aut extrà, dummodò correſpondeant gradibus, & intueantur Lunam, præcipuè primæ, aut ſecundæ magnitudinis magnam vim habent, multæque ſunt Stellæ malignæ, participant enim de natura errantium, vt notat Pater Titus Oliueranus: *Stella fixa illa naturam ſuam, ſuaſque qualitates cùm infœlici à maleficis effectu commiſcet, & adauget.* Item obſeruandum an malefici cùm fixa illa habeant paralellum declinationis, vel Coſmicum, ſiuè etiam contingat manente fixa in vno angulorum quælibet Luminaria à maleficis læſa habeant paralellum ad fixam illam, ſiuè etiam tunc malefici occupent angulos, eundem in genere effectum oſtendunt.

Omnes Ephemeridum cùm tabulis calculorum Authores impreſſerunt etiam tabulas cùm aſcenſionibus, declinationibus deſcenſionibus obliquis, aſcenſionibus obliquis, medio Cœlo, natiuitate, & occaſu dictarum Stellarum fixarum, diligentèr enim illos obſeruant præcipuè in natiuitate, vndè ad illos Lectorem remitto; hic tantùm notando principalium Stellarum qualitatem.

Hyrcus, quæ naſcitur die 4, 5., & 6. Martij eſt naturæ Martis, & Mercutijs maligna.

Pleiades naſcuntur die 5., 6., & 7. Maij, & eſt naturæ Martis, & Lunæ.

Aldebara, ſeù Pallilitium naſcitur die 2., 3., & 4. Iunij, & eſt naturæ Martis maligna.

Canis, ſeù Canicula die 23., 24, & 25. Iulij ſequendo omnes reliquos dies, vſque ad diem tertium Auguſti incluſiuè, quos ideò iure optimo caniculares rigorosè vocare licèt, quæ Stella eſt naturæ Martis, & Iouis, de qua dicitur Sol, & Syrius incipiunt ſuos congreſſus die 23. Maij, & poſt exortum coſmicum nullo ampliùs modo congrediuntur.

Baſiliſcus naſcitur die 16., 17., 18. Auguſti, & eſt naturæ Martis, & Iouis.

Cor Idræ naſcitur die 24., 25., 26. Auguſti, & eſt naturæ Saturni, & Veneris; hæc Stella refert veneficam naturam.

Arturus naſcitur die 27., 28., 29. Septembris, & eſt natura Mercurij, Martis, & Veneris.

Anthares naſcitur 29., e 30. Nouembris, & primo Decembris, quæ Stella calidifica eſt, venefica, & malignæ naturæ, cæteræ calidificæ ſunt &c.

Aliquæ iſtarum Stellarum vocantur violentæ, & cauſales, habentque in natiuitate vim vehementem iuxtà Luminarium, & aliorum errantium Syderum poſitum.

Pegaſeus eſt Stella maligna, morboſque producit peſſimos.

Pleiades præbent periculum anginarum, effocationum à catarrho, & humoribus incubis, & ſimilium.

Aldebara influit febres ardentes malignas cùm doloribus in muſculis, & oſſibus, & periculo delirij, inſaniæque &c.

Hyrcus affert periculum fractionis venarum in pectore, ſeù hæmorrhagiæ cùm febre.

Capur Algol periculum morborum capitalium indicat.

Oryon

Oiyon periculum anginatum, effocationum à fluxionibus, fractionum venarum in pectore ſeu in ſtomacho, fluxus meſtrualis, aut dyſintherici, & ſimilia.

Cor Idræ eſt Stella venenata, & medicinæ ſumunt qualitatem veneficam, affert febres malignas, atque peſtiferas.

Syrius eſt eiuſdem qualitatis ac Cor Idræ.

Baſiliſcus inflammat viſcera, affert ſuppreſſiones, cardialgias, paſſiones cordis, ſyncopes, ac palpitationes.

Cauda, & dorſum Leonis affert periculum effocationis ex catarrho, febres venenatas, dolores, & offenſiones renum, laterumque.

Arturus affert periculum fractionis venarum, & fluxionum.

Spica Virginis affert dyſintherias, febres malignas contagioſas, dolores colicos, torminos, hydropes, & pharmaca nociua.

Cor, & cauda Scorpionis influit febres malignas, putridas, paſſiones cordis, effocationes ab humoribus, & fractiones venarum.

Hercules ſchirantiam, & morbos capitales.

Delfinus, atque Cæte morbos capitales, fluxiones, tuſſes, & pthyſim.

Andromada torminos ventris, quod in fæminis vtero gerentibus eſt malum, fert enim periculum abortus.

Caſſiopæa paſſiones hypocondriacas cùm mentis deprauatione.

Ophiucus febres malignas, & medicinas damnoſas.

Aquila, ſeù Cycnus, & Lyra effocationes, morboſque capitales.

Sagitta dolores articulares, & periculum in oculis.

Phomahand fert periculum effocationis proptèr magnam humorum copiam, & pleripleumoniam.

Lances ſchirantiam, & ſuffocationes.

Alia paritèr Sydera iuxtà ipſorum naturam effectus in corporibus humanis producunt.

Natura, ſeù prædominium Syderum errantium in corporis humani partibus eſt huiuſcemodi.

Saturnus dominatur auditui, auri dexteræ, veſſicæ, ſpleni, melancholiæ, pituitæ crudæ excrementitiæ, dentibus, cartilaginibus, ligamentis, & eſt cauſa morborum naturæ frigidæ, & ſiccæ, ideſt proptèr redundantiam humorum frigidorum, vtpotè fluxionum frigidarum fluentium in cauitatè mèbrorum à ſucco melancholico, & ſalſo. Ab his vtpotè ab origine proueniunt febres quartanæ, atque ctonicæ, podagræ, chyragræ, iſchiades, paralyſes, ſurditates, lepra, ſcabies, aliaque cutis vitia orta à præfato ſucco melancholico, impedimentum linguæ, ſtrumæ, cancri, ſcyrrhi, vlcera maligna, icteritia nigra, hydrops, cacheſia, pthyſis, fluxiones pituitoſæ, aſthma, obſtructiones partium naturalium hepatis, ſplenis, vterique, hæmorrhoides, herniæ, calculi, aliaque veſſicæ vitia, omneſque morbi, qui à cruditate humorum, atque melancholia queunt originem ducere.

Iuppiter dominatur tactui, ſanguini, pulmoni, hepati, & carni; ab hoc oriuntur pleuritides, pleripleumoniæ, apoplexiæ à ſanguinis repletione, conuulſiones, morbilli, varolę, phlegmones, abortus, inflammationes hepatis, dolores capitis, febres ephimeræ, continentes, aut ſinocæ abſque putredine, & omnes morbi à ſanguine prouenientes.

Mars dominatur auditui ſiniſtro, renibus, bili, inteſtinis, ac eorum ſedibus, felli, & eſt cauſa morborum, qui fiunt à bile, ſeù oriuntur à ſanguine torrefacto, vt ſunt febres ardentes, continuæ, tertianæ, hæmorrhagiæ ſanguinis, phrenitides, phthyſes, iteritia flaua, colera, mania, dyſintheria, exantemata, tumores, eryſipiles, vlcera acria adurentia, emicraniæ, dolores capitis à bile orti, affectus renum, fiſtulæ, & ſimilia.

Sol dominatur oculo dextero, cordi, arterijs, ſanguini arteriali, vndè morbi erunt ſyncopes, cardialgiæ, colera rubea, optalmia, aliæque fluxiones à cauſa calida prouenientes, palpitationes cordis, affectus ſtomachi, & capitis, doloreſque in præcordijs.

Venus

Venus dominatur guſtui, ac odoratui, ſemini vaſorum ſeminariorum vtriuſque ſexus, partibus pudendis, ventriculo, & eius affectionibus, vndè morbi erunt paſſiones matricis, gonorrhææ, priapiſmus, impotentia coeundi, imbecillitas ſtomachi à cauſa frigida, & humida, lyentheriæ, ſcabies, lues Venerea, vlcera, fiſtulæ in genitalibus, abſceſſus edematoſi molles, inſanies propter amorem, multique morbi ab humorum redundantia, & à corruptis ſeminibus orti.

Mercurius dominatur neruis, menti, rationi, digitis, & ſpiritibus, vndè morbi ab eo cauſam ducentes erunt affectus cerebri, & alij ab eo dependentes, vtpotè mania, delyrium, epilepſia, impedimentum linguæ, tuſſis ſicca ad phthyſim ſpectans, copia ſputi, vomitus, fluxiones capitis, morbi melancholici, affectus phantaſiæ leſæ, atque animi, oppilationes fellis, cogitationes horribiles &c.

Luna dominatur cerebro, & oculo ſiniſtro, & pituitæ naturali, vndè morbi ab ea prouenientes ſunt affectus ſoporiferi, glaucoma, catoche, catalepſis, grauedines, diſtilationes, paralyſis, epilepſia, affectus oculorum, lyentheria, hydrops, apoſtemata omnia phlegmatica, morbi ex oppilationibus, ex humiditate, & frigiditate orti, horror defluendis menſtruis, & huiuſcemodi.

Signis Zodiaci etiam tribuuntur ab Aſtrologis noſtri corporis partes, Arieti enim vtpotè Signorũ Zodiaci capiti tribuitur caput; Tauro collum, & guttur; Geminis brachia, humeri, & manus; Cancro pectus cùm eo, quod continet; Leoni cor, præcordia, ſtomachus, diaphragma, ſpina dorſi; Virgini venter inferior, & inteſtina; Libræ renes, vertebræ, & nates; Scorpioni pudenda; Sagittario coxendices; Capricorno genua; Aquario crura; Piſcibus pedes. Homo vocatur microcoſmus, ſic Aſtrologi aſſerunt, quòd dùm Luna peragit Zodiaci Signa prædominetur etiam partibus humani corporis. Hinc dicunt, quòd Aries dùm habeat aſpectus Syderum errantium malignorum vtpotè capitis dominator influit eryſipiles, dolores dentium, apoplexias, epilepſias, hemicranias, maculas in facie, & ſimilia; ſi Taurus, à maleficis aſpiciatur, affert ſtrumas, glandulas, tonſillas, anginas, borias, ſcrofolas &c. ſi Gemini, afferunt ægritudinem in humeris, brachijs, & manibus; ſi Cancer, aſthma, offenſiones pulmonum, ſpleniſque, morbos pectoris, lenticulas, varices &c. ſi Leo, dolorem in præcordijs, cruditatem in ſtomacho, paſſiones cardialgia &c. ſi Virgo, dolores colicos, dolores inteſtinorum &c. ſi Libra, morbos in lumbis, renibuſque, gonorrhæas, defectus mingendi, & ſimilia; ſi Scorpio, hæmorrhoides, thenaſmum, fiſtulas, cancros, vlcera, ſcoriationes, bubones, & morbos in partibus verendis; ſi Sagittarius, dolores in oſſe ſcio, iſchiades &c. ſi Capricornus, debilitatem, alioſque morbos in genibus, vitia aurium, & linguæ &c. ſi Aquarius, morbos in cruribus, plagas, varices, & itteritiam &c. ſi Piſces, morbos in pedibus, vtpotè podagras, & alia huiuſcemodi.

His accedat, quòd in quolibet Signo quilibet planeta variat prędominium partium corporis iuxtà ſequentem formam.

In Ariete Saturnus habet pectus, Iuppiter ventrem, Mars caput, Sol coxendices, Venus pedes, Mercurius crura, Luna genua.

In Tauro Saturnus habet ventrem, Iuppiter dorſum, Mars collum, Sol genua, Venus caput, Mercurius pedes, Luna crura.

In Geminis Saturnus habet ventrem Iuppiter pudenda, & eis ſuccedentia, Mars pectus, & ſuccedentia, Sol crura, & aſtragalos, Venus collum, Mercurius caput, Luna coxendices.

In Cancro Saturnus habet viridia, & omnia eis ſuccedentia, Iuppiter fœmora, Mars pectus, Sol pedes, Venus brachia, & humeros, Mercurius oculos, & guttur, Luna caput.

In Leone Saturnus habet verenda, & eis ſuccedentia, Iuppiter fęmora, & genua, Mars ventrem Sol caput, Venus cor, Mercurius humeros, & guttur, Luna collum.

In Virgine Saturnus habet pedes, Iuppiter genua, & eis ſuccedentia, Mars ventrem, Sol collum, Venus ventrem, & vterum, Mercurius cor, Luna humeros.

In Libra Saturnus habet genua, & eis ſuccedentia, Iuppiter oculos, & eis ſuccedentia, ideſt partes capitis, Mars verenda, & eis ſuccedentia, Sol humeros, Venus caput, Mercurius ventrem, Luna cor.

In Scorpione Saturnus habet talos, & eis ſuccedentia, Iuppiter pedes, Mars caput; brachia, & fæmora, Sol cor, Venus verenda, & eis ſuccedentia, Mercurius dorſum, Luna ventrem.

In Sagittario Saturnus habet pedes, Iuppiter crura, & caput, Mars pedes, & manus, Sol ventrem, Venus fæmora, & brachia, Mercurius verenda, & cor, Luna dorſum.

In Capricorno Saturnus habet caput, & pedes, Iuppiter genua, & oculos, Mars crura, & humeros, Sol dorſum, Venus fæmora, & cor, Mercurius verenda, & eis ſuccedentia, Luna fæmora.

In Aquario Saturnus habet caput, & collum, Iuppiter humeros, pectus, & pedes; Mars cor, Sol verenda, & eis ſuccedentia, Venus genua, & eis ſuccedentia, Mercurius fæmora, & cor, Luna verenda.

In Piſcibus Saturnus habet humeros, brachia, & collum, Iuppiter cor, & caput, Mars ventrem, Sol fæmora, & eis ſuccedentia, Venus collum, & dorſum, Mercurius crura, & verenda, Luna fæmora.

Hinc optimè ad Aphrodiſium loquutus eſt Galenus: *Ei igitur, qui Medicam ſcientiam profitetur contemplanda eſt Mundana diſpoſitio, & quomodo Stellæ inter ſe habeant, quoniam abſque eorum complexu nihil in rebus humanis fieri poteſt.*

Nunc deſcendam ad aliquas tradendas regulas neceſſarias aptatas, quæ ad cognitionem morborum, iuxtà multorum Authorum intentionem pertinent. Quatuor in hominibus dantur partes generales, quæ ſunt caput, manus thorax, & pedes; hinc Aſtrologi arbitrantur, quòd ſi in generatione, aut in natiuitate aliquod membrum lædatur, hoc à Syderum prædominio proueniat, vtpotè quando aliquis naſcitur cùm oculo læſo, aut amiſſo, cùm impedimento auditus, linguæ &c., & multi in natiuitate ſunt liberi, qui in pueritia, infantia, adoleſcentia, iuuentute, virilitate, vel ſenectute in aliquo membro, ſeù parte corporis deteguntur læſi, hoc enim dicitur euenire propter maleficorum aſpectus in natiuitate, vi quorum illa pars hebeſcit, ac offenditur. Obſeruantur etiam in quadam ætate phthyſes, epilepſiæ, apoplexiæ, podagræ, hydropes, obſtructiones &c., vndè ait Hippoc: *Oportet ergo vt in his, quæ poſſunt curationem aliquam aſſequi, etiam auxilia congruentia admoveant ij, qui contrà morbum pugnant.* Aſtrologi tribuunt Saturno, & Mercurio omnes morbos refrigerantes, & extenuantes, cùm ſint planetæ naturæ glacialis, & flatuoſæ; Marti calefacientes, & repellentes, eſt enim naturæ calidæ, acutiſſimæ, ac igneæ, ſed malignæ, ac ſanguinolentæ; conciliantes, glutinantes, & roborantes Ioui, & Veneri, vtpotè beneficis; Soli paritèr calefacientes, & repellentes; Lunæ humectantes, ſed quia dicta Luna eſt nobis propinquior, ideò omnem amplectitur morbum. Hinc Argolus ait: *Igitur Medicus ægri decubitum explorare debet, qua hora fuerit. ſi verò non poſſit accuratè deprehendere horam, in qua morbus oblatus eſt, ſumendum, atque conſtituendum thema eſt, ac conſiderandum qualitèr Mundus affectus eſt, & ad quam Stellarum Luna rationem habet, an oppoſitam, an quadratam, vel quæ cùm ea verſetur, cum maleficis enim ſi conformetur, noxium morbum facit, cùm beneficis autem maximum auxilium affert*; prætereà & hoc noſſe oportet vtrum Luna augeatur numeris, lumine autem deficiat, an contrà, an etiam vtroque creſcat, an vtroque deficiat.

Vt dictum eſt ſi in coniunctione Lunæ cùm Sole illa ſit numeris, & lumine aucta, & habeat oppoſitionem, quadratum, aut alios aſpectus Martis, ægritudo eſt periculoſa in quadratu, aut in oppoſitione, ſi à beneficis non ſucurratur, ſin alitèr morbus fit diuturnus, at non mortalis. Si Luna ſit lumine, motuque diminuta, & ſit in coniunctione, oppoſitione, aut quadratu Saturni, morbus tranſacto decimo quarto fiet malignus, ac mortalis, & ſi benefici non adſint in 21., ſeù 24., ſeù 27., æger morietur, at illis intuentibus ſanabitur, vt ait Galenus: *Aduertendum eſt. quòd quantum Luna creſcit numeris, tantum augetur morbus;* cùm verò numeris deficere cæperit, in melius incipiet etiam morbus procedere, ac conſtat ſi creuerit numeris morbum quoque auctum iri donèc inter nexum ſoluerit, ſic enim in melius conuertetur. Semper igitur eſt conſiderandum in quali-

bet

bet morbi qualitate, quòd quando morbus incipiet, dùm Luna habeat aſpectus Saturni, & Mercurij, erit diuturnus cùm læſione iuncturarum, corporis relaxatione, infrigidationeque, rheumatiſmo, & paulatim exacerbatur cùm voce debili, ſuſpirijs, gemitu, rimore, pulſu paruo &c.; his conueniunt calefacientia &c. Qui decumbunt in Solis, & Martis aſpectibus maleficis cùm Luna, aut inter ipſos, hi laborabunt calore interno, atque externo cùm inſania, clamore, impatientia, gemitu, abſque motu oculi aſpicient temerè aliquem, afficientur ſiti, appetent vinum, & aquam frigidam, ac ſæpè colloqui, habebunt linguam aſperam, & aridam, pulſum fortem, frequentem, vndoſum, aliqui inordinatum, & paruum, rubedinem in facie &c. His conuenit ſubita ſanguinis emiſſio, antèquam quartus, aut quintus tranſeat dies, ne inflammationes fiant, & alia remedia morbis aptata &c. Saturnus, & Mars morbos influunt atroces, primus enìm eſt frigidus, & ſiccus, ſecundus calidus, & ſiccus, vnde illorum vi maleficia areſcit, & reſoluitur liquor, ſeù humidum radicale, ſicque morbus degenerat in maraſmum.

Dum quis ægrotat optimum eſſet figuram habere natiuitatis infirmi, nàm poſſet fieri figura reuolutionis illius anni, & obſeruare Aſcendentem natiuitatis, & anni, & inſimul decubitus, ſicque maiori diligentia curam exercere, vt ait Niphus: *Ecclypſis contingens in Aſcendente natiuitatis, vel reuolutionis anno ægritudinis pericula adducit*; ſic apparitio cometæ, dummodò Ecclypſis fuerit malefica, ac ſub imperio maleficorum, & quanto maior fuerit Ecclypſis, tantò magis erit nocua, quod idem ſæpè contingit, ſi Ecclypſis fiat in loco directionis Aſcendentis, ſeù Luminaris, ac maleficum, & Argolus: *In decubito, ac ægritudinis initio ferè ſemper Luminare aliquod, vel Aſcendens, ſeù Acendentis Dominus in figura Cæleſti, tunc temporis erecta, aliquo modo infeſtatur à maleficis, ac præcipuè Luna.*

Si in hora decubitus Sol erit in loco natiuitatis, quo erat Saturnus cùm aſpectu malefico, ſeù antiſcio imperante, vel obediente Saturno, aut in eadem decubitus figura inrueatur cùm iiſdem aſpectibus, principium ægritudinis erit ab humoribus frigidis redundantibus à melancholia, ideſt naturæ Saturni, vtpotè dictum.

Si Sol affligatur à Marte, morbus erit ab humore bilioſo, & ſanguine torrefacto, ideſt naturæ Martis.

Si in hora decubitus Iuppiter erit malè affectus, & dominus Aſcendentis, ſeù dominus anni affligatur à maleficis, morbus erit à ſanguine, ſeù ab humorum redundantia, vel inflammationibus, aut alijs morbis à ſanguine, vel hepate dependentibus.

Si Venus affligatur à maleficis, principium morbi erit à morbo Venereo, repletione, & ſimilibus.

Si Mercurius affligatur à maleficis, morbus erit apoplexia, epilepſia, & alij affectus à cerebro dependentes.

Si Luna ab iiſdem maleficis affligatur, morbi erunt ſoporarij, lithargiæ, fluxiones, & ſimilia.

Saturnus cùm Sole in Signis igneis producit febres diuturnas tendentes ad hectiſiam. In aqueis influit morbos à materia frigida, & humida prouenientes vtpotè fluxiones, dolores articulares &c. In ſignis terreis morbos melancholicos, cronicos, quartanas, manias &c. In ſignis fixis febres diuturnas, ſubintrantes, quartanas, lepram, morbos articulares, podagram, chyragram, iſchiadem, & ſimilia. In ſignis mobilibus fluxiones humorum, à quibus hebeſcunt partes naturales, & fiunt morbi compoſiti, qui tranſeunt ab vna in aliam ſpeciem. Si poſteà præfatus Saturnus reperiatur combuſtus à Capite, ſeù Cauda Draconis, aut cùm Venere combuſta, aut cùm Stellis fixis violentis, ſeù in Scorpione, ſeù in Leone, influit febres pernicioſas, atque peſtiferas.

Si Mars reperiatur in Signis igneis afflictus à Luminaribus, Aſcendente, aut Domino Aſcendentis, influit febres peſtiferas, & ardentes, & ſi aſſocietur aſpectibus Saturni, vel ab eo affligetur, melancholicas, atrabilaríſque. Si Mars reperiatur in Signis igneis, Cauda Draconis, & præcipuè in ſexta, ſeù duodecima, influit febres ardentes, atque pernicioſas. Si in Signis mobilibus, producit febres acutas, ſed breues, & cùm mortis periculo, ſi

lo, ſi in Signis communibus febres acutas duplices, hemitriteas, & repentinas cùm recidiuæ periculo. Genericè autem Saturnus influit febres diuturnas, Mars breues, Mars cùm Sole ſinocas, & etiam cùm putredine.

Iuppiter in Signis igneis producit febres ſinocas, ſangineas, ſed abſque putredine. Venus pariter in igneis ephimeras, quæ ſi Marti aſſocietur putridam cùm pituita. Mercurius in Signis igneis dat febres compoſitas, Luna in ijſdem Signis pituitoſas, ac putridas.

Luna in Signis igneis Marti oppoſita influit febres venenatas, peſtiferas, quæ breuitèr vt plurimùm cùm morte finiunt; in Signis aereis cùm Marte, & præcipuè in Geminis influit periculum ictus cùm ferro, morboſque Martiales; in Ariete exiſtente Luna in octaua præbet infirmitatem cùm periculo inflammationis membranarum capitis, aliorumque morborum calidorum.

Planetæ in Signis aqueis indicant febres putridas præcipuè ſi fuerint combuſti, ſed in terreis non influunt putredinem. Planetæ in Signis breuis aſcenſionis producunt morbos breuiores, at in illis, quæ ſunt tardæ aſcenſionis, fiunt morbi cronici, febres malæ, quæ vt plurimùm ſuccedunt quando Sol eſt afflictus in Signo Leonis; ſemper eſt conſideranda ſexta domus, eiuſque diſpoſitio, namquè ſi in eadem domo igneum erit Signum, infirmitas erit calida, & colerica, at ſi terreum, morbus erit melancolicus, ſi aereum ſanguineus, ſi aqueum pituitoſus, cùm enim ſexta ſit domus infirmitatis, ſic præbet indicium naturæ illius Signi, ſeù planetæ, qui ægritudinem influit. Ex ſigno ſimilitèr, in quo fuerit Dominus Aſcendentis pars affecta in morbo etiam colligitur prò illius Signi dominio in corporis partibus; ſi namquè fuerit in Ariete futurum morbum in capite, ſi in Tauro, in collo, gutture &c. indicat. Hinc aliquos hìc ponam aphoriſmos antiquorum.

Dominus Aſcendentis figuræ Cœleſtis ad initium morbi conſtitutæ iunctus Domino octauæ domus, vel Domino exiſtenti in octaua, ſeù illos reſpexerit de quadratu, aut oppoſitione, vel fuerit in eorum antiſcio imperante, vel obediente abſque auxilio Iouis, aut Veneris, lethalem portendit decubitum, & eò magìs, ſi Luna etiam aliquo modo à maleficis afficiatur; ſi verò aderit receptio inter Dominum Aſcendentis, & octauæ domus per corpus, vel per aſpectum, natus non morietur, verùm graui, ac longa vexabitur ægritudine; meliùs tamèn eſt ſi Dominus octauæ recipiat Dominum Aſcendentis, quàm ſi Dominus Aſcendentis recipiat Dominum octauę. Si Dominus Aſcendentis fuerit in angulo Aſcendentis, vel in angulo medij Cœli, ſignificat liberationem, & etiam ſi fuerit in ſeptima, vel in quarta, & aſpexerit Aſcendens ſignificat liberationem, niſi ipſe ſit impeditus à malis ex quarto aſpectu, vel ex oppoſitione, vel ſit combuſtus, vel ſit cùm Cauda Draconis, in eodem minuto, vel euadens ad eam, & ſit inter ipſum, & Caudam minùs quindecim minutis ſinè aſpecto fortunæ, quoniam aſpectus fortunæ franget malitiam Caudæ adiuuando Dominum Aſcendentis. Si Dominus Aſcendentis ſit coniunctus Domino octauæ domus, aut habeat ibi aſpectus quadratus, aut oppoſitionis &c. cùm Saturno, aut Marte, indicium præbet peſſimi finis. Si Dominus Aſcendentis ſit in octaua cùm aſpectibus maleficis, & Luna ſit offenſa ab ijſdem aſpectibus, abſque eò quòd benefici intueantur, indicat mortem. Si Dominus Aſcendentis, & Dominus octauæ ſint infortunati, indicant mortem, præcipuè ſi Aſcendens ſit in Ariete, aut Libra. Si Dominus octauæ ſit diuiſus à Marte, & coniunctus Soli, aut Saturno, ægritudinem mortalem denunciat. Si Dominus Aſcendentis ſit ſeparatus à Domino octauæ, & aſſociatus maleficis in quarta, minatur mortem. Dominus Aſcendentis in ſexta, & Dominus ſextæ in Aſcendente dummodò intueantur malefici, indicant aut mortem, aut ægritudinem cronicam. Dominus Aſcendentis combuſtus in Aſcendente lethalem prænunciat morbum. Dominus Aſcendentis cùm Domino ſextæ, ſæptimæ, ſeù duodecimæ cùm antiſcio imperante, aut obediente quadratu, ſeù oppoſitione, aut in aliam formam afflictus denunciat mortem, aut ægritudinem diuturnam. Dominus Aſcendentis malè affectus in ſexta, in ſeptima, aut in duodecima, morbum influit periculoſum. Dominus Aſcendentis ſi ex ſua retrogradatione ſeparatur à Domino octauæ, mortis erit indicium, niſi proptèr retrogradationem fuerit combuſtus. Dominus octauæ in angulo,

& Luna,

& Luna, ac Dominus Aſcendentis afflicti à maleficis ſignum mortis præbent, præcipuè ſi fuerint in octaua. Dominus Aſcendentis in quarta afflictus à maleficis indicat mortem, ſeù ægritudinem diuturnam. Dominus Aſcendentis in quarta, ſexta, aut ſeptima à maleficis oppreſſus, & dominus octauæ in medio Cœlo mortem præſagiunt.

Saturnus, ſeù Mars in ſexta, aut alius Planeta malè affectus in eadem domo periculum in ægritudine denunciat; ſi propè lineam Orientalem fuerit maleficus, aut Stella violenta infrà tres gradus, vt Pallilitium, Antħares, Lances, Auſtralis, Hercules, Caput Meduſæ, aut ſimilia, mortis propinquæ indicium præſtant. Saturnus influit febres diuturnas, & malefici in ſeptima valdè nocent, quamuis non tantum, quantum in prima. Luna propè Orientem, quæ ſit procul à Sole per gradus ſex, periculum mortis indicat, & quantò eſt propinquior, tantò eſt periculoſior.

Luna cùm Saturno, aut Marte abſque beneficorum adminiculo mortem præſagit.

Pleiades, aut aliæ Stellæ violentæ fixæ cùm Luna mortem prædicunt, præcipuè ſi hæc ſit in octaua. Luna ſi à Capite, vel Cauda Draconis ampliùs quinque graduum non diſtet, lethalem morbum prænunciat.

Luna cùm Sole in ſexta, ſeptima, octaua, & duodecima præbet prognoſticum mortis. Luna in Leone, vel Tauro in quarta ſæpè eſt mortis indicium. Luna combuſta infrà Martem, & Saturnum, aut Martem, & Solem, ſeù Solem, & Saturnum abſque beneficorum auxilio mortem ſignificat. In decubitu diurno Sol afflictus à maleficis præbet periculum mortis, aut infirmitatem diuturnam.

Ambo Luminaria à Saturno afflicta demoſtrant ægritudinem diuturnam, at ſi à Marte, præſagiunt mortem propinquam. Dominus Aſcendentis in Leone, ſeù Aquario afflictus à domino ſextæ, aut à domino duodecimæ, ideſt in coniunctione, minatur mortem.

Oroſcopante Signo Scorpio infirmus erit cauſa ſuæ ægritudinis, nàm in ſexta erit Aries, & Mars vtriſque loco dominatur.

Saturnus ſi aſpectu malo intueatur Lunam in hora decubitus denotat morbum diuturnum, cùm Saturnus ſit motus tardiſſimi, e contrà verò, quando eſt motus velocioris, morbus ſit breuior, quando eſt retrogradus, non ſolùm morbus eſt cronicus, ſed cùm recidiuis.

Saturnus in Aſcendente prænunciat morbum cronicum, ſed Mars breuem; Saturnus, & Iuppiter dùm ambo ſunt veloces denotant morbum breuiorem, ſi tardi diuturnum.

Mars coniunctus Lunæ, aut alio aſpectu malo, ſeù cùm Antiſcio imperante, vel obediente producit morbos acutos, & breues, & quamprimùm cùm ſalute, aut morte finiunt. Mercurius, Venus, & Mars motus tardi cronicos influunt morbos, velocis, breues.

Luna propinqua oppoſitioni cùm Sole, & in nouilunio, ſi à maleficis affligatur mortem, aut ægritudinem diuturnam prænunciat.

Aſcendens, ſeù Luna cùm planeta benefico retrogrado præſagit ſalutem, ſed ægritudinem diuturnam.

Saturnus dominus ſextæ indicat morbos diuturnos, Mars, Sol, & Iuppiter mediocres, Venus, Mercurius, & Luna breues. Luna cùm planeta Orientali directo, & motus velocis breuem dat ægritudinem, ſi eſt cùm retrogrado Occidentali, ſeù tardo cronicam.

Ambo Luminaria in angulis cadentibus, eorumque dominatores, & Dominus Aſcendentis, ſi à maleficis affligantur, indicant infirmitatem dubiam, atque periculoſam, ſed ſi benefici adſint, morbus euadet cronicus, ſed cùm reſolutione.

Luna in Oroſcopo, in Signo mobili, aut Aſcendente decubitus in Signo mobili abſque Luna ſignificant quamcitò ægrum interiturum, at ſi ſint in Signo fixo, infirmitas erit diuturna cùm dubio mortis, & valetudinis.

Luna à beneficis circumdata, nec à maleficis afflicta indicat ſalutem. Luna ſi in ſua

D domo

domo habeat Iouem, aut Venerem, vel eorum aſpectus, prænunciat ſalutem; ſic etiam ſi habebit ſitum in Aſcendente, in 10., 11., 9., 2., & 3. coniuncta cùm Domino Aſcendentis, vel in ſuo ſextili, aut trino, aut cùm ſuo antiſcio, dummodò à maleficis non affligatur, præſtat ſalutis ſignum, quamuis ſit motus, aut luminis aucta, ſeù diminuta. Pariter Luna ſeparata à debili malefico, & potenti applicata benefico præbet ſanitatis indicium. Luna in ſua dignitate, aut benè affecta non mixta cùm maleficis optimum fore morbi exitum præſagit.

In decubitu obſeruandum, ſi Aſcendens, ſeù Luna habeant mixtos beneficorum, & maleficorum aſpectus, qui ſit validior, ac potentior, & iuxtà validitatem, ac potentiam ſalutem beneficis mortem, aut morbum diuturnum, vel incurabilem tribui debet. Multùm ſaluti confert, quando Dominus Aſcendentis erit beneficus, & in loco optimo abſque maleficorum noxa conſtitutus. Dominus Aſcendentis receptus à Domino octauæ, dùm ambo à maleficis ſint liberi, poſt infirmitates deſperatam præſtat ſalutis præſagium. Dominus octauæ ſeparatus à Domino Aſcendentis cùm beneficorum adminiculo ſalutem præbet. Dominus Aſcendentis eiuſque diſpoſitores, dùm non ſint à maleficis combuſti, nec afflicti, nec ab aſpectu malefico domini octauæ, aut ſextæ oppreſſi, exitum in ægritudine ſignificant ſecundum. Iuppiter, aut Venus in Aſcendente, ſeù in angulis mixti Lunæ indicant ſalutem. Sol in Aſcendente, vel in ſexta, aut comburens Dominum ſextæ, ſeptimæ, aut octauæ ſalutem decernit.

Præfati Aphoriſmi ſunt à multis deſcripti, & approbati, & qui perfectè eriget figuram in hora, & minutu decubitus inueniet originem morbi, & præſagium euentus. At opus eſt obſeruare curſum Lunæ, vtpotè dominatricem humorum, nàm ſi admonetur natura aſpectuum, qui incidunt in principio decubitus, & qui ſequuntur, à quibus exacerbatio, aut morbi placiditas innoteſcet. Eſt etiam notandum, quòd trina, & ſextiles maleficorum parùm nocent, oppoſitiones, & quadratus beneficorum parum iuuant. Circà dies criticos, Luna in die critico coniuncta Soli ſemper minatur periculum, ſic etiam in oppoſitione, aut quadratu. Luna in diebus criticis abſque planetarum aſpectibus beneficis, aut maleficis præbet bonæ criſis indicium. Si Luna in principio morbi non erat afflicta, ſed in die criſis ſit afflicta, bona non fiet criſis, & ſalus retardabitur, ſed ſi reperiatur cùm beneficis præbebit ſalutem cùm optima criſi. Si Luna in die critica applicuerit maleficæ coniunctioni, videndo quis eorum fuerit validior de eius natura coniecturandum. Si verò Luna fuerit in oppoſitione benefici, & malefici, ſi lethalis fuerit decubitus, mala ſemper expectanda; in decubitu verò non lethali morbus prolongabitur; radij Solis, ſextilis, & trinum cùm Luna ſunt propitia in die critica.

Luna in diebus criticis tranſeundo ſuprà Martem, aut Saturnum ſi erunt Domini octauæ indicant periculum mortis, & ſic ſi tranſeat ſuprà Solem:

Obſeruandus eſt hìc Lunæ tranſitus, non ſolùm in diebus criticis, & indicatiuis, verùm etiam in reliquis ſingulis in toto tempore decubitus, ex quo tranſitu Medicus multa adnotabit, tranſeunte namquè ſuper beneficas Stellas, vel beneficorum radios, æger ſubleuari videbitur, & ſymptomata erunt remiſſiora, ſicut tranſeunte Luna ſuper maleficos omnia exaſperantur.

Exitum mortis veremur dùm morbus eſt acutiſſimus Luna offenſa, quartus eſt periculoſus, aut ſaltèm ſeptimus, ſi acutus decimus quartus; quoad verò horam mortis multi obſeruarunt ſæpè illam contingere, quando Dominus Aſcendentis decubitus tangit corpus, ſeù radios Domini octauæ, alij adnotarunt euenire mortem, quando Luna eſt in medio Cœlo &c. In figura decubitus obſeruandum an Saturnus ſit coniunctus Lunæ, quo caſu fiunt infirmitates cronicæ, & ſunt grauiores, ſi dictus Saturnus ſit retrogradus, ſeù tardus; quando autem eſt directus, & velox, ſæpè cauſa eſt recidiuarum; quando eſt Orientalis auget morbos calidos, quando Occidentalis auget frigidos, & Saturni non ſolùm ſunt damnoſæ coniunctiones, ſed etiam oppoſitiones, quadratus, antiſcij, & contrà antiſcij, ſed peſſimæ ſunt coniunctiones. Sic etiam eſt pernicioſa coniunctio Martis cùm Luna, pluſquàm oppoſitio, & quadratus, & maius detrimentum afferet,

ſert, quando Luna eſt motu aucta, & Orientalis, quàm quando eſt diminuta, & Occidentalis. Sol coniunctus Lunæ, vel oppoſitus, aut in quadratu ſemper affert periculum. Hoc tamen intelligendum ſemper eſt, quando eſt procul à ſuo orbe ad ſex gradus diſtantiæ. Mercurius vt ſæpè dictum cùm bonis eſt bonus, cùm malis eſt peſsimus.

Opus eſt ne me longiùs extendam, nàm ſi deſcriptiones innumeras iudiciorum hic vellem recenſere, quæ à multis Authoribus deſcribuntur, magno, ac nimis amplo egetem volumine, vndè has tantùm regulas collexi, quæ ad Medicinam ſpectant, cæteras videndas ad Aſtronomeę profeſſores, qui diffuſæ de illis ſcripſerunt, Lectorem remitto.

Statueram hic ponere diſcurſum quoddam de temperamentis diſtinctum, de partibus ſimilaribus, & compoſitis corporis humani, cùm cognitione complexionum ad litteram, organizationum corporum, imbecillitatum viſcerum &c., quam cognitionem (omiſsis iudicijs à ſacra Romana Eccleſia prohibitis) ad Phyſionomiam, Methopoſcopiam, & Chyromantiam referunt, ſed hoc omne ſeruo in lucem edere in tractatu Chyrurgiæ quam primùm, ſi Deo placeat, Typis mittendo &c.

ARCANA LAZARI RIVERII

CONSILIARII, ET MEDICI REGIS CHRISTIANISSIMI,

Et in Moſpelienſi Vniuerſitate Profeſſoris, Nuſquàm in lucem edita,

Tinctura noſtra Solis.

CVm multæ, & multæ potabilis auri Receptæ non deliteſcant, quæ auri denominantur à quibuſdam eſſentiæ, modum hunc mihi paritèr deſcribere lubet vt vnum ex his, cui adhærere non dubitaui non ſolùm doctiſſimi mei Præceptoris exemplo, verùm & Petri Io: Fabris, ſub cuius anni diſciplina manipulationes primùm apprehendi, multaque ex eius pretioſis Arcanis.

Cæteri ſoluunt aurum minimè diſpoſitum, noſtra autem methodus hoc modo colitur:

Recipe aurum in lamina ex puriſſimo, & cùm Antimonio tèr calcina ſemper addendo crudum Antimonium; hinc à cineribus, qui optimè apparebunt, ſegrega, mundificatumque diſſolue in aqua regia iuxtà diſſolutiones. Diſſolutum aſperge guttatìm oleo tartari facto per deliquium, aurum enìm in profundo præcipitabitur, tuncque remota aqua per decantationem, crebris aquarum dulcium communium ablutionibus fac acrimoniam remoueas; exſicca indè ad Solem, vel ſuprà tepidum cinerem, ſed caue ab igne, nàm tonans aurum eſt. Mox puluerem diſſolue in ſpiritu ſalis facti ad vſum noſtrum, aut in noſtro vitrioli ſpiritu, reponendo in calore lento per menſem, & tunc omnem dictis ſpiritibus tincturam communicabit. Alterum duorum ſepara addendo nouum ſpiritum donec tingatur, tinctique ſpiritus cuilibet vnciæ adde dragmam ſalis tartari volatilis diſſoluti, digerendo in loco calido per dies quindecim. Hinc omnia iterùm iunge pulueri, qui iam in fundo vaſis remanſit, & vitrariorum in fornace colloca per dies ſexaginta lento primùm igne, paulatìm augendo calorem, poſt quindecim enìm dies petrifient omnia; duobus indè elapſis menſibus, vt dictum, ponantur in loco humido in ouo, vt mos eſt. donec diſſoluantur, & aurum eſt noſtrum potabile.

Tanti robur Arcani cæteris longè antecellit, roborat quippè cor, cerebrum, iecur, omneſque noſtri corporis partes, ſed eas præcipuè, quarum eſt attrahere, transmutare, alere, ſegregare, expellere, & ſimilia. Hoc verum vitæ balſamum ſuſtinetur, hoc vt iuuenile ſeruatur, ſpiritus adaugentur, ſenectus retardatur, humorumque ne alter alterum corrumpat efficitur. Omnibus morborum ſpeciebus confert tùm auri vi, cùm fixorum ſalium, qui corporum impuritates per tranſpirationem diſſoluunt. In quibuſuis datur liquoribus à guttis quinque ad octo prò vice,

Tinctura noſtræ Lunæ.

QVoniam de auro ſcriptum pretij ſibi primum locum vindicante, argenti quoque Tincturam hic ſubdo, vt potè quod non ſolùm pretio, ſed & virtutibus ſecundum alteri accedit.

Recipe puriſſimè cupellatum argentum, aqua forti diſſolue, & oleo tartari fac præcipitet. Poſtquàm cùm aq: comm: lauetis, exſicca, & tincturam extrahe cùm ſupradictis liquoribus eodem modo ac in auro, & tandèm vt ſuprà diſſolue. Innumeræ ſunt huius virtutes, præſertìm in morbis capitalibus; confert autem epileſiæ quamuis antiquæ, vertigini, hemicraniæ, paralyſi, alijſque à cerebri infectione deuenientibus; nàm ſicuti in Macrocoſmo argentum cerebrum Mundi appellatur, ità & hæc Tinctura verum, & validius eſt remedium ad capitales affectus. Mirùm heticos iuuat, & phthyſicos ſi cùm alijs detur ſpecificis præcipuè cùm auro potabili ſupradicto. Cùm aquis adhibetur, vt ſi prò epilepſia cùm aqua hirundinum &c.

Tinctura noſtra Iouis.

DE Ioue, ſiuè ſtamno multi ſalem ſcribunt, pauci verò ſunt eiuſdem Manipulatores, immò prò ſale Iouis, Saturni extrahunt, vt in pleriſque patet ex hodiernis Profeſſoribus, qui nullam de ſtamno ſubſtantiam promere valent. Huiuſmodi Tinctura fit vt ſequitur:

Recipe purum ſtamnum ſinè plumbo, & igne calcina in vaſe ferreo ſemper agitando cùm ſpatula donec puluerizetur, indè verò igne cimentorum albeſcat, tuncque per menſem in fornace vitrariorum pone vehementiſſimo igne, vel in igne reuerbereo per ſeptem dies. Mox digerens calore lento, aceto ſtillato, tincturam ſepara viridem, quæ tinget, & hac ablata acetum iunge Ioui calcinato in retorta lutata ſeptiès ſtillando, nouumque ſemper addendo acetum ſtillatum. Partem digere ſtillatam eadem calce in loco calido per multos dies, indè filtra, & ſtilla vſque ad ſiccitatem. Fixo ſpiritum vini benè rectificatum, & alchalizatum addens, diſſolues tincturam, tantum verò ſpiritum pones, quo fixum reſoluatur. Mox per octo dies digere, tunc enim ſeparato ſpiritu tinctura remanebit in fundo, quæ quidem eſt mirabilis.

His ſimiles Receptas, ſinceras, & claras profectò non inuenies, nil quippè eſt, quod pluriès manipulationibus non perluſtrauerim.

Tinctura hæc omnibus morborum ſpeciebus mirificè confert, nàm ſicuti Iouis nomen à iuuando trahitur, ità hæc exteriùs, & interiùs iuuat. Interiùs primum obtinet locum in vterinos effectus quamuis indomitos, vterum enim confortat, roborat, & mundificat ab impuris, & corruptis ſeminibus tot varia procreantibus; ſuccurrit etiam cerebro, viſceribus, hypocondrijs, & cùm ſpecificis multùm phthyſicis, atque heticis. Exteriùs omnem plagarum acrimoniam, aut mordacitatem cohibet, atque dulcificat, ipſaſque ad perfectam redigit integritatem. Datur cùm liquoribus à ſcrup: I. ad drag: ß: prò vice.

Tinctura ſeù eſſentia noſtra Martis.

PLurima de ferro remedia ſcatent, quamquàm huiuſcemodi Tinctura apud paucos in vſu ſit, & tamen ex pretioſioribus eſt, cæterarum verò laborioſiſſima ſcilicèt:

Recipe limaturam ferream, & in cruciolo optimè ignitam extingue aceto ſtillato, id autem pluſquàm triciès, indè fac bulliat in dicto aceto, & calidam filtra per cartham emporeticam. Limaturam exſicca, ignitamque iterùm nouo aceto ſtillato extingue vt ſuprà; mox fac bulliat, & percola, quam regulam poſtquàm tèr iteraueris, aceta filtrata ſtillabis ad ſiccitatem, & adde ſpiritum vini; cæterùm eundem ſeruabis ordinem ac in Ioue.

Cordialis hæc eſt, adſtringens, & diſſoppilatiua, præ cæteris enim confert fluxibus dyſintericis, diarrhæis, lientherijs, fluxibus immodicis menſtrualibus, albeſcentibus menſtruis, gonorrhæis, ſputis cruentis, hæmorrhagijs ſanguinis naſi, fluxionibus repentinis cuiuslibet corporis partis. In omnibus vulneribus corruptelam non permittit, & breuiſſimè ſanat; vlcera, & plagas mundificat, abſtergit, & deſiccat. Propinatur à ſcrup: 1. à drag: ß: cùm ſpecificis cordialibus.

Eodem modo Tincturæ fiunt lapidis hæmatitis, ſanguinis draconis, & ſimilium, quæ remedia ſunt prò ſanguine operantia.

Eſſentia noſtra Mercurij.

MErcurium more ſolito tèr ſublima vitriolo, & nitro, puriſſimum indè cryſtallinum ſepara, quem poſtquàm ſeptiès iterùm ſale communi albo benè decrepitato ſublimaueris, optimè contritum pone in ſagiolo vitreo cùm ſpiritu ſalis benè rectificato, qui ſupernatet ſex digitis. Sigillatum digere per quadraginta dies in balneo, indè ſpiritum per decantationem ſepara, & nouo iterùm ſpiritu ſupèr infuſo per alios 40. dies digere. Hinc vt ſuprà ſepara, & ni ſublimatus omnis diſſolutus, ad nouam infuſionem, & digeſtionem recurre donec ferè nil in fundo remaneat. Digeſtos omnes ſpiritus pone in retorta benè lutata, & cùm recipiente ſtilla vſque quò albæ guttæ aſcendant, tunc enim remoue, & quatèr cooba ſpiritum ſemper ſupèr caput mortuum, vehementiorem tandèm addendo ignem vſque ad ſiccitatem. Quod fixi remanet in fundo calcina donèc albeſcat, & more ſolito ſal fiat. Spiritum ſtilla, & ſepara donèc in fundo tinctura ſuperſit, quam ſuo ſali iunges calore lento vt in vnum coeant; ſpiritu indè vini dulcifica, in eodem digere, & ſpiritum ſepara, id verò quinquiès, vt dulcis euadat.

Hæc ardua eſt, ſed morbos euellit ex incurabilibus, dari quippè poteſt in corporibus, ſexu, & ætate qualibet, omnibus morborum generibus; omnes corruptorum morborum ſpecies mundificat in corporis partibus maligna gignentium; ſinè moleſtia, irritatione, nocumento, aut incommodo operatur; balſamum vitæ ſeruat, & fouet, impuritates per tranſpirationem expellit, catarrhos à quouis prouenientes exſiccat, & conſumit; oppilatis, aut cachecticis ex hypocondriorum, vteri vel corrupti ſanguinis prauis humoribus medetur; hyſtericos iuuat tàm frigidos, quàm calidos, roborando iecur, & viſcera; infectiones ex lue Venerea antiquas, aut nouas extrahit; ſcyrrhos, ſtrumas, tumoreſuè pertinaces exulcerat, & ſanat. Datur in iuribus, vitellis ouorum, aut vino à guttis octo ad decem, manè ieiuno.

Eſſentia ſeu Tinctura noſtra Coralliorum.

DE corallijs infinitæ Receptæ tincturam docent extrahi, & quomodo fiat ſal, verùm vt plurimùm fallunt, & prò tinctura coralliorum, tinctura emergit vi balnei, & ingredientium, quæ immiſceri docent. Noſtra hæc eſt, & ſincera, quotiès à Manipulatore optimè agitur.

Recipe coralliorum minutim contritorum, & in vaſe vitreo infunde acetum ex illo, quod extraxit Antimonij tincturam, indèque per diſtillationem ſeparatum eſt, enimuerò nil aptius hoc prò corallijs, vnionibus, oculis cancrorum, corticibus ouorum, lapide opice, bolarmeno, lapide hæmatitis, & ſimilibus. Acetum ſupernatet ſex digitis, & in balneo feruente per aliquos dies corallia diſſoluentur; tunc autem ſtilla acetum ad ſiccitatem. Puluerem aquis cordialibus deciès, vel duodeciès ablue, donec omnis acrimonia, groſſiores partes, & terreæ tollantur, benèque dulcis fiant, & clarus cryſtalli ad inſtàr. Tunc benè exſicca, & repone adhibendum, vt dicetur; aliud recipe corallium, immixtoque pari ſale ammoniaco, pone in vaſe ſublimatorio ſublimandum, ſal enim attrahet omnem coralliorum rubedinem. Salem ſublimatum rubeum pone in ſpiritu vini rectificati alchalizati, & feruenti balneo paucis diebus ſpiritus omnem ad ſe trahet tincturam;

ctoram; ſpiritum per diſtillationem ſepara, & remanebit eſſentia, cui addes puluerem fixum ſupradictum, & hæc erit coralliorum eſſentia.

Cordialis eſt, mundificat ſanguinem vt apparet in leproſis; omni corpori, aut morborum ſpeciei conceditur; fluxibus quibuslibet conuenit vt dictum de Mercurij eſſentia; cor, & ſtomachum confortat, naturalem calorem reſtaurat, humidumque radicale fortificat; concretum ſanguinem diſſoluit; vulnera venenata iuuat, vlcera maligna, & ſordida. Datur à drag: ß: ad vnam in iure, vitello oui, aqua plantaginis &c.

Eſſentia noſtra Margaritarum.

ESſentia margaritarum noſtra differt aliquantùm ab aliorum deſcriptis, & hæc eſt.

Digere margaritas in aceto dicto antimonij, & diſſoluentur celerrimè, fit indè vt ſuprà de corallijs donec ſal albus euadat, poſtquàm ſcilicèt per ablutiones acrimoniam reliquit; tunc diſſolue ſpiritu vini alchalizati, & ſeptiès diſtilla ſemper ſupèr caput mortuum; hinc ſepara ſpiritum, & remanet eſſentia vt de alijs.

Perfectiſſimum cordiale eſt auro potabili minimè inferius, datur enìm ad corpora debilia, & languentia reſtauranda, malignis febribus confert, & peſti præ cordialitate; ſyncopes, cerebri paſſiones, apoplexias, epilepſias, paralyſes, & vertigines, paſſiones hyſtericas, hypocondriacas repellit. Datur in iuribus, vitellis ouorum, vel aquis à dragma ß: ad vnam.

Eſſentia noſtra Smaragdorum.

SMaragdorum fragmenti minutìm puluerizati partem vnam, nitrij, & ſulphuris partes tres poſitas in vaſe fictili calori reſiſtenti calcinabis; mox dulcificatas aquis tepidis modo iterùm ac ſuprà bìs calcina nouo ſemper nitrio, & ſulphure. Poſt tertiam calcinationem, & dulcificationem puluerem pone in cruciolo lutato in fornace vaſatiorum, ſeù in igne reuerbereo per ſex dies, poſteà in vaſe vitreo ſuprè infunde ſpiritum ſalis rectificati, qui ſupernatet quatuor digitis, & per dies viginti digere in balneo feruenti; hinc per decantationem fiat in alio vaſe ſeparatio, & ſupra feces infundens nouum ſalis ſpiritum iterùm digeres, vt ſuprà, donec omnis puluis ſoluatur. Spiritum omnem pone in vaſe optimè obturato, & digere per menſem, quo elapſo leuitèr ipſum diſtilla, tinctura quippè in fundo remanebit; augetur indè virtus addendo ſpiritum vini alchalizati, & digerendo, mox ſpiritum ſeparando. Eodem modo fit pyroporum eſſentia, hyacinthorum, aliorumque lapidum pretioſorum.

De hac non eſt cur dicam, potentiſſimum enìm cordiale eſt contrà venenum, malignas febres peſtilentiales, omnibuſque cerebri morbis, manijs, apoplexiis, & ſimilibus ſuccurrit.

Eſſentia noſtra Auripigmenti.

DIſſertum eſt perfectum Spargyricum ex rebus vſualibus, & pretioſis venenum mortiferum extrahere poſſe, ipſumque venenum in perfectiſſima Alexipharmaca conuertere, & vera cordialia. Id in auropigmento accidit, quod cùm venenum ſit ex mortiferis, mirabilem de illo præ cordialitate eſſentiam depromimus.

Recipe auripigmenti partem vnam, nitrii rectificati partes tres, de quibus poſitis in fictili vaſe non vitreato, ſed igni reſiſtenti, fac vt mos eſt de croco antimonii. Calcinatas ablutionibus aquarum tepidarum exue nitrio; exſicca indè, & iterùm nouo nitrio fac vt ſuprà; exſiccationem hinc repete poſt nouam ablutionem, & additis nitrii partibus duabus, duabuſque ſulphuris incende nouitèr, & dulcifica, ſed caue à flamma, & fumo. Poſt tertiam calcinationem, & dulcificationem pone puluerem in cruciolo benè lutato in fornace, aut igne reuerbereo per menſem. Mox cùm ſpiritu ſalis proceditur, vt dictum

de cæteris, digerendo, & coobando pluriès; ſolutis omnibus ſpiritum ſepara ad ſiccitatem, indè cùm ſpiritu vini &c. vt in alijs.

Eſſentia hæc omne venenum validiſſima expugnat, auroque potabili virtutibus æmulatur, margaritis, corallijs, lapidibus pretioſis; impura corpora ab omni praua humorum in venis corruptione mundificat. Huius intèr cætera remedia primus locus eſt contrà vlcera maligna, cancrænas, aut quaslibet corroſiones, morphæas, tineas euellit vnctione. Propinatur in iuribus, vel aquis à ſcrup: 1. ad drag: 1.

Eſſentia noſtra Salis communis.

SAlem decrepitatum filtra pluriès per cartham emporeticam in aqua pluuiali ſeptiès ſtillata; humidum exhala, & ex fixato ſpiritum extrahe cùm bolarmeno diligentèr ſecundùm artem. Hinc ſuper caput mortuum quatèr cooba, & ab impuris rectificatum ſerua, vt inferiùs; mox frange retortam, & ſalem fac ex capite mortuo ſecundùm artem benè filtrando, rubeſcet enim; tunc ſpiritu ſupradicto iunctum in vaſe benè lutato maſtiche, & oui albumine in balneo digere; menſe elapſo bìs, vel tèr iterùm rectifica, indè addito vini ſpiritu alchalizato, & facta noua digeſtione, ſepara ſpiritum vini, & remanebit ſalis eſſentia.

Hæc tàm cadauera, quàm viua corpora à corruptione præſeruat, balſamis prò vulneribus eſt efficacior, mirùm iuuat vlcera. Veſſicæ calculos, & arenam ſoluit, venas à praua craſſitiei qualitate, vel arenula mundificat, & à ſanguine morbis prouenientibus medetur; conglutinat, conſolidat, & ſanat renum, vel veſſicæ vlcera; liene, iecure, & viſceribus obſtructos iuuat; contrà putridas febres maximè valet; cutis infectiones remouet, intèr quas ſcabies, lentigines, impetigines, ignem ſacrum, herpetes; cuiuſuis generis tumores calidos ſuppurat, frigidos reſoluit quamquàm ſcyrrhoſos; dolores articulares lenit, humidum radicale tuetur, ſenectutem retardat, intellectum acuit. Propinatur in liquoribus à dragma vna ad duas.

Eſſentia noſtra Salis prunellæ.

SAlem prunellæ clariſſimum ſale communi decrepitato immiſce, & eadem ſit regula, quæ in ſale communi. Hic à communi virtutibus non differt præcipuè in febribus.

Eſſentia noſtra Sulphuris.

PRimò vitriolum rubifica, addita indè pari ſulphuris parte pone in nouis ollis ſecundùm vſum, & quatèr ſulphus ſublimetur; miſce indè ſalem communem decrepitatum, diſſolutum, & coagulatum, tèrque iterùm cùm dicto flore ſublima, flos enìm ille albeſcet, & erit volatilis, hunc verò ſerua, vt dicetur. Hinc recipe ſpiritum ſulphuris extractum per campanam rectificatum, ipſumque nouitèr per calybis limaturam traducens, acrimoniam tolle, ità vt aquæ ad inſtàr dulceſcàt. In hoc dulcificato ſpiritu flores ſuprà repoſitos immerge, vt ſpiritus quatuor digitis ſupernatet, & in vaſe vitreo benè obturato digere in balneo, ſpiritus enìm rubeum colorem aſſumet; ſpiritum per decantationem ſepara, nouum addendo donec ampliùs non tingat; tunc ſpiritum ſepara per diſtillationem, & tinctura in fundo remaneat, cui addens ſpiritum vini alchalizatum digere per plures dies vſque quò ſimul coeant; mox per diſtillationem ſepara, & in fundo permanebit eſſentia.

Cordialiſſima eſt, nilque hac aptius contrà ſpaſmum in vulneribus, etiam cùm neruorum reciſione; puncturas, vel cuiuslibet animalis morſus curat veneficos, venenum extinguit, vulnera ſanat. Verum balſamum eſt pulmonum affectibus, vel vlceribus; heticis, phthyſicis, & aſthmaticis ſuccurrit; humidum radicale conſeruat; dolores euel-

ſit arteticos, neruos confortat; antiquas, vel nouas catarrhorum impuritates conſumit; ſurdis auditum reuocat; ſordidis vlceribus confert. Propinatur à drag. ß: ad vnam in iuribus, vel aquis, & exteriùs ex ſe adhibetur, vel vnguentis aſſociata.

Eſſentia noſtra Vitrioli.

Vitriolum aſſerunt Philoſophi ſanguinem eſſe Macrocoſmi Mundialis machinæ; & Philoſophorum lapidem ab ipſo fieri volunt, quem tot quæritantes in vanum laborant. In hoc veram arcani vniuerſalis vim, quæ mineralium ſit anima, conſiſtere affirmant. Verum quidem eſt, quòd ſi rectis manipulationibus Spargyricis ab omnibus mineralium partibus, & ſemimineralium mirificæ emergunt virtutes, mirabilia ex vitriolo extrahuntur; vt apparet ipſum ad Solem tantùm calcinatum fluxiones ſanguinis ſiſtere; vtuntur etiam multi in diſtantia imponendo ipſum ſanguini, ad præſeruandam partem à corruptela. Hinc patet, quòd eò magis polleat ſapientiæ gradibus manipulatus ab impuris mundificatus, & ad perfectionem decoctus.

Recipe vitriolum calcinatum, & extracto ſecundum artem ſpiritu rectifica, feces in vaſe remanentes aqua feruenti ſolue; hinc filtra, & exſicca, de quibus manipulationibus plures age, vt ſpiritum aliquantùm, & ſalem congerere poſſis vt dictum eſt. Mox ſpiritum tèr rectificatum iunge ſali, & ſtilla coobando ſuper illum ſeptiès, ſemper verò caput mortuum ſolue, & fixa, vt dictum eſt. Salem pone in vaſe calori reſiſtenti, igne reuerbereó per ſeptem dies donec rubeſcat; tunc autem iterùm ſpiritu ſuo benè rectificato adde in vaſe benè obturato, & in Balneo Mariæ feruido digere. Poſt dies quadraginta ſtilla, & rectifica ſeptiès ſpiritum, ſalemque aqua vitæ rectificata alchalizata diſſolue, & fixa; hinc iterùm iunge ſpiritum, & digere donec rubeſcat, poſteà ſpiritum ſepara per diſtillationem, ſed in fundo tinctura remaneat, quam nouo ſpiritu vini alchalizato addito, digere, extracto indè ſpiritu remanet eſſentia.

Nullus hoc clarius dedit contrà morbos omnes medicamentum; omne expellit veneni genus vegetabilis, animalis, aut mineralis; ſpiritus vitales recreat, naturales, & animales. Arcanum hoc eſt à tot celatum, tàm mirabile, tàm vniuerſale; omnibus morbis, omnibus ætatibus, ambobus ſexibus confert; auro potabili præſtat, Panacæis, vel quolibet alio. Propinatur à ſcrup: 1. ad drag: 1., in iuribus, vitellis ouorum, vel alijs liquoribus.

Trochiſci Antepiletici.

Plerique ſunt cynabarem mineralem affirmantes, cuius matrem telluris viſcera arbitrantur. A veritate autem longè aberrant, cynabaris enim mineralis vocatus, huiuſce noſtri vmbra tegitur, ne antimonium nominetur. Cynabaris contrà epilepſiam multis ab Authoribus traditus, mineralis, & artificioſus dictus hoc modo fit.

Recipe caput mortuum, quod de compoſito antimonij butyro ſupereſt, & Mercurium tantundem ſublimatum adiunge, vaſe indè vitreo benè lutato, & alembico deſtilla ad vſum. Ad vltimum ignem ſubijce ardentiſſimum, quo vitri collum aſcendet antimonium cynabaris pulcherrimi ad inſtar, qui mineralis erit. Lauatur hic donec dulcificetur, indèque in cruciolo pone igne rotæ aperto tribus horis, ac tèr, vel quatèr ſpiritum vini incende. Ex eo recipe vnc: 1., magiſt: margaritar:, & corallior: an: drag: 1.ß:, ambræ griſæ, croc: an: ſcrup: 1., vnguis Alcis drag: 1., cran: hum: præparat: abſque igne drag: 3., fæcul: peoniæ vnc: ß:, ol: ſuccini diſtill:, mugilag: corn: ceru:, & cranij q: ſ: ad trochiſcos componendos, de quibus da à ſcrup: 1. ad drag: ß: epilepticis, & mira videbis; ſæpiùs enim multis ab experientijs Arcanum hoc eſt confirmatum.

Caput mortuum noſtrum magiſteriale.

RECipe caput mortuum aquæ fortis, quæ facta ſit de nitrio rectificato, & vitriolo benè calcinato, cùmque aqua pluuiæ ſtillata tepida fac lixiuiam, & ſalem extrahe ſecundùm artem. Bis indè iterùm cùm aqua dicta ſtillata reſoluto ſale eodem, vſque quò cryſtalla appareant, ſume nitrij rectificati partem vnam, & duas dicti ſalis, fuſoq; nitrio in cruciolo igne ſecundi gradus, ſalem adijce paulatim, igneque fac liquefacta ſint omnia per horas tres. Maſſam hanc pone in aqua forte extracta à ſupradictis, & prò quacunque libra adiunge florum antimonij ex regulo Martis vnc: 3., auri in ſol: drag: 3., corall:, margarit:, corr: oui an: drag: 2., in loco tepido digere quatuor diebus. His peractis, ſtilla ad ſiccitatem, & maſſam, quæ reſtat pinſa, iterùmque aqua vitæ imbibe; octo indè diebus digere, & ſtilla denuò ad ſiccitatem. Caput mortuum, quod remanet ſerua in ampullis optimè obturatis, de illo enim ſi à gut. 12. ad 18. dederis effectus conſumes hypocondr:, & ex validiſſimis remedijs eſt contrà talem morbum. Omnes expellit obſtructionum ſpecies, febreſque vitioſas; corporibus prodeſt cacheticis, hydropicos liberat, & ſimilia.

Aureatum Catharticum noſtrum.

RECipe aureati noſtri vnc: ß:, ſpiritus ſulphuris optimè rectificati vnc: 3, digere in loco tepido. Diebus quindecim elapſis per vitream retortam diſtilla igne arenæ, indèque nouiès dictum ſpiritum cùm dicto aureato cooba, atque optimè puluerem laua aquis cordialibus, & exſicca. Doſis erit à gr: 4. ad 10. ſemper vnà cùm magiſterijs mechoocanis, ſcialappæ, vel ſcammoneæ, vel extractis, quæ iuxtà neceſſitatem conuenient,

Pillulæ Antiuenereæ.

RECipe calomelanos, magiſter: lapidis lazuli, extract: rhabarb:, ſenæ, turbitis, ſpinæ Ponticæ an: drag: 2., gum: ligni ſancti ad pondus omnium, magiſter: tartari ſolut:, ol: cynnamom: an: drag: 1. ß:, ſyr: de fumaria quant: ſuff: ad pillulas componendas. Fœlicitèr euellunt hæ omnem humoris Venerei radicem, etiam ex oſſibus infectis. Doſis à drag: ß: ad drag: 1., viginti, triginta, vel qradraginta diebus.

Calomelanos noſtrum.

RECipe Mercurium bonum, & in retorta pone cùm dupla arena optimè permixtum, gradatimque ignem ſubijce, & in vas tranſmitte, abſque eò quòd eius os claudas, vt impuræ Mercurij partes in arena permaneant. Sublima indè ſale communi decrepitato, ſecundùm artem, reiectiſq; fecibus, ſublimato puriùs illi Mercurio ſalem iterùm adiunge, iterùmque ſublima. Proiectis indè partibus quæ reſtant, nouo ſale ſublima puriorem; hoc autem fac ſeptiès, & fecibus denuò ſeiunctis retortam colloca in fornace reuerberea cùm ſublimato ſeptimæ vicis, ibiq; per horas duas relinque igne ardentiſſimo. Hinc multotiès aquis dilue cordialibus, & aqua vitæ iuniperina imbibe, quæ ſupernatet ad digiti menſuram, ipſamque combure; tèr autèm id facias.

Catharticum Antimonij cùm vitriolo dictum Catholicum noſtrum.

RECipe antimonij de terræ ſinu fulgentis, auroq; colore ſimilis partem vnam, vitrioli rubificati partes duas, puluerizatæ, & mixtæ in cruciolo poſitæ fac ſimùl vnà liquefiant. Maſſam indè contere, & in retorta repone optimè lutata, cùm

aceto

aceto ſtillato, quod ſupernatet quatuor digitis, caloreq; moderato digere 24. horis cum ſuo recipiente. Ignem indè gradatim augeas, & vltimò ardentiſſimum, vt omnis ſpiritus exeat, moderato igne euaporabitur donèc pinguis tinctura ſuperſit. Tunc recipe extract: rhabarb:, ſenæ, ialappæ, turbit:, hellebor: nigr: an: drag: 1., extract: aloe vnc: 1., eſſent: ionip:, & cort: citr: an: drag: 2., additaq; vnc: ß: tincturæ ſuprad:, ſimùl omnia digere moderato calore, indèque reduc ad conſiſtentiam in formam extracti; optimum enim habebis Catharticum contrà omnes febrium ſpecies mirabile, tàm acutarum, quàm intermittentium, omnibuſq; antecellit cæterorum Panchimagogis. Doſis erit à g: 8. ad 15., iuxtà vires.

Trochiſci noſtri contrà Carbones.

Recipe feces reguli communis vulgaris, & in loco humido colloca ſuprà marmor, ſubtèrque vaſe, locum autem illum pluuia diluere nequeat, ſed ſolus aer penetret, & in ol: diſſoluetur. Hoc igne lento exhala, & ſal fiet pungentiſſimus, de quo recipe vnc: 1., ſublimati de Mercurio vnc: 1., farinæ hordei, & lentis an: vnc: 2., gummæ tragachant: drag: 2. liquefactæ in aq: roſ:, trochiſcoſq; compone, qui omnes curant carbones, & peccantem corrodunt carnem mirificè.

Puluis noſter Antiheticus.

Recipe reguli ſtellati Martis, & Iouis Angli an: partem vnam, pulueriza, & miſce cùm tribus partibus nitri rectificati, & ſecundùm artem calcina. Aqua indè feruida omnem remoue ſalſedinem ſecundùm vſum, & puluerem illum album pone iterùm in fornace reuerberatea tribus diebus, vel in fornace vitriariorum, aut figulinarum, atque indè iterùm aqua imbibe vitæ rectificata, quam accendas ad comburendum; hoc autem tèr facias. Hinc recipe de illo vnc: 1., pulu: viperarum ad vſum vnc: ß:, ſaluiæ ſiccæ puluerizatæ vnc: 1. ß:, ranas indè viuas conijce in olla clauſas vſque quò moriantur, & tunc in clibano fac areant donèc in puluerem conuerti poſſint, & de his vnc: 3. immiſce ſupradictis. De compoſito hoc da quadraginta diebus à drag: 1. ad drag: 2.

Aqua vitæ noſtra contrà Dolores Arteticos.

Recipe iuæ arteticæ manip: 4., fol: cupreſſus, ſaluiæ, roſmar:, ſpicæ, vrticæ an: manip: 1., cort: vlmi, fol: eiuſdem, cort: hederæ an: vnc: 2., hebuli manip: 2.; hæc omnia contrita infunde in libr: 20. vini generoſi, indèq; diſtilla, & extrahe quartam partem. Extractæ illi aquæ vitæ dimidium dictæ eiuſdem doſis herbarum ſupradictarum viridium adiunge, cùm libr: 2. lumbricorum, quos anteà vino benè ablueris, & libr: 3. adipis canini, atque tunc iterùm diſtilla, extrahendo dimidium. Tertiam indè partem iterùm adijce ſupradictorum, herbarum nempè, vermium, & adipis, iterùmque diſtillans extrahe tertiam partem. Hæc autem perfecta erit aqua vitæ, quæ ad confortandum, & reſoluendum optima eſt in omnibus morbis articularibus, & podagris.

Anodinum ſiuè Narcoticum noſtrum vitrioli.

Recipe vitrioli Romani, & tartari an: libr: 1., limaturæ calybis libr: ß:, puluerizatum vitriolum, & tart: pone in vitrea cucurbita, ſimùl priùs mixta, atque indè imbibe aceto ſtillato, duobus digitis ſupernatante, & digere tribus diebus. His elapſis igne moderato congela, & aceto imbibe vt ſuprà, ſupradictumq; ordinem ſequare. Poſtquàm congelaueris adde acetum ſtillatum, quod ſupernatet ſex digitis, & calo-

re

re lento celerrimè rubeum accipiet colorem. Hinc nouum pone acetum vſque quò extrahatur tinctura, indèque aceto oleum adiunge tartari factum per deliquium, omne enim ſulphus in infimam vitri partem eo modo deſcendet. Tunc benè exſiccabis, ipſumq; immerges in tres libr: aquæ vitæ rectificatæ; vas indè benè obturatum maſtiche, & oui albumine colloca infimo equino calido, quem mutabis quibuslibet quatuor diebus. Poſt quadraginta dies ſtilla, tinctura verò relicta in parte infima vitri iuxtà vſum tincturarum. Hoc autem verum erit Narcoticum ad omnes febres acutas, ardentes, & malignas propulſandas potentiſſimum, præcipuè in delyrijs. Contrà etiam paſſiones hyſtericas, dolores colicos, nephriticos, omneſque morbos in quibus datur laudan: nepent: hoc tutius eſt. Doſis à gut: 5. ad 12.

Aureatum noſtrum.

Recipe auri in fol: vnc: 1., antim: crud: vnc: 4., miſce, & in cruciolo funde ſimùl, ſed æquali calore non fluctuanti, ne igne nimio regulus ſeparetur. Poſtquàm liquefeceris fac frigeſcat, & minutatim contere, indèq; lento igne paulatim calcina eo modo, quo fit prò vitro calcinatio, ſemper miſcens virga ferrea. Tunc autem calcinatum erit, dùm antim: cùm auro valdè album euaſerit, neque vllo modo aglomeratur, & nec impoſitis carbonibus accenſis fumum attollat. Vitrum indè fit poſita calce in cruciolo igne fuſionis vehementer per horam, tuncque perfectum eſt, cùm vitrificatum apparet colore pyropi perlucidum.

Manipulatio quidem aliquantùm difficilis, fallitque artifices aliquando. Clarior via ad compoſitionem huiſce Arcani patebit in alio Opere, quod luci tradam, illud enim Tyronum proprium explicabo. Præparatio hæc opulentior eſt auro illa, quam ſcribit Crollius, Sennerti, Scroderus, & alij, ità etiam cordialior. Aureatum tandem eſt euomitiuum, & ſolutiuum, intèr verò cætera euomitiua primum ſibi locum vindicat, aurum quippè illud cor tuetur, & viſcera. Calicem Chymicum virtutibus non ſolùm æquat, ſed antecellit, ipſiuſq; doſis à gr. 2. ad 5.

Aqua Catholica noſtra.

Recipe ſuc: brioniæ, ſpinæ Ponticæ, chelidoniæ, roſar: ſylueſtrium, cort: ſambuci, ebuli, chamædryos an: vnc: 2., ſpiritus vini rectificati libr: 2., digere duobus diebus, indè ſtilla, & aquæ illi ſtillatæ adde extract; rhabarb:, agarici, ſenæ, gratiolæ an: vnc: ſſ:, magiſter: mechoocanis drag: 3., magiſter: tartar: ſolutiu: drag: 2., cynnamom: maſtich:, zingiber:, aniſ: an: drag: ſſ:, ſpiritus vitrioli ſtybiati drag: 6., & digere in fimo equino. Poſt dies 24. percola, & in vaſe optimè obturato ſerua. Catholica hæc vocatur quia verè agit abſque nauſea, & in omnibus morbis, in quibus purgatio requiritur ipſa maximè prodeſt; ſumitur autem vel cùm iure, vel cùm vino, vel etiam aqua. Doſis à drag: 1. ad 3. aut 4., ad ſummùm.

Trochiſci primi noſtri Alexipharmaci.

Recipe bezoard: lapid: Orient:, corn: ceru: præpar:, bezoard: Iouial:, eiuſdem mineral:, vnicorn: veri, rhenocerontis an: drag: 2., terræ militentis, bolarmeni lutei, terræ boemiæ, mundauij colorati, ſygilli lemij an: vnc: ſſ:, contrahieruæ drag: 5., ſpodij, fragmentorum omnium lapidum pretioſor: præpar: an: drag: ſſ:, magiſter: margarit:, corall: omnium, & dentium aprorum an: drag: 1., auri foliati fol: 20. puluerizentur omnia, & cùm mugilag: corn: ceru: fiant trochiſci. Ab omnibus venenis liberant, febribuſq; malignis, & erraticis, contrà fluxus menſtruorum, ſputum, & vomitum ſanguinis, pleuritidem, cardialgiam mirifica ſunt, maximèquè mulieribus grauidis profluuij de aborto dubitantibus. Doſis à ſcrup: ſſ: ad gr: 20. cùm ſpecificis.

Balſ:

Trochiſci ſecundi viperini Alexipharmaci.

RΕcipe anthoræ, vincetoſſici, ſcorzoneræ, contrahyeruæ, cort: citr: an: drag: 1.; puluꝛ viperini drag: ß:, vnicornu veri, lapid: bezoard: , Rhenocerontis, oſſis corn: cerui an: drag: ß:, Bezoard: Iouial:, cryſtalli rub: præpar: an: drag: 1., pulueriʒentur, & cùm glutine corn: ceru: fiant trochiſci, qui periculas, venena, febres malignas, puſtulas, morbillos, & ſimilia conſumunt. Doſis à ſcrup: 1. ad drag: ß:

Trochiſci noſtri tertij Alexipharmaci.

RΕcipe radic: tormentillæ, angelicæ, carlinæ, vincetoſſici, gentianæ, contrahyeruæ, anthoræ, ſcorzoneræ, imperatoriæ an: drag: 1., bacc: lauri, iuniperi an: vnc: 1., hæderæ vnc: ß:, cynnamomi, ſandalorum citrinorum, lign: aloe an: ſcrup: 2., oſſis de corde cerui vnc: ß:; hæc omnia trituratis, & in vaſe vitreo irrorabis eſſent: theriacæ dragm: 3.; addantur cryſtalli rub: præpar:, ſmaragdorum præpar:, lapid: bezoardic: Orient:, magiſter: margarit:, vnicornu veri an: ſcrup: 1., magiſter: carabæ, ſal: Iouis, foliorum auri an: gr: 25., glutinis cornu ceru:, & mugilag: tragachant: fact: in aqua florum mali medici q: ſ: fac paſtill: ſec: artem. Hæc peſtem, morbos peſtilentiales, febresq; malignas expellit, omnibus cordis prodeſt ſyncopationibus, contràq; arſenicalia, & ſimilia venena potentiſſima eſt; cuius doſis à ſcrup: 1. ad drag: ß:

Balſamum vitæ ſiuè cordiale noſtrum.

RΕcipe Panaceæ vniuerſalis, eſſent: auri, & argenti an: drag: 2., eſſent: ambræ griſæ gr: 25., eſſent: margarit: drag: 3., tincturæ viperarum vnc: ß:, eſſent: ſangui: ceru: vnc: 1., miſce, & adde oppobalſ: veri Orient: g: 4., & maximum eſt cordiale ad naturam confortandam; doſis à ſcrup: ß: ad vnum.

Balſamum ſalutis noſtrum.

RΕcipe eſſent: ambræ griſæ fact: cùm ſpiritu roſarum, quint: eſſent: roſarum, eſſent: bacc: iuniperi, & cort: citr: an: ſcrup: 1.; ol: flor: mali medici ſcrupi ß:, m:, & datur cùm ſaccharo roſato ſimplici à gutt: 2. ad 6.

Bezoardicum Minerale noſtrum.

BEzoardicum minerale noſtrum parùm à communi differt, quod Chymici componunt; correctius autem eſt, & tutius, quia correctio antim:, & Mercurij eſt dum ab omni mala qualitate vitiorum expurgetur igne.

Recipe reguli vulgaris antimonij, ſed ex illo, quod in ardentiſſimo igne fuerit, poſtquã purificatum, per horas 16., & Mercur: ſublimati, ex illo facto ad pag: 58. de Calomelano, & per alembicum diſtilla ſec: vſum, extrahens butbyrum ſicuti in Bezoard: mineral: ſcriptis ab alijs Authoribus. Dulcifica indè abluens multotiès aqua tepida, & calore temperato exſicca. Exſiccatum imbibe ſpiritu nitrij, qui ſupernatet quatuor digitis, & diſtilla, indèq; ter cooba, iterùmq; dulcifica vt antè à. Dulcificatũ pone in vaſe fictili, igni verò reſiſteti, igneq; circũ tribus diebus accède; hæc enim vera eſt decoctio. Spiritũ indè vini imbibe, qui ſuprà quinquies accèditur, tũcq; certus eris optimũ & perfectũ habere Bezoardicũ.

Hoc illud eſt mei Præceptoris, & ſi animaduerteris cæterorum compoſitionem, tanta non adhibitur aſſiduitas. Vtebatur ipſe in ſingulis iuribus ſcrup: 1. prò vice, vt ex eius, & meis patet Obſeruationibus, quia verò correctum eſt, & concoctum ità vt nunquàm noceat, omnibus dabat laborantibus non ſolùm febre maligna, acuta, & peſtilentiali, ſed & cachetica, varolis, morbillis, & alijs morbis; doſis à ſcrup: ß: ad ſcrup: 1.

Bezoardicum Iouiale noſtrum.

EOdem modo ac ſupradictum componitur hoc nulla re excluſa, ſed ſolùm differt in compoſitione; primò enim fit regulus Martis ſtellatus, & per ignem cùm pari Ioue de perfectiore coniungitur, & cùm ſupradicto Mercurio ſublimato ad pag. 58. de Calomelano. Cæterum nihil penitùs ordinem prætermittas, quo ſuprad: Minerale factum eſt. Ità enim illud eſt, quod vſu mei dicti Præceptoris celebratur, quodque dabar ipſe, & ipſe do in omnibus morbis deſperatis à ſcrup: ß: ad drag: ß:

Alia fiunt Bezoardica Solaria auro addito, lunaris Luna, ità etiam de cæteris vt ab alijs ſcribuntur Authoribus. Satiùs autem arbitror ab igne non diſcedere, & modo illo quem propoſui in minerali Bezoardico, ſi enim ſecùs fiat integra non pollebunt perfectione. Florum, croci, & aurati correcti, correctio hoc modo fit: recipe florem, crocum, aut vitrum, & in retorta pone cùm ſpiritu vitrioli rectificati ad digerendum quinque diebus in loco calido moderato. Stilla indè ad ſiccitatem, & ſex alijs vicibus cooba ſemper ſtillans ad ſiccitatem. Hinc aquis cordialibus dulcifica, & exſiccatum imbibe aqua vitæ generoſa, quæ quinquiès ſupra incenditur; modus enim hic multùm corrigit Antimonium, correctaque hi tali pacto componuntur.

Appendix.

NOn exiguum Bezoardicorum portentum minimè prætermittendum arbitratus; appendicem hanc ſtatui, In qua pulcherrimum quidem Venetiarum euentum percurrere, Lector, ne dedigneris. Io: Baptiſtam Tola inuiſerem iuſſit ægrotantem: Illuſtriſſimus, atque Excellentiſſimus D. Andreas Donatus Sereniſſimæ huius Reipub: Senator præſtantiſſimus, cuius humanitati maximè deuincor. Acceſſi, ipſumque inueni annorum circà ſexaginta quinque, temperamenti aduſti, melancholici, vinis generoſis iam anteà plurimùm deditum, tunc verò à ſeptem diebus febre continua maligna laborantem, à fumis capite occupatum, & obſcuro delyrio; pulſus tremulus erat, & paruus, vrina turbida, & groſſa, oculi tenebroſi, ferè vitrei, vires abiectiſſimæ, tandèm, vt multa in vnum contraham, ex ſignis omnibus, quæ apparebant mortalia, vitæ vt potè deſperato conclamaui vnà cùm Excellentiſs: Medico, qui multa iuxtà canonicum vſum opportunè remedia exhibuerat. Non niſi cordialibus ſuccurrendum eſſe ambo cenſuimus, breuiſſimamque ad mortem periodum ſupereſſe domeſticis prænunciauimus. Attamen ab Excellentiſs. Medico poſtulaui an optimum duceret hoc vltimum quoque tentare, Bezoardica ſcilicèt Solaria, & Iouialia ægro exhibere, multotiès enim in huiuſmodi caſibus benefici ſcatent euentus, cogunt quippè Bezoardica naturam ad ea expellenda per ſudorem, vrinam, aut ſeceſſum, quæ miſerum propè mortem impellunt. Opinionem hanc meam confirmauit ille, iuſſitque continuò grana ſex Solarium, & ſex Iouialium cùm alijs cordialibus; miſit autem ad Reuerendiſs. P. Præfectum Seruitarum, Spargyricum optimum, perfectumque Manipulatorem, vt ſupradicta concederet. Sumpſit æger, & multam per ſeceſſum eiecit atrabilem, verùm ex ea conuulſione vires exhauſtæ omni penitùs deſtitutæ ſunt vi, maioriſque debilitatis edidere ſigna, ex quo, perterritis domeſticis, filius Presbiter ad me ſe contulit iracundia non ſolùm ſuccenſum, ſed & Medici verbis ex Bezoardicorum puluere illo mortem prouenientem ſignificantibus, qui quamuis ex eo minimè fieri poſſe ſciret, nihilominùs à repentino motus periculo culpam in me conferre curabat. Filius, inquam, mihi tale ſcelus exprobrans minis de genitoris cæde accuſabat. Demùm talis euacuatio, Omnipotentis permiſſione, atrabilem tranſmiſit, quam natura ex ſe non valebat, ideòque mortuum, vt ità dicam, nouam in ſalutis lucem reuocauit. Hinc dùm aliqua in conſultatione adſum, nunquàm à cæterorum diuerſam expono propoſitionem, certus minimum eueniendum malum mihi criminiſ fore tribuendum.

Exam-

Extractum noſtrum Antepleuriticum.

Recipe extract: flor: papauer: errat: drag: 2., maluæ arboreæ rubræ, gummæ extractæ de ligno quercino an: drag: 1. ſſ:, pleuræ humanæ, vel apri drag: 2., limaturæ dentis apri drag: 3., maxillarum aſcelli piſcis drag: 1. ſſ:, vnicornu veri, magiſter: corall:, corticum interior: auellanat:, flor: buxi, ſalis prunellæ an: drag: 1. fiat maſſa cùm extract: ſupradictis, & compoſitum eſt portentoſum prò pleuritide. Doſis à ſcrup: 1. ad drag: ſſ:

Extractum Hyſtericum noſtrum.

Recipe extract: artemiſ:, matricar: an: drag: 3., extract: ſabinæ, & bacc: iunip: an: drag: 1., fæcul: aronis vnc: ſſ:, fæcul: brioniæ drag: 2., extract: nepetæ, & aſſari an: drag: 1. ſſ, magiſter: carabum drag: 4., ſal: Iouis ſcrup: 4., ſem: ſeſeleos, nepentes an: ſcrup: 2., ſem. ameos, rutæ, carui, aniſ:, cardamomi an: drag: 2., caſtorei ſcrup: 4., m:, & da à drag: ſſ: ad drag: 2., in paſſionibus enim hyſtericis magnoperè prodeſt.

Extractum Nephriticum noſtrum.

Recipe herbæ Turcicæ ſiccæ manip: 3., eryng:, reſtabouis, bardanæ an: manip: 1., bacc: iunipi, & lauri an drag: 2., ſem: de millio Solis, vrticæ, cæpæ, ſaxifrag:, aniſ:, fœnicul: an: vnc: 2. De his omnibus fac extractum ſec: artem, indèque addе magiſter: lapid: Iudaici, cryſtall: de monte, oculor: cancror:, cort: ouor:, ſal cortic: fabæ, ſal: flor: ammoniaci an: drag: 1. Hæc fermenta ſimùl, & magnum remedium eſt contrà nephriticos dolores. Doſis à ſcrup: 1. ad drag: ſſ:

Extractum Aureatum noſtrum.

Recipe bacc: iunip:, bacc: lauri, amygdalorum perſici an: vnc: 4., flor: nucum, ſambuci, vuæ ſylueſtris, herb: calamenti, orygani, pulegij an: manip: 1., ſem:, dauci, aniſ:, fœnicul:, cymini an: vnc: 2., cynnamom:, garyophyllorum an: vnc: ſſ:, lign: aloe drag: 1.; fac extract: ſec: artem, indè adde balſ: Peruiani impetriti, ol: nucis muſcatæ, ol: ætherei therebinthi an: vnc: ſſ:, m:, & ſimùl fermenta. Doſis à drag: ad drag: 1.

Diaphoreticum Aureatum noſtrum.

Multis ab Authoribus hoc ſcribitur eſſe ſulphus illud, quod eſt in Reguli fecibus vulgaris, quo contrito, & ebullito cùm aceto præcipitatur ſulphus in inferiori parte; indè verò multotiès abluto, & exſiccato vtuntur ad ſanguinem mundificandum, & ſudorem prouocandum. Correctius autem noſtrum eſt, quia ſupradicti omnibus peractis calcinatur iterùm in fornace horis 24., vel igne rotæ donèc dealbeſcat vnà cùm quarta parte auri tonantis. Digeritur indè aqua vitæ ardenti, quæ tèr ſupèr incenditur; tuncque optimum Diaphoreticum eſt in pleuritide, & febribus peſtilentialibus; datur autem à gr: 16. ad 20.

Diaphoreticum commune noſtrum.

REgulus hoc eſt vulgaris tèr calcinatus ſemper cùm duplo nitrio rectificato, indèquè dulcificatus, & aqua vitæ ſupèr incenſa. Datur hoc à ſcrup: I. ad drag: ß:, vel etiam drag: I. contrà omnes morbos cronicos, in quibus per ſudorem operatur, vel inſenſibilem tranſpirationem.

Diaphoreticum fixum noſtrum.

PVluis eſt fixus Patris Baſilij Valentini, quem ipſe vniuerſalem proponit, nomine etiam interdùm Panacææ fixæ Baſilij, ſcriptæ in Currhu Triumphali Antimonij eiuſdem Authoris.

Panacæa liquida noſtra vniuerſalis cùm auro!

REcipe auri foliati vnc:I., & calcina cùm ſulphure in igne circulatorio per horas 8.; quatèr ſulphur addens. Aqua indè calida dilue, exſiccatumque coniunge cùm oleo antim: facto tali modo: Recipe reguli de antim:, Mercurij ſublimati an: vnc: 4., miſce benè in mortario, ſtillaque per retortam ſicuti fit ol: glaciale, ſiuè buthyrum antim:, ignem adde gradatìm, donèc in buthyrum conuertatur, appoſitis etiam carbonibus ad collum retortæ. Buthyrum illud pone in Cella vinaria ſuprà lapidem cùm vaſe in quo guttatìm cadat, & ol: fiet, cuius vnc: adde vnc: I. auri calcinati per cimentum vt ſuprà. Vas indè repone in loco calido digerens per menſem, tingetur enim in aureum colorem. Hinc adde ſpiritum vini rectificati, & iterùm in calore colloca, vbi aqua vitæ ſibi omne aurum attrahet. Percola, & aqua vitæ iterùm addita donèc tingatur, ol: exhala, nàm puluis remanebit. Hunc vnà cùm vnc: 8. antim: crudi, & vnc: 20. olei de nitrio facti per deliquium pones in vaſe, quod benè obturabis, ad digerendum. Poſt menſem adde libr: 2. ſpiritus vini rectificati, & iterùm digere; breui enim tinctura menſtruo ſpoliabitur ſicuti anteà. Spiritum hunc cùm illo auri coniunge, & alium iterùm ſpiritum adde ſuprà ol: nitrij, donèc color detegatur; remanere enìm debet ſicuti erat cùm poſitum primùm fuit. Tunc ſpititus hoſce tinctos cola per papyrum emporetiſcum, & per cinerem ſtilla paulatìm vſque quò tibi vnc: 4. tincturæ reſtent in inferiori parte retortæ. Atque hæc eſt noſtra liquida Panacæa vniuerſalis, quæ per tranſpirationem operatur, facultateſq; vitales facilè impellit ad ea facienda, quibus indiget natura, abſqueeò quòd noceat. Hetici multi, phthyſici, & hydropici per hanc à me curati ſalutem adepti ſunt; dari autem de ipſa poteſt à gut: 8. ad 20. cùm ſpecificis, & iuxtà vires citò vel ſerò operatur.

Tinctura noſtra ſiuè oleum verum Antimonÿ dulcis.

REcipe vitri antim: hyacinthini clari vnc: 4., olei nitrij facti per deliquium vnc: 8.; contritumq; hyacinthinum oleo immiſce ſupradicto in vaſe vitreo benè obturato, temperatoq;, & æquali igne digere per menſem, oleum enìm illud fiet rubicundum. Tunc adde ſpiritum vini rectificati, vt in Panacæa liq: ſuprad: factum eſt, donèc tinctura oleum ſpolietur. Spiritum indè, & tincturam extrahe, quæ in inferiori parte reſtat. Pretioſum eſt contrà omnes morborum ſpecies, paulòq; inferior ſuprad: ctæ Panacææ. In vulneribus, & vlceribus corroſiuis, alijſq; pernicioſis morbis maximè prodeſt. Ipſius doſis à gut: 8. ad 10. in vino, vel alijs ſpecificis. Hoc corpora renouari & reuireſcere ſcribit Baſilius, & alij; mundificat enim omnem humoris impuritatem, quæ ſanguinem polluit, & cordialiſſimum eſt. Hydropicis, cacheticis, heticis, phthyſicis, omnibuſque infirmitatibus mirum in modum confert.

Alij multi de hac ſcripſerunt, non verò facilè adeò ad agendam, ſi enim manipulatio-nem obſeruabis menſtruum hoc non eſt cùr ſtilles, impoſita quippè aqua vitæ remouetur, & alijs inſeruit ſolutionibus.

Tincturæ aliæ modo eodem fiunt, omneſque optimæ, hæc autem duæ cæteris præſtant. Illa pariter, quæ ex antim: crudo extrahitur mirifica eſt; nitrium quippè ſimplex attrahit tincturam, & ignis nihil de ipſo conſumpſit; dicitur autem Panacæa. A regulo vulgari extrahitur tertij gradus, ab electris, à regulo Martis, à regulo Iouis, à croc: metall:, à flor: antim:, à calcinationibus eiuſdem; & ſi cùm dicto menſtruo extrahetur, multò melior euadet, quàm ex acetis ſtillatis, alijſq; liquoribus. Eius doſis à ſcrup: ſſ: ad ſcrup: 1.

Olea noſtra corroſiua duo ſunt; oleum nempè glaciale, hoc eſt buthyrum illud, quod dixi ad aurum ſoluendum, atque hoc malam omnem carnem corrodit. Alterum liquor eſt, qui per deliquium fit ex fecibus reguli vulgaris.

Eſſentiæ à pleriſque habentur illæ, quas nomine tincturarum, vel extractionum appello; eſſen: verò dico eas, quæ hoc fiunt modo: Recipe de ſimplice illo, ex quo eſſentiam vis extrahere, flores, cortices, ſem:, & radic:, ſi omnes habere potes, atque hæc macera in ſpiritu vini rectific: duobus diebus, indè ſtilla ad ſiccitatem. Hinc ſpiritum illum imbibe iterùm herbis, vel floribus eiuſdem, iterùmque digere in vaſe benè obturato; ſtillaque denuò; bis autem iterùm eundem ſequare modum. Illam tunc circula, & eſſentia erit vegetabilis, quod adhibueris. Quibus plerumquè vtor ſunt de abſynthio, mentha, roſmar:, ſaluia, ſpica, calendula, lilijs conuallijs, flor: tillæ, flor: peoniæ, ligni quercin:, angelica, carlina, vincetoſſico, chelidonia, euphragia, biſtorta, tormentilla, contrahierua, bacc: lauri, bacc: iunip:, aniſo, fænicul:, cymino, ſem: paſtinacæ, dauco, cardamomo, galanga, cort: citr:, & alijs.

Quintæ Eſſentiæ.

SEcùs ac ſupradictæ fiunt hæ; fermentantur enim primò res vt & alij ſcribunt, indèque per diſtillationes oleum ſeparatur, quod ſeparatum vera eſt quinta eſſentia. Tincturæ liquidæ ſunt extractæ de ſpiritu vini, exhalando ipſius partem. Extractæ nonnullæ ſtillatis aquis liquorum acidorum auxilio. Illæ de Mineralibus, & Semimineralibus extractæ ſunt cùm ſuis menſtruis appropriatis. In Manipulatio noſtro de his apertè patebit.

Elexyr.

CVm nominentur hæc in Obſeruationibus noſtris, neceſſe eſt ideò ipſorum aliqua explicare. Elexyr proprietatis ad vſum Crollij ſemper feci, optimoſque teſtari poſſum effectus. Addo ego cùm illo eſſent: abſynthij, & menthæ; elexyr verbi gratia vnc: 1., eſſen: abſynthij, & menthæ an: vnc: 1., digere ſimul; ipſoque vtere, magnum enim eſt ſtomachale. Ità etiam eidem addo eſſent: chelidoniæ, cymbalariæ, ramoracciæ, naſturtij, ſynapis, limacum an: partes æquales, & digero per menſem, de quo datur ſcrup: 1. ad drag: ſſ: contrà effectus omnes atrabilates, ſcorbuticos, hypocondriacos exitu fœliciſſimo.

Elexyr Antiſcorbuticum, & contrà Hypocondriacos effectus.

REcipe elexyr proprietatis libr: 2., eſſent: carab: vnc: 2., eſſent: cort: cappar:, eſſent: cort: tamariſci, eſſent: cort: Mediani fraxini an: vnc: ſſ., radic: dictami alb:, rhapontici, polypodij, ſcorzoneræ, filicis, acori an: drag: 2., naſturtij aquat:, ſedi muralis, camædryos, chelidoniæ, cetrac:, linguæ ceruinæ, acrimoniæ, aceœti, corymbiferi cùm floribus, hepaticæ, fumariæ, flor: geniſtæ, centaureæ, hyperici an:

manip: 2., ſem: geniſtæ, fœnicul: amar: an: drag: ß:, ligni ſancti raſpati, cort: eiuſdem an: vnc: 4., ſalſæ parillæ vnc: 1. ß:, ligni ſaſſafras vnc: 4., ſalis tart: vnc: ß:, triturata infunde omnia in ſpiritus vini benè rectificati, & ſflammati q: ſ: vſque quò benè imbibantur, & duobus digitis ſupernatet digerens per dies 8. Stilla indè, & nouam in ſtillato repete compoſitionem vt ſuprà. Prò hypocondriacis mirabile eſt, & prò his, qui frigidis affliguntur à tumoribus. Doſis à ſcrup: 1. ad drag: ß: in rebus appropriatis.

Elexyr Nephriticum.

Recipe ligni nephritici veri vnc: 2. ß:, camomillæ, melliloti, hæderæ terreſtris, virgæ aureæ, veronicæ, hypericonis, cùm ſem:, & flor:, herniariæ, ſiuè herb: Turcic: an: manip: 3., radic: anonidis, pimpinellæ, ſaxifragiæ, hemoracciæ, ſem: cyſnobati, milij ſolis an: vnc: 2., alchachengi vnc: 3., bacc: iunip:, & hederæ an: vnc: 1. ß: contrita omnia in vaſe infunde benè obturato, cùm ſpiritu vini therebinthinato, qui digitis quatuor ſupernatet, & octo diebus digere, indè ſtilla; ſupradicta iterùm viridia infundens fac vt ſuprà; cuius doſis à ſcrup: 1. ad vnc: ß., & prò arenulæ morbo, calculorum, pròque ipſo calculo optimum eſt.

Elexyr Vterinum.

Recipe artemiſ:, herb: Turcic:, matricar:, pulegij, calamenti an: manip: 1., cortic: fraxini, & ſabinæ an: drag: 3., cort: citri, & mali medici an: drag: ß:, radic: vincetoſſici, ariſtolochiæ, peoniæ, rub: tinctorum, brioniæ, ireos, dictam: alb:, zedoariæ, ſem: aniſ:, cardamomi an: vnc: ß:, ocymi drag: 2., bacc: lauri vnc: 2., zingiber:, cynnamom:, nucis muſcatæ, croci an: vnc: 1., omnia triturata digere cùm ſpiritus vini alchalizati libr: 3. in vaſe vitreo benè obturato, & loco calido, nempè fimo equino, ſiuè balneo Mariæ. Poſt dies 14. ſtilla per balneum Mariæ, addeque indè libr: 1. noui vini ſpiritus fecibus, quæ in ſtillatorio remanſerunt, iterùmque digere in loco calido. Poſt octo dies ſepara per inclinationem ſpiritum tinctum, lentiſſimoque igne tincturam exhala, donèc mellaginoſam conuertatur in formam. Primo hanc adde diſtillato; feces in cinere incende, & aqua artemiſiæ ſalem extrahe, qui ſupradicto Elexyr adiungitur vnà cùm vnc: 1. tincturæ Iouis. Diuinitùs operatur in vterinis effectibus, omnibuſque morbis, qui ab vtero trahant originem. Doſis à drag: ß: ad drag: 1. in liquore appropriato, & multis poteſt adhiberi diebus iuxtà ægroti neceſſitatem.

Extractum noſtrum Antepilepticum.

Recipe extracti cranij humani facti ſec: vſum vnc: ß:, extract: buxi, radic:, & ſem: peoniæ, ligni quercini, flor: lilij conuall:, & flor: tiliæ an: drag: 2., mucilag: cornu ceru: de primo anno drag: 3., lapid: veri belzoar: Orient:, vni cornu veri, vnguis veri Alcis an: drag: 1., extracti hirundinum, & picarum priuſquàm è nidis diſcedant, ſtercoris pauonis an: drag: 1. ß:, narcotici de vitriolo, ſalis Lunæ, ſuccini an: drag: 2., magiſter: margarit:, corall:, & zaphyrorum, flor: aſſium odorif:, balſ: Peruiani in petra an: drag: ß:, diaphoretici fixi de antimonio noſtri vnc: ß:, tincturæ noſtræ vniuerſalis de antimonio cùm auro drag: 3., miſce, & fac compoſitum, de quo vel in pillulas, vel in liquore appropriato dabis à ſcrup: ß: ad dragm: ß: prò vice, quindecim diebus, matutino tempore Luna deficiente.

Hoc multi liberati omninò ſunt epileptici, quamuis etiam nonnullis dederim per menſes integros, cui plùs, cui minùs. Si verò laborioſum, & magni ſumptus eſt, intèr potentiora locum ſibi vindicat. Vſu eodem optimum eſt contrà omnes Emigranias, Paralyſes, Apoplexias, & morbos capitales ex intemperie frigida productos.

Tin-

Tinctura noſtra Policreſta.

RECipe radic: angelicæ, carlinæ, dictami albi, biſtortæ, tormentillæ an: drag: 3., vincetoſſici, gentianæ, rhapontici, ſcorzoneræ, acori veri an: vnc: ß:, fol: abſynthij, abrotani, iuæ arteticæ an: manip: ß:, fol: ſcordij, calamenti an: manip: 1., flor: roſmar:, centaureæ minoris, horminij, betonicæ, & malorum medicorum an: pug: 1., cynnamomi, nucis muſcatæ, garyophyll: an: drag: 1., myrrhæ, maſtich:, aloe ſuccotrini an: drag: 2., caſtorei, mummiæ tranſmarinæ an: ſcrup: 2., corall: rub: præparati, cornu cerui, matr: perl: præparatæ an: dragm: 1: ß:, croci ſcrup: 1., aſſ: dulc:, ſpicæ nardi an: drag: 1., cort: citr:, & malorum medicorum an: vnc: 1. ß:, ſandal: rub:, citr:, & alb: an: vnc: ß:, hæc omnia contere, & infunde in vaſe vitreo benè obturato vnà cùm ſpiritus vini electi alchalizati libr: 9: ad digerendum per dies 15. Per decantationem indè tincturam ſeiunge, ipſique ſalem adde factum ſecundum artem de incenſis fecibus. Tinctura hæc maximis pollet virtutibus, perindè ac Elexyr vitæ; ſpiritus recreat vitales, omnemque expellit ab ipſis veneni vaporem. Datur in omnibus malignis morbis, tempore peſtis, & contrà omnia venena à ſcrup: 1, ad drag: 1.

Elexyr vitæ maius noſtrum.

RECipe ſucc: meliſſæ libr: 8., vini generoſi libr: 4., cornu cerui in fragmenta crudi lib: 3., vnicornu foſſilis, bolarm: pretioſi an: lib: ß:, viperas decorticatas abſque capite, cauda, & interioribus num: 3., & diſtilla per tamburlanum benè ſtamnatum, quod magnum habeat refrigeratorium, fragmenta autem cornu cerui, & vnicornu ſtent in collo tamburlani, vt omnem recipiant fumum. Poſtquàm diſtillaueris, nouum iterùm ſuccum, & vinum diſtillato adde, ſemperque recens cornu cerui, & viperas tres vt dictum eſt, quam manipulationem fac nouiès; qualibet nempè vice adiungens recentem ſuccum, recenſque vinum diſtillato, & vas permutans iuxtà capacitatem. Vltima vice adduntur omnia ſupradictæ tincturæ policreſtæ, & in fimo equino, ſiuè balneo Mariæ calido digeruntur per menſem in vaſibus vitreis capacibus benè obturatis. Diſtilla indè ad ſiccitatem extrahens non ſolùm ex omnibus fecibus, ſed & fragmentis oſſium, & terris, ſalem ſecundùm artem, quo immixto cùm diſtillato circu'abis per duos menſes.

Elexyr hoc, quamuis difficile, attamen non magnæ impenſæ; illo autem nunquàm inueni pretioſius intèr tot, quibus vſus ſum, cordialiùs enim operatur, quàm illud Sereniſſimi Magni Etruriæ Ducis. In omnibus morbi effectibus, in quibus cor, & viſcera auxilio indigent, dari poteſt, ad venenorum, putredinum &c. reſiſtentiam. Doſis à drag: ß: ad drag: 2., neque odorem habet aquæ vitæ, ſed gratiſſimum, & ſuaue,

Tinctura Viperarum noſtra.

RECipe viperas decorticatas num: 20., & imbibe ſpiritu ſalis; indèque adde dictam: Cretic:, albi, tormentillæ, biſtortæ, vincetoſſici, ſcorzoneræ an: vnc: 1., vini albi generoſi q: ſ: ad imbibendum, quod ſupernatet duobus digitis, & digere in baln: Mariæ, ſeù fimo equino. Poſt dies octo in eodem vaſe vitreo decoque per duas horas in balneo Mariæ, indèque fit fortis expreſſio. Feces exſiccatæ incenduntur, & ſal extrahitur. Quod remanet bis purificatur oui albumine, iterùmque ponitur in balneo Mariæ tepido per triginta dies, calore moderato, hoc enim tempore rubeſcit ad inſtar ſanguinis.

Cordialis hæc eſt, & Alexipharmaca; prodeſt heticis, phthyſicis, hydropicis, cacheticis, febre laborantibus putrida, & maligna, & tempore peſtis; multi etiam

E 2 utun-

vtuntur prò præſeruatiuo, ſanguinem enim mundificare affirmant. Doſis à ſcrup: 1. ad drag: ß.

Extractum noſtrum Antinephriticum,

R.Ecipe ligni abietini, cort: & ligni raſpati libr: 1., ligni nephritici libr: ß., cortic: interioris corylli vnc: 7., herb: ſaxifragiæ, pimpinel:, cymbalariæ, parietariæ, herb: Turcic: an: manip: 1., radic: liquiritiæ, anonidæ, bardanæ, leuiſtici an: vnc: 1. ß., bacc: maturarum iunip:, amygd: perſici, amygd: ceraſi an: vnc: 3., ſem: dauci, petroſelli, pimpinellæ, cæpæ, vrticæ, geniſtæ an: vnc: ß., comprime, & contere omnia; recipe indè ſucci de herniaria, de hædera terreſtri, de parietaria; de cæpa, de malo maſſilico, de rhaphano an: lib: 1., vini generoſi libr: 3., & vnà cùm suprad: omnibus pone in vaſe vitreo capaci, benè obturato in balneo tepido per dies octo. Poſtem indè fac expreſſionem, & oui albumine clarifica, & percola, & exhala per alembicum in balneo Mariæ donèc in formam extracti liquidi euadant. Tunc addes hæc: magiſter: oculorum cancrorum, cortic: oui, matr: perl:, cryſtalli de monte an: drag: 1. ß., ſalis fabarum, parietariæ, ſuccini, vrinæ volatilis an: drag: 1., miſce, & ſerua.

Maximum hoc eſt remedium contrà omnes calculorum ſpecies, arenulæ & ſimilia, dolores extinguendo nephriticos cæteris virtute antecellit. Doſis à drag: ß. ad drag: 1. vel in pillulas, vel in liquoribus appropriatis.

Antiſebrile noſtrum.

R.Ecipe cortic: chinæ lib: ß., cortic: tamaricis, cort: fraxini an: vnc: 1., fol: camædryos, chelidoniæ, pimpinellæ, heliotropij minoris an: manip: ß., aquæ ſtillatæ de ſucco camædryos, & de ſucco cymarum tenerarum fraxini an: lib: 3., ſpiritus vitrioli ſtybiati drag: 2., contrita omnia infunde in aqua prædicta, in vaſe vitreo benè obturato, in balneo Mariæ. Poſt dies 12. per fortem expreſſionem omne humidum extrahe, deque exſiccatis, & incenſis fecibus fac ſalem. De liquore fac extractum cùm calore baln: ſecundùm vſum. Hinc recipe de dicto extracto vnc: 2., extract: de rhabarb:, de ſena, de gratiola an: vnc: ß., magiſter: de mechoocane, de ſcialappa an: drag: 1., ſalis de fecibus ſuprad:, ſalis de centaurea minore, de gentiana, de abſynth: vitriolato, de vitriolo Martis an: drag: 1., magiſter: de cortic: limacum paruarum de lacu oblongarum vnc: ß., magiſter: tart: ſolutiui drag: 2., hæc omnia fermentabis per dies duodecim. Datur antifebrile hoc in omnibus febrium ſpeciebus, tàm intermittentium quàm continuis. Siſtit vapores febris, placidèque purgat, eſt autem ex perfectiſſimis, quæ adhiberi poſſint, abſque eò quòd vnquàm nocuerit. Doſis à drag: ß. ad drag: 1. ß.

Spiritus noſter Vitrioli ſtybiatus, qui ingreditur in aqua Catholica, & in Antiſebrili extracto.

RĔcipe ſpiritus vitrioli rectific: vnc: 1., vitri hyacinthini de antimonio vnc: ß., digere in loco calido per menſem, ſpiritus enim tingetur in aureum colorem; indè percola, & ſerua.

Hic ſpiritus erit ſtybiatus ſupradictus, qui vnà cùm medicamentis purgantibus à guttis 12. ad 20. placidè, & ſinè vomitu operatur, corrigitque earundem medicinarum calorem.

Mag-

Magiſterium Tartari purgans noſtrum.

APleriſque hoc deſcribitur, non verò ei fidem illam habent, quam habere deberent, Medici enim compoſitum minimè animaduertunt.

Fit hoc modo: recipe ſalis de tartaro facti de oleo dicti tartari partem vnam, aceti ſtillati fortiſſimi partes duas, & miſce ſimul. Poſtquàm interno exæſtuauerint murmure diſtilla ad ſiccitatem, indèque nouum acetum adde. Subbullitione prædicta iterùm facta dulcificantur; acetum enim ſalſedine ſalem exuit, & ſal acetum acrimonia. Hinc iterùm diſtilla, & hanc facies manipulationem deciès, donèc acetum ſuam ſibi reſumat acrimoniam; ſemper autem ſtillabis ad fixationem tartari. Fixo decimæ vicis adiunge aq: vitæ ſtillatam, & rectificatam, factamque de vini fecibus, ſubitò enim tingetur in rub: colorem. Tincturam indè percola, & aquam vitæ iterùm infunde, donèc ampliùs non tingat, atque tunc filtra, iterùmque ſtilla ad ſiccitatem. Quod reſtat fixum ad aerem reſoluitur in oleoſum liquorem, qui magiſterium eſt tartari ſolutiuum.

Soluit hoc craſſos, & tenaces humores, qui in venis ſunt; certum autem, & neceſſarium remedium eſt in omnibus febribus longis, & vitioſis. Immò Præceptor meus Riuerius in finè febrium acutarum, vel contumacium ad humorum reliquias, & fermentum reſoluendum, ægrotos purgabat per Epicraſim hoc modo: recipe aq: capil: Ven:, vel ſimilis humoribus appropriatæ vnc: 6., ſenæ ſcrup: 2., cynnamom:, rhabarb: an: ſcrup: 1., ſpiritus vitrioli ſtybiati, ſiuè communis gutt 3., infundebatque per noctem. Manè aquam percolabat, addiţiſque gut: 15., vel 20. de dicto magiſterio, propinabat quatèr, vel quinquies, cui plùs, cui minùs, iuxtà neceſſitatem, cui quotidiè, cui alternatim; nonnullis doſem minorem, nonnulliſque maiorem; aliquibus prò rhabarb:, mechoocanem, vel ſcialappam ponebat; aliquibus vnc: 1. dabat ſyr: roſarum ſolutiuarum, atque hoc modo corpora obſtructionibus infecta non remanebant, neque febres in erraticas conuertebantur. Hac eadem ſerie vtor, vſuſque ſum ego, ſicut & Medici multi mihi familiares multam ſibi laudem comparauere, maximas enim vidi vtilitates.

Febrifugum noſtrum.

REcipe flor: antimonij tèr ſublimati cùm ſale ammoniaco, & dulcificato, vitri de antim: hyacinthino perlucidi an: vnc: ß:, aq: fortis factæ de nitrio, & de alumine vnc: 4., in qua aqua præcipita dictum antimonium, iterùmque recipe Mercurij reuiuificati à cynabare vnc: 6., & cùm aqua forte facta de nitrio, vitriolo, & alumine præcipita, donèc omnia præcipitentur: recipe indè aurum de Cechinis Venetis, aut Vngharijs limatum ad vnc: 1., & ſolue in aqua regia, omniaque tria menſtrua cùm materia pone in retorta benè lutata, & igne gradatim diſtilla ad ſiccitatem; ſpiritum collige in vaſe recipiente benè obturato, ipſumque diſtillatum infunde in retorta. Diſtilla iterùm, eodemque modo ſemper ſupèr caput mortuum duodeciès. Vltima vice fracta retorta lauatur puluis aquis cordialibus quinquiès, quem indè exſiccatum in libr: 2. aquæ vitæ rectificatæ immerges, ipſumque in retorta noua benè lutata iterùm diſtillabis coobans ſexties ſupèr maſſam. Hinc aquam vitæ ſepara, maſſamque calcis repone in cruciolo fortè benè lutato, igne rotæ, per tres horas. Remoue indè, & ſpiritum aquæ vitæ ſupèr incende, quem anteà ſtillaueras.

Febrifugum eſt hoc compoſitum tribus ab Herculibus, cùm noſtro Præceptore quarto Atleta, quartanarum deſtructor, vt ex eius, & meis Obſeruationibus innumera patuerunt experimenta. Doſis à gr: 6. vſque ad 20., cùm raſina ſcammoneæ, vel ſcammonea præparata cùm ſulphure, ad gr: 12. vſque ad 25. iuxtà vires. Multi hoc indagauerunt, non autem veris manipulationibus, & legitimis, hoc vnum ſincerum eſt.

quam ſequitur vnc: ß: de illa aq: vitæ, de qua dictum eſt, benèque tegitur infirmus, nàm 30. diebus, citiùs vel ſeriùs ab omni mala qualitate prædicti morbi liber extabit, vt totiès de hac compoſitione expertus ſum.

Therebinthum potabile noſtrum prò Gonorrhæis.

Recipe therebinthinæ claræ vnc: 4., & pone in marmoreo mortario vnà cùm duobus vitellis oui, & ligneo piſtello miſce, nàm in liquidam conuertetur, addenſque libr: 1. aquæ agrimoniæ miſcebis donèc ſoluta omninò ſit. Hinc in ampulla vitrea pones in baln: Mariæ per noctem, & manè optimè percolabis per cartham emporeticam, vel linteolum. Adiunge indè ſacchari fini libr: 1., vel plus cùm ſucco limonis q: ſ: per gratitudinem, & de hoc dabis vnc: 1. ad vnc: 1. ß: prò manè illis, qui remedia in pilulas ſumere non poſſunt; hæc enim ex odore optimum faciet effectum.

Aqua noſtra contrà Gonorrhæas antiquas.

Recipe ligni ſancti, lentiſci, corticis abietini an: vnc: 4., tritura, & infunde in libr: 8. vini albi generoſi add: radic: dictami, ireos Florentiæ an: vnc: 3., menthæ ſiccæ manip: 4., verbenæ manip: 1. ß:, ſem: agni caſti, rutæ, lactucæ ar: vnc: 3. benè contuſæ, therebinthinæ claræ lib: 1., miſce, & pone in vitrea cucurbita per horas 24. in loco tepido, indè per baln: Mariæ diſtilla, & de illa dabis cochlearia duo, vel tria in manè per aliquot dies.

Potio noſtra contrà Gonorrhæas, & Vlcera renium, & veſſicæ.

Recipe herb: vermicularis manip: 2., radic: conſolidæ maioris, tormentil:, alchimil:, ſygilli Salomonis, polygoni, plantag: an: vnc: 1. ß:, ſem: cydoniorum ℈., agni caſti, rutæ, plantag:, roſarum an: vnc: 1., ſucci limonum lib: 1., ſang: draconis, croc: Martis adſtringen: vnc: 1., aq: flor: maluæ lib: 3., macera per dies duos, poſteà igne lento decoque, & da cochlearia duo prò manè horis quatuor antè cibum.

De Extractis.

IN Pharmacopæa Præceptoris mei manipulationes multæ ab his differere videntur, ſed in formam ab eodem deſcriptam redactæ, maioris euadebant pretij, quàm illæ ad vſum Quercetani, & aliorum; non verò quòd Quercetanus, totque alij optima non egerint, ſed *facile eſt inuentis addere*; ipſe diuerſam vtiliùs ſeruabat formam, vt ex his patet Arcanis à me deſcriptis, quæ manipulationum augumento, & virtutibus amplificantur.

Extractionum purgantium ex vegetabilibus, iuxtà ſupradicti diſciplinam, vſus meus eſt, quòd ſuccum ex plantis illis extraho, quas iam anteà proprijs collexi temporibus, ipſumque digero per balneum, & optimè clarifico; hinc diſtillo ſeparando ſpiritum, remanenſque in extracti formam coagulo. Mox plantam expreſſam, nouamque ſimul non expreſſam minutatim contero, & in vaſe pono capaci apto ad diſtillandum per deſcenſum, ex eis nempè, quæ ad lignorum olea conficienda adhibentur. Appoſito vaſe ad oleum recipiendum, igne circulatorio, qui ſemper vehementior augetur, omnis exit humiditas, cæteraque in albiſſimum cinerem incenſa conuerto; ni verò cinis q: ſ: calcinatus ſit, iterùm ipſum calcino. Ex hoc cùm aqua, vel ſpiritu primo ſeparato lixiuiam facio, & cùm filtratione ſalem, ſecundùm vſum. Oleum per deſcenſum extractum, quod empireumaticum exhalat odorem, ſupradicto ſali immiſceo, & pauco ſalis tartari clari, & puri pariter eidem addito, digero in loco calido. Diſtillo indè ſemper ſuper feces coobando ſpiritum donèc oleum ſalis vi ab empireumate deſtituatur, & in formam mellaginoſam

notam reduco. Tunc extracto primo facto mellaginoſum quoque hoc addo, quapropter omnes ſpiritus, extracti, & ſalis facultates in vnum hoc modo congeruntur. Hæc perfectior eſt forma, quæ prò extractionibus poſſit reperiri. In vſu datur iuxtà compoſiti vim, vel Pharmacopæarum regulas, immò potiùs cùm maiori leuitate, quia efficacior.

In herbis, drogis, aut radicibus ſiccis, vel pauci ſucci omnis extrahitur vis cùm proprio menſtruo, indèque accomodatur materies, vt ſuprà, per deſcenſum, & oleum exprimitur; hinc ſal fit, quem oleo additur, & pluriès, vt dictum eſt, rectificatus extracto iungitur; verum quidem eſt, quòd huiuſmodi extracta in vaſibus vitreis ſeruantur obturatis.

Alia generum omnium extracta ſimili pacto fieri poſſunt, tàm alexipharmaca, quàm ſpecifica, quamuis ex rebus varijs forent compoſita, ſed de horum deſcriptione non me extendo, qui enìm artis exercitatione præditus eſt, inſtructione non indiget.

Notandum eſt, quòd extracta vulnerariarum herbarum, verbi gratia ariſtolochiæ, ſymphyti, hypericonis, ſtellariæ, veronicæ, ſaniculæ, hæderæ terreſtris, & ſimilium dati poſſunt internè non ſolùm, verùm etiam externè in linimentorum formam vulneribus admota abſolutè, vel cùm ſimilibus; mirificos operantur effectus, confortant quippè, in vnum contrahunt, & tuentur partem à corruptelis, ipſamque citiùs ad cicatricem reducunt. Ità paritèr plantæ illæ, quæ abſterſiuæ ſunt, & exulceratiuæ meliores efficient operationes.

De oleis vegetabilium ad vſum Spargyricum tot de Spargyrica tractantia volumina differunt, at modum hunc optimum cæterorum exiſtimo: Plantæ, de quibus vis oleum fac areant, & oleum per deſcenſum extrahe, vt ſuprà dictum; hinc de cineribus fac ſalem, quem oleo iunge, indèque vnà cùm pauca calce viua oleum rectifica, calx enim empireumaticum odorem reſoluit, ſi pluriès, vt mos eſt, traieceris. Mox in vaſe vitreo poſitum Soli expone, flores, vel folia proprij vegetabilis ad infuſionem immiſcens, vel alterius, ſi compoſitum decreueris, odorem enìm gratum reſumit, iuxtàque plantarum virtutem, gradus recipit illos augumenti, quot ſunt centum prò qualibet; adhibetur autem non ſecùs ac adnotata à primo meo Præceptore Petro Iò: Fabris tàm interiùs, quàm exteriùs.

Baſilicon Chymicum noſtrum.

Recipe ol: myrrhæ, maſtiches, thuris diſtillati an: vnc: ß:, ol: therebinthinæ, de lateribus, ceræ diſtillati an: vnc: 1., vitell: ouorum num: 3., miſce benè, & vtere, nàm mira experietis.

Balſamum Sulphuris noſtrum.

Recipe flor: ſulph: vnc: 1., ol: therebinthinæ vnc: 3., ol: violati vnc: 3., miſce, & in pila vitreata bulliant, agitabiſque ſpatula lignea donèc fiant rubicundiſſima. Remoue indè ab igne, & adde ol: ceræ, vitelli oui an: vnc: ß:, miſce, & vtere in omnibus vlceribus canceroſis, in omnibus vulneribus ad ſpaſmos, neruos contuſos, & transfixos.

Balſamum Mummiatum noſtrum.

Recipe extract: ariſtolochiæ rotundæ, centaureæ minoris an: vnc: ß:, extract: hypericonis, ſymphyti maioris an: vnc: 1., therebinthinæ Venetæ, & mellis albi an: vnc: 4., myrrhæ vnc: 1. ß:, mummiæ veræ vnc: 3., croci Martis vnc: 4.; hæc omnia miſce, & infunde in vaſe vitreo cùm libr: 6. aq: vitæ rectificatæ, & digere per menſem, agitando quotidiè materiam, vt faciliùs ſpiritus vini rerum tincturam extra-

extrahat. Poſteà per inclinationem ſepara diligentèr tincturam, & per baln: diſtilla vſque quò ſit in fundo alembici quaſi mellagó, quæ eſt balſamum, quo vti poteris ad vulnera quæcunque aglutinanda. Spiritus diſtillatus mirabiles etiam poſſidet virtutes.

Balſamum Apopleticum noſtrum.

Recipe eſſent: ſiuè ol: diſtillati ſpicæ, saluiæ, roſmar:, iunip: an: dragm: 1., rutæ, maioranæ an: drag: ſſ:, cynnamomi, garyophyll: an: ſcrup: 1., ſuccini dragm: 1. ſſ:, extract: belzouini, ſtoracis calamitæ, balſ: albi ſodi Orient: an: drag: 2., balſ: Peruiani, & Orient: liquidi an: vnc: ſſ:, ol: nucis muſcatæ expreſſæ vnc: 3., ambræ griſæ, nigræ an: drag: 1. ſſ:, muſci odorati drag: 2., miſce, & ad calorem lentiſſimum agita, vſque quò ſimùl vniantur. Perfectiſſimum eſt prò epilepticis, & apopleticis; vertigines expellit, ab aeris contagioſa corruptione defendit, cor recreat, omneſque vitales facultates, & animales. Adhibitur vngendis commiſſuris coronalibus, temporibus, & odorando.

Spiritus noſter Sulphuris ad conſolidanda pulmonum vlcera, ipſorumque ſanandas corroſiones.

Recipe ſpiritus ſulph: acidi rectificati, & paulatìm ſuper imbibe limatura calybis ad libr: duas, vel tres, nàm ex ſe ſubbulliet, indèque quaſi in ſalinam euadet. Hinc omnia pone in retorta bene lutata, & ſtilla ſec: artem, & extrahe ſpiritum. Hunc imbibe iterùm capite mortuo, & cooba quinquiès, noua autem retorta qualibet vice. Dulcificatum ſpiritum adde magiſterijs margaritarum, balſ: impetriti Orientalis, & belzouini an: vnc: ſſ:, miſce, & in ſupradictis effectibus mirabile eſt, in omnibus phthyſicis, quorum multi hoc ſalutem habuere à me curati.

Magiſterium margaritarum fit ſolutis primò vnionibus in ol: ſulph:, & indè benè dulcificatis cùm aquis cordialibus, poſteà exaltatis cùm ſpiritu vini. Magiſteria belzouini, & balſ: Orient: diſſoluuntur in ſpiritu vini, & præcipitantur aquis cordialibus, indèque ſublimantur eodem modo, quo ſulphus. Quod ſublimatur purius eſt, & pulmonibus optimum.

Balſamum Canis rubei noſtrum.

Occides canem rubeum, reiectiſque interioribus non verò adipe, cæde eius carnem, oſſa, & pellem in fruſta, quæ omnia in vaſe vitreo capaci fac bulliant cùm ol: , & vini q: ſ: addens hæc: adipis vrſi, anſeris, gallinæ, taxi, vulpis, felicis, equi, aſini an: vnc: 1., lumbricorum terræ vino ablutorum libr: 4., radic: hebuli, iuæ artericæ an: manip: 3., ſaluiæ, ſpicæ, roſmar:, abſynth:, abrotani, fol: cupreſſus, cortic: hæderæ, cortic: vlmi, ſabinæ an: manip: 1., hæc omnia decoque, donèc caro conſumpta ſit, oſſaque omnia diſiuncta. Tunc ad torculum exprimuntur, & reponuntur in retorta forti lutata, vnà cùm vnc: 6. gummi de hædera, & libr: 2. lumbricorum ſupradictorum, iuæ artericæ manip: 6., ranis viuis nu: 20., & digere in loco tepido per dies tres. Indè diſtilla, ex extrahe omne oleum, quod ſeruabis nàm balſ: anodinans eſt, & conſolidans neruos præcipuè in morbis articularibus.

Empla-

Emplaſtrum Sulphuris Rulandi.

Recipe olei ſulphuris noſtri vnc: 3., colophoniæ drag: 3., ceræ vnc: ß:, myrrhæ ad pondus omnium; cera, colophonia, oleoque liquefactis ſimul, & benè commixtis inſperge myrrha ſubtiliſſimè trita paulatim, igneque lento coquantur, ſpatula ſemper agitando, donec optimè permixta fuerint, poſt quadrantem horæ ab igne deponantur, & paulatim frigeſcant. Habebis emplaſtrum præſtantiſſimum, certum, & infallibile in curandis cuiuslibet generis vlceribus, & vulneribus quibuſcunque, ſicut experimenta in Centurijs eiuſdem Rulandi deſcripta, quibus tutò, & perpetuò fidendum, & in curatione 94. dicit, quòd in hoc emplaſtro eſt diuina, miranda, & celer vis emolliendi, ſuppurandi, rumpendi, abſtergendi, & conglutinandi, quemadmodùm longa experientia expertus eſt.

Oleum noſtrum Bufonis.

Recipe bufones ſylueſtres ex illis, qui longè ab aqua morantur numero quatuor viuos, & pone in olla benè obturata vt purgentur; recipe indè ol: commun: libr: 2., in quo ebulliuerint manip: 1. prò qualibet hac re, ſcilicèt ſaluiæ, ſonci, radic: iridis, & gentianæ, immerſoque vno ex illis bufonibus pones ad ignem in loco aperto, in olla vitreata cooperta, ſed caue à fumo. Dùm primus aridus eſt pone alterum pariter viuum, cui arido inſequatur tertius, & ſic quartus; dùm coctum ol: eſt percolatur; atque hoc calidiſſimum eſt contrà omnes dolores frigidos optimum, contrà tincam, morphæam, & hydropem, & tepidum adhibetur.

Balſamum Antepopleticum noſtrum.

Recipe ol: ſuccini rectificati, petrolij, Philoſophorum, roſmarini, ſaluiæ, ſpicæ, (omnia verò ſint diſtillata) an: drag: ß:, ol: nucis muſcatæ per expreſſionem vnc: 2., extracti caſtorei, ol: buxi, camphuræ an: drag: 1., balſami Peruiani, opobalſami Occidentalis, zibetti, extracti benioi an: vnc: ß:, muſci, ambræ griſæ an: ſcrup: 1., m: omnia, & calore moderato conficiatur balſamum, quod valet contrà morbos capitis vngendo occiput, nares, & pulſus, contrà apoplexiam, epilepſiam, & ſimilia, Vngendo vmbilicum colici dolores tolluntur, & hyſtericæ paſſiones.

Pillulæ noſtræ contrà morbos peſtilentiales.

Recipe aloe loti, croci, myrrhæ an: vnc: ß:, balſami Orientalis, Occidentalis an: drag: ß:, oſſa de corde cerui num: 6., vnicornu, ſmaragd:, bezoard: Orientalis, margarit: præparat:, corall: præparat:, ligni aloe an: gr: 10., ambræ griſæ gr: 5., tincturæ noſtræ electri, & magiſterij tartari an: q: ſ: ad formandam maſſam pillularum, de quibus capiatur vna ad pondus drag: ß: ferò in hora ſomni bis in hæbdomada. Sanguinem mundificant, caput, & ventriculum corroborant, ſuccurrunt cardialgiæ, ſpiritus omnes confortant, iuuentutem renouant, ſenectutemque retardant.

Aqua noſtra Lapidem frangens.

Recipe nuces iuglandes virides in menſe Maij, contuſaſque diſtilla tèr, coobando ſemper diſtillato ſupèr alias nuces virides contuſas, poſteà extrahe ſalem reſidui ex capite mortuo, & eſt validiſſima; doſis erit vnc: 1. ad vnc: 1. ß:

Balſamum noſtrum contrà Aſthma.

RΕcipe balſ: de ſulphure facti cùm ol: therebinthi, & ol: ſulphuris noſtri dulcificati an: vnc: 1., flori aſſæ dulcis vnc: 1. ß:, ol: de ſacchato facti cùm ſpiritu vini libr: 2., m:, & fiat balſamum. Hoc prodeſt valdè in omnibus morbis pectoris, & pulmonum; doſis erit cochlear dimidium ad vnum.

Pillulæ noſtræ contrà omnes impuritates ſanguinis, & humorum.

RΕcipe extracti de helleboro nigro ſuo ſale fixato vnc. ß:, calomelani noſtri drag: 2., auri foliati mixti drag: ß:, magiſter: margarit: drag: 1., miſce, & fiat maſſa pillularum; doſis à ſcrup: 1. ad vnc: ß:. Si ſinè calomel:, datur ad quatuor, aut quinque menſes bìs in hebdomada; ſanguinis autem contumaciam mundificabis in lue Venerea cùm dicto calomelano.

Balſamum noſtrum contrà Dolores Colicos.

RΕcipe amygdalorum amarorum ex perſicis libr: 4., therebinthi Cyprij lib: 3., conterantur omnia, & miſce; recipe indè ol: expreſ: ex nuce muſcata vnc: 3., balſ: Peruiani vnc: 1. ß:, ex garyophyllis vnc: ß:, miſce, & diſtilla ſec: artem, & supèr caput mortuum tèr cooba, indè adde ſpiritus vitrioli roſati dragm: 3., eſſent: ambræ griſæ, ligni aloe an: drag: ß:, miſce, & circula per dies 15:; nàm prodeſt mirificè contrà dolores colicos; doſis à ſcrup: ß: ad ſcrup: 1. cùm liquoribus appropriatis.

Aqua Optalmica noſtra.

RΕcipe ſucci chelidoniæ, euſtagiæ, verbenæ an: libr: ß:, ſucci cancrorum fluuiatilium vnc: 8., aloe ſuccotrini vnc: ß:, turiæ crudæ vnc: 1., croci metall: vnc: 1. ß:, digere in leui calore per horas 24. indè diſtilla, & aquæ diſtillatæ adde vitri antimonij drag: 3., & fac bulliat lento igne per horam, indè cola, & ſerua nàm excellens eſt contrà ſuffuſionem oculorum, caligines, &c.

Arcanum noſtrum contrà morſum canis rabidi.

RΕcipe hepatis canis rabidi redacti in formam magiſterij, & magiſterij cancrorum fluuiatilium an: vnc: 1., tincturæ croci Orientalis, gentianæ, caſtorei, myrrhæ an: drag: 2., quintæ eſſentiæ vitrioli, ſalis communis, antimonij, Lunæ an: drag: ß:, foliorum hyperici, betonicæ, mille folij, centaureæ min:, artemiſiæ, menthæ, abſynthij, plantaginis, polypodij quercini, ſaluiæ minoris, verbenæ, rutæ ortenſis an: pug: 1., aliſſi pug: 3., ſicca, & pulueriza, & cùm gummi dragachanti q: ſ: diſſoluti in aqua ſcorzoneræ, & liquoribus ſupradictis fac paſtillos, & da drag: 1. prò vice per 40. dies cùm aq: cordiali, & videbis mirabilia.

Tinctura noſtra contrà Dyſintheriam.

RΕcipe ſanguinis leporis ſicci lib: ß:, ſpiritus vini rectificati lib: 1. ß:, digerantur in balneo Mariæ per triduum, poſteà extrahe tincturam vt artis eſt, & coagula ad formam mellagineam. Doſis eſt ſcrup: ß. ad ſcrup: 1. cùm lacte feminum acetoſæ.

Balſa-

Balſamum noſtrum Maſtiches.

RΕcipe maſtich: capat: q: vis ſolue in ſpiritu therebinthi igne tepido balneo Mariæ, dein ſepara menſtruum à corpore ſoluto, & habebis balſamum ad omnes corporis affectiones, nam externè appoſitum ſiſtit vomitum ori ventriculi, ſi internè ad gutt: 4. in iure, vel vino generoſo.

Arcanum noſtrum contrà Voluulum, & Vomitum.

REcipe olei ætherei, ſeù quintæ eſſentiæ therebinthi vnc: 6., balſami Peruiani drag: 1. ß:, maſtiches capati drag: 6., miſce, & diſtilla, poſteà cooba tribus vicibus, & vtere in vino maluatico, vel iure cicerum rubeorum, aut alio ſpecifico liquore. Doſis à g: 6. ad 12.

Idem prodeſt oleum æthereum in eodem modo &c.

Spiritus noſter Nitrij fixi Tartarizati.

REcipe ſpiritus nitrij rectificati lib: 1., pone in cucurbita vitrea oris ampli aperti, & paulatim, & guttatim oleum tartari facti per deliquium tantundem ſuper affunde, ſpumam excitabit, & tandiù ſuper affundas, quamdiù ſpumam inexcitatam obſeruabis. Tartarum nitriatum fundum petet, tunc decanta, & dulcifica cùm aqua roſacea. Datur in morbis longis cùm decoctis appropriatis ad gr: 6. ad 8. in aqua cancrorum, vel formicarum, & antifebritium eſt.

Emplaſtrum Antepleuriticum noſtrum.

REcipe farinæ ſem: lini vnc: 3., cæpæ, & ſaponis noui an: vnc: 1. ß:, contere, & miſce ſimùl, indè cùm melle pone in ſartagine ad ignem, permiſcens omnia donèc incorporentur. Hæc ſuprà ſtuppam extende, & parti appone pleuriticæ, & oppoſitæ dolori; mirificos enim contrà hunc morbum videbis effectus.

Emplaſtrum noſtrum prò fractis oſſibus, & luxatis.

REpoſito oſſe in locum ſuum recipe fullig: camini vnc: 3., thuris vnc: 1., farinæ tritici vnc: 4., oui albuminis q: ſ: ad ſupradicta ſubigenda; appone indè læſæ parti aſſulis accomodatis, & faſcijs; neque remoueas, donèc pars ex ſe ipſa demittat. Aliquo videtur incomodo eſſe, verùm nullum aliud hoc æquare, nec dùm antecellere vnquàm vidi in huiuſmodi effectibus; adhibentur indè cerata oxycrocei, & alia iuxtà neceſſitatem.

Oleum noſtrum Antepleuriticum.

REcipe ol: communis libr: 4. menſe Maij, in quo pone pleuræ human: lib: 2., libr: 3. flor: camomil:, & liliorum alborum duobus menſibus ad Solem. Ad torcular indè exprime, & librà oleum, cùi adde cucurbitam de æſtate longam ad pondus ipſius olei proiectò verò cortice, & medulla, contritaque in fruſtula, fac bulliat, donèc ol: abſorbuerit humiditatem è cucurbita, cuius nempè minutæ partes aridæ euaſerint. Tunc in promptu habueris duodecim ignita ferrea fragmenta noua ad pondus libr: ß: prò quolibet, ipſaque in ol: ſingulatim demerge; hoc autem modò bis iterùm inflammata bis extingues in oleo, tunc enim perfectum erit. Mirabile eſt ſi illo tepido vngantur partes doloris in pleuritide bis, vel tèr in die.

Extra-

Pulvis Vterinus noſter.

Recipe herb: Turcic: manip: 1. bacch: lauri cortice exutarum, ſem: paſtinacæ an: vnc: 1., ſem: rutæ, agni caſti, & peoniæ, gran: Paradiſi an: vnc: ſſ:, calami aromatici, caſſiæ ligneæ, macis, cynnamom:, garyophyll: an: drag: 3., fæcul: brioniæ, ſalis Iouis an: dragm: 2., miſce, & in minutiſſimum pulu: contere, de quo dabis à drag: ſſ: ad vnam in iuribus, vino, conſeruis, vel ſimilibus contrà omnes morbos vterinos.

Arcana noſtra omnia per tempus non licèt in hoc Opuſculo publicè explicare, verùm ſi duo alij anni vitæ, & valetudinis fauore Deo concedentur, Obſeruationes multas paratas habeo adnotatu dignas. Manipularium quoque, in quo apertè explicabuntur pleraque Artis Myſteria, errorumque cautiones, in quos offendunt Artifices. Quamuis verò multa hodiè volumina nouitia pateant Italico, Latinoque idiomate de Spargyrica, quæ tamen ab Antiquis collegere, ego quoque de iiſdem ſcribam, ſed multa correctiora.

Calix Chymicus totiès in Obſeruationibus noſtris nominatus, communitèrque adeò omnibus conceſſus, non eſt vt nonnulli arbitrabuntur, & arbitrantur, ex Regulo Antimonij vulgaris; ex Regulo quidem eſt, ſed tertij gradus, qui longè differt à vulgari, quamuis etiam multi hoc vtantur non ſinè periculo bibentium. Romæ fui, Neapolis, Venetijs, & tot in alijs Italiæ Vrbibus, aliarumque Prouinciarum, multoſque inueni Calicis Chymici arcanum callentes, omnes verò ex Regulo communi, vel aliquos etiam ex compoſito cùm Marte. Multotiès cùm multis ex his ſermonem habui penetraturus an quis partes arſenicales, quas Regulus in ſe continet, ab eodem ſegregare ſcirent; verùm iudicant cùm Antimonium cùm Tartaro incenditur, & nitrio, feces illas ſulphureas, quæ ſeparantur, omnem continere impuritatem Antimonij, illumque eſſe Calicem Antiquorum. Verùm longè equidem à veritate aberrant, nullum enim inuenient Authorem ex Claſſicis, & rationalibus vti Regulo ſimplice ad Calicem formandum, ſed ad alias quidem præparationes. Vulgaris Regulus nondùm ſuam reliquit cruditatem; ſupradicto autem modo factus vocatur Regulus primi gradus, de quo multæ compoſitiones fieri poſſunt, vt ſtellatus limatura ferrea, vt electrum nobile, quod Regulus eſt, & auro, argento, ſtamno, ferro. Alter Regulus fit in electrum cùm ferro, æra, plumbo, ſtamno, Mercurio, & Regulo. Vt verò tertij gradus apex attingatur hoc opus, hic labor eſt, & tunc prò perfecto concedi poteſt, vt Cloſſius intèr Sanctos habitus, & Baſilius Valentini intèr Beatos illum celebrant Regem medicamentorum purgantium, tantùm enim quæ naturæ nocent de corpore extrabit, ſanguinem mundificat, & humores corroborat non corruptos, vt obſeruatur in his, qui de illo ſumunt, quamuis in vomitum erumpant, non tamen vllis viribus deſtituuntur, atque in hoc differt ab alijs Medicinis. Has laudes celebro, quia Latino patent idiomate, ideòque ignarorum aures non penetrabunt, arma enim puerorum manibus conceſſurus minimè ſum. Dico equidem viginti duobus ab hinc annis nullum aliud purgans corpus meum penetraſſe, quàm vinum Calicis Chymici, de quo bibo tèr, vel quatèr in anno, neque vlla vnquàm hoc tempore Dei gratia vexatus ſum ab infirmitate, & ſi in Obſeruationibus crebrò apparet, hoc fit ex eò quòd mihi honores maximos attulit.

Nonnullorum equidem quin fraudes detegam hìc minimè negligendum eſt, quas circà Regulum patrare non verentur, quorum multi in hac Vrbe, qui Calices conficientes ipſos communitèr diſtribuunt. Hi tamen primum præteruolare gradum nequeunt, ſed vt pulcherrimum, & fulgens opus appareat, marcheſitam addunt argenti crudam, quæ non ſolùm pulchritudinem auget, verùm & Regulum per dimidium multiplicat, quapropter auri ſame ducti Regulum defraudant, Caliceſque vt tertij gradus nundinantur. Diligentiſſimè de hoc cauendum eſt, marcheſita enim prò ſanguine mundificando, ipſum corrodit, & corpora quamuis ad vomitum celerrimè excitet, attamen ipſa

dampnis

damnis afficit non exiguis. Apertiùs in noſtra Chyrurgia tanti detegendi doli modus patebit.

Calicis noſtri Chymici compoſitio, Balſami adſtringentis, & Pillularum adſtringentium non patent in hoc Opere, ſed prò alio ſeruo, vt in illo quoque recondita, & nobilia explicentur, in hoc enim Arcana amantiſſimi Præceptoris mei celebriora ſunt, in altero tria ſupradicta duces erunt. Spero ſanè in illo pulcherrima tradere naturalia, nempè apud virtute præditos, & curioſos accuratè inueſtigatì naturales virtutes mineralium, ſemimineralium, ſaxorum, animalium, & vegetabilium, quæ virtute occulta operantur, nàm illa ſunt vera ſpecifica, ex quibus mira valdè vidi, neque tamen aliquid ſcire licuit.

In ſecundo hoc Opere Obſeruationes luci publicæ tradam, ad Chyrurgiam ſpectantes, quæ acciderunt vſque ad tempus quo proſiliet Opus, & præcipuè illas de Regno Neapolis, & Venetiarum vbi nunc moror, quamquàm in hac Ciuitate curando abſolutè non me extendam. Crebrò adſum Conſultibus Excellentiſſimorum Medicorum, vt Excellentiſſimorum Bernardi Florij, Bracchi, Braui, Cornelij, & aliorum, quorum optima gratia multotiès meam propoſitionem acceptauerunt.

Experientias in hac Vrbe feci de meo balſ: adſtringenti in domo Illuſtriſs:, atque Excellentiſs: Comitis de Auaux Segneur de Longueual Chriſtianiſſimi Regis Legati apud Sereniſſimam hanc Rempublicam; nempè à Chyrurgo ipſius reciſæ ſunt porculo iugulares, cani arteria maior coxendicis, & à me arteria propè iugularem alteri cani, & omnes noſtro tantummodò Balſamo adſtringenti ſanati ſunt omnium admiratione nouem diebus. Hoc noſtro Balſamo ſanatus eſt tonſor nomine ſurdus apud Sanctum Vitum in hac paritèr Vrbe de arteria fracta. Nauicularius quoque, cui cùm à Chyrurgo recideretur vlcer in membro virili, reciſa eſt arteria, quæ cùm igne claudi non poſſet balſ: noſtro ſanguinis profluuius interclusus eſt, & conualuit.

Altera experientia facta eſt in domo Illuſtriſs:, atque Excellentiſs: Marchionis de Fuentes Legati Hiſpanici, in cane, cui octo iam à diebus reciſa fuerat arteria, & ſanatus eſt. Cani eidem Excellentiſsimus Pica alteram omninò recidit venam, & cùm circumſtantes aduocaret viſuros canem hoc temporis ſpatio ſanguis ferè totus exijt antequàm Balſ: applicaretur, balſamo indè admoto paucus ille ſanguis, qui ſuperfuit non ampliùs exiuit, ſed canis ex inanitione, cùm nullum ſumere poſſet alimentum mortuus eſt terribili conuulſione die inſequenti.

F I N I S.

PATRIS FRATRIS

BERNARDINI CHRISTINI

A IVVELLINA CYRNEI

Ordinis Minorum Obſer: Sancti Franciſci,

ET PRIVILEGIO SENATVS VENETI CIVIS,

Antè Religionis ingreſſum Lazari Riuerij Diſcipuli, & vtriuſque Medicinæ Doctoris

OBSERVATIONVM MEDICARVM

Curationum Inſignium

CENTVRIAE QVINQVE.



VENETIIS, M.DC.LXXVI.

Typis Bartholomæi Tramontini.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIIS.

Illuſtriſſimo Domino, Domino meo Colendiſſimo

COMITI

ANTONIO BARTHOLO.

ILLVSTRISSIME DOMINE.

MVltum venerationis habuit apud veteres Gentilitatis Pugnatores, peracto bello, Numinum Delubris arma ſuſpendere, atque ſub tutela, auſpicioque Iouis, ſeù Martis, clypeum, & enſem Æternitati ſacrare. Pugnaui diù Illuſtriſſime Domine, cùm varijs corporum affectionibus, morbiſue, vndè impar non ſum opinatus, arma, cùm quibus vici, hiſce meis Obſeruationibus inſerta, tuo Nomini deuouere, vt ſibi non dubium tutamen vindicent, ac tanto patrocinio complexa in lucem prodeant illæſa. Hoc grati animi monumentum ne quæſo deſpicias, benigniſſime Comes, aliud enim meæ obſeruantiæ ſymbolum dare non potui, quàm iſta Medica Exempla ex penè innumeris meis curationibus recollecta, quæ nil dignius erunt conſequuta, quàm poſſe ſub tuę humanitatis vmbra quieſcere. Nec, vti moris eſt, Nobilis BARTHOLORVM Proſapia breui hac Epiſtola extollenda venit, opus enim longiorem expoſceret Orationem, facundiorem expete-

ret Oratorem . Omitto paritèr Auorum elogia , & quæ in ALOYSIO BARTHOLO, & PETRO BARTHOLO Conſilij Patauini membris ſęculo anteacto emicuere, Tu namque non à Generis nobilitate, ſed à temetipſo adeptus es immortalia laudis trophæa , cùm in te vno antiquorum omnium Heroüm gloria cumulata reuiuiſcere aſpiciatur ; Tu Comitatis idea, humilitatis ſimulacrum, probitatis norma, generoſitatis exemplar, adeò tibi omnium affectus deuinxiſti, vt anceps hæream, vtrùm magis in temetipſo, an verò in alienis animis viuas ; Principibus carus, quot honorum teſtimonijs es inſignitus? Sapientiæ deditus , conſilio præditus , prudentia pollens , quot votis , quot precibus locupletatus? Quid tuis decentiſſimis moribus iucundius, ſuauius? At ſilendum, ne dum ANTONIVM quæro, in ANTONIO me perdam. Hæ Obſeruationes, cùm ſint eorum, qui mea ope ictus mortis vitarunt , tuo Nomini mortis non compoti iure meritò dicandæ ; efficias Illuſtriſſime Domine, vt in quibus Parca ſtamina non fregit , inuidia morſus non imprimat, & quod ſalutiferæ meæ Obſeruationes lethalibus alienæ maledicentiæ venenis non aſpergantur . Cæterùm, precor, hoc paruum munus in ſignum meæ deuotionis præſtitum , hilaritèr complectere , ſic tutus numquàm obliuionem experturum Libellum , qui Heroem in fronte gerit Æternitati conſcriptum . Deus Optimus te quàm diutiſſimè incolumem ſeruet.

AD LECTOREM.

NOſtras en, Munificentiſſime Lector, à ritu Canonico longè remotas Excellentiſſimorum Medicorum Centurias ad litteram deſcriptas, non ab antecedentibus diſſimiles poſt Conſultationes præbeo; deſcripti enim ad aſſuetum vſum Caſus, quos quotidiè Profeſſores adhibent per me non obſeruationes, ſed obſeruationes non vulgares euentus, ac portentoſi nuncupantur, primi autem euentus veſtæ Medicæ, ac nullius momenti effectus appello. Hippocrates Princeps Medicorum Diuinus à poſteribus nominatus, vt ex eius adnotationibus colligitur obſeruationes minutim adnotauit, longoque, ni fallor, temporis interuallo, eò quia caneſcentes tali in profeſſione annos dduxerit. Hoc ſat patens diuerſorum locorum à ſcriptis cernimus, vt Epidemijs, in Taſo, in Abderis, ſicque diuerſis alijs in locis, in quibus diſtinctiſſimè ſigna apparentia illis in infirmitatibus, ſudores efundentium primo, ſecundo, tertio, alijſque diebus, vrinarum aſpectum, concoctionem, ſubſtantias, colores, mutationes excrementorum mnium, omniaque neceſſaria ſigna, quæ in ægro ſe ſe prębebant oſtenit. In dies iſtis ab obſeruationibus ſubſtantiam extraxit, formauitque phoriſmata cognitionum, morborumque prognoſticationes, nec inoinatè ſingulorum medicamentorum qualitates præterijt, quæ paſsim ccuratè infirmis adminiſtrabat, ne per poſteros contumeliæ, gloſæque cuto dente dilaniaretur. Sicuti ſanè eiuſdem ſcriptis non paucis ne uidem parcant Galenus, nec non alij Authores, qui in ſupradictum Hippocratem commentarunt diffusè in arte Medica ſcribentes, quam lluſtrauere, verèque aptiſſimo modo ad ſydera extulere, attamen ſi caum aliquem narrant, obitèr tangunt, non autem ad litteram, dilucilèque exprimunt.

Amatus Luſitanus Medicus Hebræus doctiſſimus ſeptem Centurias nethodico ritu edidit, & ad defenſionem in vnaquaque earum ſcoliaiones opinionis Antiquorum exarauit, ac earum intelligentiam, & tanen non laude decoratur. Martinus Rolandus Spargyricus nouem deſcripſit Centurias ad vſum vt plurimùm Spargyricæ equiuccis celans nultorum remediorum nomina, Antimonio, alijſque compacta, & quia Galenici odio inſectabantur, vocat nomine terræ ſanctæ, aquæ benedictæ, olei Heraclij, & aliorum nonnullorum, quod per Profeſſores paſsim reprobatur. Ex recentioribus Petrus Poterius Spargyricus tunc emporis inſignis quatuor ſcriptitauit Centurias doctrina cumulatas,

& re-

& reprobatur penitùs, ſordeſcitque nomen eius. Petrus Iohannes de Fabris dictus nomine Sapiens ſeptem edidit in lucem libros maximæ ſubtilitatis, cùm Spargyricam autem profitteretur itidem ſcripſit Centuriam vnam, & exilio compuluntur. Dilectiſſimus mihi Præceptor meus Lazarus Riuerius quamquàm Opus eius omnes læto animo amplectantur, quatuor attamen Centurias ab ipſo effectas, & multas ab alijs communicatas, plurimi illas faciunt, alij verò contemnunt. Hinc mihi haud abſonum dicere erit, quòd ſi tot homines Profeſſionis illuſtres, qui caſus ſcripſerunt in vituperationis ſcopulum inciderunt per Profeſſores Galenicos, multò magis meæ hæc Centuriæ duobus de cauſis, à remotione hodierni ſcilicèt vſus, & ab ortu earum mendicis in locis, in quibus tanta inerat Medicorum, pharmaciæ, ac nutriminis inopia, vilipendio complebuntur. Roma nunc, Venetiæ, Neapolis, Mediolanus, Italiæve aliæ Ciuitates ſi Spargyrici medicaminis audiant nomen non tanto obſiſtunt odio, Medici multi, & præcipuè Tyrones aliquod Spargyricum Conſilium capiunt, vbique Spargyrici nunc etiam viuunt, & aliquatenùs pompeſcunt. Spargyricam verò artem viginti ab hinc annis leſæ Maieſtatis crimen erat fari nomen, ac perindè à veneno mortifero omnes aufugiebant, Excellentiſſimi quippè Medici abominationem inſinuabant; vndè cùm ego ætate illa ſortitus potiùs fuiſſem Spargyrici nomen, quàm Galenici ad me non recurrebant, niſi deſerti à Galenicis medicaminibus, alioque ordine medicinam ſumere exoptabant, quapropter curas non vulgares, quæ extrà aſſuetum ordinem accidebant adnotabam. Totis viribus Galenicorum amicitiam proſequebar, illiſq; me me humiliabam, dum autem in eorum comitatu aderam, illis opinionem meam exponebam, & ſi quid Spargyricum à me propoſitum, quod interdùm ægroto miniſtrabant, proſperè operatum eſſet, non mihi, ſed ſocio laus erat. Multi gratum mihi exhibuere animum, ſtrictamque amicitiam multi me me à tergo mormorationis dente dilacerabant; nihilominùs nonnullos Spargyricæ amore inflammaui, multi meam amplexi ſunt methodum. Loca poſteà iam dicta, in quibus verſatus ſui, fecique tales Obſeruationes, vt plurimùm pauperrimi Coloni calcabant, & dùm illos inuiſebam, non ſolùm expenſis non ſufficiebant medicamentorum, ſed charitatis opus erat illis pecuniam aliquam concedere, vt pullum emerent vt iure aliquo recrearentur, inopiæ demùm tales erant vt lacrymas à corde extraherent; hinc Galenico ordine illis mederi maximè mihi erat ſcrupuli tùm ob expenſas, tùm etiam ob lentas operationes, nám optimè robur, ac valorem vniuſcuiuſque callebam, non eò quia caſu vel ego, vel profeſſores alij Pharmacis illis ad experimentum medicati fuerint. Ego quoque mille Obſeruationum collectam facere potuiſſem ordinario ſtylo factarum, ſed

inutile

inutile papyrum fædare illis duxi; eas igitùr exprimo, quæ ordinarium excellunt effectum, & prodierunt ex paupertate, & cùm vtilitatis fuiſſent pauperibus, eędem diuites iuuare poterant tùm lucri tùm breuitatis cauſa, & vbicunque ſui breuiori via, me me Spargyricæ, quám Galenicæ ad gloriam perduxi; Iuuenili mea ętate curioſitas me impulit ad multorum amicitiam, vt differentias vſuum obſeruarem; verſatus igitur ſui intèr magnos Medicos Galenicos, vidique curas pulcherrimas; expertus ſum Chymicos celebres, vidique itidem ſpecioſiſſimas, & ab incurabilibus infirmitatibus non ſinè ſtupore liberatos ſpectaui; vidi paritèr Empyricos, & eorum pulcherrima opera, ſimpliciumque gnauarum Mulierculatum; ſed tám Galenicis Medicis, quàm Spargyricis, quám Empiricis vidi medicamina adminiſtrantibus mortem, & vitam ſuccedere, vndè natura eſt, quæ medetur. Obſeruaui in Terris pauperrimis, quæ nec Medicos, nec medicamenta poſſidebant, naturali ordine ſanitati ſuæ conſulere, maiorique mori numero vbi Medici, & medicamina erant, quàm vbi deſiderabantur: iuxtá illud Dauid *Deus dat niuem ſicut lanam*. Natura ſcilicèt operatur ſecundùm vires quamvis longè clariùs pateat cùm Medicus, aut miniſter remedia apta porrigit maiori facilitate infirmum refocilari. At fruſtraneum multiplicare prolixitatibus circá cauillationes duco, quas in ludis ducunt rudes diſcipuli de adminiſtratione medicamentorum in morborum exordio, cùm Hippocrates illas exilio damnet vbi ait: *Concocta medicari, atque monere non cruda, nec in principijs, niſi turgeant, vt plurimùm verò non turgeant*. Illius ſolutio ardua eſt, quamuis nondum per Galenum commentetur, ſed per plurimos; & iure quia crudorum humorum craſſities, & frigiditas ad motum pigra eſt, nec purganti medicamento obedientiam præſtat, ratio eſt quia frigoris natura eſt meatus venarum arctare, itá vt viſcoſus humor in illis detentus, & ſuccus immaturus obedientiæ obſiſtit; id autem quiſque peritus intueri debet. Vſus hodierni lenire eſt in principio, & poſteá concoctionem quærere vſque dùm humor præparetur; remedia iſta expurgantia apud hodiernos nomine benedicta Hippocratica ætate adhuc latebant, quinimmò adhibebantur remedia, quę nunc habentur á nobis fortiſſima, ac venenoſa. Hac de cauſa Hippocrates ſe ſe cauebat ab illis, quæ ſua acrimonia, & venenoſitate intro accidentia excitabant; caſſia vſum non habebat, manna, rhabarbarum, mechoocanis, aut ſena; non compoſita diacatholicum, diaprunum ſimplex, non ſyrupus roſatus, aut violatus ſolutiuus vigebat, potiones ue ſolutiuæ tenues varijs ſub formis, quas etiam hodiè formantur. Remedia purgantia per extracta, tám in forma ſolida, quám in liquores reducta, quæ ſubtilia ſunt, & á craſſitie denudata, non grauant, nec moleſtia afficiunt dum pondere, & menſura iuxtá neceſſitatem naturę miniſtrantur.

Si in

Si in vſu mearum Obſeruationum, benigniſſime Lector, qualitas remediorum purgantium in principio infirmitatis tibi non arrideat, nè mireris, quia reducta ſunt à puritate ſubtilia, & ſua cùm ſubtilitate, ac actiuitate non afferunt accidentium periculum, quia humor craſſus per illa inciditur, reſoluitur, ac expellitur ad vias, per quas natura magìs procliuis eſt; in corpore non remanent, vel radices obfirmant, quæ facilè cauſare poteſt remedium mixtum ſuis cùm partibus craſſis; & impuris, vndè ſi aliquid ineſt, quod tibi vtilitatis videatur eſſe poſſe, accipies vt Profeſſor, quando verò guſtui tuo non adaptetur ſaltèm Authorem vituperoſa laude non compleas, quia tot homines tot ſententiæ, vſus differentias admittunt, & ſcriptor omnium voluntates explere non poteſt. Vale.

AD

OBSERVATIONVM MEDICARVM

CVRATIONVM INSIGNIVM

P. Fratris Bernardini Chriſtini à Iuuellina Cyrnei Min: Obſer: S. Franciſci

CENTVRIA PRIMA.

Romæ. *Minctio Sanguinis.* *Obſeru. 1.*

DIe 5. Iunij Dominus Petrus de Rubeis in Suburbio S. Petri annorum 65. emittebat per virgam ſanguinem rubicundiſſimum ab hinc diebus 15.; hunc ſibi morbum conciliauerat iter faciendo, (ſenibus enim talis indiſpoſitio propè oritur à violenti motu) ſed tamen remanebat dubitandi locus, nàm periti in arte volunt ſanguinis emiſſionem pacto, quo ſuprà à quatuor oriri poſſe cauſis, ſcilicèt vel à percuſſione recepta in viſceribus, ſicque frangitur vena caua, & emittitur per vrinam, vel à qualitate humoris ſtabilis corrodentis, vel à motu violenti, vel à coitu immoderato. Quomodocunque eſſet, vt diuerterem fluxum ſanguinis ordinaui ſectionem venæ brachij dexteri ad vnc:4., & quotidiè ſumendum propinaui per os ſyr: myrthin:, roſar: aridar:, oxyſacchar: an: vnc:1., maſtich: elect:, ſem: lapatij acut:, & plantag: an: drag: ſs:, tinctur: corall: drag: 1.; poſt quinque dies purgatus fuit prout ſequitur ℞: rhabarbari torrefact: drag: 2., myrabolan: citrin:, & emblic: decoct: cùm plantag:, equiſeti an: man: ſs:, ſemin: anneos, fænicul:, aniſor: an: drag:1., flor: trium cordial: an: pugill: 1.; ſexiès per aluum euacuauit, iamque ſanguis non ità perfluebat; poſteà exhibui conſ: cydonior:, & flor: granator: an: vnc: 1., trochiſc: carab:, corn: ceru:, corall:, croci Mart: adſtringentis an: drag: ſs:, de quo ſumebat vnc: ſs: prò qualibet vice, ſicque liber euaſit.

Romæ. *Suffocatio Vterina.* *Obſeru. 2.*

DIe 7. Iunij D. Olympia Lorii annor: ferè 26. patiebatur dolores capitis, ventris, & ſtomachi, & hi forſitan ei acciderant, quia iuuenis carnoſa, & Venerea erat, & coniuge carebat, cùm menſtruis paucis, ex quibus factum eſt, vt pluribus ſymptomatibus afficeretur, & in hac die præcipuè ei tale accidit ſymptoma, vt 9. horarum ſpacio ſinè pulſu, ſinè reſpiratione, nec per os, nec per nares permanſit, & venter ſolus calidus erat. Aduenerunt Medici multi, & applicauerunt naribus varios fumos aſsæ fætidæ, & ſimilium; conſtrinxere vinculis coxas, & pedes, ſed fruſtrà, vndè tanquàm mortua dimiſsa fuit, adeò vt eius patruus ceram ad funus emendam curauit. Aduertens autem ego in ventre, & vmbilico calorem reſidere curaui; vt mulier duos digitos intinctos extracto muſci, & ziberti in vuluam ad inſtàr coeuntis immitteret, vſque dum pertingeret partes matricis; eodem tempore confricabantur ab alia muliere ægrotantis pedes aceto, & ſale, & ab alia applicari pectini, & vmbilico iuſſi cucurbitulam magnam, egoque calamo per os infundebam ſpiritum vitrioli, & per nares tranſmittebam fumum carab:. Elapſa hora ſurrexit è ſomno quaſi ſtolida plorans, & ſubitò poſitum fuit ceratum ſu-

per umbilicum de Tacchamacha Benioi cùm gr: 8. zibetti, & muſci, & per os ſumpſit aquæ hirundinum compoſitæ ad uſum Quercetani unc: 2., cùm puluere de gutteta à Riueriano, quæ iterùm reſumpſit, & poſteà formaui electuarium hoc ℞: ſem: agn: caſt: unc: 1., folior: mentaſtri pug: 1., ſuc: rutæ, mentæ an: unc: ſs:, cyperi, ſemin: cymini, balauſt: an: drag: 2. ſal: ſmaragd: drag: ſs:, de quo ſumebat drag: 2. prò uice, & antè dictam confectionem purgata fuit cùm Mercurio vitæ, ſumendo de dicto gr: 8., deindè emittendum iuſſi ſanguinem à pede dextero ad unc: 10., ſicque ceſsarunt uertigines, & ſyncopationes, & optimè conualuit.

Romæ. *Colicus Dolor.* *Obſeru. 3.*

DIe 11. Iunii Orſilſus ab Alexano in Corſica natus, tunc Romæ miles, per quinque dies uexabatur à doloribus Coſicis, & præcipuè in ſtomacho, & umbilico dolor urgebat. Aptata fuerunt per Medicos 26. clyſteria carminatiua ordinaria, pauca reſtituit, & dolor permanebat; uaria per os ſumenda præbuere remedia, ut theriac:, mitridat:, phylon: Rom:, requiem Nicol:, pill: de cinogloſ:, & nihil profuerunt. Vocatus ipſe ordinaui clyſterium factum cùm decoct: camomill:, de ſem: lini, & miſcui unc: 9. uini, in quo ebullierat croci metallor: drag: 1., & dimidium octauæ pulpæ colochynthidis, cùm ſemin: aniſorum, & fænicul:; poſteà per os ſumendum præbui ol: amygdalorum dulcium, & recentium unc: 6., cùm ſyr: cynnam:, & aniſor: an: unc: ſs., ſed nihil profuit. Veſpere ſumpſit Laudani nepent: Quercetani g: 5. cùm confect: hyacinth: drag: 1., in nocte quieuit parùm, perturbatus à doloribus; die ſequenti exhibui ei g: 5. noſtri Aureati uomitiui, & trium horarum ſpacio euomuit multa uiridacea, & tenacis materiæ, & per ſeceſsum quatèr eiuſmodi materias euacuauit, ſicque ceſsarunt dolores, nec aliud ſumere uoluit, quàm nutrimentum corroborans.

Romæ. *Aſthma.* *Obſer. 4.*

IVuenis quidam Vrbinatenſis, uineæ cuſtos propè Portam Populi annorum ferè 26., affligebatur à duobus annis ab Aſthmate, ut uix moueri poſset; corpus eius erat phlegmaticum, undè præſcripſi ſyr: de hyſsop:, calament:, oxymel: ſimpl: an: unc: ſs:, aq: de hyſsop:, fænicul:, capill: Vener: an: unc: 1. ſs:; ſumpſit per quinque dies quolibet manè; manè paritèr, & ueſpere leniebam pectus cùm unguento dialthææ maioris, & ferebat cartam linitam dicto unguento ſuprà pectus; poſteà præbui mannæ recent: de Calabria unc: 3. diſsolutæ cùm unc: 4. decoct: paſsularum, & liquirit:, add: ſyr: uiolar: ſol: unc: 1. ſs:, quibus ſumptis euacuauit multas feces; indè proſequendo unctionem, minoratoque corpore, duobus elapſis diebus iuſſi ſanguinis miſſionem à baſilica dextera ad unc: 8., qui erat putridus, & per ſeptem dies præbui ſumendam ſequent: compoſit: ℞: loch ſan:, loch de pino, de pulm: uulpis an: unc: 1., rad: irid:, enulæ campan: an: drag: 2., paſsular: enucleatar: unc: ſs:, conſ: uiolar: unc: 3., m:, de qua ſumebat unc: 1. ſs: per diem. Tertio die completo exhibui ei potionem ſequentem ℞: flor: borrag:, bugloſ:, capill: Vener:, hyſsop:, paſsul: enuclear: an: pug: 1., liquirit:, raſæ, iridis, praſſij an: drag: 1. ſs:, agaric: drag: 2., zingiber:, ſal: gemm: an: g: 6., infundantur per noctem in oxymel: ſimplic: q: ſ:, de reliquiis fiat decoct:, de quo accipiat drag: 6., & diſs: elect: de caſs:, diacatholic: an: drag: 2., diaphin:, & indi an: dragm. 1., & cùm expreſs: decoct: fiat pot:, add: ſyr: uiol: ſol: unc: 1. Sumpſit, & optimè operauit, poſteà ad quindecim dies uenturos ſequens electuar: ordinaui ſumendum ad dragm: 2. ueſpere, & manè: ℞: pulm: uulpis ſicc: puluer: drag: 4., rad: ireos pulueriz:, extract: liquirit: an: drag: 2., enulæ campanæ drag: 1. ſs:; rob de vino, aut ſapæ unc: 3., croci drag: ſs:, ol: carab: drag: ſs:, buthyr: ſulphur: unc: ſs:, ſacch: q: ſ: fiat elect: ſec: art:; ſanatus eſt omninò, & poſt annos quatuor vidi prædictum ſoſpitem.

Romæ. *Malus habitus cùm Icteritia.* *Obſeru. 5.*

DIe 14. Iunij Roccus Ianninus faber lignarius annorum 58., laborabat obſtructione pulmonis, hepatis, & lienis; color eius erat plumbeus, oculi perobſcuri, & flaui coloris. Huic altera acceſſit infirmitas, & fuit ſubreptio quantitatis peccaminæ, vndè Icteritia non modica cùm febre cauſata eſt. Iudicauerat de eo malè Medici moti ab aphor: Hip: *morbo regio laborantibus, ſi fiat hepar durum, malum*, & tanquam deſperatum reliquerunt. Acceſſi ipſe, & ſtatim ordinaui ſyr: endiu:, ſucc. acetoſ:, oxyſacchar:, acred: citr: an: vnc: 1. ſumendum per tres dies cùm aq: cichor:, lupulor:, flor: geniſt:, & chelidon: an: vnc: 4.; parti hepatis epictymas refrigerantes adhibui, parti ſplenis reſoluentes. Elapſa tertia die exhibui ei pillul: ſequentes ℞. Aloe lot: drag: 1., agaric:, & rhabarbar: puluer: an: drag: ſſ., cùm ſucc: chelidon:, quibus ſumptis euacuauit ſextiès feces peſſimas; poſteà ſequens decoct: iuſſi ℞. chelidon:, flor: geniſt:, ſummitat: marrubij an: pug: 1., radic: petroſel:, endiu:, ruſci, rubeæ tinctorum an: vnc: 1., fol: cetrach: linguæ ceruin:, centaur: min:, & capill: Vener: an: vnc: ſſ., & poſteà facta eſt decoctio, quam per dies ſex ad vnc: 5. in die ſumebat cùm ſacchar: vnc: ſſ. Iterùm præbui alias pillulas confectas ſeq: modo. ℞. aloe lot: drag: 1., ſcammon: præparat: cùm floribus ſulphur: ſcrup: ſſ., agarici, & rhabarbari an: ſcrup: 1., ſucc: eupat: q: ſ: , f: pillulæ, & euacuauit quantitatem materiæ, & deſijt icteritia, poſteà præparaui pillulas de Aloe ex Riu: ad conſeruandam ſanitatem, & ex his ſumebat ſemèl in hebdomada, vndè perfectè ſanatus eſt, nolui huic applicare remedia Chymica, ſed tamen Galenica, vtpotè magìs adaptata huic morbo.

Romæ. *Febris Synocha.* *Obſeru. 6.*

DIe 20. Iunii Dominicus Sauinus annorum 24., temperamenti inter calidum, & ſiccum ægrotabat febre continua, & per biduum non agnoſcebatur nec principium, nec augumentum, nec ſtatus, nec declinatio febris. Vrina erat aliquantùm cruda, pulſus vehemens, plenus, vndoſus, & frequens; acerbè laborabat capitis dolore, vitam habebat doloribus vexatam, & humeros flatibus, faciem valdè rubeam, & venas plenas. Clyſterium ipſi impoſitum fuit, cùm ſectione baſilicæ ad vnc: 10. ſanguinis, attamen febris eodem modo, ipſiſque ſignis ſe habebat, abſque vlla diminutione, quia verò pauper erat, ſequenti die exhibui ei vinum ex Calice Chymico vnc: 8., euomuit multa mixta, & ſextiès per aluum euacuauit, & ſic omninò febris euanuit.

Romæ. *Febris Synocha.* *Obſeru. 7.*

DIe 22. Iunij D. Angela de Auanzatis ann: 21., temperamenti calidi, & humidi laborabat febre cõtinua, & à Medicis prò Synocha putredinoſa habita fuit. Pręter modum viuendi fuit datum hoc minoratiuum ℞. caſſ: recent: extract:, elect: lenitiu:, diaprun: lenitiu: an: dr: 3., electuar: de diacti: dr: 1. ſſ., diſſolu: cùm decoct: cord: q: ſ: , f: pot: cap:. Sex vicibus euacuauit, deindè adhibita ſunt digeſtiua idest ℞. ſyr: acetoſ:, endiu:, boragin: an: vnc: ſſ. cùm aq: lupulor: endiu: an: vnc: 2. prò vice more ſolito. Poſt aliquos dies facta fuit phlœbotomia in pede ſiniſtro ad vnc: 6., attamen febris continuabat. Septimus tranſiuit aliqua ſuſpectione, & valdè eneruatæ ſunt vires, ità vt Medici decreuerint, & iuſſerint ipſi non præberi alia medicamenta præterquàm digeſtiua, & roborantia. Inter alios ego eram diuerſus in opinione à Medicis, vndè ægrotantis frater audiens caſum in vltimò deſperationis eſſe à Medicis, auidus ſuæ ſalutis acceſſit ad me, & ſic præbuimus duo grana Aureati, & duo florum Antimonij noſtri correcti; non euomuit, ſed per ſeceſſum octiès fætida, & putrida, vnà cùm quantitate vermium eiecit, & ſic cœpit aliquantulùm meliùs ſe habere, ità vt quando Medici reuerſi ſunt, admirati fuerint; deindè balneo corroborauimus corpus media octaua prò vice in ſingulos dies, & duorum dierum

A 2 ſpacio

ſpacio bis prò die adhibebatur bezoard: Iouial: ſcrup: 1., paſtill: Aurei noſtri, & balſam: ſalutis aa ſcrup: ß., ſic decimo die omnium ſtupore conualuit.

Romæ. *Febris Symptomatica.* *Obſeru.* 8.

DIe 28. Iunij ægrotabat ſenex vocatus Carolus Roſatus Marcheſanus annorum 72., iracundus, & ſanguineus, qui repentè vexatus fuit acceſſione adeò vehementi, vt omnes arbitrati fuerint ipſum paucis ab illinc horis moriturum. Accedebat febris vnà cùm maximo frigore, ità vt etiam vngues nigræ euaſerint, deindè fumi aſcendebant ad caput, vt pene poſſet reſpondere circumſtantibus, & ſic abſque vllo remedio permanſit 24. horis, & abſque vlla ſumptione præterquàm aquæ. Iuſſi ego catharticum compoſitum vitriolo, ſtibio, & aloe noſtro ad gr: 9., & ſeptiès per aluum euacuauit res putrefactas, & aliquantulàm reſpirauit; deindè iterùm iuſsi eſsentiar: alexipharmacar: noſtrar cùm vnc: 1. ſyr: acred: citr: cochlear vnum prò vice bis in die ſumendum, & ſeptimo die febris euanuit.

Romæ. *Vomitus à multis menſibus.* *Obſeru.* 9.

DOmina Angela Muſetta annorum 38. circitèr, temperamenti bilioſi, à paſsionibus, & doloribus hyſtericis à multis menſibus laborabat vomitu, ità vt nec minimum in ſtomacho cibum retinere valeret, eòque debilitata erat, vt cadauer ſpirans videretur. Adhibuerant varia remedia Phyſici, ſed in caſsum, fruſtràque fuit venæ ſectio celebrata. Vocatus ego hæc præſcripſi ℞. iuris pulli vnc:4., ſal: abſynth: drag: 2.; poſt quatuor horas exhibui aq: artemiſ:, roſar:, flor: aranc: an: vnc: 1., aq: cynnamom: vnc: ß., conſ: hyacinth: drag: 1., pulu: elect: diamargar: frig: ſcrup: ſs., eſsent: croc: g: 5., m:, & ſumpſit, & tunc penitùs ceſſauit vomitus. Die ſequenti dicta remedia iterùm ſumpſit, deindè duo exteriora cerata adhibui, unum noſtrum vſuale ſtomacho, aliud umbilico ad formam nummi argentei compoſitum ex tacchamacha drag: ß., myrrh:, thuris, maſtiches, benioi, ſtorac: calamit: an: ſcrup: ſs., lign: aloe ſcrup: 1., muſc: gr: 4., ol: abietini q: ſ:, fiat ceratum, quo poſito ſuper umbilicum, ut dictum, ſanata eſt.

Romæ. *Tertiana Febris.* *Obſeru.* 10.

DIe prædicto Puella filia D. Ioſephi de Horatijs in foro Hiſpanico annorum 13., temperam: delicati, & bilioſi à principio mẽſis Aprilis febre Tertiana uitioſa affligebatur. Adfuere Medici, qui eam purgauerant uarijs adhibitis remedijs, tandèm de ſalute deſperatam dereliquerunt, ex eò uidelicèr, quòd nec typum acceſsionis mutare potuiſsent. Vocatus ego eodem die Antifebril: Riueriani exhibui ſcrup: 2., & quinquiès euacuauit multa bilioſa, & craſsa, ex quo factum eſt, ut ueſpere febris mitior appareret. Tribus diebus ſubſequentibus ſumendum dedi ſyr: ſucc: borragin:, lupulor:, abſynth: an: unc: ſs: cùm drag: ſs: ſalis abſynthij uitriolati. Quarta die ſumpſit uinum Calicis Chymici, undè euomuit uermen ſerpentis ad inſtàr, cùm materia porracea, & per ſeceſsum multa putrida, ſicque ad priſtinam ſalutem reſtituta fuit.

Romæ. *Sputus Sanguinis.* *Obſeru.* 11.

DIe 18. Auguſti Filius Nobilis Leonardi Ferrandini annor: 18., temperam: delicati, procliuis ad Phthyſim, expuebat per modũ ſaliuç ſanguinẽ, undè pręſtita à Medicis nõ uulgari diligẽtia in cognoſcẽda morbi radice, arbitrati fuerũt, ſanguinẽ proſilire à pectore, ex eò quia laborabat tuſsi. Vocatus ego præbui ſtatim aquæ ex plantag: ſtillatæ, papauer: errat:, urtic:, roſ: an: unc: ſs:, cùm qua miſcui ſyr: de corall: drag: ſs:, quam manè ſumebat, ueſpere autem magiſter: de corall: rubeis, de carab:, de ſanguin: dracon:

in

in lacrima an: ſcrup: 1. laudan: nep: Quercetani gr: 2. , conſ: flori granator: vnc: ß: , & ſic durauit duodecim diebus, & ceſſauit ſanguis, & deſtructa fuit tuſsis ; ferebat ceratum capitale in commiſſura coronali, & elapſis diebus, vt ſuprà, fuerunt paratæ decem viperæ decorticatæ, & abſque capite, carn: de teſtudin: lib: 1., cancer: fluuiatil:, & lumacarum an: num: 8:, & radic: de pimpinel:, quę compoſitio redigebatur in conſumatum cùm carne caponis, ſicque per 12. dies bibit, poſt hoc ſumendam præbui hanc tincturam. ℞: radic: Chinæ vnc: 5., lentiſci vnc: 3., ligni viſci quercini vnc: 1., ligni aloes drag: 1. , & facta fuit tinctura ſec: art: , ex qua ſumpſit prò qualiber vice vnc: 1., ſicque conualuit.

Romæ. *Febris Continua.* *Obſeru:* 12.

FRater ſuprà dicti, annor: 28. detinebatur febre continua per plurimos menſes ; exhibui ei vinum inſuſum Calic: Chymic: vnc: 4., & per ſeceſſum ſextiès ſinè vomitu, euacuauit, & poſteà præbui drag: 2. cortic: Chinæ, vndè ceſsauit febris ; deindè adaptaui ceratum ſtomachale noſtrum, & per os 26. dierum ſpacio ſumpſit vnc: ß: prò qualibet vice, puluer: cachetici Quercetani, qui ſic operatus eſt, vt colorem, & temperamentum mutaret.

Romæ. *Vlcus Canceroſum.* *Obſeru:* 13.

DIe 26. Auguſti Præsbyter quidam Alexander de Sannis vlcus canceroſum in tibia dextera à ſex annis habebat, & curatus fuerat à diuerſis Chyrurghis, ſed fruſtrà. Vlcus erat grande, cùm alijs paruulis, quæ ipſum circumdabant, caro nigra, & peracerbi dolores. Præſcripſi cibum tenuem, refrigerantem, & ſuper plagam applicata fuerunt lintea madefacta ſæpè in ſequenti decocto ℞: fol: plantag: , radic: aron: , captinell: an: pugill: 1:, folior: vitis manip: 1., aq: fabri ferrar', in qua ferrum extinguitur lib: 3., & fact: eſt decoct: add: alum: drag: 1., ſal: Saturni drag: 1. ß:, & die, veſpereque vlcus humectabat, & poſteà vtebatur vnguento lytargir: facto ex oleo roſat: ſinè acet: , ceruſ:, camphor: add:, & pauco præcipitato dulcificato, deindè bis vſus eſt vino Calic: Chymic:, quod fuit cauſa magnæ emiſsionis rerum porracearum per ſeceſſum , ſicque aliquantùm purificato vlcere ab excreſcente carne, vſus ſum emplaſtro ſtyptico Crollii, & 30. elapſo die conualuit.

Romæ. *Dolor Colicus, & Nephriticus.* *Obſeru.* 14.

DIe 26. Auguſti Maria Mauſonis annorum 26., temperamenti pituitoſi angebatur à 12. diebus doloribus colicis, & hoc tempore curata fuit à diuerſis Phyſicis cùm clyſterijs carminatiuis, & vnctionibus, bis ſanguinem hauriendo à ſaphæna, & alijs remedijs vſualibus ſinè fructu. Acceſſitus ego inueni eam debilem , & ſimul cùm doloribus nephriticis, & colicis; habebat etiam maximam difficultatem mingendi, quare exiſtimaui fuiſse calculum, ideò exhibui extract: noſtri antecolici dragm: 1. , ſal: nephritic: drag. ß:, ſpirit: therebint: g: 20., m: in forma pillulari, & ſumpſit ; in eadem hora iuſſi clyſterium compoſitum cùm decoct: ſaſsifrag:, parietar:, & radic: rhaphan:, ſemin: aniſor:, fænicul:, addito vino infuſo in Calic: Chymic: ad dimidium , cùm oleo ſem: lini q: ſ:. Multas feces per aluum emiſit , ſic etiam vrinæ dolorem aliquantulùm mitigauit ; veſpere dedi ei denuò extract: ſupradicti cùm ſale prædicto an: drag: ß:, laud: nepent: g: 3:, ſpirit: therebint: g: 15., & nocte meliùs ſes habuit. Die ſequenti reiteratus fuit clyſter ſupradictus, & in ipſa die expulſit calculos quatuor per vrinam, ad inſtàr fabarum, & ſanata eſt.

Romæ. *Febris maligna.* *Obſeru: 15.*

PErilluſtris, & Reuerendus Canonicus Rogerius Florianus annorum circitèr 42., laborabat febre maligna à 7. diebus, ſicque deſtitutus erat viribus, vt non poſſet moueri. Ordinauerat eius Phyſicus propinandas confectiones, ſyrup:, bis ſanguinis emiſſionem, ſed in caſſum; inſupèr dederat ſumendum bezoard: orient: perfectiſſimum, & nihil operatum eſt. Dùm ægrotus laborabat in extremis accerſitus ego præſcripſi aqu: theriacal: Riuerian: paratam cùm ſucc: limon: vnc: 5., bezoard: ſolar: ſcrup: ß:, confect: alchermes dragm: 1., quibus ſumptis in nocte emiſit ſudorem in quantitate. Manè iuſſi clyſteria cùm iure, diacatholic:, & mell: roſ: an: vnc: ß:, vitell: ouor: , ſacchar: rub: an: vnc: 1., & per os ſequens conditum ℞: aqu: flor: borragin:, bugloſ:, roſar:, ſcorzoner:, rut: caprar: an: vnc: 1., flor: aranc: vnc: 2:, margarit:, corall: rubeorum magiſteriator: an: drag: ß:, eſſentiæ angelicæ, carlinæ, biſtortæ, tormentillæ, contrhyeruæ cortic: citri an: g: 15., elexir vitæ maioris Sereniſſimi Magni Ducis dragm: ß:, ſal: ſmaragdi, topat j, hyacinth: an: dragm: ß:, vnicorn:, bezoard: an: ſcrup: 1., ſpirit: calchanti dragm: ß:, fol: auri numero 6., miſce, & propinabam ei parumpèr prò vice quinquiès, & ſexties in die, & in iure ſumebat bezoard: miner:, & ioulal: ad g: 10., hocque in veſpere, vndè in nocte euacuauit excrementa fætida, ex quo factum eſt vt in manè pulſus eſſet validior, & vrina melior. Summo manè acceſſit Medicus eius ordinarius, & iudicauit excrementa mortalia, & remedia applicata vpotè inualida deluſit, ità vt itaſceretur infirmus, & à ſe Medicum expelleret, cupiens omnimodè me curam proſequi; quo circa ſumendum dedi dictum bezoard: mineral:, & Iouial:, & ipſe eadem euacuauit per aluum excrementa. Veſpere, & manè antè cibum epithymata cordialia adhibebat. Die 13. maiori guſtu ſumpſit cibum, & eodem die conditum ſupradictum, & bezoard: in iure eodem conſueto, & bis euacuauit. Die 14. ceſſauit euacuare atrabilaria per ſeceſſum. Agitabatur etiam febre, & tunc ordinaui aq: de cichor: vnc: 4., ſenæ ſcrup: 2., ſpirit: calchant: g: 6., infundantur per noctem, & ſumpſit manè cùm vnc: 1. ſyr: roſ: ſol:, & bis euacuauit; ſpacio 17. dierum ſumpſit conſ: borrag:, viol: an: vnc: 1., iulep: gemmat:, perlat: an: dragm: ß:, bezoard: iouial: g: 12., ſicque ceſſauit febris, cibos corroborantes interim dabam, & breui tempore conualuit.

Romæ. *Paſſio Hyſterica.* *Obſeru. 16.*

DOmina Magdalena Doria annorum circitèr 35., temperamenti bilioſi, faciei rubeæ, & aliquantùm craſſæ. Die ſupradicto hæc oppreſſa erat hyſterica paſſione, adeò vt per plures horas mortua videretur. Applicui ceratum compoſitum ex tacchamac:, benioi, myrrh:, maſtich:, carab: an: dragm: 1., ligni aloes ſcrup: 1., muſci, & ambræ griſæ an: g: 3. ſuper vmbilicum, & eodem tempore recepit clyſterium de oxyſaccharo, quod effecit vt reuiuiſceret. Poſtera die acceſſerunt tremores, vndè propinaui extractum de carab: dragm: ß:, cùm iulep: viol:, & ſal: Iouis gr: 6., ſicque ceſſarunt paſsiones, & conualuit.

Romæ. *Dolor Nephriticus.* *Obſeru: 17.*

IN ædibus S. Franciſci de Ripa 29. Auguſti ægrotabat Pater Franciſcus de Monteſpetello, annorum 34., temperamenti circitèr aduſti, patiebatur dolores nephriticos ſtomachi, & laterum correſpondentes hepati. Applicauere alij diuerſa Clyſteria carminatiua, & varia ſumenta partibus ſuppoſitis offenſis, ſed fruſtrà. Adiui ipſe, & veſpere ordinaui ſumendum laudan: nepent: Quercetani g: 4., ſed nihil profuit; poſtera die ſumpſit ol: amygdalor: dulc: recent: vnc: 5. cùm ſyr: violat: vnc: 1., & adhuc vigebat dolor; altera die ſumpſit eſſent: therebint: Cypr: drag: 1., ſpirit: vitriol: ſcrup: ß:, eſſent. aniſot:

aniſor: iulepat: dragm: ſſ:, vndè non ſuperuenerunt dolores ità violenti. Hinc ordinaui card: agreſt:, radic: liquiritiæ an: vnc:2., ex quibus conficiebam decoctum, quod ſumpſit 15. diebus, & emiſſis calculis paruis multis ſanatus eſt, & longo tempore talem non eſt paſſus morbum, prout ſeptem iam elapſis annis redijt, & curatus fuit cùm oſſibus, & inteſtinis lupi puluerizatis ſumptis ad dragm: 1. prò vice per dies 15.

Romæ. *Conuulſio cùm febre.* *Obſeru: 18.*

DIe prædicto filius Dominæ Angelæ Fuſoriæ viduæ, annorum trium, opprimebatur febre vndecim ab hinc diebus, ſimulque à varijs accidentibus conuulſiuis. Varia adhibuerunt Medici remedia, ſed fruſtrà, & accerſitus ego præbui duo cerata noſtra ex aloe contrà vermes compoſita, vnum ad regionem ſtomachi, alterum ad cor, & per os propinaui aqu: hirundin: compoſit: Quercerani ad vnc: 2., vndè ceſſarunt accidentia conuulſiua, & vt tutior eſſet ſupradicta iterùm ſumpſit, vltrà quæ præbui ſal: margarit:, corall: an: ſcrup: 1., ſal: ſmaragd: g: 6., ſpirit: theriac: dragm: 1., aq: rut: caprar: vnc:2., m:, quibus ſumptis euaſit liber.

Romæ. *Menſtruorum ſuppreſſio cùm obſtructione lienis, & dolore.* *Obſeru: 19.*

DIe 30. Auguſti Illuſtriſſimæ Dominæ Catherinæ Foreſtæ Neapolitanæ, annorum ferè 28., obſcura facie, pallida, & oppilata, à quinque annis euanuerant meſtrua. Huic applicuere Medici bis chinam ſumendam multo temporis interuallo, ſicut & diuerſas res aperitiuas, ſed fruſtrà. Accerſitus ego obſeruaui hanc habère obſtructionem duriſſimam in regione lienis cùm dolore acerbiſſimo, & per multam debilitatem ſtomachi; eodem die applicui duo cerata, vnum ſuprà regionem ſtomachi, & eſt viuale noſtrum, & alterum ſuper regionem lienis, & fuit ſequens ℞: ſucc: cicut: condenſat: vnc: 1: ſſ:, gum: ammoniaci diſſoluti in aceto vnc: 2., ſucc: cucumeris aſinini, folior: cappar: an: vnc: ſſ:, extract: cortic: fraxin: dragm: 6., fiat ceratum ſec: art:, & eodem die ſumpſit per os bìs aq: ſtillat: de camomill:, flor: nucum, flor: tamaricis an: vnc: 1., ſal: abſynthij calybeati, tamaric: an: ſcrup: ſſ:, tinctur: croci ſcrup: 2., ſyr: artemiſ: vnc: 1., ſicque per tres dies proſequendo ceſſauit dolor, meliùſque ſtomachum appetebat. Quarta die fumentum feci partibus inferioribus cùm fecibus Reguli Antimonij, prout infrà vnc: ſſ: Reguli Antimonij ebullire faciebam in vaſæ cùm vini, ſaluiæ, pulegij, ſpicæ Romanæ, artemiſ:, matricar:, iuæ arteticæ an: man: 1:, ſicque fumum accipiebat ipſa, donec calor euaneſceret. Indè ſumebat extract: lienis bouis deſcriptum à Crollio ad vnc: ſſ:, addita aqua ſupradicta, hoc attamen ſeruato, vt totum compoſitum diuideretur veſpere, & manè tribus horis antè cibum, & hunc ordinem per quinque dies ſeruauit. Deindè ſumpſit per os vnc: 6. vini infuſi in Calice Chymico, vndè euomuit multa viridacea, & nigra, & ſextiès excretus eſt multa obſcura per ſeceſſum, & veſpere meliùs ſe habuit. Aduènerunt interim menſtrua perobſcura, & ad ſex dies mediocritèr durarunt; interim ſumebat aq: camomill:, artemis, matricar:, flor: aranclor: an: vnc: 1., ſal: abſynth: artem: an: dragm: ſſ:, vndè cæpit facies rubeſcere, & dolores lienis omninò ceſſare. Hinc applicui remedia, vt vigorem acciperet, & menſe continuo tèr, quatèrue in hæbdomada ſumebat eſſent: roſ: ordinar:, angelic:, carlin:, cortic: citr: an: gutt: 10. tincturæ, ſeù Panacęę noſtrę liquidę vniuerſalis cùm auro g: 12., & benè conualuit, priſtinum vigorem reaſſumpſit, & paruo tempore elapſo facta eſt grauida, & peperit filium.

Romæ. *Febris Continua cùm dolore Capitis.* *Obſeru.* 20.

DIe 3. Septembris Nobilis quidam Olyſipi natus laborabat febre continua à ſexdecim diebus, cùm dolore acerbiſsimo capitis. Acceſsere Medici, ac ordinarunt poculum medicinale ad quantitatem ſyı: , & quatèr fuit ſecata vena, quo factum eſt vt febris diminueretur, ſed capitis dolor adhuc non ceſsabat. Vocatus iuſsi laudan: nepent: ad vſum Quercetani g: 4., & noctè meliùs ſe habuit, & requieuit, quia verò iuuenis erat, ideòque accenſus ſanguine, iuſsi emiſsionem vnc. 5. ſanguinis à ſaphæna, & ſtatim deſiit dolor, & ſanatus eſt. Motus fui in hac cura ab exemplo poſito in Obſeru: 40. Centuriæ 5. Pręceptoris mei Riuerii.

Romæ. *Febris Continua.* *Obſeru.* 21.

DIe ſupradicto Miles quidam Matthæus Nomine Corſicæ in Baſtilica natus, in Hoſpitali PP., Italicè *Buon Fratelli*, commorabatur. Febre hic maligna continua à duodecim euolutis diebus affligebatur, addito ſingultu tàm vehementi, vt nec verbum proferre poſset. Medicus ordinarius Hoſpitalis varia adhibuerat remedia, tèr ſanguinis iuſsit emiſsionem, ſed nihil profuit; ego acceſsi, nàmque rationalis erat, & ipſi præbui ſequens remedium ℞: laudan: nepent: g: 3., item ℞. emulſ: 4. ſemin: frigid: vnc: 6., ſal: prunel: diſsolut: drag: 1. ß:, vndè ſumpto priùs laudano, & poſt duas horas ſupradicto ceſſauit ſingultus; poſteà ſumendum dedi bezoard: mineral: ſcrup: 1., iouialis g: 10. cùm iure optimo per tres dies, ſicque ſanus redditus fuit.

Romæ. *Febris Tertiana.* *Obſeru.* 22.

DIe 5. Septembris Cæſar Caſtellanus annorum 24., temperamenti biliosi duobus ferè menſibus febre Tertiana notha opprimebatur. Ordinarunt Medici quatèr ſanguinis emiſſionem, tèr medicinas, & confectiones varias, nec per horam admouerunt febrem. Vocatus præbui drag: 1. ß: Antifebril: Riueriani, vndè euacuatis excrementis biliosis ſeptiès, ceſſauit febris, & euaſit liber.

Romæ. *Hydropiſis.* *Obſeru.* 23.

DIe 7. Septembris Vxor Domini Procuratoris de Griſonis annor: 48., temperamenti humidi per 15. menſes laborabat hydropiſi grauiſſima. Conſuluere Medici inter ſe, & varia præbuere medicamina, ſed in caſſum. Vocatus ego aſſumpſi ſolus hoc onus curandi morbum. Ventris non ſolùm tumor erat, ſed & ad pedes vſque procedebat, vt paruum dolium videretur, quo factum eſt vt ſuſtentari non poſſet, vndè prò die ſequenti ordinaui infraſcriptum remedium. ℞: radic: aſpar:, bruſc., enulæ camp:, petroſ: an: vnc: 3., folior: acrim, cetrach, linguæ ceruinæ, capill: Vener:, politric:, marrubij an: man: ß., coquantur ad vnc: 6., colat: add: ſenæ ſcrup: 2., aniſor: & cynnamom: an: ſcrup: ß:, ſal: tartat: vitriol: drag: ß:, magiſter: noſtri tartar: g: 15., ſpirit: ſal: comm:, & nitr: an: g: 10., m:, & cap:. Poculum horum ſumpſit per nouem dies continuos, quo tempore vſus ſum fumentis ordinarijs ad formam epithymę, & applicabam ſupra hepar, lien, & ſtomachum. Ventrem verò vngebam oleo bufon: deſcripto à Patre Lauda, cùm vnguento arthanitæ maioris, vndè & interiùs, & exteriùs res, & materias aquoſas ſextiès in die euacuabat. Nono elapſo die præbui Mercurii dulcis noſtri g: 20., magiſt: ialapp:, & ſcamm: an: g: 6., vndè euacuata fuit quantitas non modica materiæ aqueæ, & fetens, & diminutus eſt venter. Per decem dies ſequentes ſumebat aq: acrimon:, capill: Vener:, linguæ ceruinæ, cetrach, abſynth: an: vnc: 1., & infundebam ſal: abſynth: vitriol:, ebul:, & tamariſc: an: ſcrup: ß:, ſpirit: ſal: comm: g: 20., &

eodem

eodem tempore iterùm ſumpſit Mercur: dulc: cùm reliquis, vt ſuprà. Iam incipiebat ambulare, & ſemèl in die à domo exibat exercitij gratia; ſeptem alijs diebus ſumpſit aquas, vt ſuprà, poſteà propinaui vinum infuſum in Calic: Chymic: ad vnc:6., quod mirabilitèr operatum fuit per ſeceſsum; poſteà compoſui confect: ſpecier: dyarrhod: Abbat:, diamarg: calidi an: drag: 3., pulu: radic: aron: præparat: vnc: 2., rad: vincetoſſic: pulu: vnc: 3., herbæ Turcicæ, & baccarum lauri an: vnc: ſſ:, vnicorn:, corall: rub: an: drag: 2., ſyr: de duab: radicibus, acredin: citr:, de pom: an: vnc: 2., & facta eſt confectio, de qua ſumebat cochlear vnum manè, & alterum veſpere ad tres horas antè cibum. Super ſtomachum applicui ceratum noſtrum ſtomachale, & poſt vini ſupradicti potionem acceſſerunt menſtrua, & ſanata eſt. Poſteà conferi pillulas ex extracto aloe ad vſum Riuerij, quas ſumebat ſemèl in hæbdomada, & cùm his optimè ſe conſeruabat.

Romæ. *Dolores Hypocondriaci.* *Obſeru.* 24.

DIe 7. Septembris Iohannes Antonius Anſouinus à Sermoneta annorum 36., laborabat à nouem menſibus doloribus hypocondriacis. Multa, ac multa remedia adaptata fuerunt à diuerſis Phyſicis, tàm ad vſum Galenicum, quam Spargyricum, ſed fruſtrà. Accerſitus exhibui ei vnc: 1. oxymel: compoſiti ad vſum Quercetani, cùm addit: ſalis abſynthij, & ſalis Antiſcorbutici noſtri an: ſcrup: 1. prò vice per dies ſexdecim, & omninò ſanatus eſt.

Romæ. *Dyſinthæria cùm febre.* *Obſeru.* 25.

DIe 11. Septembris Carolus Florianus Mercator annorum 35., temperamenti biliosi patiebatur ab hinc decem diebus, dyſinthæriam cùm febre qualitatis malignæ, & in extremo redactus à Phyſico ordinario purgatus eſt multis remedijs à principio morbi vſque ad diem prædictum, & ſemper deteriùs ſe habuit. Vocatus ego propinaui ei extract: ſymphyti maioris drag: ſſ:, tincturæ corall:, tormentillæ, biſtortæ, & vitrioli ſtupefactiui an: g: 10., croc: Mart: adſtringentis, & camphuræ an: g: 7., miſce, & cap: in duabus vicibus. Poſteà iuſſi clyſteria duo compoſita in hunc modum ℞: fol: plantag:, taſs: barbaſ:, caudæ equinæ, polygoni an: man: 2., aquæ in quà faber ferrarius extinguit ferrum lib: 4., camphuræ, maſtich: an; drag: 1., bull:, & fiat decoct:; add: vitell: ouor:, butyri, & ſacchar: rub: q: ſ:, & f: vt dictum. Nocte meliùs ſe habuit, & ceſſauit dyſinthæria, roboratus fuit aqua caponum diſtillata compoſita à P. Ferrata, eſsentiaque, aut ſpiritu Panis noſtro compoſito, & optimè conualuit.

Romæ. *Febris Tertiana.* *Obſeru.* 26.

DIe eodem Puella annorum 14., temperamenti delicati à tribus menſibus patiebatur febrem Tertianam. Die acceſsionis præbui puluer: angelici Algerott: g: 7. infuſi in vino, & per os parùm euomuit, ſed per ſeceſsum euacuauit multa mixta, & eadem die redijt validior febris acceſsio, vndè arbitratus ſum corpus non ſufficientèr purgatum fuiſse, ſicque ordinaui aquam chamædryos, acrimoniæ, capill: Vener: an: vnc: 1., ſpirit: vitriol: g: 8., ſal: abſynthii calybeati drag: 1., per tres dies, vndè minorata eſt febris; quarto die exhibui Antifebril: noſtri drag: ſſ:, & febris euanuit.

Romæ. *Vapores Vterini, cùm effectibus Hypocondriacis.* *Obſeru.* 27.

DIe 14. Septembris Domina Martia Vagnucia annorum 25., temperamenti biliofi, per quatuor annos vaporibus vterinis mixtis cùm effectibus hypocōdriacis ęgrotauerat, qui ſenſus deprauauerant. Multa remedia à Phyſicis adaptata fuere, ſed in caſſum; quarè vocatus ego propoſui catharticum Antimonij cùm Aloe noſtrum ſemèl in hæbdomada, cùm fumentis quoque herbarum aromaticarum, & fecum Reguli ſemèl in die; per dies 40. vſa eſt his remedijs, & meliùs ſe habuit, poſteà ſumpſit extract: vterin: Quercetani ſemèl in die in hora ſomni ſcrup: 1. prò vice, cùm guttis quatuor ſpiritus ſuccini, & g: 2: laudan: nepent: Quercetani per dies 30., & ſoſpes euaſit.

Romæ. *Dolores Articulares, & Gonorrhæa.* *Obſeru.* 28.

DIe 15. Septembris Eques Coſimus Iudicellus Neapolitanus annorum 28., temperamenti mixti intèr calidum, & ſiccum laborabat à quatuor annis gonorrhęa, cùm doloribus articularibus, quo tempore nunquàm deſijt vſum medicamentorum, nempè decoct: ſudoriferorum, purgantium, vaporatiorum &c., ſed fruſtrà. Vocauit me, & dedi ei per 60. dies pillulam vnam prò vice compoſitam modo ſequenti ℞: extract: lign: ſanct:, ſaſſafr:, lign: viſc: quercin:an: vnc: ſſ:, Mercur: dulc: noſtri, raſinæ ſcammon:, extract: rhabarbar:, & hellebor: nigr: an: vnc: 2., Panaceæ noſtiæ liquidæ vniuerſalis, & ſpirit: therebinthi an: vnc: 2. ſſ:, imbibantur, & ad ſolem, vel cinerem calidam reſtringantur ad ſufficientia, donec reducantur maſſ:pill., & huius ſumptionis drag: ſſ: ſanum totaliter reddidit.

Romæ. *Febris continua.* *Obſeru:* 29.

DIe 17. Septembris Vnus ex Proceribus Poloniæ annorum ferè 34. magno multorum comitatu peruenerat ad Vrbem, & quatuor elapſis menſibus, quibus ibi habitauerat, incidit in febrem continuam; adducique iuſſit plures Medicos, qui conſuluere de corpore minorando, & de emiſſione ſanguinis, prout Galenicus requirit vſus, & prò ſequenti manè ordinarunt conſ: de acred: citr: cùm ſemine ſancto, & potionem aquæ deciſoriæ. Die ſequenti acceſſit ad eum videndum nobilis Æques Germanus nomine Io: Petrus Roupatterus, qui eodem anno à me curatus, & Dei gratia ſanatus fuerat, & ad medendum propoſuit me, vndè dimiſsis alijs, ego aſsumpſi onus medendi illum more Gallico, & reperij cùm febre, & dolore capitis acuriſsimo, vrina craſſa, & onuſta, pulſu paruulo, & per totam noctem elapſam inſomnis laborauerat ſiti intollerabili, vndè valdè timebat, & inſtitit vt Chymicè quam citò curaretur. Veſpere ego applicui fronti emulſiones refrigerantes, & extupefacientes; renibus vnguentum ſandalorum, & refrigeratiuum Galeni, & per os potionem aq: ſcorzoneræ cùm ſal: prunell: perlat: drag: 1. ſſ: ſinè alio cibo; ſequenti manè clyſterium ordinaui ex decocto herbarum ordin:, & miſcui in eo diacathol: vnc: ſſ:, mell: roſ: ſolut: vnc: 2., ol: viol: vnc: 3., & hora elapſa euacuauit multa bilioſa. Interìm vrina grauis, & accenſa erat, nec nocte illa, ſicut in antecedenti fuit depreſsus, immò manè extraxi ſanguinem à baſilica brachij dexteri ad vnc: 8., qui craſsus, putridus, & accenſus erat; poſteà ſumpſit acred: citr: vnc: 1., ſpirit: ſulphur: acid: ſcrup: ſſ:, aq: de ſcorzonera vnc: 6. In die applicui anodinantia fronti, & potionem dedi hordeaceam cùm ſemin: peponis ad vnc: 10, ſal: prunell: perlat: drag: 1.: veſpere ordinaui laudan: ſtupefactiuum ex vitriolo deſcriptum à Scrodero ad gr: 7., cùm iulep: perlat: drag: 1., aq: de ſcorzoner. vnc: 6. quo requieuit in nocte, & diminutus eſt calor. Manè autem oriente die ſumendam dedi noſtri Antifebrilis drag: 1. ſſ:, quarè octiès euacuauit mixta ſinè alteratione, & moleſtia. Veſpere ſatis debilis

erat,

erat, iam capitis dolor nullus, & febris ad ſtatum naturalem redijt; ideò exhibui ei eadem hora conſ: bugloſſ:, borragin:, roſar:, violar: an: vnc. ß:, ſyr: acred: citr: vnc: 1., confect: hyacinth: drag: 1., m:, & cap:; nocte ſequenti ſumpſit aq: tot: citri, ſcorzoneræ an: vnc: 1. ß:, eſsent: cortic: citr:, tormentill:, contrhyerb:, elex: propriet:, Panaceæ noſtræ liquidæ vniuerſal: an: g: 12., ſpirit: calchant: g: 10., ſpirit: camphur: g: 4., m:, & meliùs ſe habuit, & benè requieuit; manè ſequenti vrina erat bona, & febris nulla, tamen voluit iterùm ſumere confectionem ſupradictam, deindè aquam acrimoniæ; poſtera die cibus conceſſus eſt plenior, in quem margar:, & bezoard: Iouial: ponebam ad gr: 15., & hoc per nouem dies, vndè optimè conualuit.

Romæ. *Habitus Cacheticus cùm fluxu ſanguineo menſtruali.* *Obſeru.* 30.

Die 18. Septembris vxor Domini Chriſtophori Ricci, annorum ferè 36. per nouem menſes integros patiebatur fluxum ſanguinis menſtrualis, vndè ad habitum cacheticum trahebatur cùm notabili virium deficientia. Adfuere Medici, & diuerſa præſtitere remedia tàm purgantia, quàm adſtringentia. Vocatus ordinaui ſequentia ℞. conſ: flor: nucum iuglandium vnc: 2:, croc: Marti: adſtringentis drag: 1., trochiſc: carab: drag: 2., ſpeciei diarrhod: abbat: drag: 1., tinctur: corall: rub: drag: 2., & propinaui hanc confect: per dies 15. horis 2: antè cibum cochlear: ß. prò vice. Interim accipiebat in eadem hora vnc: 2. aquæ compoſitæ Quercetani ad ſputum, ſanguinis, & fluxus diminutus eſt. Poſt hoc iuſſi ſucc: plantag: clarificat: vnc: 4., colophoniæ drag: 1., & ſtatim ceſſauit; cùmque eneruata eſſet, ad reſtaurationem virium exhibui ei per dies 20. confection: noſtræ antiheticæ drag: 1., & optimè conualuit.

Romæ. *Gonorrhæa antiqua.* *Obſeru.* 31.

Die 21. Septembris Nobilis Eques Peruſinus gonorrhæam veterem quinque ab hinc annis habebat, quo tempore dolores in lateribus, genibus, & pedibus non modicos patiebatur, ideò ſumendum præbui vinum ex Calice Chymico duobus diebus ſequentibus in manè ad vnc: 6. prò qualibet die, vndè euanuere dolores; poſt hoc pillulas antiuenereas Riuerianas noſtras integro menſe ſumpſit ad drag: 1. prò qualibet vice, & poſt eas aquam dicti Auctoris contrà Gonorrhæam ſumebat, & perfectè eſt ſanatus.

Romæ. *Febris lenta continua.* *Obſeru.* 32.

Die 24. Septembris filius Domini Marci de Iannuccis annorum octo affligebatur febre continua lenta à multis menſibus, eòque oppreſſus erat, vt deſtitutus videretur, & procliuis ad Phthyſim, & dolores continuos in lumbis, & pedibus habebat, & hoc propter debilitatem. Ad hunc curandum diuerſis vſi erant Phyſici remedijs, ſed fruſtrà, qua proptèr vocatus ſtatim ordinaui calomelani Riueriani g: 10., raſin: mechoocan:, ſcammon: an: g: 3. cùm conſeru: violar:, & quatèr euacuauit; poſteà iuſſi cynnamomi drag: 2., puluer: corall: præparat:, margar: præpar:, an: drag: ß:, diarrhodon: Abb: ſcrup: 1., pulueris antihetici noſtri drag: 2., fæcul: aron: præpar: vnc: ß:, vincetoſſic:, herbæ Turcicæ an: drag: ß:, conſ: borragin:, bugloſſ: an: vnc: 2., m:, & bis in die hora vna antè cibum ſumebat drag: 1. prò vice. Die 30. dicti menſis replicaui calomelanum ſupradictum in eadem doſi, & multa farinacea per aluum emiſit, & febris euanuit; ad roborandum verò iuſſi chinam in vſu conſumati cùm iure pulli, & benè vires accepit.

Romæ.

Romæ. *Fluxus dyſinthæricus.* *Obſeru:* 33.

DIe 8. Octobris Domina Catharina Bardocebia annorum circitèr 46., temperamenti phlegmatici, laborabat quinque ab hinc menſibus continuo corporis fluxu, tàmque acritèr augebatur, vt die, ac nocte quinque libras circitèr materiæ biliofæ euacuaret. Huius morbi cauſa ea eſſe potuit, quòd cùm infirmaretur in vere nullam adhibuerit medicinam, nullaque regula viuendi vſa eſt, immò, vt mos eſt mulierum, ijs cibis, qui noxij erant, veſcebatur, & prætereà anni elapſo curſu ignorabat menſtrua. Vocatus poculum ad euacuationem humorum peſſimorum ſtomachi ordinaui, videlicèt rhabarb: elect: drag: 1., myrabolan: citrin: drag: ſſ:, ſand: citr: ſcrup: ſſ:, infund: in aqua plantagin: cùm ſpirit: vitriol. g: 4., dein exprimantur, & addatur ſyr: roſ: ſol: vnc: 1. ſſ:, rhabarbar: raſp drag: ſſ:, miſce; ſumpſit, multaque bilioſa eiecit, poſteà iuſſi clyſteria facta cùm aqua fabrorum ferrariorum, in qua decocta erant fol: plantagin:, polygoni, equiſeti, ſummitat: ruui, balauſtij, ſem: ſumach cùm addit: oleorum cydoniorum vnc: 4. prò vice; ad ſtomachum applicui ceratum noſtrum ſtomachale; tertia die poſt potionem facta fuit phlœbotomia ſaphænæ ad vnc: 6. ſanguinis, & per os ſumebat bis in die tinctur: croc: Mart: adſtringentis, corall: an: drag: ſſ:, ſuccini ſcrup: 1., conf: alcherm: ſcrup: 2., bezoard: iouial: ſcrup: ſſ., ſpirit: calchant: g: 4., aq: ſtillat: perſicariæ maculatæ vnc: 3., cap: vnc: 1. ſſ: prò vice, & vſu prædicto infrà ſpatium nouem dierum conualuit.

Romæ. *Gonorrhæa antiqua.* *Obſeru:* 34.

PRædicti menſis die 11. Iuuenis quidam venator temperamenti bilioſi, annorum circitèr 28. affligebatur à Gonorrhæa inueterata trium annorum, ad quam expellendam innumera remedia applicauerat. Vocatus ego inueni ægrotum impatientèr dietare; ideòque ſequens vinum medicatum præſtiti: ℞: lign: ſanct: torreſ:, cort: eiuſd: an: vnc: 3., ſaſſafraſ: vnc: 1. ſſ:, ſenæ Orient: vnc: 2., turbit:, hermodactil:, mechoocan: an: drag: 2., ſand: citr:, rubei an: drag: 3., ſummitat: nueum virid: vnc: 2., ſalſæparill: vnc: 1. ſſ., vini optimi lib: 8.; triturentur, & infundantur per ſex dies in loco frigido, & poſteà ſumpſit vnc: 6. prò vice dilucolò more ſolito. Finita potione ſupradicta, ad cautelam exhibui ei tabulæ noſtræ adſtringentis contrà veteres Gonorrhæas ſeptiès ſcrup: 1. prò vice ſemèl in die, optimèque ſanatus eſt.

Romæ. *Pleuritis.* *Obſeru:* 35.

DIe 14. Octobris Cuſtos Vinæ Illuſtriſſimi Domini Marchionis Eugenij Muti annorum circitèr 23. febre, & peracerbo dolore in latere ſiniſtro cruciabatur, vltrà quod difficultatem patiebatur reſpirandi, & pulſus erat acutus, & tremens, & vrina eruda, vndè eius morbus adiudicatus fuerat, vt communitèr aiunt, punctura, iam verò tertia elapſa erat dies, à qua incæperat. Vocatus ordinaui ſectionem venæ baſilicæ ſiniſtræ, & emiſsionem vnc: 6. ſanguinis; veſpere circà 22. horam tantundem è baſilica dextera emittendum iuſſi, & per os exhibui ei pomum deſcriptum à Quercetano cùm aqua cardi ſancti ad vnc: 4.; in parte dolenti applicui ei oleum noſtrum antipleuriticum, & emplaſtrum noſtrum vſuale, ſicut & in oppoſita; die ſequenti tendebat in peiùs, vndè præbui aqu: benedict: Quercetani vnc: 5., & multa euomens meliùs ſe habuit; ſumpſit poſteà confect: lambitiuam ex ſyr: de pomis, iuiub:, capill: Vener:, papauer: errat: an: vnc: 1., ſulphur: diaphoret: noſtri, corall: præp:, dentis apri, maxill: lucior:, flor: buxi, cortic: inter: auellan: an: drag: ſſ:; m:, & cap: in duabus vicibus; ſudauit, & per os expuit multùm, & perfectè ſanatus eſt.

Romæ.

Romæ. *Febris Quotidiana intermittens.* *Obſeru.* 36.

DIe 16. Octobris Mulier quædam annorum 27., dedita luxui Venereo, temperamenti delicati, à ſeptem menſibus febrem patiebatur quotidianam intermittentem, quæ illam circa meridiem acceſſu infallibili aggrediebatur, ſed moderato. Varijs vſa eſt remedijs, ſed ſinè fructu, vndè de ſanitate deſperans inordinatè viuebat, atque carnaliter perſæpè delectabatur. Verebar ne lue Venerea laboraret, attamen propinaui ei decoct: flor: camomill:, ſummitat: abſynth: an: pug: 1., de quo ſumebat vnc: 3. matutino tempore, cùm drag: ſſ: pill: noſtræ Antiuenereæ; quarta die ſumpſit Antifebril: noſtri ſcrup: 4., ſicque febris euanuit; & iterùm ſumens per 20. dies decoctum prædictum cùm pillulis, perfectam valetudinem accepit.

Romæ. *Febris Quartana.* *Obſeru.* 37.

DIe 20. Octobris Magdalena Baldana annorum 28. à duobus annis febre laborabat quartana, qua de cauſa diuerſa adhibuerat remedia, ſed in caſſum. Grana 30. Febrifugi noſtri Riueriani ſumenda præbui, & porraceas bis per os, & ſextiès per ſeceſſum materias eiecit, nihilominùs febris augebatur, ità vt acceſsionis tempore magis acerba appareret. Idem in 3. acceſsione præbui remedium, & magis febris vrgebat; die ſequenti emiſsionem ſanguinis à pede ordinaui ad vnc: 4., & adhuc perſiſtebat, vndè Antifebrile noſtrum ſumendum curaui ad ſcrup: 4. cùm quo ſeptiès euacuauit, & libera euaſit.

Romæ. *Angina.* *Obſeru.* 38.

DIe 23. Octobris Piſtor Germanus Angina oppreſſus morti proximus redactus erat, abſque verbo, & facultate recipiendi nec guttam aquæ. A Medicis ad reuulſionem cucurbitulæ collo, & humeris applicatæ, ſanguis à baſilica, & à lingua detractus, pluraque alia adhibita remedia, at ſemper in caſſum. Acceſſerunt me, & obſeruaui ſub lingua carnis quantitatem creuiſſe, quam proprijs præcidi manibus ad pondus vnc: 1., vndè ſanguinis non modica effuſio facta fuit; deindè candela guttur aperui, & emplaſtrum ex nido hirundinis, & malua confectum gutturi applicaui, & per ſyphonem in os tranſmiſi vnc: 5. aquæ benedictæ Quercetani, quo facto duobus elapſis horis euomuit, & apoſtema putrefactum erupit, materiaque cùm phlegmatis quantitate exijt, & perfectè ſanatus eſt.

Romæ. *Scyatica.* *Obſeru.* 39.

DIe 28. Octobris Dominus Paulus Florianus Ligur annorum 40., temperamenti bilioſi, à multis annis Scyaticam patiebatur, quo tempore eò creuit dolor vt moueri nequiret. Adhibui clyſteria carminatiua, addidi periam perfuſam colochynthide ad drag: 1. ſſ: & bis in die fumenta ad coxam applicui confecta ex herbis aromaticis cùm lapidibus ignitis ad vſum noſtrum, quæ iterata fuere, indè vngendam iuſſi partem offenſam aqua uitæ, in qua inſtillatæ erant radices brioniæ, iuæ arteticæ, & pinguedo canis rubei, tribus diebus ceſſit dolor. His omnibus addidi vnc: 7. vini Calicis Chymici, quod mirabilitèr operatum eſt, & per vomitum, & per ſeceſſum multa euacuauit, ſicque extitit liber.

Romæ. *Fluxio pituitoſa, quaſi Phthyſis.* *Obſeru. 40.*

DIe 4. Nouembris Dominus Georgius Carlinus Mediolanenſis annorum 21., temperamenti delicati, Vrbem petierat diebus feruidiſſimis Iulij, factumque eſt, vt ægrotaret. A Medicis curatus fuit, ſed cùm non perfectè purgatus, acceſſit fluxio pituitoſa cùm tuſſi. Interim calore elapſo æſtiuo cruditatem pectoris, & difficultatem reſpirandi patiebatur, vndè omnes arbitrabantur ipſum prima ſpecie phthyſis laborare, ex eò quod febricula quaſi impercæptibili torqueretur. Iuſſi mannæ vnc: 2. ß: cùm decoct: paſſular:, & liquiritiæ q: ſ:; poſt quæ ordinaui ſyr: pectorales, vt de pom:, iuiub:, capill: Vener:, hibiſc: an: vnc: ß:, aq: hyſſopi, capill: Vener: an: vnc: 2. ß:, lact: ſulphur: ſcrup: 1., cap: per ſeptem dies; quarta die ſecata fuit baſilica ad vnc: 4. ſanguinis; die ſequenti cauſticum brachio ſiniſtro factum fuit, & electuar: ſequens compoſui ℞: ſemin: papauer: alb:, portulac:, malu:, cucurb:, pepon:, cucum: tuſi an: drag: 10., extract: cardi ſancti, liquirit:, & iuniperi an: vnc: ß:, ſucc: hederæ terreſtr: depurati, veronicæ, ſcabioſæ an: vnc: 5., butyri ſulphuris, magiſter: carab: an: drag: 2., ſal: corall:, margarit: an: drag: 1., diapenidij vnc: 2., fiat electuar: cùm mell: q: ſ: ſec: art:, & ſumpſit in quolibet die dr: 2. vſque ad quadrageſimũ, & benè ſe habuit, complexionemque innouauit.

Romæ. *Febris cùm Pituita.* *Obſeru: 41.*

DIe 7. Nouembris Dominus Antonius Sorianus annor: 36. detinebatur febre cùm pituita, & raucedine. Vocatus iuſſi priſanam laxantem noſtram ad vſum Riuerianum cùm hordeo, ſena, & manna, ſed nihil profuit. Tertia die aperui venam brachij dexteri, & hauſi vnc: 5. ſanguinis, ſed raucedo proſequebatur, ſicut & febris; vndè ordinaui turbitt: Croll: gr: 4., raſinæ, ialappæ, & ſcammon: an: g: 6., ſicque febris, & raucédo euanuerunt.

Romæ. *Pleuritis.* *Obſeru: 42.*

EOdem tempore Antonius quidam Sutor Bononienſis, annorum 34. laborabat Pleuritide, nec ibi error vllus, dùm omnia ſigna huiuſce morbi apparebant. Huic tàm à dextero, quàm à ſiniſtro fuit ordinata ſectio venę ad vnc: 7. prò qualibet vice; præbui eodem die pomum deſcriptum à Quercetano cùm aq: theriacal: ad vnc: 2.; die ſequenti accepit puluerem noſtrum Antipleuriticum ad drag: 1., diaphoretic: aureati gr: 5., & vltrà hoc varia ſumpſit lambitiua, & in ſeptimo ſanus factus eſt.

Romæ. *Dolores Partus.* *Obſeru: 43.*

DIe 13. Nouembris Domina Franciſca de Rubeis annorum ferè 24. à tribus diebus angebatur doloribus partus, & obſtetrices adſtantes non poterant fætum videre, vndè in iudicium peſſimum ducebantur. Ab his vocatus adhibui vnctionem ad latera, & vmbilicum ex rebus calidis; & per os exhibui dictami crytici, ariſtoloch: long:, & rotund:, myrrh: an: ſcrup: 1., croci, cynnamom: an: ſcrup: ß:, conſ: alcherm:, ſulep: gemmar: an: drag: ß., aquar: artemiſiæ, flor: aranc: an: vnc: 1. ß:, illicòque peperit filiam; & ſana facta eſt.

Romæ. *Phthyſica deſperata.* *Obſeru: 44.*

DIe 16. Nouembris Agatha Manfredi annorum 31., habitus peſſimi, phthyſi duobus ab hinc annis afflicta, ſic deſtructa erat, vt à Medicis tanquàm de eius ſalute deſperantibus, dimiſſa eſſet. Hunc morbum illi conciliauerat menſtruorum

retentio, anguſtiæque, quibus ità angebatur, vt dies integros tranſigeret modico, & quaſi nullo contenta victu, adeò vt corpus oſſibus tantùm, neruiſque compactum videretur. Propter imbecillitatem nullum cibum retinebat, & quamuis abſque vitæ ſpe omninò eſſet tamen vt parentibus inſtantibus, rogantibuſque ſatisfacerem ſubſequentia remedia præbui. ℞: pulpæ caponis, vitulinæ, veruecinæ an: vnc: 4., cùm additione ſal: Iouis ſcrup: ſſ:, corall:, margarit:, viperar: an: drag: ſſ:, Panacææ liquidæ ſolaris noſtræ g: 20., aq: tot: citr:, & flor: aranc: an: partem æqualem q: ſ:, & confice conſumatum ſec: art:, de quo cap: cochlearia duo prò vice quatèr, aut quinquiès in die; præterea applicaui epithimas cordiales cordi, ſtomachales ſtomacho; linitiones indè iuſſi ex ol: cortic: citr: diſtill:, ol: maſtic:, cydonior:, & prò potu ſumebat aq: cordialis ſtillat: cùm capon: deſcripta à Pater Gabriele Ferrara c: 437.; poſt quatuor dies in cibum panarellas ſumpſit, paulatim augendo, ſicque intèr dies 15. ſtomachus ſatis roboratus eſt; poſt hoc per dies 30. cæpit ſequentem compoſitionem matutino tempore, videlicèt ℞: viperæ viuæ decorticatæ abſque capite, cauda, & interioribus, carnis pulli ſinè adipe, & cute an: vnc: 2., rad: borragin:, bugloſ:, ſcorzoner:, cortic: citr: cùm ſacchar: condit: an: vnc: ſſ:, ſal: margaritar:, corall:, ſmaragdor:, Iouis an: ſcrup: ſſ:, Panacææ noſtræ antiheticæ drag: ſſ:, lact: ſemin: pepon: vnc: 1., aquæ hordei q: ſ:, fiat conſumatum ſec: art: cùm omni diligentia. Quotidiè hanc compoſitionem cùm vipera recenti faciebant in propria eius domo, tepidamque ſumebat; ad cautelam per duos alios menſes ex mammis mulieris ore proprio lactem hauſit, ſicque ſanata eſt, cùm ſuperuentu menſtruorum.

Romæ. *Epilepſia cùm febre acuta verminoſa.* *Obſeru: 45.*

Die 21. Nouembris filius Domini Marci Antonij de Rubeis, olìm fabricæ Diui Petri, & totius Cameræ Apoſtolicæ Præfecti, menſium 6. febri verminoſa acuta vexatus, ac accidente epileptico oppreſſus per horam omnium ſtupore verbum amittebat. Vocatus adhibui puluer: de gutteta noſtri drag: ſſ:, cùm aquæ hirundinum compoſitæ ad vſum Quercerani vnc: 2., & illicò ſenſus recepit, erat autem dies ſeptimus ab initio morbi, ſicque die octo hoc catharticum iuſſi ℞: calomelan: noſtri, cathartici noſtri de vitriol: an: g: 6., miſce, & ſumpſit ſextiès, quarè feces cretaceas per aluum emiſſit. In alijs diebus ſequentibus ſæpè, & ſæpiùs ſumebat conditum liquidum prò potu, videlicèt ℞: aq: theriac: noſtræ vnc: ſſ:, rut: caprar: vnc: 1., ſcord:, acetoſ: an: vnc: 2., ſpirit: calchant. g: 5., puluer: de gutteta, cornu cer: præparat:, vnicorn:, corall: prepar:, ſemin: ſantonic: an: ſcrup: 1., in linteolo infundantur, & in phiala ſæpè agitentur; & ſic intrà dies quinque benè ſanatus eſt.

Romæ. *Inteſtina in Scrotum deſcenſa.* *Obſeru: 46.*

Die 26. Nouembris Dominus Io: Dominicus de Graſſis annorum 26. cruciabatur à multis annis vehementibus doloribus cauſatis à dimiſſione inteſtinorum. Acceſsi vocatus, & ferreo amoto inſtrumento, quo ad ea ſubleuanda vtor, aliud magìs commodum adaptaui, conſuluique curam proſequendam, & ſpem quaſi certam ſalutis, ex eò videlicèt, quòd Iuuenis foret, arbitratus ſum, vndè regula viuendi præſtita, ſubſequens remedium applicui ℞: ſanguinis dracon:, mumiæ, maſtich:, thuris, bolarm: pretioſ:, limacum nudarum ſiccarum, rad: ſymphyti maioris, ſuccini an: vnc: ſſ:, ol: iuniper:, & cupreſſus per deſceſſum, therebinthinæ, abietis q: ſ:, fiat ceratum ſec: art:. Per menſem exhibui per os drag: 2. huius confectionis. ℞: eſtract: ſymphyti maioris, tormentill: an: drag: ſſ:, terræ ſigill:, corn: ceru: præparat:, ſanguin: dracon: in lacryma an: ſcrup: ſſ:, conſ: flor: granator: vnc: 1., ſicque cùm vſu prædictorum medicaminum liber euaſit.

Romæ. *Apoplexia fortis.* *Obſeru. 47.*

DIe 29. Nouembris Dominicus Rouiſius annorum 46. circitèr, temperamenti humidi, corporis aliquantùm craſsi, cùm benè ſe haberet repentè in nocte morbo oppreſſus fuit, & ſinè verbo, aliaque ſenſuum operatione inuentus. Oculos tenebat apertos, eoſque vndiquè circumuoluebat, quaſi ad eſtaſim ſuſpiciens, & omnia obſeruans abſque ſigno nec gaudij, nec mæſtitiæ, neque cognitionis aliorum. Conuocati fuere Medici non pauci, & ab omnibus cognita fuit Apoplexia, varijſque vſi ſunt remedijs, ſed fruſtrà; ideoque morbum deſperatum arbitrari ſunt. Aſſumpſi onus ego curandi, cùm proteſtatione accipiendi illum vtpotè moriturum, motus ab Aphor: *ſoluere apoplexiam fortem impoſſibile &c.* Cōfeſtim iuſsi ſectionem venæ malleoli in dextero pede ad vnc: 8. ſanguinis, indè humeris cucurbitulas appoſui, iam autem præceſſerant clyſteria ità compoſita ℞: centaureæ min:, pulegij, calamenti, origani, ſticados arab:, fol: rutæ, betonicæ an: man: 1., ſem: carthami contuſi vnc: 1., aniſ:, fœnicul:, carui an: drag: 2., colochynthidis, & agarici an: vnc: 3., in linteolo decoquantur ſec: art: ad vnc: 15., poſt add: hyeræ pigræ, hyeralogod: an: vnc: ſſ:, diaphinicon:, diaſenæ an: drag: 3., ol: rutac: vnc: 4., fiat clyſter:. Per os præbendas dedi confection: anacardin: drag: 3., mithridat:, theriac: Androm: an: drag: 1., ſic etiam eodem die compoſui ſternutatoria, videlicèt ℞: hellebor: alb: g: 6., piper: alb:, pyrethri, euphorbij an: gr: 10., ſinapis ſcrup: ſſ:, m:, & inſuflata fuere per narices; clyſter verò operatus eſt benè, ſtarnutatoria nihil. Nocte ſequenti permanſit in eodem ſtatu; die ſequenti adaptaui cucurbitulam occipiti, & excarificaui antequàm ſentiret, poſteà applicui ceratum ſtibij Paracelſi deſcriptum à Crollio. Eodem manè aperui venam frontis, ex qua exiuit ſanguis ad vnc: 6., indè poſui veſsicatorium in commiſſura coronali, reiterando clyſteria. Die ſequenti ordinaui Aureati noſtri correcti g: 8., nec operata ſunt per vomitum, ſed per ſeceſſum. Veſpere inuaſit eum calor, quarè iuſsi confectionem ſequentem ℞: ſem: peoniæ, coriandri, nucis moſcatæ, ligni viſci quercini in puluere an: vnc: ſſ:, cubebe, galangæ, macropiperis, tormentillæ, zingiberis an: drag: 1., florum anthos ad vſum conſeruæ vnc: 3., miſce, & cochleat: vnum prò vice ſumebat; manè ſequenti loquutus eſt, dùm applicabam cucurbitulam humeris, & confectionem vt ſuprà, ſed adhuc quaſi ſtolidus erat; adhibui vaporaria noſtra vſualia in cubili herbis aromaticis, & lapidibus ignitis, per oſque propinaui decoct: hoc ligni ſancti: ℞: lign: ſanct:, cortic: eiuſdem an: vnc: 4., ſaſſafras vnc: 1., ſalſæ parillæ vnc: 3., lign: lentiſc:, quercini viſci, an: dragm: 2., aniſor:, zingiber:, bacc: laur:, iuniperi an: vnc: ſſ:, gran: paradiſi, ſem: card: ſancti an: drag: 2., f: decoct:, & ſumpſit vnc: 6. per dies 40. cùm regimine, quo ſpacio perfectè ſanatus eſt.

Romæ. *Gonorrhæa cùm doloribus Articularibus.* *Obſeru. 48.*

DIe 5. Decembris Domina quædam viro coniuncta peſsimo doloſè ab eodem infecta fuerat quinque ab hinc menſibus gonorrhęa cùm doloribus in omnibus articulis. Hæc erat annorum fermè 25., temperamenti pituitoſi, & eò peruenit, vt nec voluere ſe poſſet. Elaborauere Medici, ſed nemo poterat eam hortari, vt medicamenta ſumeret, nauſeabat enim. Vocatus ipſe, ſuaſaque ægra vt fineret curari, iuſſi calomelan: noſtri Riueriani g: 15. cùm raſina ſcammon: g: 10., poſteà hoc vinum præbui ℞: lign: ſanct: torreſ:, cortic: eiuſdem an: vnc: 3., ſaſſafras vnc: 1., ſalſæ parill: vnc: 2., ſandal: citr:, & alb: an: vnc: ſſ:, ſenæ vnc: 2: ſſ:, hermodactil:, turbitt:, agaric: an: dragr 2., ſemin: aniſor:, fœniculor:, cardi ſancti, gran: paradiſi, cynnamom: an: drag: 1., vini priùs infuſi in noſtro Calice lib: 8., triturentur, & infundantur per dies ſex in loco frigido, vaſe vitreo benè obturato, quo facto quolibet manè vnc: 2. ſſ: ſumebat. Septima tranſacta die ſumptionem potionis omiſit per duos dies; tertio indè calomelanum

ſum-

ſumpſit, vt ſuprà, poſteà repetiit potionem vini, vſque quò habuit, ſicque à doloribus, & gonorrhæa ſanata fuit, deindè vt tutiùs agerem, ordinaui dictum Calomelanum ad duas vices ſumendum cùm interpellatione ad grana 12. prò qualibet vice, & ſic perfectè ſanata fuit.

Romæ. *Lues Venerea corroſiua.* *Obſeru. 49.*

Die prædicto filius dictæ Dominæ eundem ſibi vindicauerat morbum, erat autem annorum ſex, totoque corpore infectus erat hac lue. Præbui ſumenda Calomelani gr: 6., raſinæ ſcamm: g: 12., & 20. dierum ſpatio ſumpſit pillularum Antiuenerearum noſtrarum g: 8. prò quolibet manè, & aquam fermentatam cùm ſale fumariæ, & cùm aqua noſtra contrà humores ſalſos abluebat morbum, & integram ſalutem recuperauit.

Romæ. *Adſtrictio vuluæ vrinæ exitum intercludens.* *Obſeru. 50.*

Die 8. Decembris Domina Catharina Baldina annorum 28., à tribus annis pepererat, ſed infælicitèr, nàm ità vuluæ erant dilatatæ fauces, vt impotens ad retentionem cuiuslibet excrementi redderetur. Huic ab obſtetrice diuerſa applicata fuere remedia Medicorum conſilio adſtringentia, quæ ſic vuluam compreſſerant, vt vix modica vrina exire poſſet, venter tumeſcens, menſtruaque tribus ab annis continuis nullà. Adiui ego, & præcipui ſpeculo matricis vuluam adaperiri, vndè tanta vrina proſiliit, vt catinum impleretur. Applicui poſteà Peſſarium radicis brioniæ ſubtile ad formam Indicis perlongam ad menſuram quaſi palmi, & tribus elapſis horis ſanguis corruptus aquæ admixtus ad quantitatem non modicam exiuit; inſuper per applicationem clyſterii ordinarii percruda euacuauit. *Sequenti* die Mercurium dulcem præbui, ideſt ℞: Mercur: dulcis g: 12., fæculæ brioniæ gr: 15, & per aluum multas feces emiſit; poſt hoc ſyr: digeſt: accepit artemiſiæ, capill: Vener: cùm aqua eiuſdem artemiſiæ vnc: 5., ſal: artemiſiæ, abſynthii calybeati an: ſcrup: ß: per dies quinque, & poſteà facta fuere fumenta ad partes, vinumque in Calice Chymico infuſum ſumpſit ad vnc: 6., cùm quo multùm euomuit, fluxerunt ei meſtrua, & ſanata eſt.

Romæ. *Fluxus Sanguinis immodicus.* *Obſeru. 51.*

Die 12. Decembris Domina Margarita Vriani annorum 36. circitèr, temperamenti birioſi, laborabat quatuor ab hinc menſibus fluxu ſanguinis per naturam maxima quantitate, ità vt maximè debilitata eſſet. Multa remedia à Phyſicis adaptata fuere, ſed ſinè fructu; quapropter acceſſitus dedi ei hoc medicamen ℞: lapid: hæmatitis magiſteriati, ſanguinis draconis in lacryma an: drag: ß:, colophon: puluerizat: drag: 1., maſtic: ſcrup: 2., flor: nucis puluerizat: drag: 1. ß:, ſyr: ſucc: plantag: vnc: 4., miſce, & cæpit in duabus vicibus, & ſtatim fluxus euanuit. Ceratum noſtrum ſtomachale in regione ſtomachi applicui, & ſequentes pillulas vnam prò qualibet die per dies 15. ſumpſit in hora ſomni, cùm fumentis noſtris vſualibus ad partes, ſicque non ſolùm fluxus immodicus remotus eſt, ſed recepit vires cùm omni valetudine. Pillulæ hæc ſunt ℞: feculæ aronis drag: 3., extract: cynnamomi drag: 1., extract: ſabinæ drag: ß:, extract: gentianæ, ariſtolochiæ rotundæ an: drag: 1. ß:, aloes benè loti cùm ſacchar: roſ: vnc: ß:, laudani nepent: ſcrup: 2., f: forma pillul:, & cap: ſcrup: 2. prò vice.

Tiburis. *Menſtrua alba.* *Obſeru. 52.*

DIe 13. Decembris Domina Anna Guerina Aquilana annorum 40., temperamenti pituitoſi, patiebatur menſtrua alba quinque ab hinc annis, & hoc propter imbecillitatem virium, & quamuis multa ad hoc remedia Medici adminiſtrauiſſent, ſemper deteriùs. Vocatus acceſſi, & exhibui extract: catholic: noſtri drag: ſſ:, magiſter: mecchiocanis g: 10., eſſent: cynnamom: ſcrup: ſſ:, m:, & cap:, & hac ſumptione meliùs ſe habuit; optimè poſteà conualuit capiendo hanc formam pillularum ℞: extract: artemiſiæ, ſal: eiuſdem an: dr: 1, extract: lienis bouis drag: 3., extract: ſabinæ ſcrup: 4., extract: cynnamom: drag: 5., croci ſcrup: 1., m:, &c:.

Tiburis. *Sputum, & Vomitus Sanguinis.* *Obſeru. 53.*

DIe 14. Decembris filius Symonis de Dominicis annorum 22., temperamenti gracilis procliuis ad phthyſicum, laborabat ſputo ſanguinis à duobus menſibus cùm tuſſi, ex qua pluriès per vomitum emittebat ſanguinem ad libram vnam, duas, vel tres. A Medicis ordinarijs factæ fuere emiſſiones ſanguinis ex baſilica, & ſaphæna, cùm alijs varijs medicamentis, ſed tamen ſanguis proſequebatur. Accerſitus ego præbui Pillularum noſtrarum ad ſputum ſanguinis ſcrup: 1. in hora ſomni prò qualibet vice, & die ſequenti paucum expuit ſanguinem; item compoſui ſyr: noſtrum ad ſputum ſanguinis, de quo ſumebat vnc: ſſ: manè diluculò, & ſerò in hora ſomni per dies 30., & ſanguis ampliùs per os non apparuit; nihilominùs reſtaurauimus, eum cùm hoc medicamine per alium menſem ℞: rad: chinæ recent: vnc: 6., rad: arund: vnc: 8., lentiſci, viſci quercini, ſandal: citr:, alb: an: vnc: 1., cynnamom:, ſem: aniſor:, fœniculi an: drag: 1. ſſ:, ſi infuſio in aqua, vbi coctæ fuerint limaces cùm melle, digerantur per triduum in balneo, poſteà decoquantur ad conſumptionem tertiæ partis, per ſtoculum extrahe, & f: ſyrupus, de quo ſumebat vnc: 3. prò qualibet vice cùm regimine victus, & perfectè ſanatus extitit.

Romæ. *Paſſio Hypocondriaca.* *Obſeru. 54.*

DIe 17. Decembris Antonius Ambroſinus Apulus dictus annorum 44., duobus ab hinc annis acerbiſſimis vexabatur doloribus ſtomachi, laterum, & totius corporis. Fixa hunc tenebat opinio faſcinationibus infici; morbus autem hic erat paſſio hypocondriaca. Medici multa remedia exhibuerant, ſed tandem ipſum vtpotè medendo non aptum, reliquerant. Vocatus ego ſuaſi remedium, quod exhibiturus eram, omnia maleficia expulſurum, & purgaui cùm noſtro catholico ſemel, aqua indè noſtra catholica, & iurem galli præbui ad vſum Riuerij, in quo dabantur quotidiè gr: 15. capitis mortui noſtri magiſterialis. Veſpere cùm eodem iure dabatur ſcrup: 1. elexir Proprietatis noſtri Antiſcorbutici, ità vt alter gallus repertus fuerit, & 30. diebus ſumpſerit ſupradicta remedia. Hoc tempore bis in hæbdomada propinabatur aqua capill: Veneris ad vnc: 6., in qua per noctem infuſæ fuerant cynnamom: drag: ſſ:, ſpiritus vitriol: gutt: 3., magiſter: tartar: noſtri gutt: 20., atque hoc modo conualuit, omneſque euanuere prauæ apprehenſiones.

Romæ. *Febricula lenta.* *Obſeru. 55.*

DIe 21. Decembris filiæ duæ Domini Nanzalaui, altera annorum 11., & altera 13. lenta ambæ febricula laborabant multis ab hinc menſibus, & corpora macie confecta erant, dubitabatur autem ne febris in ambobus putrida eſſet; ſex enim ab menſibus etiam alteram ſororem amiſerant Phthyſi infectam. Curam harum ſuſcepi, & primò purgaui cùm noſtræ aquæ catholicæ minoris dragm: 1., & ſcrup: 2., & maioris

drag:

drag: 2., ex qua ambæ moderatè euacuauerunt; morſellos inde accomodaui ex his compoſitos: ℞: ſaccul: arom: vnc: 4., puluis antihectici noſtri vnc: 2., ſal: perlar:, & corall: ana vnc: ß:, vitriol: Martis drag: 3., ſacchar: roſar: ad pondus omnium, ſatis: hordei incretæ q: ſ:, & f: morſelli, quorum vnum ſumebat vnaquæque ad pondus vnc: ß: prò quolibet, atque hoc vſu trium menſium ſpatio benè ſe habuerunt; maior præterea tumorem habebat in pede, qui cerato ſtyptico Crollij euanuit.

Romæ: *Febris Putrida ex retentione menſtruorum.* *Obſeru. 56.*

DIe 28. Decembris Antonia Hieronymi Viterbienſis annorum 21., ex oppilatione, & ſuppreſſione menſtruorum à febricula putrida aggreſſa eſt, & per menſes quinque à diuerſis Medicis remedia multa ſumpſerat, ſed malum ſemper in peius euadebat. Vocatus ego iuſſi medicamenta, quæ vires debilitare non poſſent; in comedendo decoctum dabam ex vnc: 3. radic: arundinis, vnc: ß: lentiſci, & drag: 2. ſandal: citr:. In hoc decocto coquebatur caro ad ipſius nutritionem, quolibetque manè propinabatur vnc: 6. de dicto iure, immixtis guttis 12. Panaceæ noſtræ liquidæ cùm auro, & ſcrup: 1. pulu: noſtri antihectici. Fomenta inſuper adhibebantur bis, vel ter in die partibus locorum ex ſecibus Reguli, quarè duorum menſium ſpatio vires, optimumque colorem recepit, diſceſsit febris, menſtruaque fluxerunt in ſufficienti copia.

Romæ. *Dolores Ventris.* *Obſeru. 57.*

DIe 4. Ianuarij Domina Franciſca Prunelli annorum 34., temperamenti humidi, ex partu ventris doloribus ferè quotidiè cruciabatur; id autem arbitror euenisse ex eò quòd ſatis in ipſo eodem partu non purgaretur. Tres annos his afflicta doloribus tranſegerat infinita remedia ſumens nullo iuuamine. Dedi ego elexir noſtrum Proprietatis vterinum, & illicò ceſſauere dolores, de hoc enim ſumebat drag: ß: cùm iuribus ciceris prò vice duodeciès, vel quindeciès. Poſt duos menſes acceſſerunt iterum dolores, ſed remedio eodem repulſi ſunt, ità vt ex eo libera euaſerit, bis, vel ter in hebdomada vtendo, grauidaque indè iterùm facta peperit, abſque quòd ampliùs hoſce dolores pateretur.

Romæ. *Dolores Nephritici.* *Obſeru. 58.*

DIe 9. Ianuarij Hieronymus Fabriani Sarciuator annorum 48., corporis impleti, ſæpe à doloribus maximis nephriticis vexatus albam arenam mingebat. In extremis tandem laborabat propter nimios cruciatus ab iſtis prouenientes, quare à Medicis fuerunt iuſſa carminatiua clyſteria, dolores autem non quieſcebant. Dedi ego elexir noſtrum Nephriticum tėr ad drag: ß: prò vice, doloreſque receſſerunt; pluribus diebus idem pharmacum repetiit, & multam eiecit vrinam cùm cretoſis, quare annis multis benè ſe habuit. Mira de hoc elexir vidi contra huiuſmodi morbos, ità & de extracto noſtro compoſito Antinephritico.

Romæ. *Sputum cùm Vomitu cruento.* *Obſeru. 59.*

DIe 11. Ianuarij Antonius Gmaſsinus Pictor Allobrox annorum 27., temperamenti billioſi, & gracilis, ſeptem ab hinc annis ſanguinem ab ore cùm tuſsi expuerat, & ab Excellentiſsimo Guidarello curatus, & ſanatus fuerat; annorum autem tunc erat 25. cùm magna pituita. Tuſsicula illa ſuperuenit, quam tulit menſibus 18.; tandem die quadam cùm Pyrgis eſſet vnà cùm multis aliis ex tuſsi ſupradicta ſanguinem iterùm expuit, ſed quia modicum prò nihilo habuit, reliquum diei cùm ſputis pleriſque cruentis tranſegit, & nocte ſanguinem euomuit multum ad pondus librarum 9. abſque illo,

qui ſolum, & veſtimenta irrigauerat. Medici conuocati ſunt multi, ſubitòque reuolutionem curauere ſanguinem ex pede, & brachiis haurientes, indèque Romam lectica vectus eſt. Nocte inſequenti ſanguis iterùm exiit ad lib: 5., ità vt corpus iam ferè exangue euaderet, attamen non ſiſtebatur, immò cùm rebus denſis, & pituita maiori fluebat impetu; videbantur autem pulmonum ſubſtantiæ. Vocatus ego illicò dedi drag: 1. pillul: noſtrarum adſtringentium prò talibus effectibus cùm aq: noſtiæ pariter adſtring: vnc: 3.; & ſanguinem ampliùs non euomuit. Duobus diebus ſequentibus repetitæ ſunt dictæ pillulæ ad drag: ſſ:, & aquæ vnc: 2. prò vice manè, & veſpere, quare ſputum tantummodò cruentum apparuit; ſupradicta eadem replicata ſunt additis ſyr: ex China vnc: 5., lentiſci, ſandal: an: drag: 2., ſucci hederæ terreſtris lib: 1; ſſ:, ſucci veronicæ, herbæ ſanctę Crucis an: lib: 1., appennit: ſacchar: q: ſ:, de quo ſumebat vnc: 1. cùm gut: 6 ſpirit: ſulphur: dulcific: ſuprà limaturam ferream ad vſum noſtrum, tincturæ perlarum, & corall: an: gut: 8. prò vice, atque hoc vſu per menſes tres, optimè conualuit.

Romæ. *Effectus Hypocondriaci.* *Obſeru. 60.*

DIe 16. Ianuarii Antonius Iohannes Zicauus Cyrneus annorum 48, temperamenti aduſti multis ab hinc annis effectus patiebatur hypocondriacos, atque hoc tempore infinita à Medicis propoſita remedia ſumpſerat, ſed fruſtrà. Morbus hic erat cruditas ventriculi, flatuſque cùm doloribus in hypocondrio, humeris, renibus, & etiam capite. Sæpiſsimè cerebro fluctuabat, turbidiſque agitabatur apprehenſionibus. Primò igitur vinum Caliebis exhibui ſextiès interpellatìm, pillul: indè compoſit: ex extract: noſtro Antihypocondr: vnc: 3., ſal: noſtri Antihypocondr: vnc: ſſ., tincturæ noſtræ elect: vnc: ſſ:, hæc omnia cùm pillulis miſcebantur, & capiebat drag: 1. prò vice tèr in hebdomada, & ſalutem priſtinam adeptus eſt. Hinc per dies 20. ſumpſit gut: 12. de tinctura noſtra elect:, qua optimè conualuit.

Romæ. *Dolores Ventris.* *Obſeru. 61.*

DIe 16. Ianuarii Domina Camilla Griffonia Ferrarienſis annor: 36. ex partu maximis doloribus ventris afflicta eſt, & quamuis multa applicarentur medicamenta, tamen eò magìs dolores augebantur; ſex annos hoc modo tranſegit ferè ſemper in cubili iacens, præ dolore enim nec ſtare, nec ambulare poterat. Hanc ego curaui dans hoc compoſitum bìs in die, manè, & veſpere per menſem, hoc eſt ℞: extract: de ſem: ſambuc: vnc: 3., laudan: Iouis ſcrup: 3., extract: noſtri hyſteric: vnc: 1., reſolue, & miſce, de quibus capiebat drag: ſſ: prò vice; fumenta quoque adhibita ex fecibus Reguli multotiès ad partes, optimoque exitu omni deſtituta eſt dolore.

Romæ. *Humores Corroſiui.* *Obſeru. 62.*

DIe 19. Ianuarii Domina Iohanna Orioli annorum 24., temperamenti bilioſi, ex impura ſuimet copia, repentè naſo, & palato infecta eſt ab inflammatione, poſtque paucos dies in partibus etiam inferioribus naſi, & palato in humores corroſiuos inflammatio conuerſa eſt, ità vt amiſsionem naſi vererer. Ipſam hoc modo curaui; primò purgaui potione noſtra Magiſteriali, ſumpſit indè decocta ex ligno, & ſalſa ad vſum diebus multis, ſanguinis hauſta eſt bis libra, ſemis prò vice; ad infectas partes adhibebatur tinctura Saturni, & ol: Antimonii dulcis, & diebus 50. libera euaſit perindè ac ſi nullum penitùs morbum paſsa fuiſset.

Romæ. *Sputum Cruentum.* *Obſeru. 63.*

DIe 20. Ianuarij Marco Follia Lanio annorum 22., corporis imbecillis acceſſit Tuſſicula, cùm qua ſæpè ſanguinem emittebat, & ſupradicto die, præcipuè cùm ſanguis multus exiret, acceſſerunt Medici, & reuoluerunt curſum ex brachio, & pede, quarè ſanguis ampliùs decurrebat. Poſt menſem ſanguinis profluuius iterùm apparuit maiori copia, & acceſſerunt me; dedi illicò pillul: noſtrarum adſtringentium drag: ſſ:, & de his ſumebat manè, & veſpere ſcrup: 2. prò vice; in bibendo dabatur aqua decocta ferrata, additis qualibet vice vnc:4. aquæ noſtræ contrà vomitus cruentos, in qua ſolutum erat extractum eiuſdem compoſitionis, nec ſanguis ampliùs exibat; ad corpus purgandum exhibui ſyr: magiſterialem ex ſucco veronicæ, hederæ terreſtris, nicotianæ, vua Corinthia, paſſulis, tuſſilagine, & ſcabioſa ſec: art:; de hoc ſumebat vnc: 1. in die cùm gut:5. ol: noſtri ſulphur: dulcificat: Panacææ noſtræ liquidæ, & tincturæ margarit: an: gut: 8., & vires recepit ità vt numquàm in ſimiles morbos irruperit; vſum autem ſupradictum repetiuit tribus menſibus cùm regulis illis, quæ per artem requiruntur.

Romæ. *Epilepſia.* *Obſeru. 64.*

DIe 26. Ianuarii Filius Domini Simonis Dornes annorum 16., temperamenti humidi, tribus ab hinc annis epilepſiam patiebatur, & bìs in menſe plerumquè cadebat. Bìs noſtrum dedi catharticum Antimon:, & ſemèl pillul: de extract: hellebori nigri; poſt dies 15. ſumpſit ſcrup: 1. de noſtro compoſito ſpecifico quolibet manè ieiuno corpore, luna deficiente, & perfectè conualuit.

Moriconis. *Dolores Articulares.* *Obſeru. 65.*

PAter Bonauentura à Bariletta Scolarum Piarum, & Magiſter eo tempore Gymnaſij illius terræ, quatuor ab hinc menſibus paſſus fuerat dolores articulares abſque eò quod poſſet ſe mouere à cubili; bibit vinum Calicis Chymici bìs, nempè duobus ſequentibus diebus, & in proprio cubili accomodaui vaporaria cùm ciſtillis plenis herbis aromaticis, & ſaxis ignitis; poſtquàm ſudauerat vngebatur oleo canis rubri, & ſpatio quatuor dierum in Eccleſiam ad ſacrum celebrandum perrexit, qui diuturno ſpacio Eccleſiam cernere nequierat.

Ibidem. *Dolores Vterini.* *Obſeru. 66.*

EOdem tempore curaui mulierem annorum 36., quæ patiebatur dolores maximos vterinos cùm febre; erat autē temperam: biliofi, & multo ab hinc tempore vexabatur hoc morbo; bibit vinum ſupradictum, & multum euomuit; deindè ſumpſit decocta aperitiua, in quibus infuſus erat ſal artemiſiæ, abſynthij calybeati an: dragma 1., ſal: Iouis gr: ſex; adhibui etiam ſumenta aperitiua partibus locorum, & ſexta die conceſſi extracti noſtri catholici Chymici ſcrup: 2., multa euacuauit, & ſana euaſit.

Ibidem. *Febris lenta.* *Obſeru. 67.*

ARchangelus Augnſtini annorum 28., laborabat febre lenta continua multis ab hinc menſibus cùm Tuſſi ſicca; ore ſumpſit vnc:3. mannæ, accomodaui ceratum capitale commiſſuris coronalibus, pectori vnctiones buthyri, & olei amygdalorū dulcium, ſyr: refrigerātes, & pectorales, & mēſe cōtinuo ſumpſit lac capræ vnà cū morſulis

drag: 1. ſſ. prò mane, qui morſuli tali modo conficiuntur ℞. maſsæ fermentatæ tritici vnc: 1., fæculæ aronis drag: 2., corall: præparat: drag: 1., radic: ſarſarellæ drag: 1. ſſ:, m:, & fiat ſecundum art:, & ex illis ſumebat vnum doſis ſupradictæ prò vice, & hoc vſu ſanitatem recepit.

Ibidem. *Febris putridinoſa, & Vermes.* *Obſeru: 68.*

VNdecim pueri diuerſimodæ ætatis curati fuerunt à vermibus, inter quos tres ſummoperè excruciabantur à febre putridinoſa, & maligna, applicando ſtomacho ceratum Aloe compoſitum ad tales effectus, & vmbilicum bené vnxi vnguento noſtro ſolutiuo contrà Vermes. Ore ſumebat aquam coctam infuſo Mercurio, & vnicornu, quare nonnulli euacuauere multos vermes, alij res crudas, & illis, in quibus vnguentum non impellebat euacuationes, adhibebantur clyſteria lactis, & mellis, & ſic omnes ſani euaſere.

Ibidem. *Herpes in Crure.* *Obſeru: 69.*

QVidam Crucianus annorum 62. vexabatur ab Herpete in crure multis cùm foraminibus profundis. Præbui vinum Caliciſ, vbi fuerant infuſæ lign: ſanct:, cortic: eiuſdem an: vnc: 3., ſalſæ parill: vnc: 2., lentiſci, ſandali citrini an: vnc: 1., ſem: card: ſanct:, cardamom:, aniſor:, cynnamom: an: drag: ſſ., ſenæ vnc: 2. ſſ, ſumebat vnc: 2. pro mane, & de ſeptem in ſeptem dies ſumebat catharticum noſtrum, madefaciebat quoque dicta vlcera eodem vino, & illi addebat prò lauacris præter ſupradictam compoſitionem ſal: Saturni, & vitriol: Cypri drag: 2., & ſanatus eſt 22. dierum ſpacio.

Ibidem. *Tertianæ ſimplices.* *Obſeru: 70.*

SAnæ factæ fuerunt etiam quinque mulieres à tertianis ſimplicibus vexatæ ſumendo drag: 1. Antifebril: noſtri Riueriani abſque alijs pharmacis, & cùm emiſſione ſanguinis tàm à ſaphæna, quàm à brachio.

In Podeo Donadei. *Hæmorrhagia Sanguinis.* *Obſeru. 71.*

DIe 12. Iunij Filius Gratiani Gratiani annorum 5., temperamenti gracilis, cachetici, & deſtructi ob habitum heticũ Matris patiebatur hęmorrhagiã ſanguinis tàm copioſè, vt multis rebus adſtringentibus nunquàm potuerint eam impedire; accomodaui ego sãguini puluerem ſympaticum vitrioli ad Solem combuſtum, quæ etiam in naſo poſita fuerat cùm goſſipio, ſicque ſanguis ceſſauit; ſupradictus tunc ſanatus fuit, ſed ſubſequenti anno phthyſicus mortuus.

Ibidem. *Fluxio Sanguinis per Virgam.* *Obſeru. 72.*

DIe 17. Iunij Magiſter Quintilianus faber ferrarius annorum 48., aduſti temperamenti ab hinc multis diebus mingebat ſanguinem cùm peracerbo dolore. Iuſſi eum bibere aq: plantag:, & equiſet: an: libr: 1. in quibus diſſoluebatur coagulum hædorum, deindè renes vnctæ ſunt vnguento ſandalino, & abſque alijs remedijs conualuit.

Ibidem.

Ibidem. *Spina Ventoſa.* *Obſeru. 73.*

DIe 23. Iunij Filius Dominæ Mariæ Paoletti annorum quatuor laborabat anno ab hinc quodam tumore, vulgò *Spina ventoſa* in aſſe regente pedem vlcerato, & putrefato; is curatus fuerat à Chyrurgo loci. Vocatus ego, & cùm ipſo, Medicoque conſultus multa remedia adhibui, & ſic paucis diebus vlcera benè ſe habebant, & putabatur vtpotè ſanus; vocatus alibi, relictaque cura ſupradicto Chyrurgo à meis regulis deuio in tres annos curam protraxit, demùmque æger remanſit claudicans.

Ibidem. *Febris Maligna.* *Obſeru. 74.*

DIe 3. Iulij Filia ſupradictæ Mariæ Paoletti annorum 5., temperamenti tenuiſſimi, laborabat 14. ab hinc diebus febre maligna, ac putredinoſa cùm puſtulis nigris, & tanquàm moribunda habita fuit; iuſſi aquæ noſtræ febrifugæ vnc: 5., cetarum contrà vermes ſtomachi, & vnctiones vnguenti ſolutiui, & cordi vnctiones cordiales; aquas ſcorzoneræ, ſonci, ſcordij an: vnc: 4. ſpirit: calchan: g: 6., vnicorn:, confect: hyacint: an: drag: ſſ:, m:, & cæpit, illicò ſanata eſt, multoſque vermes è corpore eiecit.

Ibidem. *Febris continua.* *Obſeru. 75.*

DIe 6. Iulii Dominus Iacobus Philippus Oriteus annorum 42., ab hinc ſex diebus laborabat febri continua; iuſſu Medici ſoliti facta eſt phlœbotomia, iureſque alterati cùm ſeminibus præſtiti. Vocatus ego reperii ægrotum maximo doloris capite vexatum, vrina craſſa erat, & rubea, pulſus frequens, & ſitis maxima; in eodem veſpere iuſsi vnicorn: drag: ſs:, ſal: prunel: drag: 1., aquæ febrifugæ noſtræ vnc: 6., quæ omnia cæpit, & noctè meliorè tranſiuit; in die ſeptimo aliquantulùm grauiùs ſe habuit; in octauo ſumpſit Antifebril: noſtri Riueriani dr: 1., Aureati cathartici noſtri g. 4., & nouiès euacuauit; febris euanuit; in die nono meliùs ſe habuit, & in decimo multò meliùs, neque aliud pharmacum adhibitum fuit.

Ibidem. *Tertiana duplex.* *Obſeru. 76.*

DIe 9. Iulii Soror cuiuſdam Venantii annorum 24., excruciabatur à Tertiana duplici ab hinc quinque diebus. Bibit vinum Calicis ad vnc: 7., & multa euomuit, hauſus eſt ſanguis à pede ad vnc: 10., febriſque abſque aliis remediis euanuit.

Ibidem. *Febris lenta.* *Obſeru. 77.*

DIe 10. Iulii Nicolaus Ciccarellus annorum 22., temperamenti gracilis, agitabatur à febri lenta multis ab hinc diebus; ſumpſit Antifebril:, & pauca per ſeceſſum emiſit, attamen febris perſeuerabat, quarè iuſsi decoctum pectorale, vbi accomodaui ſplenium Stronbelbergeri pulſibus, tribus diebus, ceſſauit febris, optimèque ſe habuit.

Ibidem. *Dolores Vterini.* *Obſeru. 78.*

DIe 18. Iulii Famula Domini Franciſci Antonii Ciccarelli annorum 18., patiebatur dolores maximos vterinos. Poſtquàm multa fuerant adhibita remedia, vocatus ego præbui vinum Calicis, & euomuit multa, ſubitò fluxerunt meſtrua, & euanuerunt dolores, quibus, quotieſcunque accedebant meſtrua, laborabat. Cùm potione dicti vini, præbui etiam multos iures aperitiuos, & fumenta fecibus reguli adhibui partibus loco-

 rum,

rum, & ità ceſſauerunt dolores, immò duobus ab hinc annis ſe in matrimonium coniunxit, abſque eò quod ampliùs talibus doloribus afficeretur.

Ibidem. *Dolores Ventris, & Renium.* *Obſeru. 79.*

DIe 23. Iulij quædam Clara annorum 32., ægrotabat dolore maximo ventris, & renium ab hinc tribus diebus, & maximè in mingendo patiebatur difficultatem, menſtruaque amiſerat ab hinc ſex menſibus; bibit vinum Calicis ad vnc: 7., euacuauitque, multaque fætida mingendo emiſit, euanuerunt dolores, & poſt duos dies fluxerunt menſtrua, ſed pauca, iterùm bibit vinum, multaque emanarunt, & optimè conualuit.

Ibidem. *Dolores Ventris.* *Obſeru. 80.*

DIe 28. Iulii Filia Petri Pauli Benedicti annorum 5., laborabat maximis doloribus ventris; iuſſi clyſterium carminatiuum, cùm dimidia parte vini Calicis, & ventri adhibitum fuit ſplenium farinarum lupinorum amarorum, mellis, & cymini, ſubitòque ceſſarunt dolores, & benè ſe habuit.

Ibidem. *Febris continua.* *Obſeru. 81.*

DIe 8. Auguſti Domina Maria Paoletta annorum 26., temperamenti tenuis, humidi, ac bilioſi, multis ab hinc diebus vexabatur à febre continua producta à retentione menſtruorum; hæc viſa fuit à Medico ordinario, ſed infructuosè; vocatus ego iuſſi decoct: aperitiuum, in quo ſemper ſumebat Panacæam noſtram vniuerſalem ad g: 12., ſal: artemiſiæ drag: ß., octo dierum ſpacio variæ vnctiones adhibitæ ſunt cordi, & ſtomacho, ſicut etiam vnguentum contrà vermes, quorum multos per partem inferiorem emiſit, deindè ſumpſit Antiſebril: noſtri drag: 1., ceſſauitque febris, hinc paulò poſt fluxerunt menſtrua ſufficientèr, multiſque diebus ſequuta fuit ſupradicta decocta vnà cùm Panacæa, & ſalibus.

Ibidem. *Inflammatio Corporis.* *Obſeru. 82.*

DIe 17. Auguſti Filius Domini Iacobi Philippi Oritei annorum 5. laborabat quadam inflammatione per totum corpus, ità vt arderet, & clamoribus continuis miſerationem in circumſtantibus induceret, & patiebatur etiam febrem magnam cùm ſiti. Cucurbitulas ad humeros adhibui, & phlœbotomiam ad vnc: 2., quia verò valdè ſanguineus erat iuſſi lactis mulieris vnc: 4., ſucci ſonci, ſemperuiui, ol: roſat:, albumin: ou: an: dragm: 1., ſal: Saturni dragm: 1., omnia hæc ſimul mixta fuere, & bibebat aquam ſonci cùm ſal: prunel:, & tribus vicibus operatum eſt, ceſſauit ille ardor, febriſque, & conualuit.

Ibidem. *Dolores Artetici.* *Obſeru. 83.*

DIe 22. Nouembris Chriſtophorus Bracci annorum 24. patiebatur dolores Arteticos in omnibus iuncturis, ità vt in cubili à ſe ipſo non poſſet volui; bibit vinum Calicis bìs, vaporaria quoque accomodata ſunt in cubili cùm herbis aromaticis iuxtà noſtrum vſum pluriès, & vngebantur partes dolentes oleo canis rubri, & aqua vitæ; tunc temporis non conualuit, ſed adeò morbus diminutus eſt, vt deambularet; ore nil aliud ſumere voluit, quia inops erat, ſed poſt aliquos dies vinum Calicis denuò bibit, & ſanatus eſt.

Ibidem.

Ibidem. *Tumor cùm vlcere in genu.* *Obſeru. 84.*

DIe 18. Decembris Iuſtina famula Domini Bernardini Angelici annorum 24., temperamenti robuſti infirmata erat ob tumorem in genu multo ab hinc tempore, & nullo modo deambulare poterat, immò ex mala cura nata erat plaga, ità vt ſub genu totum crus putrefactum eſſet, & dum tangebatur ſpecillo multa exibant aquoſa, & multa caro ſe corruperat. Vocatus ego inſtiti ne alius mea medicamenta interrumperet, indè, quia ægra ab vno, & ampliùs anno ignorauerat menſtrua præbui tribus vicibus vinum Calicis, adhibui etiam ad partes fumenta cùm herbis, & fece regulij vlceri imponebatur noſtrum baſilicon Chymicum, & ſummitati genu imponebatur ceratum ſtypticum calaminare Paracelſi, & 16. diebus ſanata eſt, fluxerunt meſtrua, & optimè conualuit.

Ibidem. *Febris maligna, & Puſtulæ.* *Obſeru. 85.*

DIe 25. Ianuarii Soror cuiuſdam Bonauenturæ annorum 21., apud Annunciationem B. Mariæ, temperamenti melancholici, patiebatur tumorem frigidum in cubito brachii vlcerato multo ab hinc tempore, & malè ſe habebat ex corruptione carnis, & ſimul laborabat febre maligna, & puſtulis, quia duobus ab hinc annis non cognouerat menſtrua. Vocatus ego cæpi aliquibus diebus eam curare noſtro vnguento baſilicone adſtringente, concoquente, & remouente dolores, nec aliud fieri poterat, quia curis maioribus in diuerſis locis incumbebam; quapropter cùm redibam vlcera reperiebam eodem modo, quo priùs, itàque dixi, quod ſolus eſſe volebam in cura, deindè vnguento noſtro Baſilicone Chymico, & cerato calaminari Paracelſi benè ſanata eſt vndecim dierum ſpacio, iterùm ſumpſit vinum Calicis bis, & iures aperitiuos vnà cùm extracto ſplenis bouis, & iuxtà eius voluntatem menſtrua emanarunt.

Ibidem. *Pleuritis.* *Obſeru. 86.*

IO: Baptiſta filius Catini annorum circitèr 30., temperamenti melancholici laborabat pleuritide legitima cùm omnibus ſignis à Galeno propoſitis prò pleuritidis notitia; iuſſi ſtatim ſectionem venæ brachii ad lib: 1., & veſpere denuò fuit in altero brachio renouata phlœbotomia ad vnc. 5. circitèr; impoſui ad partem doloris ſplenium noſtrum antipleuriticum, & alterum in parte oppoſita, poſtque unxi cùm oleo noſtro antipleuritico; per os ſumpſit extract: noſtrum antipleuriticum ad drag: 1. ß:, nocte ſequenti meliùs ſe habuit; die ſequenti ſumpſit unc: 1. caſſ: recent: extract:, & quatèr euacuauit, in nocte ſubſequenti dedi eundem bolum cùm g: 15. diaphoretic: aureati, & per tres uices cùm confection: hyacinth:; altero die repetitum eſt idem diaphoreticum, & in quarta nocte adfuit criſis cùm permulta ſudoris copia, ità ut bis opus fuerit lintea permutare, & omninò liber euaſit.

Ibidem. *Pleuritis.* *Obſeru. 87.*

DIe 25. Ianuarii Olympia Ciccarella annorum 68. laborabat ſummoperè pleuritide cùm ſignis ut ſuprà; iuſſi emiſsionem ſanguinis à brachio, & erat corruptus, & putridus. Sumpſit pomum Quercetani bis, deindè puluerem noſtrum contrà pleuritidem; adhibita ſunt duo ſplenia antipleuretica noſtra uſualia compoſita cùm ſapone &c. unum dolori applicaui, & alterum parti oppoſitæ, quod maximè profuit, multi ſyr: lambitiui dati ſunt, & die octauo iuſsi clyſterium uini, ubi ebullierat drag: 2. croci metallorum, quare multa euacuauit, & ſequenti die optimè ſe habuit.

Ibidem.

Ibidem. *Paralyſis.* Obſeru. 88.

DIe 27. Ianuarij Magiſter Saulus Pictor annorum 74. ſummus bibax paralyticus erat ex nimio vino, & ortus eſt accidens apoplecticus ex quo dimidium corporis inſenſibile euaſit, ità vt parùm loqui poſſet. Huic adhibui vnctiones oleo canis rubei nucæ, & ſpondilibus, & alijs partibus corporis, addita aqua vitæ ardenti; etiam adhibita ſunt quinque vicibus fumenta cùm ciſtulis herbarum aromaticarum, ſaxorumque ignitorum; ore ſumpſit decoct: confect: ligno ſancto, lentiſco, quercino, & ſalſa noſtrali; bis ſumpſit vinum Calicis, & tandèm conſolidatæ ſunt partes, & liberè deambulabat, abſque eò quod claudicaret.

Ibidem. *Fluxus ſanguinis.* Obſeru. 89.

DIe 29. Ianuarij Vxor Gratiani annorum 54., biliosa, & hetica, ab hinc pluribus annis patiebatur fluxum ſanguinis; iuſſi gran: actes Quercetani drag: 1., croci Martis adſtringentis ſcrup: 1., ſucci clarificati vrticæ, & plantaginis an: vnc: 2., m., & cape, & hoc compoſitum tribus diebus ſumpſit, fluxus ceſſauit, indè verò poſt annum mortua eſt hetica.

Ibidem. *Tuſſis quaſi Phthyſis.* Obſeru. 90.

DIe 3. Februarij Dominicus Frater ſupradicti Gratiani annor: 22., patiebatur tuſſim ſiccã, & inueteratam, ità vt quaſi phthyſicus eſſet; iuſsi decoct: pectorale compoſitum ex ſcabioſa, farfarella, ligno lentiſco, viſco quercino, liquiritia, ficis, iuiub.s, paſsulis, & melle quantum ſufficit; bis in die bibebat cyathum illius quotidiè; pectus vngebat vnguento dialtheæ:, ſicut etiam ceratum capitale in commiſſuris coronalibus gerebat, bis ſumpſit extract: rhabarbar: drag: ß:, cathartici noſtri Aureat: gr: 5: extract: liquiritiæ, magiſter: tartari ſolut: an: ſcrup: 1., m:, & cæpit, & ſanatus extitit.

Ibidem. *Punctura ſpinæ.* Obſeru. 91.

DIe 5. Februarii Fabius Palmerius annorum 48., temperamenti biliosi punctus fuerat ſpina in digito, quam nihili fecerat, ità vt adeò maligna euaſerit, vt tota manus intumuerit, & pollex laceratus fuerit. Curatus fuit noſtro vnguento Baſilicone Chymico, & madefactus aqua noli me tangere deſcripta à Patre Lauda; adhibitum quoque fuit ceratum calaminare Paracelſi, & ſparadappum noſtrum conſolidæ, & 14. diebus conualuit, qui verebatur, ne totam manum perderet, quam reſcindere Chyrurgus loci conſuluerat.

Ibidem. *Pollex è loco ſuo retortus.* Obſeru: 92.

DIe 6. Februarii Magiſter Petrus Lauretus in oſtentione virium ſibi è loco pollicem retorſit, acerbiſsimo cùm dolore, quem Chyrurgi magno ſtudio curauere in priſtinum locum ſuum componere, ſed is digitus indirectus remanſit, doloreque durabat; adhibui parti dolenti fumenta aceto, herbis aromaticis, & ſaxis ignitis, & leuitèr remoui digitum, ità vt in ſuum locum peruenerit, deindè in promptu mihi erat quoddam emplaſtrum ex farinæ partibus duobus, thur:, fuligin: an: p: 1., albuminis ouorum quantum ſufficit, & ità hæc applicata ad dies quinque, & poſteà digito perfectè vncto oleo canis rubri conualuit, non alitèr ac ſi talem morbum nunquàm paſſus fuiſſet.

Ibidem.

Ibidem. *Vulnera in multis partibus.* *Obſeru: 93.*

DIe 14. Februarij Bernardinus à Fraſſo nuncupatus Mogio, vulneratus fuerat cùm ſparo in ſeptem locis; duo vulnera erant magna in capite, quæ reſcindebant partem oſſis occipitis, & vnum ex his tangebat commiſſuras coronales, alterum autem erat ſuper auriculam, vnum in humeris, alterum in cubitu, alterum in talone brachij, duoque in manu, omnia cùm magno periculo, quia percuſſor erat valdè robuſtus, & quilibet ictus oſſa offenſerat, neruoſque in manu. Adfuimus vnà cùm Chyrurgo ſolito, mundata ſunt vulnera, & à dicto Chyrurgo benè inuoluta; eodemque tempore Vxor offenſi, quæ aderat, dum percuſſor acerrimè virum vulnerabat, cùm detinere vellet, ne ictibus ampliùs afficeret, percuſſa manubrio dicti ferri in capite eſt, & in terra diſtenſa, ità vt miſera ſemiuiua remanſerit, & carebat pulſu, & halitu, & per totum corpus vſque natices frigeſcebat. Adhibiti fuerunt calores, acetum etiam ad faciem abſque vllo ſigno vitæ per mediam horam; huic ego illicò iuſſi fumenta naſo aſſæ fætidæ, euphorbij, & ſimilia, capillos recidi, & vidi apud commiſſuram magnam fracturam, adhibui dictæ parti cucurbitulam magnam, quæ cùm adhærebat cuti, eam cùm impetu tollebam; hoc autem modo tèr, quare in ſe reuerſa eſt ejulans; poſteà recidi partem, vbi poſita fuerat cucurbitula, exiitque ſanguis niger, & offenſus, deindè iuſſi poni ceratum calaminare Paracelſi in loco; ore ſumpſit multos liquores cordiales, hauſi ſanguinem à bracchio ad vnc: 4., & ſanata eſt ſummoperè, dubitabatur autem, ne ſuffocaretur, quia inter totum tempus ferè vnius horæ ſpacium tranſiuit.

Curauit vulnera ſupradicta Chyrurgus loci, ſed ſpacio 18. dierum ſemper in deterius tendebant, vndè vocatus ego inueni ægrotantem plenum putredine, carneque acri ſuper orta; adhibui vinum Calicis addita myrrha, & aloe calefacto prò lauacris quatuor diebus, & ponebam balſamum therebinthinæ, oleum ceræ, balſamum ad vulnera noſtrum Riuerianum vulneribus humerorum, brachiorum, & manus, illis verò capitis imponebam ceratum molle betonicæ mixtum oleo roſato, & balſamo ſupradicto ad vulnera Riueriano. In interno purgaui corpus extract: catholic: dr: ſſ:, extract: ſenæ ſcrup: 2:, magiſter: tartar: noſtri ſcrup: ſſ:, multiſque aliis digerentibus, & ità ſanatus eſt vndecim diebus vulneribus; in cicatricibus verò adhibui ceratum Paracelſi calaminare, & ſanatus eſt.

Ibidem. *Phthyſis.* *Obſeru: 94.*

DIe 18. Februarii quidam Bonauentura cùm amiſiſſet fratrem teneræ ætatis Phthyſi laborantem, ipſe quoque tali vexabatur ægritudine, ſcilicèt quadam febri continua, & tuſſi, ità vt à Medicis habitus fuerit vt Phthyſicus tertiæ ſpeciei, indèque vt mortuus. Iuſſi nonnullas iures compoſitos pullo, teſtudipe, carne limacis, & cancris, ſicut etiam pulmẽta hordei ſpiſſa; posui ceratum ex noſtris ſtomachalibus ſtomacho, & in dictis iuribus 12. diebus ſumpſit Panaceæ noſtræ vniuerſalis g: 10. prò vice, meliuſque ſe habuit, deindè 30. diebus iuſſi fæculæ aron: vnc: 1., puluer: noſtræ antihetic: drag: 6., vnicorn:, ſal: prunel: an: drag: 2., cæpit drag: 1. prò vice, & ſic conualuit.

Ibidem. *Morſus Viperinus.* *Obſeru: 95.*

DIe 22. Martii Vxor cuiuſdam Suſini ann: 56., vulnerata eſt à ſerpente viperino in manu, ſtatimque ortæ ſunt ſyncopationes, & ſomnum; ducta eſt in Terrã iuſsi theriac:, nullum autẽ iuuamen ideò cernebatur; partẽ demùm recidi & poſita ibi cucurbitulas attracturus venenum, deindè posui galbanum liquefactum cum aceto dicto more cir[illegible], vnicor:, & theriac:; ore ſũpſit vnicor: dr: 1., & ſi tumidæ manus, brachia & [illegible] ad priſtinum reuerſa ſunt, euanuerunt ſyncopationes, & perfectam ſanitatem [illegible] eſt.

Ibidem.

Ibidem. *Vulnus in manu.* *Obſeru.* 95.

DIie 27. Martij Filia Dominæ Angelicæ Iuliani annorum 6. fuſo ſibi adeò manum pertranſiuit vt è foramine à tergo eiuſdem manus ſanguis exiret. Illicò iuſſi noſtrum balſamum magiſteriale adſtringens, & quinque diebus ſanata eſt abſque ulla corruptione, & abſque eò quod nerui minima afficerentur perpeſſione.

Ibidem. *Vulnus in fronte.* *Obſer.* 97.

DIe 29. Martij Filius Lignani annorum 5. in ſaxis cecidit, & fronte adeò vulneratus eſt, vt ſupercilium caderet, quod duobus punctis vniri neceſſe fuit, & timebatur de amiſsione oculi; adhibui noſtrum balſamum magiſteriale adſtringens, & quatuor diebus ſanatus eſt, & optimè conualuit.

Ibidem: *Febris Continua.* *Obſeru:* 98.

EOdem die eiuſdem menſis filius ſupradicti annorum 7. multis ab hinc menſibus laborabat febre continua cùm deſtructione corporis, velut heticus; iuſsi eum ſumere pluribus diebus ſæcul: aron: vnc: 1., puluer: noſtri antihetic: drag: 5., unicorn: dragm: 2., componatur cùm farin: vnc: 1. ß:, ſaccar: roſat: q: ſ: panis paruulus dulciarius, & ex his vnum prò manè manducabat, in quo drag: 1. ſupradictatum rerum erat, & ſic multò meliùs ſe habuit; indè præſcripſi lac aſinæ, quod ſumpſit multis diebus, & ità conualuit.

Ibidem: *Menſtrua alba:* *Obſeru.* 99.

DIe 4. Aprilis Domina Angelica Iuliani annor: 46. ab hinc tribus menſibus continuis fluxum menſtruorum alborum habebat; bibit vinum Calicis, deindè accomodaui duo cerata vnum ſtomacho ex noſtris ſtomachalibus, alterum renibus Patris Laudæ; ore bibit ſyr: compoſ: ſucc: vrticæ, petroſelini, acrimoniæ an: vnc: ß: prò vice, & intùs ſumebat puluerem granorum actes Quercetani drag: ß:, croc: Mart: ſcrup: ß:, ſumpſitque hanc compoſitionem quindecim diebus, poſteà bibit vinum iterùm Calicis, & ſic omnis morbus euanuit, optimèque conualuit.

Ibidem: *Dolores Capitis, & Vmbelici.* *Obſeru:* 100.

DIe 6. Aprilis Vxor Domini Bernardini Angelici annorum 22. patiebatur dolores acerbiſsimos capitis reſpondentes vmbilico, & ſtomacho, & propter magnum dolorem delirabat. Vnctum eſt totum ventrem quinta eſſentia roriſmarini, ore ſumpſit eſſent: lauri, roſmarini an: g:6., vnicorn: drag. ß:, conſeru: borrag: vnc: 1., m:, & cape, & quamuis trium noctium, dierumque ſpacio langueret, ſtatìm ac virtus talis pharmaci ad ſtomachum peruenit ſanata eſt, ceſſantibus doloribus, nec impoſterùm talem morbum paſsa fuit.

CEN-

In Podeo Donadei. *Carbo Malignus.* *Obſeru.* 1.

DIe 8. Aprilis filius Domini Gaſpari Berardelli laborabat carbone in coxendice maligno; adhibui vnum ex noſtris trochiſcis, & eſcarauit, attamen vnguento Apoſtolorum, & noſtro Baſilicone quinque dierum ſpatio ſanatus eſt.

Ibidem. *Percuſſio calcei equi.* *Obſeru.* 2.

DIe 28. Iunii filius Fabii Palmerii annorum 9. recalcitratu equi vulneratus eſt in ancipite frontis ſuper oculum, & propè auriculam cùm fractione oſsis, & venæ arterialis, ex qua maxima copia ſanguinis exibat, ſed adhibito balſamo noſtro Magiſteriali adſtringenti ceſſauit. Chyrurgus curauit vulnera, ſed tranſacto ſpatio nouem dierum erant valdè exacerbata, oculuſque tumefactus magno cùm tumore; corpus irregulatum erat, impatienſque, quare adhibui vnguenta ſolita, & abſterſiua; ſed coactus pergere Aſculum, ſpatio 24. dierum curam reliqui; dum redij, reperij tumefactum collum apud aures, ſicut etiam maxillam, vulneraque plena magno humore corrupto. Applicui ego tumoribus, & plagis ceratum calaminare Paracelſi, in cuius medio ponebam trochiſcum corroſiuum ad euellenda follicula, quæ orta erant in plagis, quod optimè euenit, deindè applicaui vnguentum noſtrum baſilicon Chymicum, & ſpatio 22. dierum curatus eſt.

Ibidem. *Vomitus Sanguinis.* *Obſer.* 3.

DIe 29. Iunij Vxor Magiſtri Laureti Sarcinatoris annorum 42., dùm apud clibanum panem formaret, repentè acceſſit vomitus ſanguinis. Vocatus ſtatim iuſſi vinciri partes extremas, & cucurbitulas iecori, & emiſſionem ſanguinis à ſaphæna. Ore ſumpſit ſanguin: dracon: in lacryma, croci Martis adſtringentis, extract: carab:, vnicorr: an: drag: ſ:, aq: equiſeti, plantaginis an: vnc: 4, balſami noſtri Magiſterialis adſtringentis drag: 3., ſicque conſeſtim ceſſauit, nec ampliùs exijt.

Ibidem. *Dolores Colici.* *Obſeru.* 4.

DIe 30. Iunij filius Suſini annorum 19. abhinc quinque diebus laborabat doloribus Colicis maximis, & à Medico, & Chyrurgo ordinario adhibita erant multa pharmaca, ſed nullo fructu. Iuſſi clyſteria compoſita vino Calicis, & oleo ſem: lini an: vnc: 4., & hæc omnia operata ſunt; ore ſumpſit extract: noſtri Antecolic: drag: 1., herb: Turc:, & vnicorn: an: drag: ſ:, m:, & cap:, ſtatimque ceſſauere dolores.

Ibidem. *Febris Putrida, & Continua.* *Obſeru.* 5.

DIe 7. Iulij Anna Aſcanii Valentini annor: 17. laborabat febre continua putrida deducta à retentione menſtruorum. Principio morbi vermes per aluum emiſit abſque medicamento; quarta die febris exacerbata eſt, & die quinta peiùs ſe habuit, quo eodem die vocatus fui, iuſſique ſanguinis à vena pedis emiſſionem ad vnc: 8. ſ die ſexta ordinaui extract: rhabarbar: drag: ſ:, cathartici aureat: gr: 4., m:, & cap: ſex vicibus euacuauit; die verò ſeptima mediocritèr ſe habuit, octaua peiùs. Exhibui Bezoard: Ioual:, mineral: an: ſcrup: ſ:, vnicorn: ſcrup: 1., m:, & ſumebat dictam compoſitionem bis in die, ſicque die vndecima fluxerunt ei menſtrua, & ſanata eſt.

Ibidem.

Ibidem. *Febris Continua.* *Obſeru.* 6.

DIe prima Auguſti filia D. Hieronymæ Argentinæ annorum 18. tribus ab hinc diebus laborabat febre continua; pulſum languidum habebat vrinam rubeam, & accenſam, ſitim magnam, linguam obſcuram, & aridam. Bibit vinum Calicis, & euomuit valde, euanuitque febris; ſequenti die facta eſt phlœbotomia in brachio, & perfectè ſanata eſt.

Ibidem. *Febris Continua.* *Obſeru.* 7.

DIe 5. Auguſti altera filia ſupradictæ Dominæ Hieronymæ Argentinę annorum 12. agitabatur ſeptem ab hinc diebus à febre continua vnà cùm languore, & ſyncopationibus. Huic iuſſa fuerat à Medico conſueto emiſſio ſanguinis, & nonnulli ſyrupi refrigerantes. Acceſſitus ego inueni eam pulſu intermittenti, vrina craſſa, doloribus mordicantibus in viſceribus, ſitique inextinguibili. Credens ibi magnam eſſe putredinem iuſſi ceratum contrà vermes ex aloe ſtomacho, & vnctiones cordi ex vnguento cordiali addita eſſentia corticum citri, & aloe; ore ſumpſit vnicorn:, ſal: prunel:, puluer: noſtri alexipharmaci an: ſcrup: 1., & eodem die tàm ex ore, quàm ſeceſſu eiecit multos vermes. Bis in die repetiuit idem Alexipharmacum, & ſic euanuerunt vermes; adhibita etiam fuerunt nonnulla clyſteria lactis, ac mellis, deindè nona die ſumpſit ſpirit: carthartic: noſtri g: 12. prò vice bis, & ſanitati priſtinæ fuit reddita.

Ibidem. *Humor in Vulnere.* *Obſeru.* 8.

DIe 5. Auguſti Syluester Terrentij ex vulnere non purgato, quod nihili faciebat, ad artua progreſſus, humor omnis in vnum decucurrit, adeòque creuit, vt dubitaretur de reciſione illius partis iuxtà opinionem Chyrurgi conſueti. Vocatus ego præbui noſtrum balſamum Alexipharmacum compoſitum, & ſpatio 6. dierum ſanatus extitit.

Ibidem. *Carbo Malignus.* *Obſeru.* 9.

DIe 11. Auguſti Io: Panichella laborabat in pede carbone craſſo, nigro, & maligno. Adhibitum eſt vnum ex noſtris trochiſcis illi tumori, deindè noſtro vnguento baſilicone, ſplenio mugilaginis, theriaca, poſt ſex dies conualuit.

Ibidem. *Plaga in Crure.* *Obſeru.* 10.

DIe 11. Auguſti Fabius Palmerius, temperamenti ſanguinei, & aliquantulùm aduſti excruciabatur à plaga in crure acri, atque mordaci, peſſimæque qualitatis, ità vt dubitaretur ne creſceret per totum crus. Accerſitus ego ordinaui defenſiuum ſolitum circà plagam, abluebaturque cùm aqua plantag:, & fonci, in qua infuſa fuerant ſal Saturni, terra Samia, bolarmenum, tutia, ſemper miſcendo vas, vt euaderet adinſtàr lactis quotieſcunque hac vtendum erat, & abſque alijs remedijs ſanatus eſt.

Ibidem. *Hydropiſis.* *Obſeru.* 11.

DIe 16. Auguſti Victoria Lucij Coctoroni annor: 23. patiebatur hydropiſim aquoſam anno ab hinc, & ampliùs, ac ſummoperè tumida euaſerat cùm febre continua, & corpore eneruato, & ſuprà vmbilicum iacebat quoddam tumidum ſicut ouum Struthij. Bibit vinum Calicis Chymici vnc: 7., & parùm euomuit, ſed per ſeceſſum nouiès euacuauit.

euauit. Iuſſi vt ipſi fierent tria clyſteria ex vino infuſo in diuerſis Calicibus, quæ cùm ſtatim poni non poſſent ob carentiam inſtrumenti apti, ægra ignoranter per os ſumpſit dictum vinum diuerſis vicibus, & poſt dies 12. remeans ad illam ſaniſſimam inueni, abſque vllo alio remedio.

Ibidem. *Dolores Colici.* *Obſeru.* 12.

DIe 5. Septembris Magiſter Lactátius Figulinus angebatur à doloribus Colicis multis ab hinc diebus, & varia fuerant adhibita remedia, ſed fruſtrà; Vocatus ego iuſſi extract: Antecolic: noſtri dragm: 1., inteſtini lupi præparati, & vnicorn: an: ſcrup: 1., doloreſque ſubitò euanuerunt, abſque eò quòd redirent.

Ibidem. *Febris Maligna.* *Obſeru.* 13.

DIe 8. Septembris Laurentius Saniola annor: 14., temperamenti aduſti, vexabatur multis ab hinc diebus à febre maligna, & à Medico conſueto multa adhibita fuerant remedia, ſed infructuosè. Vocatus exhibui bezoard: Ioual:, vnicorn:, ſal: prunel: an: ſcrup: 1., addita confectione conſueta cordiali; adhuc tamen nihil ſudauit, ſed bis euacuauit res atrabilares; idem repetitum eſt bis in die prò tribus diebus, & ſic multa per ſeceſſum emiſit, ceſſauit febris, & optimè conualuit.

Ibidem. *Tumor Frigidus.* *Obſeru.* 14.

DIe 16. Septembris filius Marci nomine Marcheſius annorum quatuor, patiebatur tumorem ex natura frigidum in cubito brachij multis ab hinc diebus. Adhibui ceratum calaminare Paracelſi, quod maturauit, & dùm talis tumor apertus eſt (id autem nouem diebus factum eſt) putredo concocta exijt, & eodem cerato; & noſtrò baſilico vnguento Chymico ſex diebus ſanus euaſit.

Ibidem. *Percuſſio Pectoris.* *Obſeru.* 15.

DIe 22. Septembris Olympia Ciccarella annor: 68., adeò grauiter percuſsit pectus, vt ſemiuiua extiterit, indè verò penè amens euaſerit. Hanc ego curaui, & ſic ore primò ſumpſit elexir Vitæ noſtrum, & iulep gemmar., & aliquantulùm in ſe reuerſa eſt, deindè humeris cucurbitulas iuſsi, & totos humeros oleo compoſito canis rubei vnxi, & ſic parùm ſubleuata eſt; ſequenti die maximè verebatur ne moriretur, ſed cordialibus adhibitis, maximaque cura adiuta conualuit.

Ibidem. *Febris Maligna.* *Obſeru.* 16.

DIe 22 Septembris Gratioſa Pretioſi annor: 48., temperamenti inter bilioſum, & melancholicum miſerrima, ab hinc octo diebus laborabat febre maligna vnà cùm puſtulis obſcuris, lingua nigra, ſiti acerrima, vrina viridacea, & cruda, pulſu debili, & inæquali. Nonnulli iures alterati à Medico ſolito dati fuere vnà cùm herbis refrigerantibus, & ſanguinem extrahi à vena communi, & nil aliud. Ego eodem die dedi extract: rhabarbari, & Antifebril: noſtri Riueriani an: drag: ſs:, & ſex vicibus euacuauit multa fætentiſsima; veſpere verò iuſsi condit: aq: tutæ caprar:, acetoſ:, & ſcord: an vnc: 2., ſpirit: vitriol: gr: 10:, vnicorn:, corall: rub: præparat:, puluer: noſtri alexipharmacæ an: drag: ſs: m:, & cæpit. Sequenti manè poſitum eſt clyſterium refrigerans, & euacuauit 24. vermes mortuos; iterùm eandem compoſitionem replicaui aquarum, & aliorum benè incorporatorum tribus vicibus, deindè iuſsi veſsicantia cruribus, & brachiis, & die 12. febris diſceſsit. Valdè eneruata ex imbecillitate erat, & multi tranſierunt

ſunt dies, quibus nullo modo potuit vires recuperare, deindè accomodaui radic: aron: præparat: vnc: ß:, ſal: tartar: calybeat:, vnicorn:, corall: præparat:, puluer: P. Baſil: Valentin: fixi an: drag: 1. ß: , m:, & drag: ß. prò vice ſumpſit multis diebus, & ſana euaſit.

Deſunt hic multæ Obſeruationes factæ in eadem Terra, quæ ſubreptæ fuerunt.

Ibidem. *Febris Putrida.* *Obſeru. 17.*

DIe prima Auguſti filia Dominæ Liuiæ Andreæ annorum 12. cruciabatur à febre putrida, & maligna. Celebrata venæ ſectione, vocatus ego eam reperii cùm puſtulis obſcuris, lingua nigra, pulſu debili, inæquali, vrina inflammata, vexabatur ab inquietitudine maxima, ſæpiſſimèque exclamabat maximo cùm horrore. Propinaui conditum prò potione, vnà cùm aq: borragin:, ſcorzoneræ, rutæ caprar:, acetoſ: au: vnc: 4., conf: hyacinth:, alchermes an: drag: ß:, bezoard: Iouial:, mineral:, vnicorn:, ſal: prunel:, corn: ceru. præparat:, puluer: alexipharmac: an: drag: 1., m:, & bibit ſemper agitando; ſeptima die magis grauis extitit, veſſicantia noluit; fricatoria, ſicut etiam cucurbitulæ applicatæ ſunt humeris, & per totum corpus, deindè repetitum eſt idem conditum. Die octaua adhibita ſunt clyſteria, quibus euacuabat ſemper vermes; adiunctæ fuere epithimæ cordiales, & ſtomachales, & nona die delirabat; accomodaui cataplaſmata limacum crudorum benè piſtorum pedibus, & deliratio euanuit; ſupradictum conditum tribus aliis diebus repetiui, & ſic ceſſauit febris. Poſt ſex dies, quia comederat multos fructus, & præcipuè pyra, & perſica acerba, orta eſt noua febricula vitioſa, & ſic ſumpſit noſtram potionem catholicam cùm ſenæ vnc: 4. prò duabus vicibus, & febris euanuit.

Ibidem. *Febris cum Dyſinthæria.* *Obſeru. 18.*

DIe 7. Septembris cùm eſſet ſupradicta irregulariſſima, denuò ægrotauit vnà cùm dyſinthæria, & febre, & iterùm velut mortua iudicabatur, tàm ob paucas vires, quàm ob exacerbationem morbi. Adhibita ſunt multa clyſteria lactis ferrati, iurium capitis, & pedum veruecinorum, vnctiones ſtomacho, & corpori, confectiones ori granatorum florum, pomorum punicorum, addito puluere croc: Mart: adſtringentis, corall:, terræ ſigillatæ, & aliorum; ſanguis deficere cæpit, & ſurrexit è cubili, ſed quia apud domum erat vitis, & de vua acerba ſæpè comedebat, denuò eadem dyſinthæria orta eſt, & iterùm cecidit in imbecillitatem, multoſque ore eiecit vermes, deniquè mortua eſt.

Ibidem. *Vermes.* *Obſeru. 19.*

FIlia cuiuſdam Margaritæ vxor Ianuenſis laborabat à duobus diebus peracerbo ventris dolore. Præbui aq: noſtræ contrà vermes vnc: 4. cùm g: 6. ſpirit: vitriol:, & drag: ß: vnicorn:, & per os, & per ſeceſſum multos eiecit vermes, & ſic perfectè conualuit.

Ibidem. *Tenaſmus.* *Obſeru. 20.*

DIe 2. Auguſti filius Franciſci Palmerii duorum annorum agitabatur à Tenaſmo, & inteſtinus colon extrà ſuas partes exiit, nec multa remedia in ſuum locum reponere valuerunt. Iuſſi eum vngi oleo amygdalorum dulcium, ſic leuitèr rediit in ſuum locum. Illicò adhibui fumenta calida facta ex herba taſſo barbaſſo, corticibus granatorum, cupulis glandium, moris acerbis rubrorum, nucibus cupreſſi decocti cùm vino multis vicibus, & ità ſanatus eſt.

Ibidem.

Ibidem. *Fluxus dyſinthæricus.* *Obſeru.* 21.

DIe 3. Auguſti filia Troiani Figuli vnius anni patiebatur fluxum dyſinthæricum; & iam Deo ſpiritum redditura erat. Adhibita ſunt clyſteria lactis, in quo extinctus fuerat calybs ignitus, & ore ſumebat aquam equiſeti vnà cùm infuſione vnicornu, croci Martis adſtringentis, & gran: actes Quercetani; & ſic ſanata eſt.

Eodem modo alij nouem, aut decem pueri eiuſdem ætatis circitèr ab vno anno vſque ad octo curati ſunt ab eodem morbo, inter quos ſola quædam fœmina mortua eſt, & propinabatur hæc aqua vſque ad ſatietatem illis.

Ibidem. *Dolores Colici.* *Obſeru.* 22.

DIe 3. Auguſti filius Laurentij Saniolæ annorum 11. laborabat maximis doloribus Colicis, ab hinc quinque diebus, & adhibita fuerunt multa remedia cùm clyſterijs carminatiuis, ſed abſque vllo fructu. Vocatus ego ſtatim iuſſi drag: ß: extract: Antecolic: noſtri, & drag: ß: inteſtini lupi, & omnis dolor ceſſauit.

Ibidem. *Vulnus labij.* *Obſeru.* 23.

DIe dicto filia Dominæ Hieronymæ Argentinæ annorum 8. ob percuſſionem ex alto apertum eſt vnum ex labijs vſque ad narem, ob quod deformis, immò monſtruoſa videbatur. Filo partes, vt mos eſt, annexæ noſtro balſamo magiſtrali adſtringenti à me curatæ ſunt, & quinque diebus ſana perfectiſſimè euaſit; inde verò vt euaneſceret parua cicatrix, quæ remanſerat, adhibui oleum myrrhæ, vitell: ouot:, ceræ, & ſic talia remedia operata ſunt vt cicatrix omninò euanuerit.

Ibidem. *Tumor in genu.* *Obſeru.* 24.

DIe 6. Auguſti filia Marci Carabacchi annorum 8., valdè ſanguinea laborabat ſummoperè tumiditate in genu, & hoc totum inflammatum erat; pars peſſima erat, tumor craſſus, & periculòſus. Adhibitum eſt partibus vnguentum defenſiuum Galeni, in quo erat camphura, & circùm ponebatur, addito buthyro plumbeo. In medio ſuper tumorem adhibui ceratum calaminare Paracelſi, & maturus euaſit quinque diebus; deindè ferro reciſus eſt, & exijt pluſquàm libra putredinis concoctæ, denique noſtro balſamo magiſtrali adſtringenti ſanata eſt.

Ibidem. *Morſus Crabronum.* *Obſeru.* 25.

DIe 6. Auguſti Carolus Nepos Suſini cùm in ſummitate arboris eſſet fructus carpturus, cùmque ibi laterent multi Crabones, ab illis circùm aggreſſus eſt, & quatuor vulneribus in capite affectus, ità vt ob magnum dolorem ex vertice arboris in terram ſe præcipitem eiecerit, qua percuſſione coxa tumida euaſit, & caput iuxtà magnitudinem capitis bouis creuerat. Ad me is acceſſit, cui applicui ſtercoris vaccæ recentis q: ſ., addidi vnicorn:, baccar: lauri, dictam: an: drag: 1., theriacæ dragm: 2., & hæc omnia ſimul valdè mixta poſita ſunt ſuper partes offenſas. Ore ſumpſit theriacam Andromaci ad drag: 1. ß:, vnicorn: drag: ß:, quare cæpit dolor ille deficere, & 24. horis ille tumor euanuit. Coxa poſteà accomodata eſt addita colla farinæ, thuris, fuliginis, & albuminis oui, & ſic conualuit.

Ibidem. *Febricula Continua.* *Obſeru. 26.*

DIe 7. Auguſti Maria filia Margaritæ Stephani annorum 19. anno præterito paſſa fuerat hydropiſim, & hanc curauit Medicus Anſouinus, & euanuit ille tumor. Hoc tempore iterùm tumefacta erat cùm febricula continua, & adeò ſicca euaſerat, vt ſolùm terga conſpicerentur, & oſſa. Varia remedia adhibui; ore ſumpſit tribus vicibus raſin: ialapp: gr: 12., prò vice vnà cùm drag: ſſ: extract: ebul:, & radic: ireos, ſicque multam aquam emittebat, tribus vicibus in hebdomada; adhibita ſunt clyſteria compoſita decocto ebuli, cyclaminis, brioniæ, ireos, aniſor:, & medietatis vini Calicis Chymici, ſimiliterque multa aquoſa euacuauit. Iuſſi etiam vnctiones corpori vnguento arthanitæ, & oleo bufonis, & hæc omnia deſiccabant. Adhibitæ ſunt etiam epictimæ ſtomacho, & iecori roborantes, cùm parſimonia edendi, atque bibendi quantum fieri potuit. Prò potione bibebat vinum leue, in quo infuſæ erant bacchæ iuniperi, atque lauri, & in die ob magnam ſitim ſumebat aquam coctam cùm radicibus aſparag:, bruſci, & petroſelini, in qua ingrediebantur ſpiritus ſalis communis, & tincturæ Martis infraſcriptæ an: g: 8., & aqua benè acida erat; formula tincturæ hæc eſt: ℞: vitriol: rubific:, ſal: commun: decrepir: an: lib: ſſ., terræ ſamiæ vnc: 8., ſpirit: ſal: comm: q: ſ: ad imbibendam terram, cùm vitriol:, & ſal: f: pill:, & exſicca, denique per retortam eijce ſpiritus more ſolito, ſemelque rectifica, poſteà ſpiritus prædictus ponatur in noua ſartagine ferrea ad ignem lentum vſque quò euaporatus ſit, ſemper agitando cùm ſpatula ferrea, in fundo ſartaginis manebit puluis rubicundus, cùm ſpiritu vini digeratur fimo equino per hebdomadam, poſteà per Balneum Mariæ exhala ſpiritum more ſolito tincturæ, & habebis remedium deſtructiuum excellentiſſimum. Cùm his remedijs tumiditas ventris euanuit omninò, & aliquantùm conualuit, ità vt quidquid fœmina operari poteſt ipſa ageret domi. Colorita euaſit, noua carne ſe induit, & ſic ſe habuit 15. menſibus, deindè cecidit in eandem febriculam propter magna faſtidia, & ſic neminis auxilio phthyſica ſpiritum exhalauit.

Ibidem. *Tertiana duplex.* *Obſeru. 27.*

DIe 7. Auguſti Vxor Franciſci Catini laborabat Tertiana duplici ab hinc 18. diebus, & dubium erat ne in malignam conuerteretur, quia peſſimè ſe habebat, & delirabat. Iuſſi Antifebril: Riueriani drag: 1., & ſex vicibus euacuauit, ſed febris nullo modo diminuta eſt; ipſi adhibui tribus diebus iures refrigerantes, & aperitiuos, deindè Febriſug: Riuerian: gr: 28. exhibui, ſeptièſque euacuauit, & ſequenti die febris acerbior eam aggreſſa eſt; expectaui diem tertium priorem, & iterùm repetiui gr: 30. Febrifugi ſupradicti, & ex ore emiſit vermem maximum immenſum, qui videbatur ſerpens cùm multis rebus viridaceis, & nigris, & febris euanuit. Arbitror illum vermem fuiſſe cauſam perſeuerantiæ febris adeò acertimæ.

Ibidem. *Febris Quartana.* *Obſeru. 28.*

DIe ſupradicto Io: Baptiſta Panziera annorum 30. ab hinc vno menſe patiebatur febrem Quartanam. Iuſſi gr: 35. Febriſugi, & multa bilioſa euomuit, & per ſeceſſum penè nihil; febris mitior euaſit, ſed in alia acceſſione ab initio frigoris dedi gr: 30. alia eiuſdem Febriſugi, ſicque tèr euacuauit, febriſque diſceſſit abſque eò quòd ampliùs redderet.

Ibidem. *Pleuritis.* *Obſeru. 29.*

DIe 8. Auguſti filius Baſtiani Cichoriæ annorum 3. grauitèr iacebat cùm febre, & dolorem patiebatur in vbere ſiniſtro, vt non poſſet reſpirare, quod iudicatum fuit pleuritis; ſtatìm impoſita fuit hirudo brachio, ſubitòque iuſſi ſyr: papauer:, ſicut etiam adhibuimus noſtra ſplenia ſaponis antipleuritica, & clyſteria cùm lacte, & melle, & ſic euanuit dolor, & febris, & ſanatus eſt.

Ibidem. *Tertiana Simplex.* *Obſeru. 30.*

DIe 8. Auguſti Chriſtina Fabij Palmerij annorum 12. ab hinc menſe laborabat tertiana ſimplici. Iuſſi Antifebrilis Riuer: drag: ß:, Febrifugi eiuſdem g: 7., m:, & cap:, & expulit illam febrem pauca euacuatione, ſed crus adeò tumefactum fuit, vt hauſerim ſanguinem à brachio; deindè curata fuit buthyro lytargirij, & optimè ſanata eſt.

Ibidem. *Tertianæ.* *Obſeru. 31.*

MVlti fuerunt, qui laborantes Tertianis duplicibus, & ſimplicibus optimè ſanati ſunt illicò Antifebrili Riueriano, & nonnullis dabatur Febrifugum eiuſdem Riuerij; ſicut etiam multi pauperes conualuerunt potione vini Calicis, vnà cùm emiſſione ſanguinis vbi neceſſe erat.

Ibidem. *Tertiana duplex.* *Obſeru. 32.*

DIe 8. Auguſti Vxor Domini Iacobi Philippi Orithei annorum 44. laborabat Tertiana duplici, & ſimùl cùm grauiſsimo dolore corporis quotieſcunque adueniebat acceſsio febris. Iuſsi drag: 1. extract: Antifebril: ità vt febris euanuerit pauca euacuatione, ſed dolores perſiſtebant; adhibui clyſteria carminatiua, ſed nihil operata ſunt. Iuſsi etiam vnctiones partibus dolentibus cùm eſſentia lauri, & roſmarini, ſed fruſtrà; dedi hyacinth: drag: ß:, addi: g: 3. laudan: nepen:, & ſic parùm diminuti ſunt; ſequenti veſpere ſumpſit eadem remedia, ſed nepent: gr: tantùm 2.; meliùſque ſe habuit, denique ſumpto nepent: gr: 1. ad quatuor vices hora ſomni optimè conualuit.

Ibidem. *Dolores Colici.* *Obſeru. 33.*

DIe 8. Auguſti Dominus Martius Paſchaſius annorum 60. vexabatur doloribus Colicis. Iuſsi dr: ß. extract: noſtri Antecolic:, drag: 1. vnicorni, ſcrup: 1. inteſtini lupi præpar:, drag: ß: ſal: prunel:, conſ: violar: q: ſ: ad incorporandos dictos pulueres, & ſtatìm ceſſauere dolores.

Ibidem. *Febris Continua.* *Obſeru. 34.*

DIe 8. Auguſti Eliſabeth Fraſſa annorum 36. menſe ab hinc laborabat febre continua in cronicam conuerſa debilem, & die, nocteque quatèr exacerbabatur hæc febris; quia verò erant humores mixti iuſsi Antifebril: drag: 1. ß:, & octies euacuauit, febriſque mitior euaſit, poſteà adhibui pulſibus ſplenium Strombelberger, & quinque diebus liberata eſt omninò à febre.

Ibidem. *Fluxus Dyſinthæricus.* *Obſeru.* 35.

DIe eodem filia Dominæ Angelicæ Iuliani annorum 7., nouem ab hinc diebus patiebatur fluxum dyſinthæricum, & fex adeò acris erat, & mordax, vt corroſum fuerit etiam inteſtinum, & orificia ani; varia clyſteria adhibita fuere, ſicut etiam confectiones adſtringentes, ſed hæc omnia abſque vllo iuuamine. Iuſſi gr: 2. laudan: nepent: cùm gr: 10. croci Mart: adſtringentis, & drag: 1. vnicorn: incorporati cùm confectione hyacinthi, & quieuit ea nocte. Iterùm die ſequenti repetitum eſt idem pharmacum, ſimilitèrque operatum eſt; iterùm tertia vice hoc factum eſt, & omninò morbus diſceſſit.

Ibidem. *Fluxus Dyſinthæricus.* *Obſeru.* 36.

IDem quoque datum eſt filio Franciſci Catini eiuſdem loci annorum 5., qui eodem modo ſe habebat, & ſanatus eſt.

Ibidem. *Dyſinthæria.* *Obſeru.* 37.

DIe 9. Auguſti Bartholomæus Lanius annorum 28., laborabat eadem dyſinthæria, & patiebatur maximos dolores, prout dictus morbus afferre ſolet. Adhibita ſunt clyſteria lactis ferrati, iuris capitis, & pedum agnorum, alia adſtringentia, vnctiones ordinariæ propoſitæ ab Auctoribus, ſed omnia abſque fructu. Iuſſi eum ſumere, quatuor diebus ſequentibus in veſpere ſequentem compoſitionem ℞: miuæ cydoniorum, conſ: corniorum an: vnc: ß:, gran: actes Quercetani drag: 1., vnicorn:, ſal: prunel: an: drag: ß:, croc: Martis ſcrup: 1., laudan: nepent g: 3., & cap: conualuit.

Ibidem. *Dyſinthæriæ.* *Obſeru.* 38.

HÆc compoſitio mirabilitèr operata eſt in multis hominibus, & mulieribus hoc morbo laborantibus in tribus diebus, vel quatuor; nepentes autem qui comedebat gr: 2., qui 3., qui 4., & ibi eo tempore pluſquàm 30. hoc medicamine liberati fuerunt à dyſinthæria.

Ibidem. *Minctio Sanguinis.* *Obſeru.* 39.

DIe 9. Auguſti Io: Baptiſta Petrùccius annorum 62., temperamenti ſanguinei, cùm diù equitaſſet, renes magnoperè paſſi fuere, ità vt ſanguinem è membro emitteret. Is valdè timuit, cruciabaturque dolore pungenti in mingendo. Quarè acceſſit ad me, & iuſſi aq: equiſeti, & plantag: an: lib: ß., ſpirit: therebint: ſcrup: 2., croc: Mart: drag: 1., & ſic cœpit ceſſare; repetiuit dictum remedium, & ſanatus eſt.

Ibidem. *Febris Continua.* *Obſeru.* 40.

DIe eodem Lucia filia Suſini annorum 9. laborabat febre continua; ſumpſerat nonnulla pharmaca à Phyſico ordinario præſcripta, nihilominùs febris perſeuerabat. Vocatus iuſsi Antifebril: Riueriani ſcrup: 2., parùm euacuauit, febriſque duobus diebus tranſactis rediјt. Sumpſit iures, vbi ebullita fuerant chamædrios, chelidoniæ, & centaureæ min: an: pug: ß:, ſacchar: q: ſ: vt dulcis fieret, & ità conualuit.

Ibidem.

Ibidem. *Febris Quartana.* *Obſeru. 41.*

Die 9. Auguſti Carolus Patruelis Pauli Valentini menſe ab hinc patiebatur febrem Quartanam. Exhibui Febrifug: Riueriani gr: 36., & euomuit, ſicut etiam euacuauit multa obſcura. Acceſſio vehementiori ardore redijt, & prò alia ſequenti iterùm repetiui idem Febrifugum eodem modo, denuò res nigras per ſeceſſum emiſit, & febris in Tertianam commutata eſt; tranſacta ſequenti acceſſione iterùm tertia vice repetiui aliam menſuram, & pondus Febrifugi, quod poterat eſſe gr: 30., & ſic morbus omninò euanuit, & vir perfectè conualuit.

Ibidem. *Quartana.* *Obſeru. 42.*

Die 16. Auguſti filia Pauli Borſoni annorum 18., temperamenti mixti ab hinc menſe laborabat Quartana: Sumpſit Febrifugi Riueriani gr: 28., ſextiès euacuauit, & febris eam dereliquit.

Ibidem. *Quartana.* *Obſeru. 43.*

Similitèr filius cuiuſdam Petrus à Toſſia annorum 9. laborabat Quartana duobus ab hinc menſibus, & exhibitis gr: 16. dicti Febrifugi liberatus eſt.

Ibidem. *Tertiana duplex.* *Obſeru. 44.*

Die 16. Auguſti Vxor Miniſtri Hoſpitalis ex Sabaudia annor:61. cruciabatur à Tertiana duplici ab hinc 16. diebus, quæ lethalis credebatur, quia habebat annexa multa ſigna mortalia, & cùm eſſet mulier pauperrima nullum pharmacum ſumpſerat. Vocatus ego iuſsi Antifebril: Riueriani drag: 1., & octiès per ſeceſſum euacuauit, quod valdè fuit vtile, deindè ſumpſit noſtri Diaphoretici fixi drag: ſs. duabus vicibus in diem, octo diebus, & optimè conualuit.

Ibidem. *Tumor in Tergo.* *Obſeru. 45.*

Patritia Vxor Pauli Valentini temperamenti atrabilaris, & peradmodùm bilioſi, annorum 34. patiebatur tumorem in tergo durum multo ab hinc tempore, qui iudicatus eſt ſcyrrhus à Medico ordinario loci. A Chyrurgo tentatum eſt ſplenijs maturantibus eum educere, quibus de cauſis exacerbatus eſt, & cancer manifeſtus euaſit, qui dilatabatur carne aduſta, & porroſa, dolore pungenti, & vehemens euadebat, vt ſolent huiuſmodi morbi. Ab hac vocatus fui, & principio adhibui emplaſtra compoſita cancris crudis, vt ſæpiùs ſcripſimus, deindè circumdedi locum ferro ignito, & adhibui vnguentum Patris Gabrielis Ferraræ à me auctum, & paulatìm malignitas euanuit; poſteà curatus eſt cùm oleo Antimonij dulcis, oleo bufonis, & puluere eiuſdem bufonis. In interno ſumpſit dictæ noſtræ aquæ catholicæ purgantis vniuerſalis drag: 3. prò vice, & eam bibit quatèr; alijs diebus ſumpſit Panaceæ noſtræ liquidæ vniuerſalis g: 12. prò qualibet vice in vino, & 28. diebus optimè conualuit.

Ibidem. *Scyrrhus in Vtero.* *Obſeru. 46.*

Iuuenis quædam vidua patiebatur ab hinc ſex annis ſcyrrhum in vtero, ſemperque duritiem, & dolorem pungentem intùs habebat. Dedi ei pluriès vinum Calicis; hauſtus fuit ſanguis à ſaphæna, & à venis hæmorrhoidalibus cùm hirudinibus; ſæpè ſæpiùs vſa fuit fumentis partibus locorum emollientibus herbis in vino ebullitis, adiun-

ctis ſecibus reguli, & cùm ijſdem fumentis bìs, aut tèr in die madeſaciebat partes, & prouocatæ ſunt hæmorrhoides, & menſtrua in ſufficienti quantitate, ſicque ſanata eſt.

Ibidem. *Lues Venerea.* *Obſeru. 47.*

EOdem tempore curaui multos tàm maſculos, quàm fœminas à lue Venerea vexatos, aliquos cùm bubonibus, & gonorrhæis inueteratis, aliquos cùm vlceribus malignis in pudendis, aliquos cùm vlceribus malignis, acribus, & mordacibus, corroſiuiſque in ore, vulua, & ano. Speciebus medicamentorum vſus ſui, quibus in alijs Obſeruationibus in talibus morbis.

In Terra Moriconis. *Febris Cauſonis.* *Obſeru. 48.*

DIe 20 Martij Iuuenis Ruſticus nomine Dominicus Sauini annorum 24., temperamenti inter calidum, & ſiccum, ſed fortis, ægrotabat febre continua, ità vt duorum dierum ſpatio febris magnitudo non agnoſceretur, nec principium, nec augumentum, nec ſtatus, nec declinatio. Vrina erat aliquantulùm cruda, pulſatilis vena vehemens, plena, vndoſa, frequens; acerbè laborabat capite, vita eius doloribus, humeri flatibus vexabantur, accenſa maximè facies, plenæque venæ. Clyſterium ipſi impoſitum fuit cùm ſectione baſilicæ ad vnc: 10. ſanguinis, attamen febris, nec ardentior, nec humilior eodem modo, ipſiſque ſignis miſerum premebat; altera die ſumpſit vinum Calic: Chymici ad vnc: 8., multaque mixta euomuit, & ſextiès per ſeceſſum euacuauit, & febris euanuit.

Ibidem. *Febris Cauſonis.* *Obſeru. 49.*

EOdem die in Montorio Nerolæ Angela Fabricij filia miſerrima annorum 32., bilioſi temperamenti die ſexto Iunij ab acerrima febre continua aggreſſa eſt, & quia menſtrua iam diſperſa erant, præter febrem continuam vrina rubea, & rudis erat, pulſus frequens, ac vndoſus, facies rubeſcens, atque inflammata; dolore capitis cruciabatur, ſiti maxima laborabat, & ex deficientia Chyrurgi ab ipſa hauriri ſanguinem impoſſibile fuit, vndè ſecunda morbi die præbui Aureat: noſtri in roſarum conſerua gr: 4., paulòque poſt multa porracea euomuit, ac per ſeceſſum tèr multa fætida euacuauit, quamobrèm in eodem die meliùs ſe habuit. Sequenti die dedi vinum Calic: Chymic: ad vnc: 5., atque denuò multa per ſeceſſum eiecit, atque ipſa nocte menſtrua abundantèr aperta ſunt, priſtinæque reſtituta ſaluti.

Mihi, & multi egeni vſum habuerunt ſumendi in medicamenta ob paupertatem vinum Calicis, Aureatum, Calomelanum, ſeù Antifebrile, cùm quibus abſque alia ſumptione optimè ſanati fuerunt.

Scandriliæ. *Pleuritis.* *Obſeru. 50.*

DIe 25. Martij Ludouica Orlandi annorum 65. vexabatur tribus ab hinc diebus dolore in latere ſiniſtro reſpondente parti oppoſitæ, cùm febre, tuſſi moleſta, atque continua, nec poterat quidquam ex ore ſpuere, ſed tantummodò vi exibat ſputum crudum, tenax, & magna anxietate, ità vt reſpirare nequiret, & pulſus pungens erat, & frequens. Viſa eſt à Theodoro fratre meo, qui eo tempore ibi morans iuſſit hauriri ſanguinem à brachio ſiniſtro ad vnc: 6., qui erat putrefactus, deindè ſtatuit fieri duo ſplenia, ſcilicèt noſtra vſualia dicta Antepleuritica vnà cùm ſapone, ſcilicèt vnum calidum poſitum fuit parti dolenti, & vnum oppoſitæ parti. Iuſſit clyſteria, & cucurbitulas in humeris, & per os ſumptionem pomi Quercetani vnà cùm thure, additis Aureati noſtri diaphore-

phoretici, ſal: prunel: an: g: 12., & ſic ſudauit aliquantulùm; replicatum poſteà fuit idem pomum, magiſque ſudauit, ità vt febris cœperit diminui, ſicut & dolor, & ardor ceſſauit. Indè iuſſi ego ad coctionem eius crudiratis oximel: compoſ:, confect: ex decoct: ſcabioſæ, farfarellæ an: pug: 2., fæniculi, & florum violarum pug: 1., mellis quantùm ſufficit, & acetum; quinque dierum ſpatio hoc pharmacum adhibuit, & magnam à pectore extraxit humorum quantitatem, & benè ſe habuit.

Ibidem. *Ptherigia in oculo.* *Obſeru. 51.*

EOdem die Iohanna Egidij Teſtæ annorum 12. varolarum cauſa impediebatùr oculò ſiniſtro duabus maculis, quæ ſimul coeuntes pupillam occupabant, ità vt nihil penitùs per illum oculum cerneret. Cùm graue malum eſſet, iuſſi parti occipitis cucurbitulam imponi, & optimè eam ſcarificari, vt fluxio remoueretur; deindè eadem hora applicatæ ſunt humeris, & poſteà renibus abſque ſanguine, vt humor attrhaeretur. Sequenti die vinum Calicis Chymici præbiti ad vnc: 4., poſtque duas horas parùm euomuit, ſed multa per ſeceſſum euacuauit. Iuuenis ipſa quartana febre anteà laborauerat, quamobrêm ſupradicti vini purgatio neceſſaria maxima erat; deindè ſequens collyrium factum fuit ℞: vini infuſi in Calice Chymico vnc:3., vitriol: Cypr: ſcrup: 3., infundatur vſque coloratum ſit, & vtere frigidi tèr, aut quatèr in die g: 2., vel 4., aut 5. prò vice, & in 20. diebus omninò liberata fuit.

Ibidem. *Schirantia.* *Obſeru. 52.*

DOmina Barbara Lopa annorum 33. laborabat ſtomachi perturbatione, vomitibuſque bilioſis, & mixtis; eius gula adeò inflammata, & accenſa, vt glutire non poſſet, laborabatque febre. Illicò ſanguinem à brachio extrahi iuſſi, deindè à ſaphæna eodem die, attamen gulæ inflammatio eodem modo firma nihil remedia patiebat. Sole occidente clyſterium commune cùm vino Calicis iuſſi, & eodem veſpere adhibitum eſt emplaſtrum gulæ nidi hirundinum, ſicut conſuetum, deindè poſuimus cucurbitulas humeris, & gargariſmata ſæpè vſualia; fuerunt repetita tèr clyſteria cùm vino Calicis, ſicque emanarunt vberrimè menſtrua, & liberata eſt.

Ibidem. *Pleuritis.* *Obſeru. 53.*

DIe 30. ſupradicti Archileus Ludouici ruſticus annorum 27. ægrotabat febre, grauique dolore in parte dextera pungentiſſimo cùm ſignis quinque à Galeno declaratis de Pleuritide exquiſita. A brachio dextero ſanguinem hauriri iuſſi ad vnc: 9., qui corruptus; & putridus erat; præterea dati ſunt ſyr: pectorales de pomis, liquiritiæ, althææ, & violatum ar: vnc: 1., papauerorum vnc: 2.; ità etiam vnctiones ſuprà pectus vnguenti pectoralis, buthyri, & ſuprà folij braſsicæ tepidi; adhibita quoque ſunt noſtra ſplenia antepleuritica cùm ſapone ſuprà partem dolentem, ſicut & in oppoſita; nihilominùs breuiſsimæ vitæ ſigna præbebat ægrotus, habebat enim oculum vitreum, atque horridum, pulſum ſerinum, ac frequentem cùm reſpirationis deficientia. Iuſsi ſumere per os prætèr pharmaca prædicta lambitiua, duo poma cùm thure decocta more Quercetani, addito ſulphur: diaphoretici gr: 15., vnicorn:, ſal: prunel: an: dr: ß., at in ſequenti die peiùs ſe habebat; fuerunt extractæ vnc: 6. ſanguinis à brachio, attamen funeralia ipſi parabantur. Fuit iterùm data compoſitio ſubſcripta: ℞: ſyr: de pomis, de papau: an: vnc: 1., de viol: vnc: 2., extract: noſtri Antipleuritic: dragm: 2., m:, & cap: cochlear vnum prò vice tèr, aut quatèr in die; acerbiſsimè diem illum tranſegit ſignis euidentiſsimis mortis ſemper delirando. Nocte adhibita ſunt clyſteria communia cùm additione vini Calicis Chymici ad vnc: 8., & tèr euacuauit multa fætentiſsima; in ſequenti die fumenta ſudoriſera facta ſunt in cubili herbis aromaticis ad vſum noſtrum alibi deſcri-

ptum, quocircà in maximum ſudorem erumpens, ceſſantibus ſymptomatibus optimè conualuit.

Multi paupetes talibus ſudoriferis fumentis conualuerunt celerrimè, vbi vires reſiſtere potuerunt.

Ibidem. *Scabies cùm Febre.* *Obſeru.* 54.

Michael Brandus ruſticus annorum 55. laborabat febre continua multis ab hinc diebus, & prætér febrem tali circumdabatur ſcabie, vt dùm in cubili voluceretur pellem linteis affixam relinqueret. Præbui vinum Calicis Chymici ad vnc. 6., & poſt duos dies ſectionem venæ dexteri brachij à qua fuerunt extractæ vnc: 8. ſanguinis, & facti ſunt decocti alterati fumariæ, ſcabioſæ, borraginis, lupulorum; prò vnctione vnguentum dabatur ſumendo ſucci fumariæ vnc: 6., ſucci foliorum leandræ vnc: 3., olei roſati, & ceræ quantum ſufficit, & f: vnguentum ſec: art:, & ſic quinquiès ſe vnxit, liberque à febre euaſit.

Ibidem. *Grauiditas vndecim menſium cùm Cancro in mammis.* *Obſeru.* 55.

Die 7. Aprilis Maria Liuia Brandi ann: 29. cùm vndecim ab hinc menſibus eſſet grauida, ſicut ipſa, aliæque fœminæ affirmabant, quia hoc tempote malè ſe longis febribus habuerat, orta fuerat hypoſarcha, hoc eſt facies, brachia, pectus, cruraque tumuerant, ideòque ob exiguas vires partum in lucem edere non poterat, ſicut etiam in corpore nullum infantis motum ſenſerat, ità vt ipſum iam mortuum crederet multis ab hinc diebus. Vnctionem iuſſi in omnibus partibus, vbi erat tumor de oleo bufonis, cùm oleo amygdalorum dulcium, & ſpirit: ſulphur: ; per os ſumenda multa cordialia præbui, intér quæ elexir proprietatis cùm eſſentiæ abſynthij, elexir vterini an: drac: 1., balſami potabilis cordialis ſcrup: 1., ſyr: de pomis, de capill: Vener: an: vnc: 2., ſpirit: ſal: comun: g: 6., m:, & cap: in quatuor vicibus. Die ſequenti adhibui ſtomacho noſtrum ceratum ſtomachale, vnctumque fuit totum corpus, ſicut & renes oleo ſupradicto, ità vt moueri cæperit infans, & partus dolores accederet; iterùm ſupradicta cordialis compoſitio adhibita eſt, & die ſequenti filiam viuam, integraque præditam valetudine peperit. Ipſamet mulier nouem anteà partus ediderat, parùmque, quatenùs dicebat, purgata fuerat, & mala ſimul in mammis acerbiſſima experta vnà cùm plagis, vbi in ipſarum altera tumor quidam creuerat durus, liuidus, obſcurus, pungentique dolore. Hoc modo poſt partum creuit, & cancer iudicatus eſt; ſimilitèr alia mamma tumida euaſit, iuſſique multas vnctiones pomi cocti vnà cùm lacte, & panis particula, ſed fruſtrà; bibit vinum Calicis Chymici ad vnc: 5. per 15. horas infuſum, & multa aquatica euacuauit, optimèque de fœminarum more purgata eſt. Iterùm cordialia adhibita ſunt, & mammæ, vbi erat ſcyrrhus, ceratum calaminare Paracelſi applicui, in alio verò loco oleum ceræ, ſacchari, vitell: ouor:, & eſſentiæ camphoræ, ità vt benè conualuerit; per illam itaque lactem præbebat; altera verò maturationi repugnabat. Adhibui oleum Antimonij dulcis, hoc eſt tincturam croci metallorum per multos dies in partibus, per oſque accipiebat g: 10. prò vice quotidiè, & ſuper ſcyrrhum, qui cæperat aliquantulùm mulceri, adhibui prædicta cerata; reperiui iterùm ad magnitudinem vnguis, indè noſtro baſilico Chymico addita ibi tinctura Antimonij 18. diebus conualuit. Iterata eſt potio vini Calicis bis in diebus 16. tumores quoque manè, & veſpere eodem vino lauabat, ex quo integræ reſtituta eſt ſaluti, & ex hypoſarca, & tumoribus naturales obtinuit colores, optimèque filiam aluit, quod re vera mirabile extitit.

Ibidem.

Ibidem. Dolor Stomachi cùm ſyncopationibus ob menſtruorum retentionem. Obſeru. 56.

EOdem die Vrſula Saluenſis annorum 26. ob menſtrua retenta vexabatur maximis ſtomachi doloribus, & ſæpiſſimè ſyncopationes patiebatur, quæ ipſi maximè cor occupabant. Iuſſi vinum Calicis Chymici infuſum per horas 24., parùmque euomuit, at peradmodùm dolorem minuit; altera die denuò ipſum potauit, & multa per aluum eiecit, menſtrua abundantèr emanarunt, & optimè conualuit.

Ibidem. Vertigo. Obſeru. 57.

EOdem die Victorinus Seoccia Saltator ſæpiſſimè ſcotomiam patiebatur, ità vt multotiès multo temporis ſpatio penè ſtupidus euaderet. Præbui vinum Calicis Chymici ad vnc: 8., multaque per ſeceſſum euacuauit, & euomuit, ex quo tribus alijs annis, quibus illic moratus ſum, numquam ampliùs vertigines paſſus eſt.

Ibidem. Dolores Articulares. Obſeru. 58.

DIe 8. Aprilis Iohannes Franciſcus Buccettus annorum 23., temperamenti mixti, doloribus affligebatur artericis in quacunque iunctura quatuor ab hinc menſibus, ità vt pedibus difficilimè niti poſſet. Accomodaui quinque infuſiones vini noſtri in Calice ad doſem librar: 4. in totum, & intùs addidi lign: ſanct:, cortic: eiuſd: an: vnc: 3., ſalſæ noſtralis vnc: 5., lentiſc:, ſandal: citrin:, lign: viſc: quercin: vnc: ſſ:, ſem: card: ſanct:, gran: paradiſi, fœnicul:, cynnamom: an: vnc: 1., hermodactil:, agaric: an: vnc: ſſ:, ſenæ oriental: vnc: 2.; hæc omnia infuſa fuerunt in ſupradicto vino quatuor dierum ſpatio, deindè ſemèl prò manè ipſius vini vnc: 4. bibebat, tèr euacuabat in die, & veſpere faciebat vaporaria ſicca herbis aromaticis in proprio cubili, deindè partes dolentes vngebat noſtro balſamo canis rubei, & adhibuit vaporaria quinque diebus veſpertinis, & nouem diebus vinum, deindè bibit vinum Calicis ſupradicti ad vnc: 6., optimèque ſe habuit abſque vlla oſtenſione.

Ibidem. Hypocondriacus deſtructus. Obſeru. 59.

DIe 14. Aprilis Felix Lucius annorum 48., temperamenti mixti, & corporis cachomici, ruſticus miſerrimus, quatuor ab hinc annis maximos patiebatur dolores ſtomachi, & hypocondriacos, quibus malum in flatum peruenerat, cùm tuſſi maxima, & pituita plurima ob damna, quæ patiebatur in aruis. Iuſſi vinum Calicis Chymici ad vnc: 8., multaque per os, perque ſeceſſum eiecit, deindè præbui puluerem radic: aron: præparat: more Quercetani vnc: 2., puluer: baccar: lauri vnc: 1., puluer: angelicæ, carlinæ, vincetoſſic: an: dragm: 5., cynnamom:, vnicorn:, ſal: tartar: vitriolati an: drag: 2., fuerunt hæc omnia mixta, & ſumebat drag: 1. in vino infuſam, indè præbui lac caprinum, & liberatus eſt.

Ibidem. Aſthma. Obſeru. 60.

DIe 16. Aprilis Lucia Ancilla Pyrrhi Pallantis annorum 36., temperamenti bilioſi, debilis, & mali habitus, antiquitùs anguſtiam reſpirationis patiebatur. Hæc vinum Calicis Chymici ſumpſit, multaque euomuit, adeò vt aliquantulùm à morbo ſubleuata fuerit; indè præbui per 15. dies extract: tuſſilaginis, & ſcabioſæ an: dragm: 5., flor: ſulphur: drag: 1., fæcul: brioniæ, & aron: an: drag: 2., m:, & cap: hæc quotidie, ſicque conualuit.

Ibidem.

Ibidem. *Strumæ.* *Obſeru. 61.*

DIe 24. Aprilis filius Iacobi Torquati annorum 12., temperamenti humidi, & mixti, peradmodùm vexabatur in capite à ſtrumis, quarum vna profunda erat, ſed quia corpus malè ſe agebat materiam igneam euacuabat, & folliculа profunda habebat. Adhibui ceratum in partibus dictum calaminare Paracelſi, & ſuprà folliculum noſtrum trochiſcum cauſticalem ità vt duorum dierum ſpatio exierint follicula ab apertis. Adhibui ſupradictos trochiſcos in duabus alijs ſtrumis, & ità illam quoque extraxerunt; curatus indè eſt à me balſamo incarnatiuo noſtro, iuſsique ore ſumere decocta ligni lentiſci, ligni viſci quercini, & 14. diebus conualuit.

Ibidem. *Dislocatio Articuli.* *Obſeru. 62.*

IO: Baptiſta Colantonius annorum 28. propter caſum ſibi brachium fregit, & ob vim iunctura eiuſdem manus è ſuo loco ſeceſsit. Ipſemet, & meus frater accomodauimus iuncturam, & fracturam, indè adhibito cerato noſtro ad tales cauſas, abſque alijs remedijs ſanatus eſt.

Ibidem. *Carbo Malignus.* *Obſeru. 63.*

DIe 26. Aprilis Franciſcus Blanchinus annorum 22., irritatus ob callum, quem patiebatur in manu, adeò malum creuit, vt nigra omninò manus euaſerit, caroque porroſa creuerat, & incipiebat à monte Lunæ occupans concauum manus, montemque Iouis, & Saturni. Adhibitum eſt in hoc morbo oleum Antimonij corroſiui, ne in peiùs euaderet, quoniam intèr hæc olea, & ſplenia roborantia cæpit deficere tumor, & manus nigredo, & ſupradictis oleis curatus fuit quinque diebus, deindè adhibitum eſt oleum Antimonij dulcis, oleum myrrhæ, oleum ceræ, oleum vitell: ouor:, oleum therebint:, & vnguenti baſilicon, & quamuis vſque ad oſſa caro aperta, & fracta eſſet, attamen 9. diebus optimè conualuit.

Ibidem. *Caſus in Ignem.* *Obſeru. 64.*

PVer trium menſium filius Dominici Picaroni, cùm à matre apud ignem in cunabulis relictus fuiſſet, dùm ipſa ad cubiculum pergeret, capite medio in ignem cecidit, atque ità combuſtus eſt in tota facie, oculis, & fronte vſque ad connexuras coronales. Dùm igitur reuerſa eſt mater puerum inuenit facie, & penè capite aſſatum, cùmque carbones cuti adnexi eſſent, rudis mulier incomptum accepit linteum remouendi cauſa carbones; verùm cùm carbonibus totam pellem euulſit à puero, ità vt monſtrum videretur. Vocatus ego ſtatim, leuandi cauſa puerum, arcendique à metu, & clamoribus, acetum tepidum adhibui, vngens omnes partes aduſtas, fragmentis linteorum in aceto madefactis circitèr viciès, deindè curatus eſt noſtro vnguento contrà ignem; oculi iam clauſi erant, & aliqua pars labiorum cadendo cæſa erat, ità vt ſublimior remanſerit, cæterùm liber euaſit; cicatrices malæ fuerunt, quia pellis iam deerat, ſed facies omninò noua videbatur.

Ibidem. *Fractura Oſſium.* *Obſeru. 65.*

DIe 3. Maij filius Sancti Nerolæ trium annorum ex quadam ſcala cecidit valdè ſublimi, ità vt à circumſtantibus tamquàm mortuus brachijs exceptus fuerit, atque hoc modo finè verbo quadrantem tranſiuit. Theodorus frater meus omnem nauauit operam, & coxendicem in fruſtrà fractam inuenit, linteoque inuoluit vnà cùm noſtro

noſtro emplaſtro talem ad vſum accomodato, non tantùm verò ex pedis partibus, quàm toto corpore fractus erat. Bis in die canis rubei balſamo vngebat, quia puer nullo modo, ſiuè vlla parte corporis quieſcere poterat; acceſſit febris, & ſic iuſsimus aquam nigri corticis, vbi alicornu infuſum fuerat quadrantis ſpatio; ſupradicto ſpatio vſi ſunt aliquibus diebus, & ſpatio 24. dierum abſque vlla læſione ambulabat.

Ibidem. *Species Pleuritidis.* *Obſeru. 66.*

DIe 8. Maij filius Caroli Molitoris Reatini annorum 2. à duobus diebus agitabatur a febre vehementi, & maximo dolore in parte ſiniſtra coſtarum. Vnxi eum oleo Antepleuritico, & ſuprà ſtomachum ceratum quoddam contrà vermes; iuſsi ipſum bibere aquam cardi ſancti, addita infuſione vnicornu multotiès, & duobus diebus è cubili liber è morbo ſurrexit.

Ibidem. *Dolor in Hypocondrijs cùm Tuſſi.* *Obſeru. 67.*

EOdem die Leonardus Licentia annorum 49. patiebatur dolores hypocondriacos, & tuſsim maximam. Vinum petijt Calicis Chymici, & bibit ad unc: 6.; multa per os, & per ſeceſſum euacuauit, & adeò leuatus eſt, ut omnium admiratione paucis diebus à tuſsi, & omnibus alijs morbis relictus fuerit.

Ibidem. *Punctura dumi malignata.* *Obſeru. 68.*

PEtrus Blanchinus annorum 24., temperamenti mixti, transfixus fuerat in manu à pungenti dumo, & quia ipſe, abſque eò quòd illum uideret, manum exercuerat laboribus, tumefacta indurabatur, nec ipſam ullo modo, non ſolùm adhibere, ſed neque mouere poterat. Vidi ego, & ad curandam aliqua adhibui fumenta, & madefeci; ſed nihil profuit; iuſsi indè Balſamum bezoard: tr bus vicibus, & trium dierum ſpatio exorti ſunt tres nigri tumores, unus in pollice, & alteri duo in manus tergo; hauſi ſanguinem à brachio ad unc: 6., deindè compoſui defenſiuum Galeni, quod brachio adhibui, & ſuprà carbones uſus ſum noſtris trochiſcis, nec magis creuerunt; ſequenti die tumuerant, ſed unguento dialthææ, theriacæ, oleo Philoſophorum, bufonis, antimonij dulcis, & uitelli ouorū maturati ſunt, & ſeptem diebus conualuit bis uinum Calicis bibens.

Ibidem. *Morſus Viperinus.* *Obſeru. 69.*

DIe 14. Maij Magdalena Caroli Buccacci annorum 18. à dente uiperino icta fuit inter digitum anularem, & medium, dùm in aruis triticum mundabat. Tumefacta eſt manus, & brachium, & quadrantis ſpatio acceſſerunt nonnullæ ſyncopationes, & ſomnus profundus. Illicò ducta fuit ad me pænè mortua, ſtatimque partem illam excarnificaui, & cucurbitulam applicui ad malè affectum humorem extrahendum. Ore iuſsi ſumere unicornu drag: 1., unà cùm theriaca, ſupràque eandem partem appoſui unicornu, & theriacam. Tota dies, & nox tranſiuit, nec à ſomno remouere ipſam poterant, adeò ut frater meus Theodorus per totam terram illa nocte euehi iuſſerit; altero autem manè noſtri contraueneni illi datæ ſunt Riuerriani drag: 2., & ſuprà partem affectam applicatum fuit; indè hauſtus eſt ab eodem brachio ſanguis, & ibi appoſitum unguentum ad uſum Galeni, atque ideò benè tranſiuit. In ſequenti die uinum Calicis ſumpſit, & duodeciès euacuauit ſpumam mucilaginoſam, & optimè ſe habuit.

Ibidem. *Cancer in Tibia.* *Obſeru.* 70.

DIe 19. Maij Narciſſus annorum 29. Romæ fuerat, & porrum magnum tanquam nummum argenteum habebat in cruribus nigrum, & durum, itâ vt Romæ ſummoperè creuerit, & à multis Medicis, & Chyrurgis prò cancro habitus eſt, nec aliquis illum mederi voluit; reuerſus in Patriam ad me eſt ductus, ipſumque hoc modo curaui. Adhibui vnguentum Patris Gabrielis Ferraræ prò cancris, quod etiam prò Patritia Valentini iuuit; hoc vnguentum porrum iam exulceratum moderauit, illudque leuauit ardorem; poſteà trochiſcum noſtrum cauſticalem accomodaui iuxtà morbi magnitudinem, & maximo dolore ſuſtulit 24. horis. In ſequenti die dictum vnguentum adhibui, oleum bufonis, & oleum antimonij, & per os iuſsi dandum pharmacum nomine Catharticum vitriolatum ad gr: 14., multaque adnſta euacuauit; indè præbui Panaceæ Antimonialis gr: 10. ſemèl in manè, ſeptem dierum ſpatio, & iuſsi alium trochiſcum dari iuxtà primi magnitudinem, & illum integrum extraxit, tandèm mundificatum, & incarnatum eſt vulnus noſtro balſamo.

Ibidem. *Epilepſia in Puella.* *Obſeru.* 71.

DIe 20. Maij Maria filia Franciſci Buceacci annorum 14., temperamenti mixti, & imbecillis pluribus ab hinc annis epilepſiam patiebatur, & bis, vel tèr in die in terram cadebat iuxtà accidentis euentum; ſentiebat à pede tremorem vnà cùm terrore moueri, & ſtatìm violentèr ad caput aſcendere, nec priùs ſuper terram poterat accomodari, ſed præceps impellebatur multiſque agitabatur tumultuantibus geſtis exeunte de ore ſpuma. Præbui vinum Calicis, & parùm euomuit; in ſequenti die ſumpſit electuarium compoſitum puluere guttetæ de Riuerio ideſt ℞: pulueт: guttet: drag: 3., lign: ſanct:, hellebori, fæcul: brioniæ, aron:, ſemin: palm: Chriſti, vnicorn: an: drag: 1., mellis q: ſ: ad electuarium conficiendum, cuius ſumebat quotidiè drag: 1. ß. tàm manè quàm veſpere; fiebant vnctiones noſtro balſamo canis rubei ſuper nucam, ſpinalem medullam, & pedes; per ſeptem dies concedebatur purgans, ideſt Cathartic: vitriolat: drag: ß., & aliquando vinum Calicis. Quadraginta diebus hoc electuarium repetiuit, nec ampliùs cadebat, ſed tantùm aliquantulùm vertigines patiebatur cùm omnium ſtupore. Ipſamet Iuuenis toto capite tinea laborabat cùm putredine ad altitudinem medij digiti, & nondùm menſtrua paſſa fuerat. Caput paulatìm capillis omninò caruit, & oleo bufonis, & vnguento prò tinea Patris Ferraræ curata fuit. Prò ſupradicto morbo alia remedia adhibui, ideſt ſemin: peoniæ, radic: eiuſdem, flor: tiliar:, lign: quercin:, betonic:, artetic: puluerat: an: drag: 2., cran: human: in puluer: redact:, ſemin: palm: Chriſti, ſtercoris pauonis fæminæ, fæcul: brioniæ drag: 1., puluer: fixi Antimonij Patris Baſilij Valentini an: drag: ß. in manè, & ſic ſana euaſit à tinea, & epilepſia, & tunc ceciderunt capilli de capite eius; attamen trium menſium ſpatio innouati alij pulcherrimi germinarunt, immò hoc etiam conſiderandum, quod ab initio morbi pallida, puſillæ ſtaturæ, indiſpoſita, & turpis erant, & trium menſium ſpatio pulcherrima euaſit, adeòque ſtatura creuit, carne, & colore, vt trium annorum maior videretur. Hoc temporis interuallo in menſtrua ſoluta eſt vberrimè, pectus ſummoperè creuit, indèque tranſacto anno peperit.

Ibidem. *Tumor in pede.* *Obſeru.* 72.

GRegorius Liberatus annorum 36. dumo transfixus tumorem in pede dextero maximo cùm dolore patiebatur. Tumor hic venenoſus erat, & multis vnctionibus maturatiuis nolebat matureſcere, immò ſcaturiginem duterum carbonum ibi præmonſtrabat; iamque nigra euaſerat caro, maximoque ſomno vexabatur. Adhibiti ſunt duo noſtri trochiſci contrà carbones; atque applicatum tumoribus, & circùm vleus ce-

ratum

tatum diaquilonis cùm gumma, & theriaca incorporatis, & totus perunctus fuit balſamo alexipharmaco Riueriano; ore guſtauit noſtrum contrauenenum, vnà cùm vnicornu drag: 5., trochiſci detinuerunt, ne multùm ampliùs creſceret, & fecerunt eſcaram; cerato factum eſt, quod exierunt duo folliculi, quę erant radices malignitatis, deindè noſtro vnguento baſilico Chymico, & incarnatiuo diebus duodecim optimè valuit.

Ibidem. *Dolores Artetici.* *Obſeru.* 73.

EOdem die Dominicus Pallozzus faber annorum 34., temperamenti mixti, multis ab hinc annis dolores patiebatur arteticos ità vt corpus eſſet tali mixtura plenum. Præterea venator erat, & ſæpè ſudabat abſque eò quòd ſubuculam mutaret. Sumpſit noſtrum vinum Reguli ad vnc:8., in quo poſitũ fuit lignum ſanctum helleboratum, & cortic: ligni ad vnc: 3., ſaſſafras manip: ß:, ſenæ vnc: 4., ſalſæ noſtralis manip: 4., aniſ:, cynnamom:, grani paradiſi, ſemin: cardi ſancti vnc: 1.; hæc omnia infuſa fuerunt tribus diebus, ipſorumque ſumebat vnc: 2. in manè; adhibitæ ſunt etiam vnctiones cùm noſtro balſamo canis rubei ſuper omnes dolores, quo vſu ſalutem adeptus eſt.

Ibidem. *Febris Continua.* *Obſeru.* 74.

VAlentinus Hieronymi Venturæ octo ab hinc diebus vexabatur febre continua, hic autem erat naturæ validæ, annorum 28., multaque paſſus fuerat in carceribus incommoda, ideòque laborabat febre; ſumpſit ſcrup: ß: cathartici noſtri mixti cùm gutta gummæ, & euacuauit ſepties, & febris ſubitò euanuit.

Ibidem. *Oppilatio ex ſuppreſſione Menſtruorum.* *Obſeru.* 75.

DIe 30: Maij Maria Annibalis de Cruce annorum 24. eneruata, & pallida febriculam patiebatur continuam tanquàm hericam; menſtrua neſciebat, & ità ſe habebat, vt ampliùs deambulare nequiret ob laſsitudinem magnam crurium, & vndiquè obſtructiones ſentiebat, præcipuè in ſtomacho, & erat miſerrima. Præbui vinum Calicis ad vnc: 6., ſed parùm profuit, adhibui decocta compoſita herbis aperitiuis, & fomentis veſpere cùm herbis aromaticis meis ſolitis in partibus vteri; poſt quinque dies iterùm eumdem vinum iuſsi, cæpitque aliquo modo habere pauliſpèr ſolatij, & ità ambulabat, menſtrua autem non emanabant; iterauit potionem ſupradictorum decoctorum, & vſus ſum extracto ſplenis bouis Crollij in eodem decocto ad vnc: ß: prò vice in ſeptem dies, neque vllum apparuit iuuaminis ſignum. Cæpi à vicinis de vita illius ſciſcitari, audiuique quotidiè eam gypſum edere; non mirum igitur, ſi talem ferebat colorem; repetiui iterùm eundem vinum, & ceratum noſtrum ſtomachale adhibui ſtomacho, iubens eam domi claudi, multùm reprehendens de tali comeſtione; ipſa verò ſpopondit numquàm ampliùs talem cibum ſumpturam, excuſando ſè non credidiſſe ſibi tanti futurum eſſe detrimenti. Accomodaui fæcul: aron: vnc: 4., brioniæ dragm: 1., ſal: calybis compoſiti ſpiritu vitrioli, puluer: ariſtolochiæ rotundæ, baccarum lauri, herbæ turcicæ, ſal: artemiſiæ, & matricariæ an: drag: 2., mel: quantum ſufficit ad formandum electuarium, de quo ſumebat drag: 2. quotidiè, manè, & veſpere. Vſa eſt etiam fumentis multis diebus, illique apparuerunt menſtrua, atque aliquantùm conualuit, attamen aliquid patiebatur in ſtomacho, & deſijt dolor, ſcilicèt oppilatio, & ab hypocondrijs durities.

Ibidem.

Ibidem. *Vlcus Varicale.* *Obſeru. 76.*

DIe 8. Iunij Anna filia Magiſtri Petri Ludouici annorum 29. multis ab hinc annis patiebatur plagam qualitatis malignæ in crure, & erat varicalis, quoniam in eodem crure oſtendebat multas venas tumidas, & maximas. Hæc erat temperamenti humidi, & mixti, & quia menſtrua non patiebatur multis ab hinc annis pallidiſsima erat; iuſsi decocta radicibus quinque compoſita aperitiuis, & fumenta ſuprad.cta in alia Obſeruatione, & ſumpſit vinum Calicis Chymici bis, deindè facta eſt ſectio ſaphænæ, & poſt tres dies adhibitum fuit cauterium fæmori oppoſito varici, & menſtrua decucurrerunt ſufficienti copia; plaga curata fuit vnguentis abſterſiuis, & mundificatiuis; attamen ardor non poterat eſtingui; præbui vinum accomodatum ad deſiccandum, quod eſt ſcriptum à Quercetano contrà mala antiqua, ſicut in pagina 342. cuiuſdam Empirici Germani, qui 30. dierum ſpatio dictum vinum guſtauit, eodemque bis in die vulnus lauabat, vnà cùm vino Calicis Chymici, atque intùs aluminis crudi q: ſ:; infrà 30. dies vinum Calicis bis ſumpſit, atque hoc vſu vulnus euanuit, diminutæ ſunt venæ varicales, fluxerunt menſtrua, & optimè reſtituta eſt ſaluti:

Scandrilia. *Aſthma cùm Tuſſi moleſta.* *Obſeru. 77.*

DIe 8. Iunij Victoria Vxor Iohannis Franciſci Tubicenis annorum 43. laborabat tuſsi, & reſpirationis defectu ità vt ſpiritum ducere nequiret facilè multis ab hinc annis; iuſsi decoctum compoſitum ſcabioſæ manip: 2., radicum farfaræ vnc: 3., radicum enulæ campanæ vnc: 1., lentiſci, & ligni viſci quercini an: vnc: 3., paſſularum, & iuiubarum an: vnc: 5., fiat decoctum ſec: artem, cuius ſummebat vnc: 6. prò manè, & totidem prò veſpere, atque diebus quinque adhibuit decocta. Bibit vinum ex Calice Chymico ad vnc: 6., & euomuit multa putrida; iterùm poſt ſex alios dies ſumpſit, & euacuauit. In commiſſuris coronalibus gerebat ceratum capitale cùm tertia parte carabum, & optimè conualuit; impoſui tandèm cauterium coxendici, quod fuit pro præſeruatiuo.

Ibidem. *Accidens propter ſuppreſſionem menſtruorum.* *Obſeru. 78.*

DIe 17. Iunij Victoria Vxor Rubei annorum 26. dùm lintea lauaret ad flumen ſenſit ſibi menſtrua decurrere, verùm nihili faciens in aqua iacebat, quamobrèm diffu.a ſunt. Acceſsit febris, & cùm ipſa crus tumefactum eſt, & inflammatum; hauſtus eſt igitur ſanguis à ſaphæna pedis oppoſiti vnc: 7., atque adhibita refrigerantia vbi erat inflammatio, Sumpſit vinum ex Calice Chymico vnc: 7., euomuitque multa mixta & ſexties per ſeceſſum euacuauit; febris die inſequenti nullo modo recedebat, iuſsique decocta refrigerantia, inde per tres dies iterùm vinum bibit, atque ideò febris, atque ardor euanuit.

Ibidem. *Febris continua cùm dolore.* *Obſeru. 79.*

DIe 18. Iunij Magiſter Petrus Ludouici annorum 76., temperamenti bilioſi vexabatur quindecim ab hinc diebus febre continua, cùm maximo dolore capitis. Me abſente vocauerunt Theodorum fratrem meum, vt aliquantùm vini ex Calice Chymico concederet, deditque vnc: 5., quarè euomuit, & eiecit per ſeceſſum multa; aliquantum dolor capitis leuatus eſt, & altera die cucurbitulas adhibui humeris, atque conualuit abſque alijs remedijs.

Ibidem.

Ibidem. *Strumæ, & Scrophulæ.* *Obſeru. 80.*

Die eodem filius Felicitæ Andreæ annorum 8. agitabatur ſtrumis, quarum vna fracta erat, & quia puer erat humidiſsimus capite, & mæſtus, magnam patiebatur fluxionem ſanguinis, atque curatus eſt à Theodoro fratre Baſilicone noſtro, & trochiſcis ad euellendum folliculum, itaque ſumpſit vinum Calicis vnc. 4., & euomuit multa porracea, ſed exigua moleſtia. Iuſsi ego decoctum lentiſci, ligni viſci quercini, & ſcrophulariæ vnà cùm ſandalis, & bibebat cùm vino ad conſuetum dictum decoctum, & curatus eſt.

Ibidem. *Oculorum fluxio.* *Obſeru. 81.*

Die 22. Iunij Anna Maria Lupi annorum 23., temperamenti humidi, & rudis, afflicta oculis periculoſa fluxione, atque humorum quantitate acri. Frater meus me abſente adhibuit cucurbitulas humeris, deindè lateribus attrahendi cauſa humores, & hauſtus eſt ſtatim ſanguis à ſaphæna ad vnc. 10.; oculis prò collyrio adhibebat ſæpiſsimè vinum ex Calice Chymico, in quo fuerat parum vitrioli Cyprij; poſt duos dies dedit illi vini ex Calice vnc. 7., & multa euomuit, ſic etiam per ſeceſſum multa eiecit. Repetiuit iterùm per duos dies frictiones ab humeris vſque ad pedes, ideòque decucurrerunt menſtrua, ex quo euanuit fluxio abſque eò quòd oculos læderet.

Ibidem. *Febris, & tumor ſexus.* *Obſeru. 82.*

Die 6. Iulij Iohannes Ciardafellus laborabat febre continua, erat autem temperamenti mixti, annorum 46. Curatus fuit à Medico Fido vnà cùm Theodoro, hauriendo ſcilicèt ſanguinem, & quia agnoſcebantur ſigna malignitatis adhibita ſunt quatuor veſsicatoria, ſed natura tranſmiſit humorem in partem impropriam, & fuit tumor propinquus ſexui. Frater meus ſcalpro aperijt, & tribus diebus noſtro baſilico Chymico eum curauit omnium maxima circumſtantium admiratione. Ægrotus propter inualetudinem ſumpſit multa alexipharmaca, & cordialia, quarè optimè ſe habuit.

Ibidem. *Vulnus in capite cùm fractione Arteriæ.* *Obſeru. 83.*

Die 7. Iulij filius Mariæ Liuiæ Brandi annorum 5. cecidit ex ſcala, & caput percuſsit in ſaxum, quarè patuerunt duæ cicatrices, altera ſuprà auriculam, atque altera apud commiſſuram coronalem; arteria fracta erat, & cicatrices ambæ difficiles, quia os contuſum erat; arteria, & cicatrices curatæ fuerunt noſtro balſamo magiſteriali aſtringenti; quinque diebus cicatrices in vnum venerunt, & nihil aliud adhibitum ad, quam ceratum Paracelſi calaminare.

Ibidem. *Carbones.* *Obſeru. 84.*

Die 8. Iulij Franciſcus Paſtor pecudum tumorem in pede patiebatur, & orti ſunt duo carbones nigri; illicò adhibiti ſunt trochiſci contrà carbones, atque vnxit partem illam ſplenio mucilaginis, & theriacæ, & fracti ſunt, quocircà concurrebant multi humores putridi in illam partem, vt quinque diebus nollent cedere. Bibit vinum ex Calice, & poſt illam perturbationem tribus diebus optimè curatus eſt cerato calaminari Paracelſi.

Ibidem.

Ibidem. *Carbones.* *Obſeru.* 85.

DIe 9. Iulij Domina Barbara Lupi annorum 33. afflicta à carbone in manu, quorum multi anno illo percurrebant. Adhibitus eſt trochiſcus ad magnitudinem bullæ, deindè vnctiones mucilaginis vnà cùm theriaca, itàque carbo apertus eſt, deindè curata fuit noſtro vng: baſil: Chym:, ore ſumpſit vinum Calicis, nàm loco illo tanti faciebant Calicem iſtum, vt impoſsibile exiſtimaretur abſque illius ſumptione ſalutem adipiſci, immò ipſi ægri vi ipſum guſtandum expetebant. Fuerunt circitèr 36. homines, qui eo tempore laborauerunt his carbonibus nigris, & malignis, vnà cùm febre, & ſomno, qualitate quoque periculoſis; omnes curati ſunt facilimè vſu ſupradictorum trochiſcorum, & ſimul maturatiuis herbis, vnà cùm rebus contrà venenum, & vt caro naſceretur vbi erant dicti carbones, & roborandi cauſa partem illam, nihil aliud adhibitum eſt, quàm noſtrum baſilicum Chymicum.

Ibidem. *Pleuritis.* *Obſeru.* 86.

DIe ipſo Franciſcus Græcus annorum 46., temperamenti mixti, & aduſti, pauperrimus ægrotauit rigore frigoris, ſed ſimul acceſsit pungentiſsimus dolor in mamma ſiniſtra, vt ſpiritum ampliùs ducere non poſſet. Habitus eſt vt flatus, ideòque peruntctus fuit oleo amygdalorum dulcium, verùm nihil diminutus eſt dolor; obſeruaui indè pulſum eſſe ferinum, ſputum rude, & cruentum, ſpirationem difficilem, & vrinam immaturam, omnia nempè ſigna Pleuritidis, ſed tempus calidiſsimum. Die inſequenti ipſa eadem patebant ſigna, & ex communi vena ſanguinis vnc: 6. extrahi iuſsi, qui omninò putridus erat, ex alio quoque brachio totidem extrahi eodem veſpere, qui eo modo ac primus putridus erat; per os iuſsi ſummere ſyr: reſtriger: ideſt ſyr: de pomis, de liquiritia, de hibiſco, de violis ſimplicibus, de acri citrino, & de ſcordio an: vnc: 1., in quo poſui extracti Antipleuritici, bezoardici Ionialis, mineralis, vnicornu, ſal: prunellæ an: drag: ſſ., miſce, & cap: lambendo; dolor nihilominùs non recedebat; quamobrèm adhibui vnctiones pectorales, & duas antipleuriticas noſtras ſaponis, & ſic aliqua parte leuatus eſt dolor; quarto indè die bibit vinum Calicis, & euomuit multa mixta, multaque per ſeceſſum; quinto die mediocriùs ſe habuit; ſexto conualuit omninò, & febris euanuit. Scio vinum illum vituperandum à multis, ſed in his magnas vidi optimas operationes.

Ibidem. *Tumor in Mamma.* *Obſeru.* 87.

DIe ipſo antedicto Magdalena Fœlicis annorum 19. virgo paſſa fuit tumorem in mamma, & quia in virginibus pauca iſtorum malorum cernuntur, maximè erat ſuſpectum; verùm hoc procedebat à quadam menſtruorum oppreſsione. Compoſita ſunt nonnulla emplaſtra maturatiua vſque quò profilijt, deindè oleo vitelli oui, ol: ceræ, ol: therebinthino, ol: Antimonij dulcis, ol: myrrhæ, & ſpiritu camphuræ, & ceræ q: ſ: ad conſtructionem vnguenti curata eſt ſex diebus.

Ibidem. *Febris Catarrhoſa Acuta.* *Obſeru.* 88.

DIe 19. Iulij Magiſter Paulus Palloccius annorum 72. vexabatur à febre catarrhoſa, quæ vt plùrimùm occidit ſenes. Poſſum equidem teſtari vt maximum prodigium, ſalutem huius ſenis; habebat enìm pulſum languidum, & intermittentem cùm pituita reſpirationi oppoſita, cùm febre continua, & ſignis acutis; ſæpè delirabat, & quaſi amens agitabatur. Eo tempore illùc venerat cohors Collis Veteris, nempè ſatellites, & in carcerem duxerunt eius nepotem, vt verò concederetur, quòd abſque vinculis

culis

culis duci poſſet, Cancellarius poſcebat pignus, & quia nocte antecedenti nepotes vt ſe ipſos defenderent, curauerant quoque fugere, vnus inter alios peſsimè vulneratus eſt. Miſer ille ſenex ferè obmutuit talibus nuncijs; filij autem illius ſponſionem dederunt ſe ipſos, ſuaque bona prò ſuis conſobrinis, & Cancellarius votum etiam popoſcit ſenis, vbi ego aderam, ità vt manum eius vi ſuper cartham imponerent, nec quid facere ſciret, nec quid reſponderet, & tandèm conualuit. Remedia autem adhibita ſunt hæc; cucurbitulæ humeris reciſæ; me abſente etiam ab Anna noſtra conſanguinea datum fuit vinum Calicis ad vnc:4., quarè euomuit venenoſam bilem,& per ſeceſsum ſimilia. Indè dedi ſpiritus panis vnc: 1., eſſentiæ corticum citrinorum, compoſiti cordialis, elexir proprietatis an: drag: 1., ſyr: acet:, de pomis an: vnc: 2., m:, & cap: cochlear vnum prò vice, & tèr in die; epictyma cordialis adhibita eſt, atque iterùm replicatum fuit ſecundum compoſitum, & bis hæc cordialia; optimè tandèm conualuit; mirum dictu.

Ibidem. *Febris Continua.* *Obſeru.* 89.

DIe 21. Iulij Dominicus Palloccius annorum 76. ægrotabat febre continua, & plenitudine pituitæ; voluit vinum Calicis, & illicò febris euanuit, & quinque dierum ſpatio liber deambulabat.

Ibidem. *Febris Maligna.* *Obſeru.* 90.

DIe eodem Anna Palloccia annorum 24., temperamenti imbecillis, & virgo ægrotabat febre continua, & maligna, hanc verò paſſa fuit ſeptem diebus, tertio ſcilicèt afflicta eſt quadam conuulſione, quæ timorem in omnes mouit ne ipſa efſocata moriretur, & eodem tempore menſtrua actualitèr patiebatur. Tunc ipſe non aderam, ſed Frater meus vnà cùm Medico Fido acceſsit; adhibitæ ſunt ex parte Medici nonnullæ vnctiones nucæ, & ſpondilibus etiam, ore pillulæ, & à pede hauſtus ſanguis. Pillulæ parùm profuerunt, ideòque febris eò magis aucta eſt; veſperè etiam paſſa fuit nonnullas ſincopationes, vt Theodorus iuſſerit iulep: gem:, tincturæ policreſtæ, alexipharmaci, eſſent: cort: citri an: prò quolib: cùm aced: citri vnc: 2:. Lingua nigra euaſerat, vrina viridacea, pulſus frequens, & languidus. Acceſsi ego, & dedi Aureati noſtri correcti grs 6., crem: vitrioli gr: 3., euacuauit ſextiès magnam vermium quantitatem. Præterita conuulſio os indirectum illi reliquerat, quarè ſequenti die hauriri ſanguinem iuſsi à brachio dextero vnc: 4., qui putridus erat; nucæ, & ſpinali medullæ adhibitum ol: canis rubei, vnà cùm balſamo apopletico Riuerij, quibus vngebat quoque ſæpè maxillas, quarè ſuum in locum regreſſæ ſunt. Pertimeſcebant nouam futuram conuulſionem quippè lingua ſeruabat nigredinem, nec os patere poterat, ideòque iuſsi veſsicatoria cruribus, & brachijs; per os verò dedi compoſitum alexipharmacum, ideſt: ℞: conſeru: acr: citr:, roſarum, violarum, flor: borraginis an: vnc: 1., pulu: contrà vermes, pulu: alexipharm: an: dr: 1., bez: Ioual:, miner: an: drag: 5., trochiſc: trium noſtror: alexipharm: an: ſcrup: 2., ſal: prunel: perl: drag: 1., m:, & cap: tèr in die, & iam adhibitæ ſunt epictymæ cordiales cordi; in vndecimo die eadem paſſa eſt menſtrua vberrima, nec tribus diebus vnquàm diſceſſerunt; quia verò ſufferre non poterat ſupradictam compoſitionem in reiterationem, ideò liquida illi data ſunt, nempè tincturæ policreſtæ, balſ: vitæ, ſpir: cortic: citri, Panaceæ liquidæ, elex: vitæ, elex: proprietatis an: g: 12., ſyr: de ſcord:, de acet:, de pom: an: vnc: 1. ſſ:, ſpiritus panis vnc: 1., aq: cort: nigr:, borrag:, roſarum an: vnc: 6., hæc omnia mixta ſumebat; diſceſsit febris ſed debilem adeò reliquit, vt futura videretur febris hetica, non poterat enim vires reſumere, quamobrèm verebamur aliquantum febriculæ remanſiſſe. Adhibui ceratum noſtrum ſtomachale, & quindecim diebus ſumpſit per os feculæ aronis drag: ſſ:, vnicornu ſcrup: 1., crem: ſulph: g: 4., ſal: prunel:, coral: an: ſcrup: ſſ:, ſpec: diarrhod: abbatis ſcrup: ſſ:, m:, & cap: in conſeru: borragin:, ità vt benè ſe habuerit, & pinguior euaſerit.

ctis fecibus reguli, & cùm iiſdem fumentis bis, aut tèr in die madefaciebat partes, & prouocatæ ſunt hæmorrhoides, & menſtrua in ſufficienti quantitate, ſicque ſanata eſt.

Ibidem. *Lues Venerea.* *Obſeru. 47.*

EOdem tempore curaui multos tàm maſculos, quàm fœminas à lue Venerea vexatos, aliquos cùm bubonibus, & gonorrhæis inueteratis, aliquos cùm vlceribus malignis in pudendis, aliquos cùm vlceribus malignis, acribus, & mordacibus, corroſiuiſque in ore, vulua, & ano. Speciebus medicamentorum vſus ſui, quibus in alijs Obſeruationibus in talibus morbis.

In Terra Moriconis. *Febris Cauſonis.* *Obſeru. 48.*

DIe 20. Martij Iuuenis Ruſticus nomine Dominicus Sauini annorum 24., temperamenti inter calidum, & ſiccum, ſed fortis, ægrotabat febre continua, ità vt duorum dierum ſpatio febris magnitudo non agnoſceretur, nec principium, nec augumentum, nec ſtatus, nec declinatio. Vrina erat aliquantulùm cruda, pulſatilis vena vehemens, plena, vndoſa, frequens; acerbè laborabat capite, vita eius doloribus, humeri flatibus vexabantur, accenſa maximè facies, plenæque venæ. Clyſterium ipſi impoſitum fuit cùm ſectione baſilicæ ad vnc: 10. ſanguinis, attamen febris, nec ardentior, nec humilior eodem modo, ipſiſque ſignis miſerum premebat; altera die ſumpſit vinum Calic: Chymici ad vnc: 8., multaque mixta euomuit, & ſextiès per ſeceſſum euacuauit, & febris euanuit.

Ibidem. *Febris Cauſonis.* *Obſeru. 49.*

EOdem die in Montorio Nerolæ Angela Fabricij filia miſerrima annorum 32., biliosi temperamenti die ſexto Iunij ab acerrima febre continua aggreſſa eſt, & quia menſtrua iam diſperſa erant, præter febrem continuam vrina rubea, & rudis erat, pulſus frequens, ac vndoſus, facies rubeſcens, atque inflammata; dolore capitis cruciabatur, ſiti maxima laborabat, & ex deficientia Chyrurgi ab ipſa hauriri ſanguinem impoſſibile fuit, vndè ſecunda morbi die præbui Aureat: noſtri in roſarum conſerua gr: 4., paulòque poſt multa porracea euomuit, ac per ſeceſſum tèr multa fætida euacuauit, quamobrèm eodem die meliùs ſe habuit. Sequenti die dedi vinum Calic: Chymic: ad vnc: 5., atque denuò multa per ſeceſſum eiecit, atque ipſa nocte menſtrua abundantèr aperta ſunt, priſtinæque reſtituta ſaluti.

Multi, & multi egeni vſum habuerunt ſumendi in medicamenta ob paupertatem vinum Calicis, Aureatum, Calomelanum, ſeù Antifebrile, cùm quibus abſque alia ſumptione optimè ſanati fuerunt.

Scandrilia. *Pleuritis.* *Obſeru. 50.*

DIe 25. Martij Ludouica Orlandi annorum 65. vexabatur tribus ab hinc diebus dolore in latere ſiniſtro reſpondente parti oppoſitæ, cùm febre, tuſſi moleſta, atque continua, nec poterat quidquam ex ore ſpuere, ſed tantummodò vi exibat ſputum crudum, tenax, & magna anxietate, ità vt reſpirare nequiret, & pulſus pungens erat, & frequens. Viſa eſt à Theodoro fratre meo, qui eo tempore ibi morans iuſſit hauriri ſanguinem à brachio ſiniſtro ad vnc: 6., qui erat putrefactus, deindè ſtatuit fieri duo ſplenia, ſcilicèt noſtra vſualia dicta Antepleuritica vnà cùm ſapone, ſcilicèt vnum calidum poſitum fuit parti dolenti, & vnum oppoſitæ parti. Iuſſit clyſteria, & cucurbitulas in humeris, & per os ſumptionem pomi Quercetani vnà cùm thure, additis Aureati noſtri diaphore-

photetici, ſal: prunel: an: g: 12., & ſic ſudauit aliquantulùm; replicatum poſteà fuit idem pomum, magiſque ſudauit, ità vt febris cęperit diminui, ſicut & dolor, & ardor ceſſauit. Indè iuſſi ego ad coctionem eius cruditatis oximel: compoſ:, confect: ex decoct: ſcabioſæ, farfarellæ an: pug: 2., fæniculi, & florum violarum pug: 1., mellis quantùm ſufficit, & acetum; quinque dierum ſpatio hoc pharmacum adhibuit, & magnam à pectore extraxit humorum quantitatem, & benè ſe habuit.

Ibidem. *Ptherigia in oculo.* *Obſeru. 51.*

EOdem die Iohanna Egidij Teſtæ annorum 12. varolarum cauſa impediebatur oculò ſiniſtro duabus maculis, quæ ſimul coeuntes pupillam occupabant, ità vt nihil penitùs per illum oculum cerneret. Cùm graue malum eſſet, iuſſi parti occipitis cucurbitulam imponi, & optimè eam ſcarificari, vt fluxio remoueretur; deindè eadem hora applicatæ ſunt humeris, & poſteà renibus abſque ſanguine, vt humor attraheretur. Sequenti die vinum Calicis Chymici præbui ad vnc: 4., poſtque duas horas parùm euomuir, ſed multa per ſeceſſum euacuauit. Iuuenis ipſa quartana febre anteà laborauerat, quamobrèm ſupradicti vini purgatio neceſſaria maxima erat; deindè ſequens collyrium factum fuit ℞: vini infuſi in Calice Chymico vnc: 3., vitriol: Cypr: ſcrup: 3., infundatur vſque coloratum ſit, & vtere frigidi tèr, aut quatèr in die g: 2., vel 4., aut 5. prò vice, & in 20. diebus omninò liberata fuit.

Ibidem. *Schirantia.* *Obſeru. 52.*

DOmina Barbara Lupa annorum 33. laborabat ſtomachi perturbatione, vomitibuſque bilioſis, & mixtis; eius gula adeò inflammata, & accenſa, vt glutire non poſſet, laborabatque febre. Illicò ſanguinem à brachio extrahi iuſſi, deindè à ſaphæna eodem die, attamen gulæ inflammatio eodem modo firma nihil remedia patiebat. Sole occidente clyſterium commune cùm vino Calicis iuſſi, & eodem veſpere adhibitum eſt emplaſtrum gulæ nidi hirundinum, ſicut conſuetum, deindè poſuimus cucurbitulas humeris, & gargariſmata ſæpè vſualia; fuerunt repetita tèr clyſteria cùm vino Calicis, ſicque emanarunt vberrimè menſtrua, & liberata eſt.

Ibidem. *Pleuritir.* *Obſeru. 53.*

DIe 30. ſupradicti Archileus Ludouici ruſticus annorum 27. ægrotabat febre, grauique dolore in parte dextera pungentiſſimo cùm ſignis quinque à Galeno declaratis de Pleuritide exquiſita. A brachio dextero ſanguinem hauriri iuſſi ad vnc: 9., qui corruptus, & putridus erat; prætereà dati ſunt ſyr: pectorales de pomis, liquiritiæ, althææ, & violarum an: vnc: 1., papauerorum vnc: 2.; ità etiam vnctiones ſuprà pectus vnguenti pectoralis, buthyri, & ſuprà folij braſsicæ tepidi; adhibita quoque ſunt noſtra ſplenia antepleuritica cùm ſapone ſuprà partem dolentem, ſicut & in oppoſita; nihilominùs breuiſsimæ vitæ ſigna præbebat ægrotus, habebat enim oculum vitreum, atque horridum, pulſum ſerinum, ac frequentem cùm reſpirationis deficientia. Iuſsi ſumere per os prætèr pharmaca prædicta lambitiua, duo poma cùm thure decocta more Quercetani, addito ſulphur: diaphoretici gr: 15., vnicorn:, ſal: prunel: an: dr: ß., at in ſequenti die peiùs ſe habebat; fuerunt extractæ vnc: 6. ſanguinis à brachio, attamen funeralia ipſi parabantur. Fuit iterùm data compoſitio ſubſcripta: ℞: ſyr: de pomis, de papau: an: vnc: 1., de viol: vnc: 2., extract: noſtri Antipleuritic: dragm: 2., m:, & cap: cochlear vnum prò vice tèr, aut quatèr in die; acerbiſsimè diem illum tranſegit ſignis euidentiſsimis mortis ſemper delirando. Nocte adhibita ſunt clyſteria communia cùm additione vini Calicis Chymici ad vnc: 8., & tèr euacuauit multa fætentiſsima; in ſequenti die fumenta ſudoriſera facta ſunt in cubili herbis aromaticis ad vſum noſtrum alibi deſcri-

ptum, quocircà in maximum ſudorem erumpens, ceſſantibus ſymptomatibus optimè conualuit.

Multi pauperes talibus ſudoriferis fumentis conualuerunt celerrimè, vbi vires reſiſtere potuerunt.

Ibidem. *Scabies cùm Febre.* *Obſeru. 54.*

MIchael Brandus ruſticus annorum 55. laborabat febre continua multis ab hinc diebus, & prætèr febrem tali circumdabatur ſcabie, vt dùm in cubili volueretur pellem linteis affixam relinqueret. Præbui vinum Calicis Chymici ad vnc: 6., & poſt duos dies ſectionem venæ dexteri brachij à qua fuerunt extractæ vnc: 8. ſanguinis, & facti ſunt decocti alterati fumariæ, ſcabioſæ, borraginis, lupulorum; prò vnctione vnguentum dabatur ſumendo ſucci fumariæ vnc: 6., ſucci foliorum leandræ vnc: 3., olei roſati, & ceræ quantum ſufficit, & f: vnguentum ſec: art:, & ſic quinquiès ſe vnxit, liberque à febre euaſit.

Ibidem. *Grauiditas vndecim menſium cùm Cancro in mammis.* *Obſeru. 55.*

DIe 7. Aprilis Maria Liuia Brandi ann: 29. cùm vndecim ab hinc menſibus eſſet grauida, ſicut ipſa, aliæque fœminæ affirmabant, quia hoc tempore malè ſe longis febribus habuerat, orta fuerat hypoſarcha, hoc eſt facies, brachia, pectus, cruraque tumuerant, ideòque ob exiguas vires partum in lucem edere non poterat, ſicut etiam in corpore nullum infantis motum ſenſerat, ità vt ipſum iam mortuum crederet multis ab hinc diebus. Vnctionem iuſſi in omnibus partibus, vbi erat tumor de oleo bufonis, cùm oleo amygdalorum dulcium, & ſpirit: ſulphur: per os ſumenda multa cordialia præbui, intèr quæ elexir proprietatis cùm eſſentiæ abſynthij, elexir vterini an: drag: 1., balſami potabilis cordialis ſcrup: 1., ſyr: de pomis, de capill: Vener: an: vnc: 2., ſpirit: ſal: comun: g: 6., m:, & cap: in quatuor vicibus. Die ſequenti adhibui ſtomacho noſtrum ceratum ſtomachale, vnctumque fuit totum corpus, ſicut & renes oleo ſupradicto, ità vt moueri cæperit infans, & partus dolores accedere; iterùm ſupradicta cordialis compoſitio adhibita eſt, & die ſequenti filiam viuam, integraque præditam valetudine peperit. Ipſamet mulier nouem anteà partus ediderat, parùmque, quatenùs dicebat, purgata fuerat, & mala ſimul in mammis acerbiſſima experta vnà cùm plagis, vbi in ipſarum altera tumor quidam creuerat durus, liuidus, obſcurus, pungentique dolore. Hoc modo poſt partum creuit, & cancer iudicatus eſt; ſimilitèr alia mamma tumida euaſit, iuſſique multas vnctiones pomi cocti vnà cùm lacte, & panis particula, ſed fruſtrà; bibit vinum Calicis Chymici ad vnc: 5. per 15. horas infuſum, & multa aquatica euacuauit, optimèque de fœminarum more purgata eſt. Iterùm cordialia adhibita ſunt, & mammæ, vbi erat ſcyrrhus, ceratum calaminare Paracelſi applicui, in alio verò loco oleum ceræ, ſacchari, vitell: ouor:, & eſſentiæ camphoræ, ità vt benè conualuerit; per illam itaque lactem præbebat; altera verò maturationi repugnabat. Adhibui oleum Antimonij dulcis, hoc eſt tincturam croci metallorum per multos dies in partibus, per oſque accipiebat g: 20. prò vice quotidiè, & ſuper ſcytrhum, qui cæperat aliquantulùm mulceri, adhibui prædicta cerata; repetiui iterùm ad magnitudinem vnguis, indè noſtro baſilico Chymico addita ibi tinctura Antimonij 18. diebus conualuit. Iterata eſt potio vini Calicis bis in diebus 16. tumores quoque manè, & veſpere eodem vino lauabat, ex quo integræ reſtituta eſt ſaluti, & ex hypoſarca, & tumoribus naturales obtinuit colores, optimèque filiam aluit, quod re vera mirabile extitit.

Ibidem.

Ibidem. Dolor Stomachi cùm ſyncopationibus ob menſtruorum retentionem. Obſeru. 56.

EOdem die Vrſula Saluenſis annorum 26. ob menſtrua retenta vexabatur maximis ſtomachi doloribus, & ſæpiſſimè ſyncopationes patiebatur, quæ ipſi maximè cor occupabant. Iuſſi vinum Calicis Chymici infuſum per horas 24., parùmque euomuit, at peradmodùm dolorem minuit; altera die denuò ipſum potauit, & multa per aluum eiecit, menſtrua abundanter emanarunt, & optimè conualuit.

Ibidem. Vertigo. Obſeru. 57.

EOdem die Victorinus Scoccia Saltator ſæpiſſimè ſcotomiam patiebatur, ità vt multotiès multo temporis ſpatio penè ſtupidus euaderet. Præbui vinum Calicis Chymici ad vnc: 8., multaque per ſeceſſum euacuauit, & euomuit, ex quo tribus alijs annis, quibus illic moratus ſum, numquam ampliùs vertigines paſſus eſt.

Ibidem. Dolores Articulares. Obſeru. 58.

DIe 8. Aprilis Iohannes Franciſcus Buccettus annorum 23., temperamenti mixti, doloribus affligebatur artericis in quacunque iunctura quatuor ab hinc menſibus, ità vt pedibus difficillimè niti poſſet. Accomodaui quinque infuſiones vini noſtri in Calice ad doſem librar: 4. in totum, & intùs addidi lign: ſanct:, cortic: eiuſd: an: vnc: 3., ſalſæ noſtralis vnc: 5., lentiſc:, ſandal: citrin:, lign: viſc: quercin: vnc: ſſ:, ſem: card: ſanct:, gran: paradiſi, fænicul:, cynnamom: an: vnc: 1., hermodactil:, agaric: an: vnc: ſſ:, ſenæ oriental: vnc: 2.; hæc omnia infuſa fuerunt in ſupradicto vino quatuor dierum ſpatio, deindè ſemèl prò manè ipſius vini vnc: 4. bibebat, tèr euacuabat in die, & veſpere faciebat vaporaria ſicca herbis aromaticis in proprio cubili, deindè partes dolentes vngebat noſtro balſamo canis rubei, & adhibuit vaporaria quinque diebus veſpertinis, & nouem diebus vinum, deindè bibit vinum Calicis ſupradicti ad vnc: 6., optimèque ſe habuit abſque vlla oſtenſione.

Ibidem. Hypocondriacus deſtructus. Obſeru. 59.

DIe 14. Aprilis Felix Lucius annorum 48., temperamenti mixti, & corporis cachomici, ruſticus miſerrimus, quatuor ab hinc annis maximos patiebatur dolores ſtomachi, & hypocondriacos, quibus malum in flatum peruenerat, cùm tuſſi maxima, & pituita plurima ob damna, quæ patiebatur in aruis. Iuſſi vinum Calicis Chymici ad vnc: 8., multaque per os, perque ſeceſſum eiecit, deindè præbui puluerem radic: aron: præparat: more Quercetani vnc: 2., puluer: baccar: lauri vnc: 1., puluer: angelicæ, carlinæ, vincetoſſic: an: dragm: 5., cynnamom:, vnicorn:, ſal: tartar: vitriolati an: drag: 2., fuerunt hæc omnia mixta, & ſumebat drag: 1. in vino infuſam, indè præbui lac caprinum, & liberatus eſt.

Ibidem. Aſthma. Obſeru. 60.

DIe 16. Aprilis Lucia Ancilla Pyrrhi Pallantis annorum 36., temperamenti bilioſi, debilis, & mali habitus, antiquitùs anguſtiam reſpirationis patiebatur. Hæc vinum Calicis Chymici ſumpſit, multaque euomuit, adeò vt aliquantulùm à morbo ſubleuata fuerit; indè præbui per 15. dies extract: tuſſilaginis, & ſcabioſæ an: dragm: 5., flor: ſulphur: drag: 1., fæcul: brioniæ, & aron: an: drag: 2., m:, & cap: hæc quotidiè, ſicque conualuit.

Ibidem. *Strumæ.* *Obſeru. 61.*

DIe 24. Aprilis filius Iacobi Torquati annorum 12., temperamenti humidi, & mixti, per admodùm vexabatur in capite à ſtrumis, quarum vna profunda erat, ſed quia corpus malè ſe agebat materiam igneam euacuabat, & follicula profunda habebat. Adhibui ceratum in partibus dictum calaminare Paracelſi, & ſuprà folliculum noſtrum trochiſcum cauſticalem ità vt duorum dierum ſpatio exierint follicula ab apertis. Adhibui ſupradictos trochiſcos in duabus alijs ſtrumis, & ità illam quoque extraxerunt; curatus indè eſt à me balſamo incarnatiuo noſtro, iuſsique ore ſumere decocta ligni lentiſci, ligni viſci quercini, & 14. diebus conualuit.

Ibidem. *Dislocatio Articuli.* *Obſeru. 62.*

IO: Baptiſta Colantonius annorum 28. propter caſum ſibi brachium fregit, & ob vim iunctura eiuſdem manus è ſuo loco ſeceſsit. Ipſemet, & meus frater accomodauimus iuncturam, & fracturam, indè adhibito cerato noſtro ad tales cauſas, abſque alijs remedijs ſanatus eſt.

Ibidem. *Carbo Malignus.* *Obſeru. 63.*

DIe 26. Aprilis Franciſcus Blanchinus annorum 22., irritatus ob callum, quem patiebatur in manu, adeò malum creuit, vt nigra omninò manus euaſerit, caroque porroſa creuerat, & incipiebat à monte Lunæ occupans concauum manus, montemque Iouis, & Saturni. Adhibitum eſt in hoc morbo oleum Antimonij corroſiui, ne in peius euaderet, quoniam intèr hæc olea, & ſplenia roborantia cæpit deficere tumor, & manus nigredo, & ſupradictis oleis curatus fuit quinque diebus, deindè adh bitum eſt oleum Antimonij dulcis, oleum myrrhæ, oleum ceræ, oleum vitell: ouor:, oleum therebint:, & vnguent: baſilicon, & quamuis vſque ad oſſa caro aperta, & fracta eſſet, attamen 9. diebus optimè conualuit.

Ibidem. *Caſus in Ignem.* *Obſeru. 64.*

PVer trium menſium filius Dominici Picaroni, cùm à matre apud ignem in cunabulis relictus fuiſſet, dùm ipſa ad cubiculum pergeret, capite medio in ignem cecidit, atque ità combuſtus eſt in tota facie, oculis, & fronte vſque ad connexuras coronales. Dùm igitur reuerſa eſt mater puerum inuenit facie, & penè capite aſſatum, cùmque carbones cuti adnexi eſſent, rudis mulier incompium accepit linteum remouendi cauſa carbones; verùm cùm carbonibus totam pellem euulſit à puero, ità vt monſtrum videretur. Vocatus ego ſtatim, leuandi cauſa puerum, atcendique à metu, & clamoribus, acetum tepidum adhibui, vngens omnes partes aduſtas, fragmentis linteorum in aceto madefactis circitèr viciès, deindè curatus eſt noſtro vnguento contrà ignem; oculi iam clauſi erant, & aliqua pars labiorum cadendo cæſa erat, ità vt ſublimior remanſerit, cæterùm liber euaſit; cicatrices malæ fuerunt, quia pellis iam deerat, ſed facies omninò noua videbatur.

Ibidem. *Fractura Oſſium.* *Obſeru. 65.*

DIe 3. Maij filius Sanct: Nerolæ trium annorum ex quadam ſcala cecidit valdè ſublimi, ità vt à circumſtantibus tamquàm mortuus brachijs exceptus fuerit, atque hoc modo ſinè verbo quadrantem tranſiuit. Theodorus frater meus omnem nauauit operam, & coxendicem in fruſtrà fractam inuenit, linteoque inuoluit vnà cùm noſtro

noſtro

noſtro emplaſtro talem ad vſum accomodato, non tantùm verò ex pedis partibus, quàm toto corpore fractus erat. Bis in die canis rubei balſamo vngebat, quia puer nullo modo, ſiuè vlla parte corporis quieſcere poterat; acceſsit febris, & ſic iuſsimus aquam nigri corticis, vbi alicornu infuſum fuerat quadrantis ſpatio; ſupradicto ſpatio vſi ſunt aliquibus diebus, & ſpatio 24. dierum abſque vlla læſione ambulabat.

Ibidem. *Species Pleuritidis.* *Obſeru: 66.*

DIe 8. Maij filius Caroli Molitoris Reatini annorum 2. à duobus diebus agitabatur à febre vehementi, & maximo dolore in parte ſiniſtra coſtarum. Vnxi eum oleo Antepleuritico, & ſuprà ſtomachum ceratum quoddam contrà vermes; iuſsi ipſum bibere aquam cardi ſancti, addita infuſione vnicornu multotiès, & duobus diebus è cubili liber è morbo ſurrexit.

Ibidem. *Dolor in Hypocondrijs cùm Tuſſi.* *Obſeru. 67.*

EOdem die Leonardus Licentia annorum 49. patiebatur dolores hypocondriacos, & tuſsim maximam. Vinum petijt Calicis Chymici, & bibit ad unc: 6.; multa per os, & per ſeceſſum euacuauit, & adeò leuatus eſt, ut omnium admiratione paucis diebus à tuſsi, & omnibus alijs morbis relictus fuerit.

Ibidem. *Punctura dumi malignata.* *Obſeru. 68.*

PEtrus Blanchinus annorum 24., temperamenti mixti, transfixus fuerat in manu à pungenti dumo, & quia ipſe, abſque eò quòd illum uideret, manum exercuerat laboribus, tumefacta indurabatur, nec ipſam ullo modo, non ſolùm adhibere, ſed neque mouere poterat. Vidi ego, & ad curandam aliqua adhibui fumenta, & madefeci; ſed nihil profuit; iuſsi indè Balſamum bezoard: tribus vicibus, & trium dierum ſpatio exorti ſunt tres nigri tumores, unus in pollice, & alteri duo in manus tergo; hauſi ſanguinem à brachio ad unc: 6., deindè compoſui defenſiuum Galeni, quod brachio adhibui, & ſuprà carbones uſus ſum noſtris trochiſcis, nec magis creuerunt; ſequenti die tumuerant, ſed unguento dialthææ, theriacæ, oleo Philoſophorum, bufonis, antimonij dulcis, & uitelli ouorum maturati ſunt, & ſeptem diebus conualuit bis uinum Calicis bibens.

Ibidem. *Morſus Viperinus.* *Obſeru. 69.*

DIe 14. Maij Magdalena Caroli Buccacci annorum 18. à dente uiperino icta fuit inter digitum anularem, & medium, dùm in aruis triticum mundabat. Tumefacta eſt manus, & brachium, & quadrantis ſpatio acceſſerunt nonnullæ ſyncopationes, & ſomnus profundus. Illicò ducta fuit ad me pænè mortua, ſtatimque partem illam excarnificaui, & cucurbitulam applicui ad malè affectum humorem extrahendum. Ore iuſsi ſumere unicornu drag: 1., unà cùm theriaca, ſupràque eandem partem appoſui unicornu, & theriacam. Tota dies, & nox tranſiuit, nec à ſomno remouere ipſam poterant, adeò ut frater meus Theodorus per totam terram illa nocte euehi iuſserit; altero autem manè noſtri contrauenení illi datæ ſunt Riucriani drag: 2., & ſuprà partem affectam applicatum fuit; indè hauſtus eſt ab eodem brachio ſanguis, & ibi appoſitum unguentum ad uſum Galeni, atque ideò benè tranſiuit. In ſequenti die uinum Calicis ſumpſit, & duodeciès euacuauit ſpumam mucilaginoſam, & optimè ſe habuit.

Ibidem. *Cancer in Tibia.* *Obſeru.* 70.

DIe 19. Maij Narciſſus annorum 29. Romæ fuerat, & porrum magnum tanquam nummum argenteum habebat in cruribus nigrum, & durum, ità vt Romæ ſummoperè creuerit, & à multis Medicis, & Chyrurgis prò cancro habitus eſt, nec aliquis illum mederi voluit; reuerſus in Patriam ad me eſt ductus, ipſumque hoc modo curaui. Adhibui vnguentum Patris Gabrielis Ferraræ prò cancris, quod etiam prò Patritia Valentini iuuit; hoc vnguentum porrum iam exulceratum moderauit, illudque leuauit ardorem; poſteà trochiſcum noſtrum cauſticalem accomodatū iuxtà morbi magnitudinem, & maximo dolore ſuſtulit 24. horis. In ſequenti die dictum vnguentum adhibui, oleum bufonis, & oleum antimonij, & per os iuſsi dandum pharmacum nomine Catharticum vitriolatum ad gr: 14., multaque aduſta euacuauit; indè præbui Panacææ Antimonialis gr: 10. ſemèl in manè, ſeptem dierum ſpatio, & iuſsi alium trochiſcum dari iuxtà primi magnitudinem, & illum integrum extraxit, tandèm mundificatum, & incarnatum eſt vulnus noſtro balſamo.

Ibidem. *Epilepſia in Puella.* *Obſeru.* 71.

DIe 20. Maij Maria filia Franciſci Buccacei annorum 14., temperamenti mixti, & imbecillis pluribus ab hinc annis epilepſiam patiebatur, & bis, vel tèr in die in terram cadebat iuxtà accidentis euentum; ſentiebat à pede tremorem vnà cùm terrore moueri, & ſtatim violentèr ad caput aſcendere, nec priùs ſuper terram poterat accomodari, ſed præceps impellebatur multiſque agitabatur tumultuantibus geſtis exeunte de ore ſpuma. Præbui vinum Calicis, & parùm euomuit; in ſequenti die ſumpſit electuarium compoſitum puluere guttetæ de Riuerio ideſt ℞: puluer: guttet: drag: 3., lign: ſanct:, hellebori, fæcul: brioniæ, aron:, ſemin: palm: Chriſti, vnicorn: an: drag: 1., mellis q: ſ: ad electuarium conficiendum, cuius ſumebat quotidiè drag: 1. ſſ: tàm manè quàm veſpere; fiebant vnctiones noſtro balſamo canis rubei ſuper nucam, ſpinalem medullam, & pedes; per ſeptem dies concedebatur purgans, ideſt Catharric: vitriolat: drag: ſſ:, & aliquando vinum Calicis. Quadraginta diebus hoc electuarium repetiuit, nec ampliùs cadebat, ſed tantùm aliquantulùm vertigines patiebatur eùm omnium ſtupore. Ipſamet Iuuenis toto capite tinea laborabat cùm putredine ad altitudinem medij digiti, & nondùm menſtrua paſſa fuerat. Caput paulatim capillis omninò caruit, & oleo bufonis, & vnguento prò tinea Patris Ferraræ curata fuit. Prò ſupradicto morbo alia remedia adhibui, ideſt ſemin: peoniæ, radic: eiuſdem, flor: tiliar:, lign: quercin:, betonic:, artetic: puluerat: an: drag: 2., cran: human: in puluer: redact:, ſemin: palm: Chriſti, ſtercoris pauonis fæminæ, fæcul: brioniæ drag: 1., puluer: fixi Antimonij Patris Baſilij Valentini an: drag: ſſ. in manè, & ſic ſana euaſit à tinea, & epilepſia, & tunc ceciderunt capilli de capite eius; attamen trium menſium ſpatio innouati alij pulcherrimi germinarunt, immò hoc etiam conſiderandum, quod ab initio morbi pallida, puſillæ ſtaturæ, indiſpoſita, & turpis erant, & trium menſium ſpatio pulcherrima euaſit, adeòque ſtatura creuit, carne, & colore, vt trium annorum maior videretur. Hoc temporis interuallo in menſtrua ſoluta eſt vberrimè, pectus ſummoperè creuit, indèque tranſacto anno peperit.

Ibidem. *Tumor in pede.* *Obſeru.* 72.

GRegorius Liberatus annorum 36. dumo transfixus tumorem in pede dextero maximo cùm dolore patiebatur. Tumor hic venenoſus erat, & multis vnctionibus maturatiuis nolebat matureſcere, immò ſcaturiginem duorum carbonum ibi præmonſtrabat; iam nigra euaſerat caro, maximoque ſomno vexabatur. Adhibiti ſunt duo noſtri trochiſci contrà carbones; atque applicatum tumoribus, & circùm vlcus cetatum

ratum diaquilonis cùm gumma, & theriaca incorporatis, & totus perunctus fuit balſamo alexipharmaco Riueriano; ore guſtauit noſtrum contrauenenum, vnà cùm vnicornu drag: 5., trochiſci detinuerunt, ne multùm ampliùs creſceret, & fecerunt eſcaram; cerato factum eſt, quod exierunt duo folliculi, quę erant radices malignitatis, deindè noſtro vnguento baſilico Chymico, & incarnatiuo diebus duodecim optimè valuit.

Ibidem. *Dolores Artetici.* *Obſeru.* 73.

EOdem die Dominicus Pallozzus faber annorum 34., temperamenti mixti, multis ab hinc annis dolores patiebatur arteticos ità vt corpus eſſet tali mixtura plenum. Prætereà venator erat, & ſæpè ſudabat abſque eò quòd ſubuculam mutaret. Sumpſit noſtrum vinum Reguli ad vnc:8., in quo poſitũ fuit lignum ſanctum helleboratum, & cortic: ligni ad vnc: 3., ſaſſafras manip: ſſ:, ſenæ vnc: 4., ſaliæ noſtralis manip: 4., aniſ:, cynnamom:, gran: paradiſi, ſemin: cardi ſancti vnc: 1.; hæc omnia infuſa fuerunt tribus diebus, ipſorumque ſumebat vnc: 2. in manè; adhibitæ ſunt etiam vnctiones cùm noſtro balſamo canis rubei ſuper omnes dolores, quo vſu ſalutem adeptus eſt.

Ibidem. *Febris Continua.* *Obſeru.* 74.

VAlentinus Hieronymi Venturæ octo ab hinc diebus vexabatur febre continua, hic autem erat naturæ validæ, annorum 28., multaque paſſus fuerat in carceribus incommoda, idcòque laborabat febre; ſumpſit ſcrup: ſſ: cathartici noſtri mixti cùm gutta gummæ, & euacuauit ſeptiès, & febris ſubitò euanuit.

Ibidem. *Oppilatio ex ſuppreſſione Menſtruorum.* *Obſeru.* 75.

DIe 30. Maij Maria Annibalis de Cruce annorum 24. eneruata, & pallida febriculam patiebatur continuam tanquàm heticam; menſtrua neſciebat, & ità ſe habebat, vt ampliùs deambulare nequiret ob laſsitudinem magnam crurium, & vndiquè obſtructiones ſentiebat, præcipuè in ſtomacho, & erat miſerrima. Præbui vinum Calicis ad vnc: 6., ſed parùm profuit, adhibui decocta compoſita herbis aperitiuis, & fomentis veſpere cùm herbis aromaticis meis ſolitis in partibus vteri; poſt quinque dies iterùm eumdem vinum iuſsi, cæpitque aliquo modo habere pauliſpèr ſolatij, & ità ambulabat, menſtrua autem non emanabant; iterauit potionem ſupradictorum decoctorum, & vſus ſum extracto ſplenis bouis Crollij in eodem decocto ad vnc: ſſ: prò vice in ſeptem dies, neque vllum apparuit iuuaminis ſignum. Cæpi à vicinis de vita illius ſciſcitari, audiuique quotidiè eam gypſum edere; non mirum igitur, ſi talem ferebat colorem; repetiui iterùm eundem vinum, & ceratum noſtrum ſtomachale adhibui ſtomacho, iubens eam domi claudi, multùm reprehendens de tali comeſtione; ipſa verò ſpopondit numquàm ampliùs talem cibum ſumpturam, excuſando ſe non credidiſſe ſibi tanti futurum eſſe detrimenti. Accomodaui fecul: aron: vnc: 4., brioniæ dragm: 1., ſal: calybis compoſiti ſpiritu vitrioli, puluer: ariſtolochiæ rotundæ, baccarum lauri, herbæ turcicæ, ſal: artemiſiæ, & matricariæ an: drag: 2., mel: quantum ſufficit ad formandum electuarium, de quo ſumebat drag: 2. quotidiè, manè, & veſpere. Vſa eſt etiam fomentis multis diebus, illique apparuerunt menſtrua, atque aliquantùm conualuit, attamen aliquid patiebatur in ſtomacho, & deſijt dolor, ſcilicèt oppilatio, & ab hypocondrijs durities.

Ibidem.

Ibidem. *Vlcus Varicale.* *Obſeru. 76.*

DIe 8. Iunij Anna filia Magiſtri Petri Ludouici annorum 29. multis ab hinc annis patiebatur plagam qualitatis malignæ in crure, & erat varicalis, quoniam in eodem crure oſtendebat multas venas tumidas, & maximas. Hæc erat temperamenti humidi, & mixti, & quia menſtrua non patiebatur multis ab hinc annis pallidiſsima erat; iuſsi decocta radicibus quinque compoſita aperitiuis, & fumenta ſuprad:cta in alia Obſeruatione, & ſumpſit vinum Calicis Chymici bis, deindè facta eſt ſectio ſaphænæ, & poſt tres dies adhibitum fuit cauterium fæmori oppoſito varici, & menſtrua decucurrerunt ſufficienti copia; plaga curata fuit vnguentis abſterſiuis, & mundificatiuis; attamen ardor non poterat eſtingui; præbui vinum accomodatum ad deſiccandum, quod eſt ſcriptum à Quercetano contrà mala antiqua, ſicut in pagina 342. cuiuſdam Empirici Germani, qui 30. dierum ſpatio dictum vinum guſtauit, eodemque bis in die vulnus lauabat, vnà cùm vino Calicis Chymici, atque intùs aluminis crudi q: ſ:; infrà 30. dies vinum Calicis bis ſumpſit, atque hoc vſu vulnus euanuit, diminutæ ſunt venæ varicales, fluxerunt menſtrua, & optimè reſtituta eſt ſaluti.

Scandrilia. *Aſthma cùm Tuſſi moleſta.* *Obſeru. 77.*

DIe 8. Iunij Victoria Vxor Iohannis Franciſci Tubicenis annorum 41. laborabat tuſsi, & reſpirationis defectu ità vt ſpiritum ducere nequiret facilè multis ab hinc annis; iuſsi decoctum compoſitum ſcabioſæ manip: 2., radicum farfaræ vnc: 3., radicum enulæ campanæ vnc: 1., lentiſci, & ligni viſci quercini an: vnc: 3., paſſularum, & iuiubarum an: vnc: 5., fiat decoctum ſec: artem, cuius ſummebat vnc: 6. prò manè, & totidem prò veſpere, atque diebus quinque adhibuit decocta. Bibit vinum ex Calice Chymico ad vnc: 6., & euomuit multa putrida; iterùm poſt ſex alios dies ſumpſit, & euacuauit. In commiſſuris coronalibus gerebat ceratum capitale cùm tertia parte carabum, & optimè conualuit; impoſui tandèm cauterium coxendici, quod fuit pro præſeruatiuo.

Ibidem. *Accidens propter ſuppreſſionem menſtruorum.* *Obſeru. 78.*

DIe 17. Iunij Victoria Vxor Rubei annorum 26. dùm lintea lauaret ad flumen ſenſit ſibi menſtrua decurrere, verùm nihili faciens in aqua iacebat, quamobrèm diffuſa fuêre. Acceſsit febris, & cùm ipſa crus tumefactum eſt, & inflammatum; hauſtus eſt igitur ſanguis à ſaphæna pedis oppoſiti vnc: 7., atque adhibita refrigerantia vbi erat inflammatio, ſumpſit vinum ex Calice Chymico vnc: 7., euomuitque multa mixta & ſexties per ſeceſſum euacuauit; febris die inſequenti nullo modo recedebat, iuſsique decocta refrigerantia, indè per tres dies iterùm vinum bibit, atque ideò febris, atque ardor euanuit.

Ibidem. *Febris continua cùm dolore.* *Obſeru. 79.*

DIe 18. Iunij Magiſter Petrus Ludouici annorum 76., temperamenti bilioſi vexabatur quindecim ab hinc diebus febre continua, cùm maximo dolore capitis. Me abſente vocauerunt Theodorum fratrem meum, vt aliquantùm vini ex Calice Chymico concederet, deditque vnc: 5., quarè euomuit, & eiecit per ſeceſſum multa; aliquantum dolor capitis leuatus eſt, & altera die cucurbitulas adhibui humeris, atque conualuit abſque alijs remedijs.

Ibidem.

Ibidem. *Strumæ, & Scrophulæ.* *Obſeru.* 80.

Die eodem filius Felicitæ Andreæ annorum 8. agitabatur ſtrumis, quarum vna fracta erat, & quia puer erat humidiſsimus capite, & mæſtus, magnam patiebatur fluxionem ſanguinis, atque curatus eſt à Theodoro fratre Baſilicone noſtro, & trochiſcis ad euellendum folliculum, itaque ſumpſit vinum Calicis vnc. 4., & euomuit multa porracea, ſed exigua moleſtia. Iuſsi ego decoctum lentiſci, ligni viſci quercini, & ſcrophulariæ vnà cùm ſandalis, & bibebat cùm vino ad conſuetum dictum decoctum, & curatus eſt.

Ibidem. *Oculorum fluxio.* *Obſeru.* 81.

Die 22. Iunij Anna Maria Lupi annorum 23., temperamenti humidi, & rudis, afflicta oculis periculoſa fluxione, atque humorum quantitate acri. Frater meus me abſente adhibuit cucurbitulas humeris, deindè lateribus attrahendi cauſa humores, & hauſtus eſt ſtatim ſanguis à ſaphæna ad vnc. 10.; oculis prò collyrio adhibebat ſæpiſsimè vinum ex Calice Chymico, in quo fuerat parum vitrioli Cyprij; poſt duos dies dedit illi vini ex Calice vnc. 7., & multa euomuit, ſic etiam per ſeceſſum multa eiecit. Repetiuit iterùm per duos dies frictiones ab humeris vſque ad pedes, ideòque decucurrerunt menſtrua, ex quo euanuit fluxio abſque eò quòd oculos læderet.

Ibidem. *Febris, & tumor ſexus.* *Obſeru.* 82.

Die 6. Iulij Iohannes Ciardaſellus laborabat febre continua, erat autem temperamenti mixti, annorum 46. Curatus fuit à Medico Fido vnà cùm Theodoro, hauriendo ſcilicèt ſanguinem, & quia agnoſcebantur ſigna malignitatis adhibita ſunt quatuor veſsicatoria, ſed natura tranſmiſit humorem in partem improprịam, & fuit tumor propinquus ſexui. Frater meus ſcalpro aperijt, & tribus diebus noſtro baſilico Chymico eum curauit omnium maxima circumſtantium admiratione. Ægrotus propter inualetudinem ſumpſit multa alexipharmaca, & cordialia, quarè optimè ſe habuit.

Ibidem. *Vulnus in capite cùm fractione Arteriæ.* *Obſeru.* 83.

Die 7. Iulij filius Mariæ Liuiæ Brandi annorum 5. cecidit ex ſcala, & caput percuſsit in ſaxum, quarè patuerunt duæ cicatrices, altera ſuprà auriculam, atque altera apud commiſſuram coronalem; arteria fracta erat, & cicatrices ambæ difficiles, quia os contuſum erat; arteria, & cicatrices curatæ fuerunt noſtro balſamo magiſteriali aſtringenti; quinque diebus cicatrices in vnum venerunt, & nihil aliud adhibitum ad quam ceratum Paracelſi calaminare.

Ibidem. *Carbones.* *Obſeru.* 84.

Die 8. Iulij Franciſcus Paſtor pecudum tumorem in pede patiebatur, & orti ſunt duo carbones nigri; illicò adhibiti ſunt trochiſci contrà carbones, atque vnxit partem illam ſplenio mucilaginis, & theriacæ, & fracti ſunt, quocircà concurrebant multi humores putridi in illam partem, vt quinque diebus nollent cedere. Bibit vinum ex Calice, & poſt illam perturbationem tribus diebus optimè curatus eſt cerato calaminari Paracelſi.

Ibidem.

Ibidem. *Carbones.* *Obſeru.* 85.

DIe 9. Iulij Domina Barbara Lupi annorum 33. afflicta à carbone in manu, quorum multi anno illo percurrebant. Adhibitus eſt trochiſcus ad magnitudinem bullæ, deindè vnctiones mucilaginis vnà cùm theriaca, itàque carbo apertus eſt, deindè curata fuit noſtro vng: baſil: Chym:, ore ſumpſit vinum Calicis, nàm loco illo tanti faciebant Calicem iſtum, vt impoſsibile exiſtimaretur abſque illius ſumptione ſalutem adipiſci, immò ipſi ægri vi ipſum guſtandum expetebant. Fuerunt circitèr 36. homines, qui eo tempore laborauerunt his carbonibus nigris, & malignis, vnà cùm febre, & ſomno, qualitate quoque periculoſis; omnes curati ſunt facilimè vſu ſupradictorum trochiſcorum, & ſimul maturatiuis herbis, vnà cùm rebus contrà venenum, & vt caro naſceretur vbi erant dicti carbones, & roborandi cauſa partem illam, nihil aliud adhibitum eſt, quàm noſtrum baſilicum Chymicum.

Ibidem. *Pleuritis.* *Obſeru.* 86.

DIe ipſo Franciſcus Græcus annorum 46., temperamenti mixti, & aduſti, pauperrimus ægrotauit rigore frigoris, ſed ſimul acceſsit pungentiſsimus dolor in mamma ſiniſtra, vt ſpiritum ampliùs ducere non poſſet. Habitus eſt vt flatus, ideòque perunctus fuit oleo amygdalorum dulcium, verùm nihil diminutus eſt dolor; obſeruaui indè pulſum eſſe ſerinum, ſputum rude, & cruentum, ſpirationem difficilem, & vrinam immaturam, omnia nempè ſigna Pleuritidis, ſed tempus calidiſsimum. Die inſequenti ipſa eadem patebant ſigna, & ex communi vena ſanguinis vnc: 6. extrahi iuſsi, qui omninò putridus erat, ex alio quoque brachio totidem extrahi eodem veſpere, qui eo modo ac primus putridus erat; per os iuſsi ſummere ſyr: reſtriger: ideſt ſyr: de pomis, de liquiritia, de hibiſco, de violis ſimplicibus, de acri citrino, & de ſcordio an: vnc: 1., in quo poſui extracti Antipleuritici, bezoardici Ionialis, mineralis, vnicornu, ſal: prunellæ an: drag: ſſ., miſce, & cap: lambendo; dolor nihilominùs non recedebat; quamobrèm adhibui vnctiones pectorales, & duas antipleuriticas noſtras ſaponis, & ſic aliqua parte leuatus eſt dolor; quarto indè die bibit vinum Calicis, & euomuit multa mixta, multaque per ſeceſſum; quinto die mediocriùs ſe habuit; ſexto conualuit omninò, & febris euanuit. Scio vinum illum vituperandum à multis, ſed in his magnas vidi optimas operationes.

Ibidem. *Tumor in Mamma.* *Obſeru.* 87.

DIe ipſo antedicto Magdalena Fœlicis annorum 19. virgo paſſa fuit tumorem in mamma, & quia in virginibus pauca iſtorum malorum cernuntur, maximè erat ſuſpectum; verùm hoc procedebat à quadam menſtruorum oppreſsione. Compoſita ſunt nonnulla emplaſtra maturatiua vſque quò proſilijt, deindè oleo vitelli oui, ol: ceræ, ol: therebintbino, ol: Antimonij dulcis, ol: myrrhæ, & ſpiritu camphuræ, & ceræ q: ſ: ad conſtructionem vnguenti curata eſt ſex diebus.

Ibidem. *Febris Catarrhoſa Acuta.* *Obſeru.* 88.

DIe 19. Iulij Magiſter Paulus Palloccius annorum 72. vexabatur à febre catarrhoſa, quæ vt plùrimùm occidit ſenes. Poſſum equidem teſtari vt maximum prodigium, ſalutem huius ſenis; habebat enim pulſum languidum, & intermittentem cùm pituita reſpirationi oppoſita, cùm febre continua, & ſignis acutis; ſæpè delirabat, & quaſi amens agitabatur. Eo tempore illùc venerat cohors Collis Veteris, nempè ſatellites, & in carcerem duxerunt eius nepotem, vt verò concederetur, quòd abſque vin-

culis duci poſſet, Cancellarius poſcebat pignus, & quia nocte antecedenti nepotes vt ſe ipſos defenderent, curauerant quoque fugere, vnus inter alios peſsimè vulneratus eſt. Miſer ille ſenex ferè obmutuit talibus nuncijs; filij autem illius ſponſionem dederunt ſe ipſos, ſuaque bona prò ſuis conſobrinis, & Cancellarius votum etiam popoſcit ſenis, vbi ego aderam, ità vt manum eius vi ſuper cartham imponerent, nec quid facere ſciret, nec quid reſponderet, & tandèm conualuit. Remedia autem adhibita ſunt hæc; cucurbitulę humeris reciſæ; me abſente etiam ab Anna noſtra conſanguinea datum fuit vinum Calicis ad vnc: 4., quarè euomuit venenoſam bilem, & per ſeceſsum ſimilia. Indè dedi ſpiritus panis vnc: 1., eſſentiæ corticum cittinorum, compoſiti cordialis, elexir proprietatis an: drag: 1., ſyr: acet:, de pomis an: vnc: 2., m:, & cap: cochlear vnum prò vice, & tèr in die; epictyma cordialis adhibita eſt, atque iterùm replicatum fuit ſecundum compoſitum, & bis hæc cordialia; optimè tandèm conualuit; mirum dictu.

Ibidem. *Febris Continua.* *Obſeru. 89.*

DIe 21. Iulij Dominicus Palloccius annorum 76. ægrotabat febre continua, & plenitudine pituitæ; voluit vinum Calicis, & illicò febris euanuit, & quinque dierum ſpatio liber deambulabat.

Ibidem. *Febris Maligna.* *Obſeru. 90.*

DIe eodem Anna Palloccia annorum 24., temperamenti imbecillis, & virgo ægrotabat febre continua, & maligna, hanc verò paſſa fuit ſeptem diebus, tertio ſcilicèt afflicta eſt quadam conuulſione, quæ timorem in omnes mouit ne ipſa eſfocata moriretur, & eodem tempore menſtrua actualitèr patiebatur. Tunc ipſe non aderam, ſed Frater meus vnà cûm Medico Fido acceſsit; adhibitæ ſunt ex parte Medici nonnullæ vnctiones nucæ, & ſpondilibus etiam, ore pillulæ, & à pede hauſtus ſanguis. Pillulæ parùm profuerunt, ideòque febris eò magis aucta eſt; veſperè etiam paſſa fuit nonnullas ſimcopationes, vt Theodorus iuſſerit iulep: gem:, tincturæ policreſtæ, alexipharmaci, eſſent: cort: citri an: prò quolib: cùm acred: citri vnc: 2:. Lingua nigra euaſerat, vrina viridacea, pulſus frequens, & languidus. Acceſsi ego, & dedi Aureati noſtri correcti gra 6., crem: vitrioli gr: 3., euacuauit ſextiès magnam vermium quantitatem. Prætèrita conuulſio os indirectum illi reliquerat, quarè ſequenti die hauriri ſanguinem iuſsi à brachio dextero vnc: 4., qui putridus erat; nucæ, & ſpinali medullæ adhibitum ol: canis rubei, vnà cùm balſamo apopletico Riuerij, quibus vngebat quoque ſæpè maxillas, quarè ſuum in locum regreſſæ ſunt. Pertimeſcebant nouam futuram conuulſionem quippè lingua ſeruabat nigredinem, nec os patere poterat, ideòque iuſsi veſsicatoria cruribus, & brachijs; per os verò dedi compoſitum alexipharmacum, ideſt: ℞: conſeru: acr: citr:, roſarum, violarum, flor: borraginis an: vnc: 1., pulu: contrà vermes, pulu: alexipharm: an: dr: 1., bez: Iouial:, miner: an: drag: 5., trochiſc: trium noſtror: alexipharm: an: ſcrup: 2., ſal: prunel: perl: drag: 1., m:, & cap: tèr in die, & iam adhibitæ ſunt epictymæ cordiales cordi; in vndecimo die eadem paſſa eſt menſtrua vberrima, nec tribus diebus vnquàm diſceſſerunt; quia verò ſufferre non poterat ſupradictam compoſitionem in reiteratione, ideò liquida illi data ſunt, nempè tincturæ policreſtæ, balſ: vitæ, ſpir: cortic: citri, Panacææ liquidæ, elex: vitæ, elex: proprietatis an: g: 12., ſyr: de ſcord:, de acet:, de pom: an: vnc: 1. ſſ:, ſpiritus panis vnc: 1., aq: cort: nigr:, borrag:, roſarum an: vnc: 6., hæc omnia mixta ſumebat; diſceſsit febris ſed debilem adeò reliquit, vt futura videretur febris hetica, non poterat enìm vires reſumere, quamobrèm verebamur aliquantum febriculæ remanſiſſe. Adhibui ceratum noſtrum ſtomachale, & quindecim diebus ſumpſit per os feculæ atonis drag: ſſ:, vnicornu ſcrup: 1., crem: ſulph: g: 4., ſal: prunel:, coral: an: ſcrup: ſſ:, ſpec: diarrhod: abbatis ſcrup: ſſ:, m:, & cap: in conſeru: borragin:, ità vt benè ſe habuerit, & pinguior euaſerit.

D *Ibidem.*

Ibidem. *Febris Putrida Maligna.* *Obſeru. 91.*

DIe 23. Iulij filius Pauli Palmieri annorum 5, maximè laborabat febre putrida, & dubium erat de eius vita, nàm os claudebat, nec quidquam guſtare volebat, quàm aquam; multotiès exanimis cadebat ſymptomaticè, & obmúteſcebat quaſi mortuus; iuſſi clyſteria lactis cùm melle, & ſuprà ſtomachum vng: contrà vermes, ſicut etiam ſuprà vmbilicum; cordi verò adhibebatur eſſent: cortic: citri. Per os ſummebat aquam ſcorzoneræ, tutæ caprar: an: vnc: 6.; ſpiritus vitrioli g: 6., vnicornu infuſ:, & ſic per ſeceſſum multos vermes eiecit, ceſſauit febris, & non ampliùs ſemianimis cadebat.

Aquæ ſupradictæ, & ſimiles, ſicut etiam aq: coct: cùm gramin: infuſo vnicornu eo anno, & multis alijs concedebantur malis puerorum, & equidem miracula expertus ſum millia; ità etiam vſus prædictorum clyſter:, & vng: contrà vermes, ſicut & ceratorum noſtrorum vſualium contrà vermes.

Ibidem. *Scyrrhus in Collo.* *Obſeru. 92.*

DIe 23. Iulij Martha Herculis annorum 64., ſed ſortis, diù paſſa fuerat ſcyrrhum in collo, nempè intèr gulam, & collum, directiuè oppoſitum auriculæ apud venas iugulares, & arterias; hoc tempore euaſerat aliquantùm liquidus, & obſcurus, dolore pungenti, & mordenti; ex partibus cernebantur nigræ venæ, hùc, atque illùc ferri, & affligebatur etiam dolore acerbiſſimo capitis continuo; prædictum ſcyrrhum optimè agnoſcebatur erumpere velle, & magni erat periculi; ipſe ego itaque, & Frater meus Theodorus quid faciendum conſuluimus, & curare illam placuit, habitis priùs noſtris declarationibus, ipſa enìm mori, aut viuere per nos volebat. Compoſitum fuit ceratum diaquil: magn: cùm gummis vnc: 2., & hoc diffundebatur in fragmento lintei, ſuprà verò pellem fragm: lint:, & ſuprà hoc ceratum, quod comp: erat canrharides drag: 1., euphorb:, & ſem: ſynapran: dragm: ſſ:, m:; per os ſumpſit vini ex Calice vnc: 6., & euomuit multa, & per ſeceſſum multa demiſit; appoſitum fuit cauterium brachio oppoſito, & à pede hauſtus eſt ſanguis; per os ſemèl in manè ſummebat g: 10. Panacææ liq: ſtibij ſcriptæ in noſtris Arcanis. Sunt etiam adhibita varia ſplenia farinæ, cùm cancris fluuiatilibus, & adipis, attamèn maxima erat ſuſpectio inflammationis, & pars erat adhibendo igni deuia, ob neruorum propinquitatem, & venarum. Compoſui iterùm ſupradict: ceratum diaquil: cùm alijs rebus; in medio perforaui ceratum, & ibi poſui trochiſcum contrà carbones ex noſtris conſuetum, leuitèr extenuatum fuit, & idem ceratum iterùm replicatum eodem in loco ſextiès, & eo tempore ægra paſſa fuit nonnullas ſyncopationes, quarè diuerſis diebus manè ſumpſit ore tincturæ politreſtæ alexipharm: drag: 6., Panacææ ſupradict: g: 10., vnà cùm vino; trochiſcus corroſit, & morbus non ampliùs creuit; deindè adhibita ſunt emplaſtra cùm cancris, additis quinque farinis cùm radicibus iridis, & aronis, ità vt malum deſierit, & incæperit exire putredo; indè talis morbus curatus fuit noſtro vng: baſilicone Chymico, & 24. diebus ſanata fuit; ſemèl iterùm ſumpſit vinum Calicis, & remanſit quædam cicatrix valdè nigra, ſed tribus annis quibus illic moratus ſum, omne ſignum euanuit, & validam duxit vitam.

Ibidem. *Dolor Colicus cum Nephritico.* *Obſeru. 93.*

DIe 24. Iulij filius Dominici Lupi annorum 14., temperamenti oſtructi, & humidi paſſus fuerat aliquibus diebus febrim quamuis non magnam, tamen nullo remedio ſe ipſam curauerat, ità vt inordinatè viuendo, malum valdè creuerit, quarè ipſo die maximos expertus eſt dolores ſtomachi, & circà vmbilicum, & renes, cùm difficultate vrinæ; iuſſi clyſteria carminatiua tria, ſed parùm vtilia; vnctiones etiam ſuprà

ſtoma-

ſtomachum quint: eſſent: roſmar:, & bacch: lauri, ſed fruſtrà; ore ſumpſit extracti Antecolici noſtri, ſal: ſaxifragiæ, ſal: cammom: an: ſcrup: 1., vnicornu dr: ſſ:, aqu: abſynth: vnc: ʒ., horæ vnius ſpatio emiſit ex ore libras 3. rerum mixtarum, & minxit multam vrinam rubem, & igneam; euanuit dolor, & die altera conualuit, nec alia ſumere voluit remedia.

Ibidem. *Colicus Dolor cùm Febre.* *Obſeru. 94.*

Die eodem Maria Cherubina Lupi annorum 35., temperamenti birioſi, tribus ab hinc diebus laborabat febre maximis cùm doloribus ſtomachi, & totius corporis, paucum autem beneficium menſtruorum experta fuerat; bìs præbui, ad dolorem remouendum, extracti noſtri Antecolici, vnicornu, herbæ turcicæ, bacch: lauri puluetiz:, cynnamomi an: drag: 5. vnà cùm conſerua borraginis, & hauſtus eſt ſanguis à ſaphæna ad vnc: 8.; dolor receſſit aliquantùm, ſed febris perſiſtebat; octaua die dedi extracti Antifeb:, quarè euomuit, atque ſextiès euacuauit, & ſic febris omninò diſceſſit.

Ibidem. *Vulnera.* *Obſeru. 95.*

Die eodem Dominicus Palloccius annorum 31. captus à ſatellitibus adeò oppreſſus fuit, vt verberibus, & punctutis in multis partibus corporis grauiſſimè vulneratus fuerit, præcipuè tempora lacerata, & contuſa cùm fractione ferè arteriæ; curatus fuit à me noſtro balſ: adſtringenti magiſteriali, & illicò operatum eſt in roborandis partibus, & conualuit è vulnere, quod iudicatum fuerat in querela mortale; cicatricibus adhibitum eſt noſtrum oleum canis rubei, & ſolutus eſt toto corpore. Eadem antecedenti nocte, qua hoc accidit, grauitèr vulneratus eſt Antonius Palloccius eius frater annorum 40. adultus; is non ſolùm percuſſus fuit multis ſcloporum ictibus, abſque pietate percutientis, ſed etiam ligno humeri fracti ſunt, vnà cùm brachijs, pectore, toto corpore, & coxendice peſſimè lacerata. Primò adhibitæ ſunt cucurbitulæ humeris, & toti corpori, totus indè oleo canis rubei perunctus fuit. Natus eſt dolor in pectore inter coſtas, ità vt reſpirare non poſſet; adhibita eſt ſectio venæ in brachio, deindè ſumenta toti corpori in cubili herbis aromaticis, & ſaxis ignitis ad noſtram conſuetudinem, & indè dicto oleo vngebatur coxendix ſed multis diebus dolorem tulit, ità vt non ampliùs deambulaturum exiſtimaretur. Ore ſumpſit vinum Calicis, & prò clyſtere decoctum commune, & optimè conualuit.

Ibidem. *Vertigines cùm paſſione Stomachi.* *Obſeru. 96.*

Die 30. Iulij Seraphinus Griſciolus annorum 54., multis ab hinc annis vertigines patiebatur cùm paſſione ſtomachi; guſtauit vinum Calicis bis alternatim, cùm decocto compoſito ex ligno viſci, lentiſco, betonica, herba Sanctæ Mariæ, & ſeptem diebus liber omninò euaſit.

Ibidem. *Epilepſia.* *Obſeru. 97.*

Die eodem filia Caroli Palmieri annorum 1. laborauit Epilepſia; adhibui aq: comp: hirundinibus Quercetani vnc: 2., extracti cranij humani, & peoniæ an: ſcrup: ſſ:, ſal: prunel: perlar:, vnicornu an: dragm: 1., & hoc ſumpſit tribus vicibus, cerato iam appoſito ſtomacho contrà vermes, & conualuit, abſque eò quòd vmquàm de illa ampliùs pateretur.

Ibidem. *Febris Maligna.* *Obſeru. 98.*

DIe eodem filia Auguſtini Orlandi annorum 2. laborabat febre maligna, & ortæ ſunt nigræ puſtulæ, & morbus grauis adeò erat vt reſpirare non poſſet, nec reſpondere; febrim ardentiſsimam patiebatur; pulſus celer erat, atque ſubtilis; antequàm erumperent puſtulæ applicata fuerat hirudo brachio, ſicut etiam vnctiones contrà vermes, & clyſteria cùm lacte, & melle, ſed morbus eò magis augebatur; compoſitum fuit conditum liquidum hoc modo ℞: aq: roſ:, florum aranc: an: vnc: 1., aq: ſcorzonigr:, bugloſsæ, acet:, ſcordij an: vnc: 3., confect: hyacinthi, alcherm: an: drag: ß:, bezoard: Iouial:, animal: an: g: 5., vnicornu, ſal: prunel: cùm unionibus an: ſcrup: 2., eſſentiæ panis, angelicæ, contrahyeruæ, theriacæ, cort: citr:, ſpirit: uitriol: an: g: 6., m:, & cap: in pluribus uicibus paulatim. Euanuerunt puſtulæ, & febris; benè itàque conualuit iam intèr mortuas adſcripta.

Ibidem. *Carbones.* *Obſeru. 99.*

DIe eodem Victoria Vxor Rubei annorum 35. paſſa fuit in manu carbonem ex ſupradictis nigrum; atque malignum, ex quibus Scandriliæ, Ponticelli, Nerolæ, & Montorio quingenti orti ſunt. Hæc laborabat ſemper febre, ſicut & nocte, profundo ſepelliebatur ſomno, & quaſi amens furebat. Inſequenti die excarnatus eſt à partibus deindè trochiſcus adhibitus fuit, qui difficilimè carbonem illum occidir, quia cedere nolebat, attamen radix euulſa eſt ui ſpleniorum emollientium, indè curata fuit ſex diebus baſilico ſuprad: multis in locis.

Ibidem. *Tumor in Mamma.* *Obſeru. 100.*

DIe primo Auguſti Clara filia Mali hominis, tali nomine uocabatur, annorum 23., uirgo pauperrima ob menſtruorum parſimoniam affligebatur à dolore tumoris in mamma duobus ab hinc menſibus, durus autem tumor, & rubeus, nec maturabatur, nec ſoluebatur, & ob paupertatem, & pudorem non patiebatur curari. Dicto die mihi oſtendit, ſicut & Theodoro Fratri, & tanquàm ſcyrrhus habitus eſt, & exitu peſsimus. Iuſsi fumenta aperitiua partibus, ſanguinem hauriri à ſaphæna, & ſuprà partem offenſam unctiones maturantes. Sequenti die ſumpſit uinum Calicis ad unc: 7., quarè euomuit, & euacuauit multa. Emplaſtra quotidiè fortiora repetebantur, quoniam nulla reſolutionis ſpes uidebatur, & ad ſextam tandém unctionem bona patuerunt ſigna, quarè inciſione ulcus apertum eſt, & curatum digeſtiuis, ol: uitel: oui, & ceræ; putredo concocta fluebat, & paucis diebus dedit conualeſcentiæ ſigna, ſed quia ad arua rendens multos edebat fructus, iterùm mamma tumefacta eſt, & ex ipſa aq: hycaroſa procedebat, & ſinum profundum monſtrabat cùm duritiæ. Iterùm ad meliorem regulam redacta eſt, compoſito noſtro baſil: Chymico, & ſuprà duritiem poſitum fuit ceratum calaminare Paracelſi. Bis ſumpſit uinum Calicis, ità ut emanauerint menſtrua uberrima, & indè ſemper benè ſe habuerit.

CEN-

CENTVRIA TERTIA.

Scandriliæ. *Febris Continua.* *Obſeru.* 1.

DIe 6. Auguſti Ioſeph Lucæ annorum 18., temperamenti atrabilaris vexabatur duobus ab hinc diebus febre continua. Adhibita ſunt decocta alterata, clyſteria, & hauſtus eſt ſanguis à vena media ad vnc:8. Febris cò magis augebatur, quarè vinū Calicis ex ſe ipſo poſtulauit ad vnc: 8., & euomuit multa atrabilaria, & per ſeceſſum ſeptiès ſupradicta. Altera die benè ſe habebat, & ſequenti die abſque alijs remedijs liber remanſit ſinè febre. Hoc iuuentutis cauſa factum credi poteſt, ſed circà morbi qualitatem, & corporis mixti, & melancholici, natura rarò facit cryſim à ſe ipſa, niſi magna longitudine, vt accidit in melancholicis.

Ibidem. *Pleuritis Spurialis.* *Obſeru.* 2.

DIe 7. Auguſti Ioſeph Sruppę venditór annorum 24. iter habuerat ad Diuum Franciſcum de Aſſiſio, & redeundo ægrotauit; eodem die febris acceſſit cùm dolore pungentiſſimo in parte ſiniſtra, reſpondente parti oppoſitæ retrorsùm; parùm poterat reſpirare, & hoc ortum erat, quia bibebat aquas frigidas ad fontes dùm valdè ſudauerat; adhibitum eſt clyſterium, indè hauſtus eſt ſanguis à vena communi brachij ſiniſtri ad vnc: 8.; die inſequenti Frater meus iuſſit vini Calicis vnc: 8., petente vxore illius; & euomuit catinum rerum mixtarum, pituitoſarum, viridacearum, & amararum, & per ſeceſſum ſemèl tantummodò, & ſic euanuit dolor, & febris.

Ibidem. *Poronychia.* *Obſeru.* 3.

DIe eodem Bernardus Marcheſanus annorum 82., ſed fortis, transfixus fuit in manu à dumento, attamen nihili faciendo puncturam, madefaciendo manum, illamque exercendo laboribus, tumor maximus ortus eſt, ità vt non ampliùs illam poſſet mouere, nec dùm exercere præ maximis doloribus. Acceſſit ad me, & iuſſi fumenta herbis aromaticis, ſaxis ignitis vnà cùm aceto tribus vicibus, deindè ſplenia ſeminis lini, maluæ, & cochlearum, verùm videbam nolle maturari dictum tumorem; repetiui iterùm dicta fumenta, & perungebam partem illam noſtro balſamo alexipharmaco, & 16. diebus deſijt omnis tumor, ità vt exerceret illam ſicut anteà, & in hoc mirùm magìs ætas, quàm aliud.

Ibidem. *Febris Maligna.* *Obſeru.* 4.

DIe 10. Auguſti filius Franciſci Carauitæ annorum 3. maxima vexabatur à febre quinque ab hinc diebus cùm puſtulis nigris, pulſus frequens erat, ſitis ardentiſſima. Adhibita erant clyſteria cùm lacte, & melle, vnctiones contrà vermes ſtomacho, cordiales cordi; ore autem ſumpſit aq: ſcorzonigr:, rutę capr:, card: ſanct: addito ſpiritu vitrioli, & intùs vnicornu, & cornu cerui in fragm: lim: cùm pulu: contrà vermes cùm ſyr: acr: citr:, attamen in extremis verſabatur. Adibitum eſt clyſterium vini ex Calice Chymico, & hoc tenuit quatuor horis, indè acceſſit dolor ventris, & ſeptiès per ſeceſſum demiſit multa putrida, & mortuos vermes; magno iuuamine leuatus eſt, & ijs aquis magnum expertus eſt iuuamen; ore verò, vt corpus aleret, ſumpſit panis ſpiritum cùm meliſſa, & cornu cerui crudi ſimul ſtillati, & octauo die curatus optimè fuit.

Ibidem. *Ictaritia, & Dolor Dentium*. *Obſeru. 5.*

DIe 14. Auguſti Vxor Chiarantis annorum 44. cachomici temperamenti Icteritiam cùm oppilatione patiebatur, & maximam humorum fluxionem in maxilla cùm dolore dentium acerbo; vncta fuit oleo buxi, & aliquantùm minuebatur dolor, at vehementior reuertebatur; adhibuit pyrethrum, & alia remedia, ſed dens eodem modo affligebatur, nec qua in parte putreſceret agnoſci poterat; iuſſi cucurbitulam capiti in occipite, deindè humeris. Altera die præbui vinum Calicis ad vnc: 6., & catinum putredinis euomuit viridaceæ, & obſcuræ. Fluxio euanuit, iterùmque iuſſi decocta marrubij, chelidoniæ, flor: geniſtæ, cap: Veneris, cetrachæ, corticum fraxini, cynnamomi, aniſ: quantum ſuf: quinque diebus, indè iterùm ſumpſit dictum vinum, & per inferiora multa eiecit, ſed nihil euomuit, tandèm ab Icteritia liber euaſit, & priſtinas recepit vires.

Ibidem. *Vertigines*. *Obſeru. 6.*

DIe 16. Auguſti Camilla Lupi annorum 64. diù vertigines paſſa fuerat, & eo die acceſſit accidens conuulſiuus, ità vt os, oculi, & pars capitis indirecta remaneret, & lingua tumida adeò euaſit, vt parùm loqui poſſet. Deteriùs verens iuſſi cucurbitulam capiti in occipite, & commiſſuris coronalibus; adhibitum fuit ceratum ex ſuccino, & aceto compoſitum; collum verò, ſpondilia, & nucam vngebam balſ: apopletico Riueriano; veſpere ad vigeſimam ſecundam horam iuſſi Aureati noſtri g: 6., ideò tamen nihil euomuit, ſed tèr euacuauit, ſoluit quoque linguam, & os in priſtinum reuerſum eſt, atque oculus minor euaſit. In ſequenti die corpus calefactum fuerat, quarè clyſteria communia adhibita ſunt, & iterabantur vnctiones; tertia die vinum Calicis ſumpſit, & euomendo, euacuandoque operatum eſt, atque hoc modo priſtinæ eſt reſtitutus, ac meliori ſaluti.

Ibidem. *Febris Maligna Coſmatica*. *Obſeru. 7.*

DIe 17. Auguſti Ioſeph Vignola annor: 36., temper: bilioſi, iter faciendo Romã versùs à febre, & premitibus vnà cùm doloribus corporis aggreſſus eſt, & erant excrementa peſſima cùm fluxione ſanguinis. Die inſequenti reuerſus domum ſignis ſupradictis in cubile ſe extendit ſomno profundo, ſed dormiens ſemper loquebatur; vocatus ego inueni pulſum frequentem, & ſaltitantem, vrinam rubeam, & valdè rudem, linguam aridam, atque obſcuram; ſtatìm iuſſi hauriri ſanguinem à brachio dextero ad vnc: 6., ſicut & ſyr: borrag: ſuc: acet: ſcord: an: vnc: ſſ:, aq: corumdem &c., corpus arietis rete inuolutum eſt calefacta cùm oleo hypericonis; noctem alteram ſomno eodem tranſiuit, ſicut & loquendo, ac delirando; die inſequenti iuſſi Aureati noſtri correcti gr: 6., & euomuit multa putrida, ſicut etiam per partes inferiores multos vermes, & ex ijs ſexdecim ex ore. Inſequenti nocte ceſſauit ſomnolentia illa, & delirium, indè iuſſi compoſitum, nempè ℞: ſyr: de ſcord:, acet:, acet: citr:, roſ: conſerua:, viol:, flor: borrag: an: vnc: ſſ:, vnicornu, terræ ſigill:, pulu: contr: verm:, ſal: prun: an: ſcrup: 1., trochiſc: alexipharm: ſecundi vnc: ſſ:, miſce, & cap: cochl: vnum prò vice, tèr, aut quatèr in die. Premitus ceſſarunt, ſicut & dolores corporis; iterùm ſumpſit dictum compoſitum ſemèl, & decimo die omninò caruit febre.

Ibidem.

Ibidem. *Vlcer in crure inflammatum.* *Obſeru. 8.*

DIe 19. Auguſti filius Seraphini Muti ſcilicèt maior, quia ambo muti erant, percuſſus fuerat calcitratu equi in crure, ità vt pars illa contuſa eſſet. Ad me acceſſit, & appoſui defenſiuum commune circùm, in medio verò oui albumen; nihil aliud adhibitum eſt, & deambulabat. Humores cæperunt confluere illùc, & tamen id ſpernebat, immò pergebat extrà terram ad oues paſcendas. Crus ſuprà modum creuit, & tumuit magna cùm inflammatione, & vbi erat ictus equi, factum erat vlcus, & caro mala magna cùm acrimonia. Latus fuit domum laborans febre, & maximè clamitabat dolore crurium; inflammationi adhibui bothyr: Saturni, & vlceri vng: roſ: lytarg: cùm ol: roſ: comp: non cùm acet: camphur:. Cæpit diminui ardor, & iuſsi vinum ſumere ex Calice Chymico, multa euomuit biliosa, & valdè vtile fuit cruri. Inflammatio duodecim horis euanuit; vlceri indè adhibita ſunt lauacra deſiccantia vnà cùm vnguent: ſuprad:, deindè ceratum ſparadrapp: conſolidæ comp:, itàque ſex diebus conualuit, & liber extitit à febre, & omni malo.

Ibidem. *Febris Continua.* *Obſeru. 9.*

DIe eodem Gaudentia filia Pauli Pallecci annorum 28., temperamenti imbecillis paſſa fuerat tribus ab hinc diebus febrim continuam, atque hoc tempore ob acerrimum dolorem capitis, quo laborabat, impoſitæ ſunt cucurbitulæ, verùm eò magis malum creuerat. Inſequenti die iuſsi vinum ex Calice ad vnc: 6., euomuit, atque euacuauit multa, ſed tali de cauſa adeò turbata eſt vt imbecillima euaſerit. Magno impetu me vocauerunt, quia affligebatur dolore renium, & vmbilici; illicò iuſsi clyſterium carminatiuum, ſed nihil omninò profuit; ore iuſsi vnicornu, ſal: prun:, bert: turcic:, bacch: lauri puluer: an: ſcrup: 1., atque hæc iure; iterùm euomuit multa amariſsima; veſpere eodem emanarunt menſtrua, ſicut & altera die, quarè conualuit.

Ibidem. *Febris Tertiana duplex.* *Obſeru. 10.*

DIe 20. Auguſti Annibal Herculis annorum 22. iam tribus ab hinc diebus vexabatur à tertiana duplici vehementi, & prima alteram ſequebatur. Inſequenti die vinum Calicis bibit ad vnc: 7., & duos vermes ex ore euomuit, vnà cùm multa bili amariſsima, per ſeceſſum verò quatuor vermes viuos emiſit, vnà cùm multis excrementis. Altera die mitiori febre facta, ſanguinis à brachio hauſtæ ſunt vnc: 8., atque compoſitum contrà vermes illi datum, ideſt ℞: ſyr: acet: citr:, ſcord:, acetoſ: an: vnc: 1., conſeru: roſ:, borrag:, viol: an: vnc: ß:, pulu: ad vermes, trochiſc: alexipharm: ſecundi, vnicorn:, ſal: prun: an: vnc: ß., miſc:, & cap. cochlear vnum prò vice, bis, aut tèr in die. Quinque alijs diebus febris exarſit, verùm non adeò vehemens; octauo morbi die extract: Antifebr: iuſsi drag: 1., & ſextiès euacuauit, ex quo febris euanuit.

Ibidem. *Febris Continua.* *Obſeru. 11.*

DIe eodem Petronella N. annorum 54., pauperrima tribus ab hinc diebus agitabatur febre continua, & quia corpus non optimè ſe habebat, humores mixti erant, & duas exacerbationes faciebat febris, alteram die, nocte alteram. Iuſsi clyſterium commune, & die inſequenti vinum ſumpſit ex Calice Chymico ad vnc: 6., multaque porracea ex ore emiſit, & pinguia, mirum dictu; meliùs aliquantùm ſe habuit, ſed febris eadē. Hæc decocta ſunt adhibita ℞: chamædrios, beton:, borrag:, cichor:, capil: Ven:, cuſcut:, pimpinel:, artemiſ: an: pug: 1., aq: commun: q: ſ:; ex illo ſumebat vnc: 5. prò manè: ſeptem dictum ſpatio; indè dedi Antifebr: Riu: vnc: 1.; nouiès euacuauit, & libera euaſit.

Ibidem. *Vena Arteria fracta.* *Obſeru. 12.*

DIe eodem Sanctes Nitrarius à Ponticello non multùm procul, dentem ſibi auferri iuſſerat, & ob vim ab illo factam, qui dentem euulſit, maxilla fracta erat vnà cùm vena arteria. Principio ſanguis nihili habitus fuit, neque enim tàm copioſè fluebat; tamen totam diem tranſegit ſpuendo, appoſitis etiam varijs adſtringentibus. Die inſequenti creuit concurſus ſanguinis, ità vt maiori impetu ab ore decurreret, quàm à vena brachij cùm ſcalpro ſecata, nec ſciebant modum impediendi illum, his enim duobus diebus miſer ille nullo modo comedere poterat, quippè quòd ſanguinis concurſus os illi implebat, atque eum ſuffocabat. Die ipſo delatus eſt ad me aſino impoſitus, tanquàm ſtramentum quatuor hominum adiumento ob imbecillitatem; quia verò ſanguis exibat, retinere illum curabat digito, ſed non poterat. Aderat & ibi meus Frater Theodorus, quarè ſimul curauimus venam cernere, quæ aperta erat ad latitudinem naris, & vehementèr adeò fluebat ſanguis, perindè ac ſi foramen eſſet dolij dùm vinum hauritur. Illìc adhibuimus ſplenia adſtringentia pilo leporis combuſto, vnà cùm vitriolo rubiſ:, balſ: puro, ſang: draconis in lacryma, & maſtiche, quæ ſuprà digitum applicabat. Ligamina adhibita ſunt cruribus, cucurbitulæ humeris, & ſplenia adſtringentia pulu: adſtrict: partibus colli, quò tranſeunt venæ, atque ideò ceſſauit. Repoſuimus illum in cubili, vt quieſceret, nihil enim ſomni duobus diebus cæperat, atque ego in cubili proximo. Tribus horis antequàm ſol oriretur iterùm eodem impetu ſanguinis fluxio erupit, ità vt miſer ille verba proferre non poſſet ob laſſitudinem, ſicut & quia ſanguis fluebat per gulam. Rumorem audiui, atque illicò digitum applicui venæ cùm ſplenijs ſupradictis adſtring:, & pulu:, ille enim omnibus viribus prorsùs carebat. Confeſſus igitur eſt, & Frater meus iterùm adhibuit ſtrictoria, & emplaſtra ſupradicta; orto die iuſſi vt nullo modo remoueret digitum ab illo loco, deindè accepi balſ: adſtring: noſtrum magiſteriale, ipſoque fomitem, quo ignis accenditur impleui, & venæ applicui; Frater verò meus mediæ horæ ſpatio fomitem illum balſamo pinguem appoſitum tenuit, & ſic deſijt, neque ampliùs ſanguis emanauit. Corpus eò deuenerat vt vllum membrum mouere non poſſet, quamobrèm pertimuimus ne breuì moriretur. Reſtaurauimus illum iulep: gemmato, elexir vitæ, & ſpiritu, aut eſſentia panis, & eſſentia cornu cerui crudi; vires itaque aliquantùm recepit, & glutire cæpit carnem pullipiſti in his liquoribus, & delatus eſt ad ſuam terram, benèque conualuit. Mirum equidem, quia foramen erat in loco vbi videri non poterat, & balſ: operatum eſt, vt in omnibus venis cuiuſcumque generis reciſis, nil ſimile inuenitur, & ſi nocte illa id habuiſſem, durum adeò ad ſanandum nòn fuiſſet, & difficile. Sanguis frigefactus, qui collectus eſt ea nocte in catinis pondus quinque libratum excedebat; pluſquàm libram profectò hùc, illùcque per domum, & in linteis eiecerat, conſiderandum igitur quantus anteà exierit, & per viam; quamquàm quouſque æger vires habuit, copioſè adeò exiſſe non exiſtimo.

Ibidem. *Dolor Colicus cùm Nephritico.* *Obſeru. 13.*

DIe 23. Auguſti Vxor Pauli Palloccij annorum 36., temperamenti cacherhici alens filium acerbis aggreſſa eſt ſtomacho doloribus, pectore, vmbilico, & renibus, ità vt mori exiſtimaret. Iuſſi clyſteria carminatiua, ſed fruſtrà; mixtum fuit cùm vno illorum vinum, in quo concocta erat drag: 1. croci metallor:, & multa euacuauit; die ſumpſit extracti colici, herb: turcic:, vnicornu an: drag: ſ:, & deſiere dolores abſque alijs remedijs.

Ibidem. *Dolor Colicus.* *Obſeru.* 14.

Die eodem Carolus Spinellus annorum 56. dolores Colicos multis ab hinc diebus patiebatur. Adhibita ſunt clyſteria carminatiua, emplaſtra, fumenta calida partibus doloris, iures ſumpſit cùm herba turcica, baccis lauri ſed nihil profuerunt. Dicto die ſumpſit vinum Calicis ad vnc: 6., & multa porracea euomuit, & tèr euacuauit, ex quo liber euaſit.

Ibidem. *Febris Maligna.* *Obſeru.* 15.

Die eodem filia Caroli Pallocci annorum 8. ab hinc diebus laborabat febre continua, & maligna, & habebat puſtulas nigras per totum corpus; erat hæc imbecillis, linguam habebat nigram, atque aridam, pulſum laſsiſsimum. Iuſsi clyſterium cùm lacte, & vino Cal: Chym.; ore autem ſumpſit hoc conditum liquidum ℞: aq: ſcorzonigr:, acetoſ:, ſcord:, borrag:, roſar: an: vnc: 4., vnicornu, trochiſci noſtri ſecundi alexipharm:, pulu: ad verm: an: drag: ſſ:, in petia, ſpirit: calchantis g: 10., ſyr: acr: citr: vnc: 1., m:, & cap: vnc: 2. prò vice, quotieſcumquè volebat; vndecimo die occurrit accidens conuulſiuus, & paulò poſt multi ſecuti ſunt, os contorquendo, & omnia membra, iuſsi aq: hirundinum compoſitam Quercetani, & ſpir: vitrioli g: 3., & euanuerunt, & eo die deſijt quoque febris.

Ibidem. *Fixuræ labiorum.* *Obſeru.* 16.

Die 24. Auguſti Iohannes Petri Sancti ſtabularius Illuſtriſsimi Domini Angeli Meneri annorum 26., temperamenti biliosi, & ſanguinei, ob ſanguinis abundantiam tumuerant labia, & in ipſis multæ factæ ſunt fixuræ, ob quas non poterat dolorem ſufferre, nec comedere, nec bibere. Aperui venas in partibus interioribus labiorum, quarè emanauit aliquantum ſanguinis, ibique poſitum fuit mel roſatum vnà cùm puluere maſtichum, neque tamen tumor ille cedere volebat. Iuſsi vini ex Calice vnc: 8., & multa mixta euomuit, multaque per ſeceſſum; indè os lauabat eodem vino, atque intùs infuſum aliquantum aluminis, deindè mel roſatum vnà cùm maſtiche, & duobus diebus conualuit.

Ibidem. *Febris Putrida, & Maligna.* *Obſeru.* 17.

Die 26. Auguſti filia Auguſtini Orlandi menſium 18. multis ab hinc diebus laborabat febre putredinoſa, & eò peruenerat, vt nec oculos poſſet aperire, ſed ſemper mori videbatur. Adhibitæ ſunt multæ vnctiones, & cordialia fumenta contrà vermes; perunctum etiam fuit cor vng: cordiali Guainierij addito vnicornu, & eſſentia corticum citri. Cor ſigna dedit roborationis, ità vt lac ſumere cæperit à matre, duobus enim diebus renuerat; datum quoque fuit conditum liquidum ſuprà deſcriptum alibi in caſibus puerorum, quod paulatim ebibit; prætereà adhibitum clyſteria lactis, & ſacchari, ex quo euacuauit ſex ingentes vermes, & ſaluti eſt reſtituta.

Ibidem. *Febris Maligna innouata.* *Obſeru.* 18.

Die 26. Auguſti Iohannes Sanctes filius Gentilis annorum 24. ex laboribus, & perpeſsionibus itineris ægrotauit extrà terram, quarè Medicus quidam miſit eum ad patriam, iuſsitque modum ipſi habendum, & minoratiuum recepit. Facta fuit ſectio venæ, atque adhibita multa decocta alterata, & cordialia. Septimo morbi die peſsimè ſe habuit, & ſyncopationibus agitatus eſt. Me vocarunt, & eius oculos inueni turbidos,

pulſum

pulſum inæqualem, vrinam lucidam, & crudam, & ſingultus patiebatur. Illicò iuſsi quatuor veſsicatoria brachijs, & cruribus. Adhibui epictymas cordiales cordi; teſtibus, & ſtomacho epictymas ſtomachales eo modo, quo docet Donzellius. Ore iuſsi aq: acetoſ:, aq: cort: nigr: an: vnc: 2., ſpirit: vitriol: g: 6.; veſpere pluriès ſe impulit ad vomitum; vires non omninò erant exhauſtæ, ideòque die octauo iuſsi vinum Calicis ad vnc: 4., & euomuit multa biliosa, atque atra, nihil verò per ſeceſſum; veſpere iuſsi clyſterium ex communi decocto, & vini suprad: vnc: 10., & multa putrida euacuauit, & ſingultus quieuit. Datum fuit bezoard: Iouialis, & mineralis an: drag: ſſ:, Panacææ liquidæ noſtræ vniuerſalis drag: 1., ſyr: ſcord:, acetoſ:, citr:, borrag: an: vnc: 1., confect: hyacinth: drag: 1., m:, & cap: bis aut tèr in die cochlear vnum prò vice; magnoperè veſsicatoria operata ſunt, atque adeò obſcurata, & nigra vt cancrænarum timuerimus ortum, ideòque adhibitum eſt vng: roſatum cùm vng: Apoſtolorum. Decimo die grauiſſimè ſe habebat. Veſpere iuſsi g: 15. bezoard: Iouialis, ſulphuris diaphoretici an: g: 10., vnicorn: ſcrup: 1.; nocte copioſè ſudauit, & manè ſequentis diei ſcilicèt 11. meliùs ſe habebat. Die 12. adhibitum eſt clyſterium vini ex Calicis vnà cùm communi decocto, & multa euacuauit, perindè ac ſi medicinam ſumpſiſſet; 13. meliùs ſe habuit, & ſinè febre octo diebus; verùm quia fructus comedebat immoderatè, iterùm cecidit in febrim continuam; denuò remedia repetita ſunt per epicraſim hoc eſt: ℞: ſen: Oriental: dragm: 1., rhabarb: ſcrup: 1., agaric: trochiſc: drag: ſſ:, aq: capil: Ven: vnc: 5., ſpirit: calchant: gutt: 5., infundantur per noctem, & manè cap: expreſsionem; hec ſumpſit tribus diebus alternatim; alijs diebus vacantibus ſumebat decoctum compoſitum ex chamædr:, capil: Ven:, pimpinel:, betonic:, ling: ceruina, vnc: 4. decocti, atque intùs ſal: abſynthij vitriolati, ſal: tart: calybeati an: drag: 1. febris in tertianam conuerſa eſt, & conſumpturus: eam adhibui extractum Antifebrile Riuerianum, & ſic diſceſsit febris.

Ibidem. *Phthyſis.* *Obſeru. 19.*

DIe 2. Septembris Catharina vxor Magiſtri Iacobi fabri murarij annorum 31., temperamenti erat laſsi, tendentis ad Phthyſim, & hoc tempore principium non habebat, quia ſemper febriculam continuam gerebat, abſque eò quòd vllum augumentum oſtenderet; facies pallida erat, & ſicca, oculi aquoſi, atque obſcuri, pulſus frequens, & languidus, vrina cruda, vireſque declinabant. Iuſsi multis diebus decoctum compoſitum hordei, paſſularum, radicum arundinum, lentiſci an: drag: ſſ:, cochleis num: 6., cancris fluuiatilibus num: 4., dimidia teſtudine, & dimidio pullo. Priùs ſumpſit vinum ex Calice, quod multùm à febre leuauit; iterùm repetiuit aliam compoſitionē ſupradicti decocti, deindè adhibui ceratum ſtomachale ſtomacho, & 20. diebus vt refrigeraretur iuſſi radicum aronis præparat: vnc: 3., ſal: abſynthij calybeat: vnc: ſſ:, radic: vincetoſsici pulueritzatæ dr: 6., pulu: antihetic: Riuerij vnc: 1. ſſ:, m:, & cap: drag: 1. prò vice bis in die, duabus horis antè cibum, & optimè conualuit, atque pinguior euaſit.

Ibidem. *Phthyſis.* *Obſeru. 20.*

DIe eodem Nepos Antonij Palloccij annorum 11., vno ab hinc anno lentam patiebatur febriculam, abſque eò quòd vllum vnquàm remedium applicuiſſet. His diebus hæc creuerat rigoribus frigoris; initio acceſsionis faciem habebat hypocraticam, obſtructiones in viſceribus, vbiquè exiguas vires, pulſum languidiſsimum, attamen eius patruus voluit vt concederetur vinum Calicis ad vnc: 4., & multos vermes viuos euomuit, multoſque per inferiores partes eiecit; accomodaui puluerem ſupradictum aronis radicum eodem modo, & eadem quantitate, vt ſumeret drag: 1. in diem, & ſumpſit in forma electuarij 20. diebus, & conualuit.

Ibidem. *Febris Continua.* *Obſeru. 21.*

DIe eodem Lucia Pachionis annorum 46. noctem ab hinc diebus laborabat febre continua, atque hoc tempore noluit Medicos. Inſequenti die, immò ipſo die acceſsit quædam ſyncopatio, & malè ſe habebat. Me vocarunt, & inueni pulſum inæqualem, & intermittentem, vrinam ſubtilem, ſed viridaceam, linguam albam, ſed maxima cùm ſiti, & dùm aquam demittebat in ſtomacho dolores experiebatur. Quinque iam dies tranſierant, quibus nunquàm euacuauerat, ideòque iuſsi clyſterium ex decocto ſolito, unà cùm uino Calicis, decocti autem unc: 12., & multa per ſeceſſum eiecit putrida, dura, & aduſta. Ore ſumpſit conſeru: act: citr: cùm pulu: alexipharm: drag: 1.; decimus illi peſsimus fuit, quarè iterata ſunt clyſteria, iterùmque uermes eiecit cùm multis fecibus fætentibus, undecimo acceſſerunt ſyncopationes, & per quadrantem extrà ſenſus iacebat immobilis. Iuſsi elexir ex cornu cerui, & meliſſæ drag: 1., elexir proprietatis Halmontij drag: ß:, ſyr: de pomis unc: 1., m:, & cap:, recepit aliquantùm ſpiritus, & eo die meliùs ſe habuit. Die 12. dedi Elex: proprietatis purgantis drag: 1. magiſterij tartari noſtri g: 12.; euacuauit octiès, & ueſpere maioribus pollebat uiribus, quarè eo die meliùs ſe habuit. Die 13. iterùm ſumpſit Elex: proprietatis Halmontij drag: 1., ex quo febris euanuit, & ſaluti eſt reſtitutus.

Ibidem. *Ictericia.* *Obſeru. 22.*

DIe 3. Septembris filia Ludouici Orlandi annorum 24. ob repreſsionem menſtruorum dolores patiebatur Illiacos, ſimulque Ictericiam flauam, ità ut cutem, oculoſque flauos ad inſtàr croci teneret. Iuſsi extract: noſtri Antecolici drag: 1., extract: chelidoniæ, florum geniſtæ an: ſcrup: ſs:, herbæ turcicæ, ſtercoris gallinæ ſcilicèt albedinis an: drag: 1., conſeru: borrag: unc: ſs:, m:, & hoc compoſitum quindecim diebus ſumpſit, ſed parùm flauedo illa tollebatur, dolores autem aliquantùm mites euaſerant. Vini ex Calice Chymico ſumpſit unc: 6., & multa putrefacta ad duarum librarum pondus euacuauit, pluraque per ſeceſsum eiecit, flauedo euanuit, & dolorès. Inſequenti die menſtrua fluxerunt, eiuſdemque coloris erant, & uberrima, ideòque libera omninò extitit.

Ibidem. *Sciatica.* *Obſeru. 23.*

DIe 6. Septembris Laurentius Orlandi annorum 54. multo ab hinc tempore Sciaticam patiebatur, maximeſque dolores. Clyſteria nonnulla iuſsi unà cùm rebus carminatiuis, & ſolutiuis, attamen dolor non deficiebat. Ei exhibui uinum ex Calice ad unc: 6., & quatuor horis tranſactis multa porracea euomuit, multaque ſeroſa per ſeceſsum eiecit; ſuprà uerò partem ad cautionem adhibitum eſt ceratum picis caſtri, multoque tempore uſus eſt maximo iuuamine, & conualuit.

Ibidem. *Febris Quartana.* *Obſeru. 24.*

DIe 7. Septembris Damianus Talleua annorum 51. ſex ab hinc diebus laborabat quartana febre, & maximo dolore in humeris, febris autem illum affligebat uiginti quatuor horis calore, & frigore; quarè bono illi die cucurbitulas iuſsi humeris reciſas, & hauſtæ ſunt unc: 10. ſanguinis. Die inſequenti bibit uinum Calicis Chymici unc: 7., & multa mixta per omnes partes emiſit; altera die febris iterùm acceſsit, ſed multò minor præcedenti die, optimo ſcilicèt facta eſt ſectio mediæ ad unc: 8. ſanguinis, & euanuit febris.

Ibidem.

Ibidem. *Dolores Colici.* *Obſeru.* 25.

DIe 14. Septembris Iuuenis quidam mutus Seraphini filius annorum 22. doloribus ſtomachi vexabatur, ſimul & ventris, viſcerumque acerbis, adeò vt miſer ille totum corpus contorqueret, ſe in terram proſternens, & ingentem dolorum ſæuitiem ſignificans adſtantibus, ex quo exanimis penè videbatur. In vomitus prorumpebat, ex quibus non ſolùm cibi ſubſtantia cernebatur, verùm etiam ſtercoris ſigna, quocirca voluulum dubitaui; à me, & Fratre meo Theodoro clyſteria adhibita ſunt carminatiua, ore quoque extractum ſumpſit Antecolicum vnà cùm vnicornu, eſsent: iunipe-ri, bacchis lauri, roſmar:, ol: amygdalorum dulcium; impoſitæ ſunt cucurbitulæ magnę ſuprà vmbilicum, vnctiones quoque ex ol: roſmar:, laur:, aniſ:, & ſimilibus, attamen nullo leuabatur iuuamine. Veſpere ſumpſit laudan: nepent: Quercetani gr: 5., vnà cùm drag: 1. extracti Antecolici, & nocte meliùs ſe habuit. Die inſequenti clyſterium iuſsi ex vino, in quo ebullijuerat colochynth:, & croc: metallorum, ideòque aliquantùm diminutus eſt dolor; altera die vinum ex Calice bibit, & multa euomuit, & per ſeceſsum eiecit, optimèque ſe habuit.

Ibidem. *Febris Putredinoſa.* *Obſeru.* 26.

DIe eodem filia Domini Pyrrhi Pallantis annorum 3. laborabat febre putredinoſa; quia uerò ex ore multos uermes uiuos eiecerat, nimiſque euacuabat, clyſterium iuſsi ex lacte, & melle; ſuprà cor ceratum aolè impoſui, addito unicornu, & eſsent: cort: citr:, ſuprà ſtomachum quoque unum ex noſtris uſualibus contrà uermes; ore ſumpſit aq: noſtram contrà uermes unicornu infuſo, & uiginti quatuor uermibus per ſeceſsum eiectis, libera omninò euaſit.

Ibidem. *Vertigines cùm ſignis Epilepticis.* *Obſeru.* 27.

DIe 18. Septembris Soror Hieronymi Græci annorum 45., temperamenti tenuis, ac mixti multo ab hinc tempore uertigines patiebatur, & malum eò creuerat, ut dùm caput extolleret pronus in terram ſterneretur, ſigna dans epilepſiæ, quod proceſserat ex uterinis effectibus. Die ſuptadicto aperta ſunt menſtrua, & quia maduit capite exanimis penè cecidit, ut duabus horis extrà ſenſus extiterit, nec caput extollere poſset. Iuſsi aq: hirundinum Quercetani unc: 4., eſsent: ſaluiæ, nardi, peoniæ, cranij humani, & ſuccini an: ſcrup: ſſ:; omnia in ſuprad: aq: immixta ſunt, & aliquantùm excitari cæpit, & nocte meliùs ſe habuit. Die inſequenti clyſterium iuſsi, & ſanguinem hauſi à pede ad unc: 6., eodemque die extracti dedi noſtri uterini drag: 1., extracti pauonis fœminæ ſcrup: 1., quod pharmacum tribus diebus adhibuit; indè aquam noſtram exhibui catholicam purgantem, & nouiès per ſeceſsum euacuauit; indè per ſeptem dies ſupradicti extracti ſumpſit cùm ſtercore pauonis fœminæ, & optimè conualuit.

Ibidem. *Febris Continua cùm Icteritia.* *Obſeru.* 28.

DIe 18. Septembris Magdalena Hieronymi Venturæ annorum 23. 15. ab hinc diebus laborabat febre continua, & hoc temporis interuallo nullum ſibi remedium applicuerat, quarè imbecillima euaſerat. Morbi huius origo ex formidine proceſſerat, ità ut menſtrua curſum detinuerint, quamquàm & anteà non multa emanauerant; unà uerò cùm febre aliquantùm Icteritiam patiebatur. Adhibita ſunt decocta aperitiua cùm fumentis, indè uinum Calicis Chymici ſumpſit ad unc: 5., & multotiès euomuit,

muit, & per ſeceſſum nouiès euacuauit, quod maximè profuit; illis autem decoctis, & fumentis ſalutem adepta eſt; emiſſio indè ſanguinis à pede poſt vini potionem menſtrua attraxit.

Ibidem. *Febris Tertiana duplex.* *Obſeru.* 29.

DIe 23. Septembris Dominicus Orlandus annorum 28., temperamenti fortis quatuor ab hinc diebus tertiana duplici affligebatur, prima enim febris alteram illicò inſequebatur; acceſſiones maximo impetu ægrotum agitabant; ità vt in malignam haberetur; lingua alba, & humida erat, & maxima ardebat ſiti; oculi obſcuri, pulſatilis vena dura, pungens, & immoderata, vrina citrina, & ſubtilis. Hoc iuſſi purgans: ℞: diacathol: dragm: 1., diaphinic: dragm: 2., electuar: Ind: dragm: 1. ſſ:, m: cùm decocto cordiali, add: vnc: 1. mellis roſ: ſolut:, & quatèr hoc remedio euacuauit. Die 25. hauſtus eſt ſanguis à communi vena ad vnc: 6., & facti multi ſyr: digeſtiui, & cordiales, attamen febris non minuebatur, ſed non adeò vehemens erat; 14. diem maxima cùm anguſtia tranſegit æger, deindè facta eſt febris quaſi vitioſa non furentèr adeò agitans. Sumpſit aq: noſtram Catholicam purgantem, & octiès euacuauit, ex quo aliquantùm diminuta eſt febris, & in tertianam ſimplicem conuerſa. Iuſſi decocta refrigerantia, & aperitiua quinque diebus, indè Antifebrilis noſtri drag: 1. ſſ: dedi, atque ideò febris omninò euanuit.

Ibidem. *Vulnus cùm Putredine.* *Obſeru.* 30.

DIe eodem Mariani Blanchini filius annorum 7. ſaxi ictu vulneratus eſt in fronte, & os contuſum erat; initio remedia non adhibita ſunt, ideòque vſque ad os foramen acceſſerat fiſtulæ ad inſtàr cùm putredine, oculi quoque tumuerant, & naſus, quarè oculorum periculum dubitabamus. Vlcus curaui Balſamo vitæ, ſicut & perunctæ ſunt partes tumidæ, & quinque diebus liber omninò conualuit.

Ibidem. *Tuſſis moleſta, & Carbo.* *Obſeru.* 31.

DIe eodem Ægidius Teſta annorum 38., temperamenti aduſti toto æſtiuo tempore equis triticum triuerat, ideòque ex puluere moleſtam adeò apprehenſerat tuſſim, vt ſpiritum ducere difficilitèr poſſet. Prætereà carbonem habebat malignum in iunctura manus, is autem curatus eſt, immò compreſſus noſtris trochiſcis; maturuit indè ſplenijs emollientibus, & exiuit radix; curatus tandèm noſtro baſilico Chymico. Ore ſumpſit vinum Calicis, & multa euomuit fuliginis in ſpeciem, ſtatimque ſalutem adeptus.

Ibidem. *Fucorum morſus.* *Obſeru.* 32.

DIe 26. Septembris Dominicus Falzica annorum 31. tranſiens per loca quædam vbi Fuci morabantur, vulgò Calafrones, agreſſus ab his quatuor punctus eſt aculeis in capite, intèr quos ab vno in fronte, eò vt caput immensè tumuerit, & facies. Ad me acceſſit febre laborans, & collo tumeſcens, iuſſique cucurbitulas humeris illum remoturas humorem; indè raſis capillis dùm illa in fronte reſcindebatur exclamans dixit cor, & ſtomachum à ſe abire, & ad hæc in nigrum colorem mutata eſt facies, frigiduſque fluxit ſudor, ore obmutuit, & cecidit exanimis. Illicò apertis vi dentibus immiſi hæc liquida ℞: balſ: noſtr: vitæ, viperarum tinctur:, elex: vitæ mag: noſtri an: g: 10., & cæpit excitari; indè exhibui cùm vino vnicorn: dragm: 1., & ſtatim multa

euacua-

euacuauit, morſus quippè illi totum corpus commouerant. Hauſi iterùm ſanguinem ex partibus nempè cucurbitulis, ibique appoſui noſtri electuarij contrauenenì vnc: 1., vnicornu drag: 2., capita viperarum occiſarum, & ſcorpiones in oleo mortuos an: num: 3., idcòque ad ſe venenum attraxere, ex quo tumor capitis, & faciei duobus diebus euanuit vnà cùm febre.

Ibidem. *Oſtructio Splenis, cùm Febre Continua.* *Obſeru.* 33.

DIe eodem Conconellus cognomine Pozzaglia vocatus annorum 38. terram arauerat in Romæ aruis, vbi loca aquoſa, & malignantia, corruptaque aeris temperies, ideòque multis ab hinc annis veteri laborabat oſtructione, & febre vitioſa continua. Vinum ex Calice Chymico ſumpſit ad vnc: 8. (oſtructiones enim lienis, & iecuris patiebatur) & magnoperè profuit, euomendo & euacuando; quia verò duritiem in lienis partibus experiebatur ad petræ ſimilitudinem cùm dolore maximo, neceſſe fuit nonnulla fumenta componere ex folijs ſalicis, & vino multotiès, quarè quarto die euanuit. Præſcripſi iures galli veteris cùm cetrac:, & cap: Ven: alijſque herbis aperitiuis compoſitos. Indè iterùm vinum ex Calice ſumpſit, & febris diſceſſit; prò ſuprad: autem oſtructione adhibita ſunt emplaſtra verbenæ, cicutæ, & cùm armoniaco, ex quo optimæ eſt ſaluti reſtitutus.

Ibidem. *Menſtruorum Suppreſſio.* *Obſeru.* 34.

DIe 28. Septembris Domina Brigida Palloccia annorum 19., temperamenti bilioſi, & delicatiſſimi, eò imbecillis euaſerat ex menſtruorum retentione, vt erigere corpus minimè poſſet; ſtomachi quoque paſsione, & ſubtili febricula vexabatur. Vinum exhibui Calice Chymico ad vnc: 8., & multa euomuit porracea; eodem & ipſo die menſtrua aperta ſunt, ſed non ſufficienti copia. Iures aperitiuos iuſsi quinque diebus, ſicut & ad partes adhibita ſunt fumenta cùm fecibus Reguli ebullitis, artemiſ:, matricar:, & ſimilibus, indè ſumpſit iterùm vini ſuprad: vnc: 8., & conualuit. Ad ſtomachum ceratum appoſui ex noſtris ſtomachalibus, & duodecim ab hinc diebus vberrima fluxerunt menſtrua, & facies eius priſtinum recepit colorem.

Ibidem. *Icteritia cùm Febre.* *Obſeru.* 35.

DIe ipſo Fràciſcus Græcus annorum 45. melancholicus, & pauper plurima oppreſſus infantium familia, obſtructionibus affligebatur, plerumquè enim ad peſsimum aerem bubulos cuſtodiebat, terram arabat, & triticum conterebat. In ſuam reuerſus eſt regionem nempè Scandriliam cùm febre continua, & acuta, & cùm peſsima Icteritia; facies atque oculi flaui, corpuſque totum impurum, ſed ob paupertatem remedia comparare non licebat. Conceſsi vinum Calicis ad vnc: 6., & per vomitum, & ſeceſſum maximè operatum eſt ità vt febris diminuta aliquantùm fuerit. Syr: indè iuſsi ex ſucco chelidon:, geniſtæ floribus, ſucco marrub:, rucula agreſti, borrag:, eichor:, omnes ſimul clarific:, & ſacch: q: ſ: fiat ſyr:, de quo cap: vnc: 1. ß:, pro vice manè, & veſpere. Prætereà dedi Elex: proprietatis Crolliani multotiès ad pondus ſcrup: 1. prò vice, ità etiam dedi vnicornu, & bezoard: Ioulal: multotiès ſcrup: 1. prò vice. Die 12. euacuare cæpit, vt multa bilioſa exierint per tres dies; his verò tribus diebus reſtauratus eſt ſuprad: Elex: proprietatis, alijſque rebus cordialibus. Die 14. receſsit euacuatio, & liber exiuit; natura quippè eo fluxu quidquid vſque in illum diem impuri intulerat abſque remedijs expulit.

Ibidem.

Ibidem. *Colli Dolor.* *Obſeru. 36.*

DIe 10. Octobris Virginia vxor Caroli Palmieri annorum 36., temperamenti imbecillis multis ab hinc annis dolorem in venis iugularibus patiebatur cùm tumore, qui è capite humores demittebat, & vena celeri agitabatur motu. Hauſtæ ſunt à ſaphæna vnc: 4. ſanguinis, & ore vinum Calicis ſumpſit ad vnc: 6.; ſuprà verò partem adhibitum eſt ſplenium ex folijs hederæ, ol: camom:, & aliquanto aceti, & conualuit.

Ibidem. *Fractura Cruris.* *Obſeru. 37.*

DIe 14. Octobris Angelus Paletta annorum 28. vrna plena onuſtus cecidit, ità vt vrna crus comprimens oſſem fregerit. Ego, & Frater meus Theodorus acceſsimus, & fruſta oſsis accomodauimus in locum ſuum, & ligauimus noſtra appoſita colla talem ad vſum compoſita, & aſſulis; verùm ſegmentorum, & vinculorum vi tumefactus eſt pes, & multis diebus febre laborauit. Sex diebus tranſactis collam remouimus, & ceratum Oxycrocei appoſuimus, & quadraginta diebus liber euaſit, abſque eò quòd claudicaret. Iuncturas quotidiè roborauimus vnctione olei noſtri canis, ubi, immò eodem in crure vetera, & fætida habebat vlcera, & curata ſunt vng: Ranierij, & omninò conualuit.

Ibidem. *Febris Continua.* *Obſeru. 38.*

DIe eodem Mag: ſter Carolus Spinellus annorum 58. multis ab hinc diebus febre afflígebatur continua, nec quodquam ſumpſerat remedium ob paupertatem. Vocatus acceſsi, & pulſum inueni frequentem, ac immoderatum, vrinam turbidam cùm fecibus atrabilaribus, cùm dolore capitis, & humerorum, cùm languore in viſceribus. Bis acceſsio infirmum agitabat, ſemèl ſcilicèt in die, & ſemèl in nocte; ſiti maximà ardebat; fricationes humeris iuſsi, & cucurbitulas abſque ſanguine. Die inſequenti ſanguis hauſtus eſt à communi vena dexteri brachij ad vnc: 5., ſed nullo modo mutatus eſt. Altera die vini Calicis bibit vnc: 5., & gr: 2. Aureati noſtri euomitiui, & multa euomuit vnà cùm vermibus, multaque per ſeceſſum, quarè febris diſceſsit abſque alio remedio.

Ibidem. *Vulnus labij.* *Obſeru. 39.*

DIe 16. Octobris Magdalena vxor Ioſephi carminatoris lanæ annorum 23. labio vulnerata eſt, & diuiſa uſque ad naſi radices, neque uerò futuram pati uoluit; quarè uulnus conſtrictum eſt duo apponendo fragmenta lini cùm extracto ſymphyti maioris, uiſco quercus, colla ceruina ſimul mixta ſunt, ut uulnus in unum contraherent, in medio uerò adhibitum noſtrum balſ: Magiſteriale adſtringens, & (mirum dictu) tribus diebus adeò coniunctum eſt, ità ut neque cicatrix appareret, quamquàm uulnus tanti erat habendum, ut labium in duas partes diuiſum fore dubitaretur.

Ibidem. *Bullæ per totum corpus repentinæ.* *Obſeru. 40.*

DIe 5. Nouembris Maria mulier Franciſci Buccetti annorum 20., temperamenti inter bilem, & pituitam, cùm die quodam lintea ad flumen lauaret, ab inflammatione aggreſſa eſt repentè, quæ per totum eius corpus decucurrit bullarum ad inſtàr feruenti aqua excitatarum, & maximum patiebatur pruritum cùm febre, & die elapſo dolore ſtomachi afflicta fuerat. Veſpere bibit aq: roſ: & ſcorzoneræ an: unc: 4.

corpus

corpus autem aq: plantag: lauit, ſucco ſemperuiui, & aceto roſato. Inſequenti nocte eoſdem ac anteà dolores ſtomachi experta eſt; manè altero pedes valdè tumidi erant, quarè hauſi à ſaphæna pedis, quæ penè non agnoſcebatur, vnc: 6. ſanguinis, attamen inflammatio non minuebatur. Die inſequenti vinum ex Calice iuſſi ad vnc: 7., & multa euomuit, ſicut & per ſeceſſum; menſtrua quoque aperta ſunt, & inflammatio euanuit cùm omni morbo.

Ibidem. *Dolor Capitis cùm Febre continua.* *Obſeru. 41.*

DIe 6. Nouembris Magdalena Brigidellæ annorum 48. miſerrima, temperamenti pituitoſi, nouem ab hinc diebus dolore acerbiſſimo capitis, & febre continua vexabatur. Eodem die cucurbitulam iuſſi reciſam in capite ſuprà nucam occipitis, indè alias quatuor eodem modo in humeris, & partim quieuit dolor. Altero manè vini bibit ex Calice Chymico vnc: 6., & multa eijciens per omnes partes ſalutem adepta eſt.

Ibidem. *Catarrhus, Febris, & Diarrhæa.* *Obſeru. 42.*

DIe 19. Nouembris Puella Iohannis Tomæi menſium vndecim ſuffocantem patiebatur catarrhum vnà cùm diarrhæa, atque vomitu, ità vt lac, quod ex vberibus ſumebat per vomitum emitteret, laborabatque febre valdè acuta. Adhibitæ ſunt vnctiones ſtomacho, & vmbilico noſtri balſ: ſalutis, & eſſent: cort: citr:, veſpere etiam olei Matthioli. Ore ſumebat aq: Saſſoniæ cordialis infuſo vnicornu, & nonnullis guttis noſtri balſ: ſalut:, elex: vitæ, iulep: gemmati, ſpirit: vitrioli, Panaceæ noſtræ liquidæ an: g: 5., quarè his adhibendis ferè exanguis iacebat, & irremediabilis habebatur, diarrhæa enim non recedebat. Iuſſi clyſterium cùm lacte optimè ferrato, vitellis ouorum, & oleo myrthæ, & benè ſe habuit.

Ibidem. *Squamæ ligneæ in oculo percuſſio.* *Obſeru. 43.*

DIe 21. Nouembris Iohannes Ciardafella annorum 33. dùm nemus exciderct, ligni ſquamula eius in oculum maximo impetu introiuit, & inceſſit ad magnitudinem dimidij vnguis, ità vt palpebra ſuperior oculum tegere non poſſet, quippè quia dimidium ſquamulæ, quæ extrà oculum remanſerat ſubleuatam arcebat palpebram, ſquamula fixa erat, & inter oculum, & ipſam ſpatium non erat craſſitudo duorum capillorum. Theodorus frater meus primùm vocatus eſt, & cautè ægrum accomodauit eo modo, quo ſtare poterat dùm vulneratus eſt, & mollibus ſquamam extraxit, abſque eò quòd tunicas illas læderet, indè vino Reguli, & aq: roſ: oculum lauit, & oui appoſuit albumen; ipſe autem ceratum compegit ex maſtiche, myrrha, thure, galbano in acetum ſoluto, & therebintinæ quantum ſuff: ad compoſitionem, atque hoc fluxionem arcebat, immò ad ſe trahebat, & tegebat circùm in ſpeciem dimidiæ lunæ; in oculo tèr, aut quatèr in die lac imponebatur validæ fœminæ vbera præbentis maſculo, aq: roſ:, chelidon:, & eufrag:, & ideò quinque diebus liber omninò extitit, & abſque ſigno.

Ibidem. *Tertiana duplex.* *Obſeru. 44.*

DIe 22. Nouembris Dominus Iohannes Filippus Ciardafella annorum 24., temperamenti melancholici 14. Septembris Romæ ægrotabit tertiana duplici, & à multis Medicis remedia adhibita ſunt, neque illam expellere poterant, immò excreſcebat. Suaſerunt illum vt natiuum peteret aerem, & Scandriliam venit, vbi à Medicis Trollio, Fido, & Pallante pharmaca adhibita ſunt, ſed ſemper peiùs ſe habebat. Ego vnà cùm Fratre diuerſis adfuimus conſilijs cùm ſuprad. Medicis; nullum autem à nobis.

nobis propoſitum exequi voluere; tandèm ſalutem eius deſperatam conclamantes abiecrunt, timebant quippè ne in Hydropiſim conuerteretur hic morbus, ex quo æger certam proſiliret in mortem. Eius frater vocauit me dicens, quod aut moriretur, aut viueret, remedia quoque mea experiri vellet; quarè die ipſo dedi Febrifugi Riuerij g: 35., & multos humores euacuauit, & febris euanuit; indè 15. diebus ſumpſit ſalis noſtri Riueriani Antiſcorbutici ſcrup: 1., ſalis abſynthij drag: ſſ: cùm iuribus aperitiuis; compoſita quoque ſunt ſplenia verbenæ multis diebus ſuprà obſtructionem, & integram adeptus eſt ſalutem.

Ibidem. *Tinea.* *Obſeru. 45.*

DIe 27. Nouembris infans Andreæ Poletrani menſium 18. duas tineæ albæ maculas habebat in capite ad magnitudinem nummi argentei. Cruſtas abdomine emolliui, & vrina puellæ eiuſdem, indè cruſtis remotis, bufonis oleo à P. Lauda ſcripto peruncta eſt, & duodecim, aut quindecim vicibus omnis morbus euanuit.

Ibidem. *Hypoſarca cùm Febre.* *Obſeru. 46.*

DIe eodem Soror Domini Petri Palmieri temperamenti cachomici ob repreſſionem mèſtruorum tumuerat facie, brachijs, & cruribus, ità vt perfecta euaſerit Hypoſarca; febre laborabat languore, vt nullo modo erigi poſſet. Decoctum iuſsi aperitiuum magiſteriale vnà cùm radicibus aperitiuis, cùm artemiſ:, matricat:, & croco, cùm ſalib: artemiſ:, & tamaric:. Quinto die vinum ex Calice ſumpſit ad vnc: 8., & multa per ſeceſsum eiecit porracea, & aquoſa; repetiuit iterùm eadem decocta, & fumenta herbis aromaticis compoſita, & Reguli fecibus ad locorum partes; veſpere verò ſumebat pulueris vterini Riueriani drag: ſſ: prò vice. Poſt ſeptem dies ſuprad: vinum reſumpſit, & multa per omnes partes fœtida emiſit; quarè menſtrua fluxerunt aliquantùm. Fæculam addidi aronis vnà cùm pulueribus ſupradictis, ſtomacho quoque ceratum ſtomachale; ſicque optimè conualuit, colorem viuum recepit, atque omne malum expulit.

Ibidem. *Vulnus in capite.* *Obſeru. 47.*

DIe 18. Decembris Antonius Marci Antonij montis Roſeti cuſtos agrorum in illa Terra certans aliquibus alijs vulneratus eſt ictu ſecuris à parte malei; & vulnus erat in vertice capitis ad partem dexteram occiput verſus; cutis vſque ad pericranium fracta erat, & os contuſum aliquantùm. Initio curatus eſt à Chyrurgo, ego enim Romæ morabar vnà cùm fratre meo; Chyrurgus parùm diligens fuit, mederi quippè fracturæ cutis tantummodò curabat; quamobrèm infelix ille febre laborabat, & doloribus maximis capitis. Perueni ego, & vulnus explorans detegi ſtruem putridi, & corrupti ſanguinis ibi confluxi cùm oſſe nigro. Curatum fuit, & purgatum aqua Paracelſi, aut balſ: tertio ipſius; incarnatum indè vng: incarnatiuo, & digeſtiuo Patris Ferraræ prò vulneribus capitis, & cerato betonicæ mollis; ore ſumpſit noſtræ aq: Catholicæ purgantis drag: 2., & 24. diebus conualuit.

Ibidem. *Vulnus in manu.* *Obſeru. 48.*

DIe ipſo, eodemque certamine Bernardus Preco vulneratus fuerat in manu à ſecuris acie in furca inter indicem, & pollicem; & deueniebat vulnus ad angulum ſetè Martis, & dimidiũ lineæ Vitalis, & nerui læſi erant cũ oſſe indicis. Chyturgus ſuprad: filo vulnus connexit, & nonnulla appoſuit ſplenia, verũ fractũ eſt filũ, & vulnus diſtensũ eſt cũ corruptione humorũ, & carne porroſa, & quaſi vlceroſa; purgaui Balſ: Antim: noſtri prò vlceribus, & vulneribus; indè noſtro Baſilicone Chymico 18. diebus curatus eſt abſque eò quòd impediretur; timebamus enim quòd manu illa captus futurus eſſet.

Ibidem. *Dolores ventris.* *Obſeru.* 49.

DIe 4. Ianuarij filius Ronzettæ annorum 9. doloribus acerrimis adeò corripiebatur, vt nigra tota facies cùm toto corpore euaſerit, atque eò deuenerat, vt circumſtantes ampliùs non agnoſceret. Pulſus intermittens erat, & verebar de volulo, ſeù miſerere mei, ideòque adhibita ſunt clyſteria carminatiua, ſed nihil proderant. Vt os aperuimus ligno dentibus interpoſito, atque hæc liquida tranſmiſimus: ℞: ol: amygdal: dulcium nouitèr emulſi vnc: 4. ,elex: vitæ, elex: proprietatis, eſſent: bacchæ lauri, eſſent: aniſorum, eſſent: roſmar:, balſ: noſtri vitæ an: g: 5., & ſtatim dolores diſceſſerunt, pulſus meliùs ſe habuit, & nigredo illa in cute, quæ venenotum videbatur effectus euanuit. Rurſus adhibita ſunt clyſteria, neque verò illa emittebat. Nocte idem repetiinimus oleum cùm liquoribus iiſdem, & abierunt. Indè poſt tres dies vinum ex Calice ſumpſit ad vnc: 3., & optimè ſe habuit.

Ibidem. *Tumor in genu.* *Obſeru.* 50.

DIe eodem Io: Baptiſta Palleccius ſaltator coactus iter pedibus habuerat, quamuis annorum 70., ſed fortis, & tumor in eius genu defluxerat, vt ambulare non poſſet. Emplaſtrum compoſitum fuit placentæ ad inſtàr ex capræ ſtercore, oleo, & aceto, & ſub ſplenio perungebatur oleo Philoſophorum, & liber euaſit, deambulabat quoque vllo abſque impedimento, & choreas diſcipulis docebat.

Ibidem. *Diſſolutio oſſium.* *Obſeru.* 51.

DIe 9. Ianuarij filiola Petri Neapolitani fabri muratij menſium 6. diſſoluta erat humero, & cubito brachij. In ſuum locum compoſui, noſtro indè emplaſtro adſtringente appoſito ſanata eſt.

Ibidem. *Diſſolutio pedis.* *Obſeru.* 52.

DIe 11. Ianuarij Marghatita Portiæ annorum 23. cecidit capite ferens maximum pondus, & pedem ſibi reuoluit, ità vt extrà commiſſuram lapſus fuerit, neque cùm illo ſolùm premere poterat. Suum in locum compoſui, & eodem ſupradicto emplaſtro adſtringente ſanitatem adepta eſt.

Ibidem. *Obſeru.* 53.

SImiles euentus hic, alibique quamplurimi acciderunt, nec ad ipſorum ſalutem aptius inueni, quàm optima ſedulitas accomodandis, & componendis partibus fractis proprio loco, indè ſupradicto vti ſplenio adſtringente, & aſſulis, & faſcijs partes connexas conſtringere ne remoueri poſſint, quouſque ſplenium areſcat; & quamquàm pars læſa tumeſcat, hoc procedit ex vi emplaſtri.

Ibidem. *Podagra.* *Obſeru.* 54.

DIe 16. Ianuarij Iacobus faber muratius Podagra laborabat, quæ omnes vinciebat iuncturas, & bis maximè profuit ad fluxionis diſſolutionem ſumere vinum Calicis ad vnc: 7., aut 8.; indè vnctionibus canis rubei oleo, & fumentis apertus eſt ſudor.

Ibidem. *Lapſus cùm humerorum percuſſione.* *Obſeru. 55.*

DIe 19. Ianuarij Laurentia vxor Camilli annorum 62: ex arbore oliuæ cecidit alta 20. palmis, & humeris terram percuſſit; à multis delata eſt in propriam Terram, & illicò iuſſi cucurbitulas humeris, & coſtis mendoſis, nonnullæ quippè ipſarum flexæ fuerant; magna vis in ijs componendis adhibebatur, atque indè ex fimo bouis fœminæ recenti, ex torrefacto abſynthio, & cùm vino calefacto in ſartagine compactum eſt ſplenium prò totis humeris, & repetitum eſt tèr prò quibuſcumque duodecim horis. Hauſtus eſt ſanguis illicò ad vnc: 4., indè adhibitum ol: can: rub:, & 9. diebus malum euanuit, & ſalute integerrima fruebatur.

Ibidem. *Phthyſis.* *Obſeru. 56.*

DIe eodem filia Gentilis de Camerino annorum 35., temperamenti deſtructi, & imbecillis in habitum phthyſis cùm principio; hæc Romæ famulabatur, & in morbum incidit maximæ diſtillationis, ſiccæ tuſſis, & febris. Medicus quidam remedia adhibuerat, ſed quia periculum intellexerunt, quòd Medicus auſpicatus fuerat, lectica eam detulere Scandrilliam, vbi frater eius morabatur, me quoque admonendo de eiuſdem cura. Egena erat, & imbecillima, prætèrque prædicta ſigna, dolore fixó lateribus vexabatur; quarè ipſam redegi ad viuendi regulam, atque vnctiones appoſui pectori pectorales, ceratumque capitale commiſſuris coronalibus, immixtæ cui erant charabes. Leniter illam expurgaui vnc: 1. mannæ in iure ſolutæ, & drag: 1. aq: noſtræ catholicæ purgantis; indè pro dolore lateris iuſſi clyſteria carminatiua, ſicut & cataplaſmata composita aniſi, pecudiſque fimo, vnà cùm ouis frictis, cùm oleo ſeminis lini inſtar lagani, quæ omnia dolorem minuebant. Ore ſumpſit pulueris oſſium lupi tèr dragm: 1. prò vice, atque penitùs dolores euanuerunt. Prò cæteris autem inualetudinibus ſubſcript: puluerem per menſem dedi, & conualuit. ℞: fæcul: aronis vnc: 2., pulu: antihectici Riucriani vnc: 1., croci Martis aperitiui, lactis ſulphuris an: vnc: ß:

Ibidem. *Dolores Articulares.* *Obſeru. 57.*

DIe 21. Ianuarij Dominicus Palloccius annorum 46. venator nihili faciens pluuias, & niues, quibus ſæpè madefiebat, dolores exceperat articulares quibuſcumque iuncturis, ità vt corpus vllo modo mouere nequiret; vaporaria ſicca adhibita ſunt pluriès herbis aromaticis, & ſaxis ignitis, indè vngebantur ol: canis rubei partes afflictæ; quarto die dedi vinum ex Calice ad vnc: 8., atque hoc modo ſexto die è cubili ſurrexit, & libèr deambulabat.

Ibidem. *Humeri percuſſio.* *Obſeru. 58.*

DIe 23. Ianuarij Franciſcus pecudum paſtor annorum 46. humero percuſſus fuit, & quia initio nullum appoſuit remedium quia pars illa offenſa, & inflammata erat, multi flatus, humoreſque confluxere, ex quibus ſpiritum ducere non faciliè poterat, maximumque experiebatur dolorem Pleuritidis ad inſtar. Iuſſi cucurbitulas ſiccas, indè vnctionem noſtram Antipleuriticam læſæ parti, anteriorique etiam vbi dolor reſpondebat, & ſalutem adeptus eſt.

Ibidem. *Tumor mammæ.* *Obſeru.* 59.

DIe 26. Ianuarij Maria Liuia Brandi annorum 29. inflammationem in vbere patiebatur, quippè quòd anteà eodem loco mala ingentia experta fuerat, & à febre ſimul aggreſſa eſt. Tumor lenitus eſt hoc ſplenio ℞: panis medullæ lacte mulieris impletæ, pulpæ pomi apij glutini ad inſtàr cùm lacte decoctæ, campburæ an: drag: ß., ideòque detumuit inflammatio; attamen inſequenti die ſumpſit vinum Calicis ad vnc: 6., ſimul & iuſſi ſumenta locis matricalibus, & per os iures aperitiuos. Menſtrua fluxerunt, & à malo vberis remanſit libera, vbi olìm cancro quoque afflicta fuerat.

Ibidem. *Dolor auriculæ cùm Febre.* *Obſeru.* 60.

DIe 26. Februarij Carolus Dominici Charus amor vocatus graui vexabatur febre, ſimul & dolore auriculæ. Adhibui fumenta in auribus multis herbis in vino ebullitis, ficut & nonnullas vnctiones varijs compoſitas oleis, ſed nihil proderant. Prò febre quoſdam iuſſi ſyrup: digeſtiu:, & ſanguinem hauriri à brachio à parte auriculæ, nihilominùs nullius erant iuuaminis, nec prò febre, nec prò dolore. Octauo die vinum Calicis exhibui ad vnc: 7., & per vomitum, & ſeceſſum multa eijciens, expulit quoque febrem, & auriculæ dolorem.

Ibidem. *Pleuritis.* *Obſeru.* 61.

DIe primo Martij Balthaſar Marcheſianus Mulio annorum 36., temperamenti mixti Romam petens à Pleuritide aggreſſus eſt; quia verò itinere ipſo immoderatè vino corpus impleuerat, voluptati omninò indulgens, morbus eò creuerat, vt miſerum morti penè proximum impulerit. Scandriliam delatus eſt tanquàm cadauer, quippè quia integra à Galeno ſcripta ſigna quinque habebat de Pleuritide exquiſita; prætereà oculum vitreum, ac turbidum, pulſum formicantem, & ſingultum, ſed rarum, vnà cùm turbatione mentis. Eodem die hauſtus eſt ſanguis ad vnc: 6., qui puttefactus erat, & veſpere iterùm aliæ vnc: 4:. Vngebatur indè locus doloris oleo Antipleuritico noſtro; emplaſtra quoque duo ex noſtris Antepleuriticis compoſitis imponebat vnum parti doloris, atque alterum parti oppoſitæ. Ore illicò iuſſi drag: 1. extracti noſtri Antepleuritici, & horis ſingulis cochlear vnum ſyr: lambit: pector:, immixta cui erat confect: hyacinthi. Veſpere dedi ſcrup: 1. extract: ſuprad: Antepleu:, drag: 1. confect: hyacinthi, & g: 3. laudan: nepent:, & ſe meliùs habuit. Emplaſtra ſunt reperita, & vnctiones frequentes; ſuprad: extract: ſumpſit tèr, quarè diminutus eſt dolor. Multa fœtida, & cruenta expuit, & febre nono die recedente, liber extitit.

Ibidem. *Dolores ſtomachi, & laterum.* *Obſeru.* 62.

DIe 2. Martij Dorothæa Petrucci annor: 52. à maximis affligebatur doloribus ſtomachi, & laterum multis ab hinc diebus, & morti proxima videbatur. Tria iuſſi carminatiua clyſteria, neque verò dolores eam relinquebant; ore ſumpſit drag: 1. extracti noſtri Antecol:, & dolores abierunt aliquantùm; vinum Calicis bibit ad vnc: 5., ex quo euanuere, & benè ſe habuit. Eadem poſt nonnullos dies ex ripa cecidit, & ſibi genu è loco ſuo retorſit, quod à me compoſitum eſt, & emplaſtrum noſtrum adſtringens applicui, atque indè ceratum oxycrocei, quarè conualuit.

Ibidem

Ibidem. *Febris continua cùm dolore in humero.* *Obſeru. 63.*

DIe 17. Martij Aurelia filia Franciſci Græci annorum 17., temperamenti humidi, & valdè delicati febre laborabat continua quinque ab hinc diebus. Pulſus formicans erat, maxima ſitis, oculus horrens, & vitreus, anxietas frequens, vrina rubea, ſed præcipuè dolore in humero vexabatur. Eodem die ſanguinis hauſi vnc: 6. à pede, & paulò poſt factæ ſunt nonnullæ ſyncopationes; cordi verò adhibita ſunt fumenta cordialibus herbis, atque ore ſumpſit confect: hyacinthi drag: 1., cornu cerui præparati, vnicornu, corall: rub: præpar: an: ſcrup: 1:. Iuſſi prò veſpere clyſteria ordinaria, & inſequenti die Aureati noſtri euomitiui ſumpſit g: 3., multa euomens, & eijciens per omnes partes. Indè ſumpſit bìs compoſitionem hanc cordialem ℞: conſeru: borrag:, viol:, roſar: an: vnc: 1., cornu cerui præpar:, corall: rub: præpar:, vnicornu, bezoard: Iouial, & miner: an: drag: 1., miſce, & cap: cochlear vnum prò vice. Decimo die febris non acceſſit magna omnium admiratione, quia maximi putabatur periculi.

Ibidem. *Diarrhæa cruenta.* *Obſeru. 64.*

DIe 22. Martij Claudia Brunellæ annorum 48., temperamenti cachomici, gracilis, & macie horrens nouem ab hinc menſibus fluxum paſſa fuerat dyarrhææ ad inſtar; eo tempore verò erat, vt dyſinthæria, hoceſt ſanguinis tinctura. Febricula quoque putrida vexabatur, nihilominùs primo die iuſſi Aureati noſtri g: 3., & multa euacuauit. Indè ceratum compoſui ex maſtiche apponendum ſtomacho, & vmbilico; ore autèm dedi grana Actes Quercetani drag: ß:, vnicorn:, maſtich:, nucis muſcatæ an: ſcrup: 1.; compoſitionem hanc ſemèl in die guſtabat, & quinque diebus omne malum abijt.

Ibidem. *Dolor coxendicis, & oculi inflammatio.* *Obſeru. 65.*

DIe primo Aprilis Magiſter Iobannes Palloccius annor: 70. oculo cæcus erat multis ab hinc annis, oculus autem omninò albus. Hic perpeſsione quadam, dolore vexabatur maximo in coxendice, in oſſe ſcilicèt ſcio;ad læſum oculum indè aſcendit, vnà cùm inflammatione; quarè prò oculo ſæpè aqua optalmica Quercetani adhibita eſt. Prò oſſe verò clyſteria iuſſi carminatiua cùm vino, in quo ebulliuerat croc: metall: cùm aniſ:, & fæniculorum ſem:, attamen mala non leuabantur. Iuſsi vinum cùm ſcrup: ß: pulu: oſsium lupi calcinat: prò qualibet vice tribus diebus manè, & veſpere, ex quo ſalutem integram excepit.

Ibidem. *Febris Tertiana.* *Obſeru. 66.*

DIe 5. Aprilis Dominicus Petri Pauli annorum 24., temperamenti ſanguinei à febre agitabatur tertiana ſex ab hinc menſibus; ſumpſit Antifebr: noſtri drag: 1., & febris illicò euanuit; ſed poſt 45. dies inflammatus eſt brachio ab humore ingenti, qui maturuit vng: maturatiuis, atque indè intèr ſex dies noſtro Chymico Baſilicone curatus.

Ibidem. *Cruris inflammatio.* *Obſeru. 67.*

DIe ipſo Iulianus Pilati annorum 18., temperamenti biliosi vexabatur ab inflammatione in pulpa cruris, vnà cùm febre, & maturationis ſigna dabat. Sanguinem à brachio hauſi ad vnc: 6., ibique appoſitus eſt ſuccus ſemperuiui, ſonci, & butbyri Saturni, atque abſque maturatione conualuit.

Ibidem. *Vulnera in capite, & toto corpore.* *Obſeru. 68.*

DIe 9. Maij Honorius Salnitrarius annorum 24. quadam nocte dormiens ſub maceria valdè ſublimi, ab ipſa cadente oppreſſus, & ſepultus eſt, ità vt abſque multorum auxilio ex illa prodire non poſſet. Saxa ingentia erant, quarè in capite pluribus percuſſus eſt vulneribus, oſſe etiam contuſo; in occipite quoque ſuper nucam, in vertice ſuper auriculam, in manus neruis, & carne, in humeris, in coſtis, & lateribus vbique vulneratus eſt. Multas adhibui cucurbitulas reciſas, multiſque diebus perunctus eſt oleo noſtro canis rubei toto corpore; capitis vulnera crucis ad inſtar aperui, deindè digeſtiuo Patris Ferraræ capitali, & balſ: ſecundo Paracelſi ea curaui; manum ipſo paritèr eodem balſ:, & oleo therebinthinæ vnxi, & ſexdecim diebus ſanatus eſt.

Ibidem. *Febris Continua.* *Obſeru. 69.*

DIe 26. Maij Domina Barbara Lupi annorum 31. quinque diebus ab hinc febre laborabat continua. Clyſteria iuſſi, & à ſaphæna ſanguinem hauſi; die inſequenti vinum Calicis bibit ad vnc: 7., quod multa per omnes partes eiecit, & libera extitit.

Ibidem. *Febricula Vitioſa.* *Obſeru. 70.*

DIe 30. Maij Domina Anna Maria Lupi annorum 24., temperamenti humidi, & pinguis in illa Terra educata, & adulta fuerat liberè, quapropter eam ducta fuiſſet Romæ vnà cùm Matre ad conſanguineos inuiſendos, nobiliſſimi quippè ibi erant, conſuetæ libertatis expers ægrotauit febricula vitioſa, & è pingui in gracilem conuerſa eſt. Medici plerique multa adhibuere remedia, ſed cùm nullum ferent iuuamen ad aerem natiuum remiſerunt illam. Veſpere, quo Scandrilliam peruenit feſſa itinere diurno, aggreſſa eſt ab agitationibus ſymptomaticis, ità vt bis obmutuerit; tremoribus cõcutiebatur, cor eius inſolito palpitabat motu, ſtomacbus doloribus affligebatur, ità vt mori videretur. Illicò dedi Balſ: noſtri vitæ, Elex: vitæ, Balſam: aureat: an: ſcrup: ſſ:, confect: Alchermes ſcrup: 2., ideòque ſyncopationes euanuerunt vſque ad dimidiam noctem, tunc verò iterùm acceſſerunt. Ego itaque vocatus vidi ipſam eructare cùm magna vi, & impetu, quarè ſupradicta iterùm ſumpſit. Clyſteria iuſſi carminatiua, nec verò remouebantur. Antequàm dies eluceſceret dedi g: 3. Aureati noſtri euomitiui, & hora vna diei elapſa, multa pinguia [?] euomuit, & euacuauit, ex quo dolores, & ſyncopationes abierunt. Sumpſit indè puluis cachetic: Quercetani drag: ſſ: prò vice, menſe integro, octo immixtis Panaceæ noſtræ liquidæ guttis prò vice, & benè ſe habuit. Menſtrua quoque iam ſuſpenſa pharmacis antedict: fluxerunt iuxtà conſuetudinem.

Ibidem. *Pallor, & Febricula ex Menſtruorum repreſſione.* *Obſeru. 71.*

DIe 8. Septembris Domina Eliſabeth Lupi annorum 22., temperamenti bilioſi, vel ex apprehenſione, vel retentione menſtruorum, aggreſſa eſt à pallore faciei, vnà cùm febricula ſubtili; quia verò dormiebat eodem in cubili cùm Anna Maria ſorore, quæ malum idem paſſa fuerat, abire iuſſi in aliud cubili. Sumpſit vnc: 8. vini ex Calice, quod multa eiecit vomitu, & ſeceſſu; indè iuſſi decocta compoſita radicibus aperitiuis, & fumenta fecibus Reguli partibus locorum. Fluxerunt menſtrua vberrima, & valens omninò euaſit.

Ibidem. *Tertiana duplex.* *Obſeru. 72.*

DIe 15. Septembris Ioſeph Ventura annorum 28., temperamenti aduſti homo erat laboribus aſsuetus, ideòque Romæ atua coluerat vbi paluſtria loca, atque aeris mala temperies eſt, quarè obſtructionibus toto corpore conſtrictus eſt, & in patriam redijt cùm febre tertiana duplici multis ab hinc diebus. Cupiebat is Galeni pharmacis purgari, & iuſſi elect: Ind: drag: 2. ſſ, agarici infuſi ſecundùm artem ſcrup: 2., ſenæ infuſæ drag: ſſ:, elect: hamech: drag: 1., diacathol: drag: 3., decocti ſcolopendriati, & fæniculati vnc: 6., clariſ: ſec: artem, & cap: in aurora, add: diaphoret:, crem: tart: an: drag: 1. ſſ:, & octiès per ſeceſſum hæc omnia operata ſunt, febris autem eodem die reuerſa eſt. Poſt duos dies iuſſi ſanguinem extrahi ex communi vena ad vnc: 8., & iures aperitiuos ſumere per quinque dies, attamen febris non recedebat, ſed diminuta e at. Exhibui Febrifug: Riuer: g: 35., ideòque vnà cùm multis per ſeceſſum expulſis ſextiès euanuit febris, nec ampliùs regreſſa.

Ibidem. *Vulnus Capitis.* *Obſeru. 73.*

DIe 20. Septembris Valentinus Ventura annorum 26., temperamenti fortis vulneratus eſt in capite in commiſsuris coronalibus, cùm fractione oſſis, quia baculo percuſſus fuerat ab homine robuſto ictu vehementiſſimo, itá vt hebes extiterit, & paulò poſt euomuit. Vocatus vulnus aperui in modum crucis, & inſtrumento extraxi aliquantum rudis ſanguinis gelidi, & aliquantum oſſis, indè appoſitum eſt oui albumen, & digeſtiua capitalia ſcripta à Patre Gabriele Ferrara quinque diebus. Acceſsit febris, & grauiùs ſeptimo die ſe habebat; octauo os curaui, & nonnulla ipſius fruſta remoui, indè verò applicui ceratum calaminare Paracelſi, in vulnere ſcilicèt poſita ſunt fila cùm balſamo ſecundo Paracelſi, & dicto cerato; 26. verò diebus conualuit.

Ibidem. *Carbo in Facie.* *Obſeru. 74.*

DIe 27. Septembris Catharina famula Domini Annibalis Tranſarelli annorum 48. carbonem habebat in media facie à ſiniſtra parte, quia verò Medicus Pallans vt conſanguineus ſupradictum Annibalem inuiſebat, intercidit circum, & appoſuit quoddam ceratum. Quinque tranſierunt dies ſemper cùm mali augumento. Quinto vocatus ſum ego, & carbonem inueni, qui amplum circumſtruxerat nidum magna cùm amplificatione, & caput miſeræ illius tumeſcebat. Nil adhibere volui, quia parum bonę erat inter illum, & me amicitiæ; veſperè autem vocauit me idem Medicus, rogauitque, vt quidquid poſsibile eſſet agerem, carbo quippè omnem occuparat faciem, & vſque ad oculum, & auriculam perueneràt; neque ſolùm caput, verùm etiam collum, & pectus tumeſcere incæperat, & febre laborare periodica. Illicò vndecim appoſui trochiſcos ex noſtris contrà carbones, tot enim neceſsaria erant ad malum omne tegendum, quislibet verò trochiſcus ad magnitudinem dimidij nummi argentei erat. Suprà trochiſcos dictos impoſitum eſt ſplenium ex lilijs, romice, & ſcabioſa cùm adipe. Ore ſumpſit Elex: proprietatis, Elex: vitæ, Balſ: noſtri Alexipharm: an: g: 15., cùm ſucco ſorici clarific: , & ſacchar: ; paulò poſt dedi vnicornu drag: 1., & intèr horas quatuor detumeſcere cæperant caput, collum, & pectus, nec malum progredi auſit, immò trociſcorum vis venenum ad ſe attrahebat. Manè altero trochiſcos remouimus, qui ingentem compoſuerant eſcaram, & aliquantùm cultro reſcidimus, eoſdem iterùm trochiſcos imponendo, & emplaſtra 24. horis non remota ſunt, atque indè ſplenijs maturatiuis, & ol: Antim: maturuere circùm partes, & omnis radix euulſa eſt, itá vt mira cauerna cerneretur, oſque ſolùm apparebat. Diebus 16. incarnata eſt noſtro vng: baſilicone Chymico, & libera euaſit itá vt exiguam tantùm cicatricem omnium admiratione oſtenderet.

Ibidem. *Pleuritis.* *Obſeru.* 79.

DIe 11. Martij filius Franciſci Græci annorum 5. ægrotauit iiſdem ſuprad: ſign's, & breui dubitabatur de morte. Emplaſtra, & vnctiones adhibitæ ſunt partibus doloris; ſanguis hauſtus ad vnc: 4., ceratum appoſitum ſtomacho contrà vermes, & clyſteria vt ſuprà. Aq: bibebat cort: nigr:, rutæ caprar:, cardi ſancti an: vnc: ℥., immixta quibus erat drag: 1. extracti antepleurit:, & multos vermes euacuauit, & benè ſe habuit.

Ibidem. *Pleuritis.* *Obſeru.* 80.

DIe 13. Martij P. F. Iacobus Vicarius Min: Obſeru: Sancti Franciſci Diuæ Mariæ Gratiarum annorum 74. iiſdem ſignis iacebat Pleuritidis exquiſitę, atque is quoque multa euomuit cruda. Emplaſtra, & vnctiones adhibitæ ſunt; veſpere ſumpſit extracti antepleurit: drag: 1. cùm aq: cardi ſancti. Manè inſeq: hauſtus eſt ſanguis ad vnc: 5., & clyſteria iuſſi. Sumpſit ſyr: de hibiſco, de pomis, & iuiubis, vnà cùm vnicornu, & pulu: antepleurit: noſtro; ſeptimo apparuit ſputum, & hoc modo paulatim conualuit.

Ibidem. *Vulnus in pede.* *Obſeru.* 81.

DOminus Ioſeph Palloccius ſecuris ictu vulneratus eſt in crure, ità vt os mazzillum tetigerit, & cecidit vſque ad pecten; læſerat quoque tendones, & neruos, non autem reſciderat. Vulnus inſolitum, & difficile erat, & maximo cùm dolore; illud laui, & filo coactus ſum connectere eiuſdem labia, vt conuenirent, multùm quippè inter ſe diſceſſerant, magnaque erat ſanguinis fluxio. Poſt hæc noſtrum adhibui balſ: adſtringens, & quinque diebus liber è vulnere euaſit, neque aliud adhibitum, quàm ſuprad: balſ; bìs in die.

Ibidem. *Vulnus in Crure.* *Obſeru.* 82.

DOminus Antonius Feronius de Ponticello annorum 24. vulnerauit ſe ſecuri in crure, & ictus os quoque aliquantùm penetrarat. Supradictum adhibui balſamum, & inter dies tres ſalutem habuit.

Vulnera hæc notatu digna ſunt, in partibus quippè malis fuere; crura enìm quacumque exigua læſione tumeſcunt, & vlcera euadunt maligna, in his autem humores non confluxerunt.

Tribus annis in Terra prædicta moratus ſum, & quamquàm cùm ibi cùm Fratre meo perueni, moraretur Medicus Trollius, tamen parùm illi fortuna arridebat, quarè diſceſſit; cùm igitur nec Medicus, neque Chyrurgus adeſſet, omnes ad nos concurrebant.

Placuit itaque quodcumque genus morborum ſcribere, qui acciderunt, quamuis multò plura fuerint his, qui leguntur; febres enìm tertianas, & quædam mala leuiora, quæ hic etiam notata non ſunt, ego curabam vino Calicis Chymici, & decoctis, iuxtà morborum varietates; locus quippè ille hominum erat abiectorum, & egenorum.

Carbonibus multis remedia adhibui ſupradicta, ſicut & morbis puerorum putrefactis quamplurimis, & ſimilibus.

Multos tenebam caſus de dyſenthærijs, quæ anno integro acciderunt, & de malis gulæ, ſed vnà cùm alijs euanuerunt.

Ex hac Terra penè quotidiè diſcedebam per alias proximas, Montorium ſcilicèt, Nerolam, Ponticellum, Podium Mianum, Canem mortuum, & Pozzaliam; longinqua etiam viſebam ſæpè, Rheatinam ſcilicèt Ciuitatem, Faram, & Territorium, Caſtrum

Caſtrum nouum, Montem Sanctæ Mariæ, Collem Longum, Mompæum, Montem nigrum, Mantopolim, Arcem antiquam, & Tophiam; anno tranſacto loca etiam Sancti Saluatoris, & alia. In omnibus his locis non exiguæ conſiderationis morbos curaui, & magni fiebam in hac exercitatione.

Nonnullas curas aſpicies lector adnotatas, ſed quamplurimæ amiſsæ ſunt.

Ibidem. *Iſchiadica.* *Obſeru.* 83.

IOhannes filius Marci à Cummulo coxendicis dolore quodam antiquo vexari ſolebat, prò quo propulſando ad S. Caſsiani balneum olìm aduolauerat, ſed nihil profuerat; poſt ea ad guaiaci decoctum peruenit, & ſe peiùs habuit; tandèm meo conſilio vino medicato deſcripto pag: 41. per 25. dies vſus eſt, & optimè ab illo dolore liber euaſit.

Ibidem. *Angina.* *Obſeru.* 84.

SAnctus Moſellus à Matelica Angina graui affligebatur, & Correſij habitabat; poſt multa adhibita remedia, ad eum perueni, quem cùm ſic laborantem aſpicerem, & ceream candelam illi per os tentandi gratia immitterem, repentè pus per eius os effluere cæpit, & ipſe à tàm ſæuo morbo liberati; deploratum autem Medici ipſum reliquerant, & vt ſtrangularum deiectum habebant.

Canneti Territorij Faræ in Sabina. *Febris Maligna.* *Obſeru.* 85.

DIe vndecima Iulij Iacobus Zanna annorum 35., temperamenti aduſti nouem ab hinc diebus febre laborabat maligna; hauſtus fuerat hoc tempore ſanguis, multa immò pharmaca ſumpſerat ſolito Medico præſcribente, Nono die Medicus abijt, & adſtantes conſuluit vt funera pararent, conclamatum enim erat ſaluti ægrotantis, nonnullas quippè vidit puſtulas violaceas, & ſingultus, ſed rarus apparuit. Me vocauerunt, & ſingultum inueni frequentem, linguam nigram, ſed non aridam, ſenſus parùm aptos, & vrinam crudam, immò rudem. Quatuor habebat veſsicatoria, duo ſcilicèt brachijs, & duo cruribus, ſed nihil profuerant, nihil enim attraxerant, & neque euacuabat. Clyſteria iuſsi herbis communibus compoſita, brionia, & vino, in quo ebulliuerat drag: 1. croc: metall; & multa eiecit atrabilaria. Emplaſtrum compoſui plantis pedum ex brionia, cyclamine, & cochleis crudis ſimul contritis. Epictymas iuſsi cordiales cordi, cùm vnctionibus cordialibus; ore verò confect: hyacinthi, Alchermes an: drag: ſs:, bezoard: animal: gr: 12., bezoardici Iouial:, vnicorn:, ſal: prunel: an: gr: 15, Facta eſt ptiſana hordei vt biberet, vnà cùm aq: ſonci, & acetoſ:, immixto autem ſale prunel:, atque hæc ardentem extinxit ſitim; noctibus multis ſomnum non cæperat, & veſpere ſumpſit laudan: nepentes noſtri gr: 3., quarè noctem illam tranſegit placidiorem. Die 11. veſsicatoria putreſcentis aliquantum materiæ tranſmiſerunt; iterata ſunt pedibus cataplaſmata, cordialia, & epictymæ cordi. Aquam bibebat cùm ſale prunel: decoctam vſque dùm ſitim expleret. Euanuerunt ſingultus, & puſtulæ, & vrina concoctionis ſigna dabat. Repetebantur clyſteria ſupradicta vnum in die, & 12. receſsit febris; corpus in cadauer conuerſum multis piſtis, & cordialibus inſtauratum eſt; atque omnium admiratione integram adeptus eſt ſalutem.

Ibidem. *Febris Tertiana.* *Obſeru.* 86.

DIe prædicta Vxor ſupradicti Iacobi annorum 26., temperamenti bilioſi tertiana duplici ægrotabat, vnà cùm duobus filijs, altero annorum trium, atque altero annorum quinque, ambo verò tertiana duplici infecti erant. Omnes inter ſe diſtabant,

ſtabant, & in locis morabantur ſeiunctis, ne alter alterum conturbaret. Mulier ſumpſit gr: 30. Febrifugi Riuer:, & febris in tertianam ſimplicem redacta eſt; decocta indè ex milio Sancti Ambroſij iuſsi, & tribus diebus à febre immunis euaſit.

Ibidem. *Obſeru.* 87.

Filius maior gr: 16. dicti Febrifugi ſumpſit, & febris omninò diſceſsit, nec ampliùs reuerſa.

Ibidem. *Obſeru.* 88.

Minor gr: 10. ſumpſit eiuſd Febrifug:, & febris diminuta eſt, ſed non penitùs euanuit, quarè compoſitum eſt decoctum cùm iulep:, & ſaccharo, ex ſucco chamædryos, cichorij, borraginis, cap: Veneris, & acrimonia, immixto quoque aliquanto ſalis prunel:, & vnicornu. Stomacho apponebatur vng: contrà vermes, & vmbilico, quinque verò diebus febris omninò euanuit.

In Terra Correſij. *Vlcus in crure.* *Obſeru.* 89.

Die 21. Iulij Homo quidam pauper annorum 48., temperamenti cachomici vlcere maligno corrodebatur in crure, & quia egenus erat iuſsi vt cinerem ilicis cùm oleo componeret, & immiſceret emplaſtri ad inſtàt, indè vlceri applicaret, poſtquàm illud lauiſset aq: fabrorum, in quo ebulliuiſsent myrtella, plantago, balauſtia, ſummitates ruui, & aliquantum aluminis, atque id fecit. Vlcus putridum, & maximè fætidum erat, & carnem multis penetrabat ſaniei foraminibus. Miſer ille è cubili non ſurgebat, nullo quippè modo erigi poterat, & 45. circitèr diebus ſupradicto remedio liber extitit, neque alia pharmaca adhibita ſunt.

In Arce antiqua. *Conuulſio.* *Obſeru.* 90.

Die 23. Iulij Dominus Iulianus Valentinus Phyſicus Doctor ex veteris morbi Venerei reliquia ardentiſsima laborabat inflammatione iecuris, & ſæpiſsimè ſyncopationibus conuulſiuis agitabatur, quæ nucam affligebant, ſpinalem medullam, pectus, atque os ſtomachi ingentibus adeò doloribus, vt oculus, atque os obliquum permaneret. Multa is adhibuerat remedia, neque magis profuerat, quàm Cornachinæ puluis ab ipſo compoſitus, ſed quia familiaris adeò illi euaſerat, iuuamina non experiebatur primiora. Die 20. Iulij ſyncopationes miſerum agreſsæ ſunt, atque illicò nuntiauerunt mihi nouem milliatibus abſenti vt accederem. Accucurri, & ægrotum inueni maximis vexatum doloribus; quamquàm verò ait Hippocrates: *ante canem, & ſub canem difficiles ſunt purgationes*; attamen gr: 5. Aureati noſtri dedi ipſius auctoritate, & atrabilaria euomuit ad trium librarum pondus; quinquiès per ſeceſsum euacuauit, quarè dolores eum reliquerunt, & liberatus eſt. Sequenti die orta eſt gumma, ſiuè milleceride in parte anteriore frontis, & ceratum compoſui, illud nempè diaquilonis cùm gumma ad vnc: ſs:, pulu: Iridis drag: ſs:, cantharid: ſcrup: ſs:, pulu: ſynap: ſcrup: 1., mixta ſimul, indèque imponebatur tenuiſsimo lini fragmento, ſub quo gumma, & hoc modo, abſque eò quòd matureſceret, conſumpta eſt æqualem relinquens locum, ità vt non agnoſceretur ſignum. Reliquum indè vitæ cùm ſalute optima tranſegit, atque ipſum tribus elapſis annis inueni, dixitque nullam adhuc à curatione conuulſionem paſsum fuiſse.

In

In Colle longo Sabinæ. *Febricula Continua.* *Obſeru. 91.*

DIe 28. Iulij Antonia filia Franciſci Lombardi annorum 23., temperamenti gracilis, & peſsimi in prima Phthyſis ſpecie ſebricula laborabat continua, & fixam ferebat opinionem illatis ſibi faſcinationibus vexari. Sumpſit primò Calicis vinum, & multa euomuit, & euacuauit; hoc indè decoctum compoſui ℞: radic: arundin:, farſarel:, ſcabioſæ an: pugil: vnum, ligni viſci quercini, ligni lentiſci, ſandal: citrin: an: vnc: ſſ:, meliſſæ, florum borrag:, viol:, & roſarum an: pugil: ſſ:, pimpinel:, betonic:, matricar:, artemiſ: an: pugil: 2.; hæc omnia ſimul coquebantur vſque ad conſumptionem tertiæ partis, colabantur indè, & clarificabantur; accepto poſteà dimidio pullo, dimidia teſtudine, quinque cochleis, & decem cancris, hæc quoque bulliebant vſque quò in conſumata redagerentur, ſaccharo indè roſato accomodabantur, & ex his medium cyathum ſumebat manè, & medium veſpere duabus horis antè cibum. Stomacho noſtrum apponebat ceratum ſtomachale; tèr verò ſupradictum cæpit compoſitum, & iterùm purgata eſt extract: rhabarbari, ſenæ an: drag: ſſ:, ſæculæ brioniæ ſcrup: ſſ:, ol: cynnamomi quanto ſufficit. Meliùs indè ſe habens ſumpſit iterùm per menſem integrum quolibet manè drag: 2. huiuſce compoſiti ℞: ſæcul: aronis vnc: 3., pulu: noſtri Antibetici vnc: 1., ſal: Iouis drag: 1. ſſ:, conſeru: viol: vnc: 4., ſyr: betonicæ quantum ſuf: ad hæc componenda in formam confect:. His conualuit, & conſului inſuper, vt lac aſinæ caperet per menſem alium, ex quo pinguis euaſit, atque optimum colorem recepit.

Ibidem. *Febris Continua cùm Phthyſi.* *Obſeru. 92.*

DIe 24. Auguſti Adriana quædam ann: 55. gracilis erat, & conſumpta febre continua ſex menſibus ab hinc, & Phthyſica. Sup rad: ſumpſit decocta in conſumata vt ſuprà, & lac, non verò confectum, comodum quippè illi non erat. Sumpſit confectum tantummodò ex aronis fæcula, & paſſularum conſerua cùm ſaccharo, & ſaluti eſt reſtituta.

Ibidem. *Dolores Colici.* *Obſeru. 93.*

DIe 3. Septembris Carolus Fauſtinus annorum 48. nouem ab hinc diebus Colicis cruciabatur doloribus, & à ſolito Medico præſcripta fuerant clyſteria, & remedia. Vinum exhibui ex Calice ad vnc: 6., & multa euomuit, & euacuauit, ex quo dolores maximè diminuti ſunt. Puluetis indè baccarum lauri ſumpſit, & herbæ Turcicæ an: drag: 1., vnicornu, nucis myriſticæ an: ſcrup: 1., m:, & cap:, & repentè dolores euanuerunt.

Ibidem. *Dolores Colici.* *Obſeru. 94.*

DIe 8. Septembris filius hortorum cultoris Illuſtriſsimi Domini Marchionis Canalis Rheatini annorum 14. gymnaſium petens in dicta Terra acerbiſsimos dolores Colicos experiebatur, & multa adhibita erant remedia, ſed fruſtrà. Ore pharmacà ſumere nolebat, quarè clyſterium iuſsi ex vino Reguli, & emplaſtrum ex ouis in ſartagine cùm ol: camomillæ, & caprino ſtercore, & dolor diſceſsit. Cæpit indè pulu: ex baccis lauri, herbæ Turcicæ an: drag: ſſ:, vnicornu ſcrup: 1., ol: aniſi guttas 5., conſeru: viol: vnc: ſſ:, m:, & benè ſe habuit.

In

In Territorio Faræ Canneto. *Pleuritis.* *Obſeru. 95.*

DIe 9. Nouembris Victoria proxima Zannæ annorum 52., temperamenti humidi febre laborabat maligna cùm ſignis Pleuritidis quatuor ab hinc diebus; pulſum enim habebat ſerinum, ac pungentem, reſpirationis difficultatem, tuſſim moleſtam, doloremque pungentiſſimum in parte ſiniſtra, ità vt morti proxima videretur; ardentiſſima æſtuabat ſiti, carpum habebat, ideſt pilos ſtragulæ carpebat, oculos habebat vitreos, atque horridos, anguſtia pectoris ſtringebatur. Hauſtus illicò eſt ſanguis ex brachio eodem ad vnc: 6., qui putridus erat, præcedente autem clyſterio; appoſita indè ſunt cataplaſmata duo noſtra Antepleuritica ſaponis, vnum parti doloris, & alterum oppoſitæ. Ore noſtri ſumpſit extracti antipleurit: drag: 1., vnicornu drag: ß:, ſal: prunellæ perlati drag: 1., conſetu: viol: drag: 1. ß:, miſce, & cap: duobus vicibus à veſpere vigeſima prima hora; iterùm iuſſi ſanguinis miſſionem à pede vnc: 4; & inſequenti die meliùs ſe habebat, carpus nil ampliùs apparuit, neque oculus horrebat adeò. Supradictum indè compoſitum reſumpſit, & ſyr: lambit:, quarè libera extitit.

Ibidem. *Febris Maligna, & Continua.* *Obſeru. 96.*

DIe 10. Nouembris Puella anni vnius nouem ab hinc diebus febre laborabat continua, & maligna, cùm ſyncopationibus conuulſiuis vermium, neque oculos vllo modo aperiebat, lac ex vbere ſumere non poterat, pulſus euanuerat, vultuſque defunctæ colore pingebatur. Emplaſtrum compoſui ſtomacho, & vmbilico, aliud quippè nobis non occurrebat cùm in aruis moraremur, ex ruta ſcilicèt, abſynthio, plantag:, polygono, perſicaria, lupinorum amarorum farina benè contritorum, & melle ad ignem calefacto. Plantis pedum applicui ſplenium ex cochleis crudis contritis abſolutè; ore autem aquam decocti graminis, & rutæ caprar: cùm vnicornu aliquantùm contrito, & immixto, & 24. horis ſalutem priſtinam habuit.

Ibidem. *Aſthma.* *Obſeru. 97.*

DIe 26. Nouembris Vxor Iohannis Donati annorum 20. angebatur vſque ab infantia Aſthmate, ambulando ſcilicèt ſpiritum reuocare non poterat, & egena erat. Iuſſi vt papyri folium butyro perunctum ſtomacho appoſitum ſemper ferret, bìs verò, vel tèr in die dimidium cyati ſumeret oxymel: prò vice leui hoc modo concocti ℞: ſcabioſ:, radic: farfarellæ an: manip: 1., hyſſop: manip: ß:, lign: lentiſc:, & querc: an: vnc: 2., caricas num: 8., paſſularum pug: 1., aq: quantum ſuf:, & ex his decoctum componebatur vſque ad conſumptionem dimidij; exprimebatur indè, & aceti decocto vnc: 3. adiungebatur mellis libra 1., clarificatum verò redagebatur ad cocturam iulep: longi, atque hoc conſumpto aliud præ manibus habebatur. Hoc duobus menſibus iterauit, & Aſthma eum reliquit. Multa adhibita ſunt fumenta fecibus Reguli, & menſtrua fluxerunt vberrima, ſicut & extractio ſanguinis à pede facta eſt.

In Correſio. *Pleuritis.* *Obſeru. 98.*

DIe 29. Nouembris Paulus Antonij Marcheſiani aruorum cultor quinque ab hinc diebus Pleuritide vexabatur exquiſita, & graui adeò, vt de morte dubitaretur, quinque enim ſigna à Galeno tradita habebat; corpus autem forte erat, & pingue, ſed anxium. Libram illicò ſanguinis iuſſi extrahi ex brachio dextero, qui corruptus erat, præcedente verò clyſterio. Splenia verbenæ adhibita ſunt læſæ parti, atque alterum oppoſitæ ex herba contrita, farina hordei, & ouorum albumine cùm pomo Quercetani. Die inſequenti vinum Calicis dedi ad vnc. 8., & multos humores euomuit, vnà cùm putredine concocta, & corrupto ſanguine; ſtatim autem diminutus eſt dolor, febris euanuit, & conualuit. Verbena mitem aliquantùm reddiderat dolorem, & ſanguinem aquoſum extraxit vt ſolet.

In Cotodino Territorio Faræ. *Spondile dorſi è loco lapſum.* *Obſeru. 99.*

DIe 9. Aprilis Nepos Domini Franciſci Zannæ annorum 19. ingens gerens capite pondus maximo adeò dolore renium agreſſa eſt, vt in terram præceps procubuerit, neque vllo modo erigi poterit, nec deambulare. In cubile eam collocarunt, & credebant ſpondilia tergi fracta eſſe. Vocatus acceſſi, & ſpondile inueni è loco ſuo remotum, quarè cucurbitulam illi appoſitam illicò per vim rapimus, circùm verò ſiccas adhibui, eo modo ſcilicèt, quo vtimur dùm flexa eſt coſta. Indè ſplenium adſtringens compoſui ex farinæ partibus duobus, fuliginis camini parte vna, bolarmeni, & thuris an: parte ſſ: , croco aliquanto, & oui albumine quanto ſuff: ad cataplaſma compingendum; hoc doloris parti applicatum eſt quinque diebus, & tanquàm gluten carni ſe conſtrinxerat, quo ablato adhibitum eſt ol: canis rub: ſæpiùs, quarè in locum ſuum redactum eſt ſpondile, & benè ſe habuit.

Ibidem. *Dolores Artetici.* *Obſeru. 100.*

DIe 11. Aprilis Soror Domini Dominici Manfredi annorum 32., temperamenti melancholici, ſed maximè gracilis quinque ab hinc menſibus è lecto ex doloribus arteticis non ſurgebat, quippè quia quolibet tenebatur membrorum articulo; locus, in quo degebat humidus erat aquis præcinctus paludoſis. Bìs Reguli vinum ſumpſit, & 20. decocta ex lentiſco, viſco quercino, ſalſa noſtrali, ſiuè ſmilace aſpera, iua artetica, & betonica. Vaporaria ſicca adhibita ſunt herbis aromaticis, ignitiſque ſaxis in cubili cùm ciſtellulis alibi notatis; ad quodcumque verò fumentum corpus linteis, & ſudarijs exſiccabatur, & noſtra aq: vitæ contrà dolores ſcripta in Arcanis perungebatur; hoc modo vſa eſt octiès, & dolores diſceſſerunt, à quibus nunquàm vexata eſt multis annis.

CEN-

CENTVRIA QVARTA.

In Mantopoli. *Febris Continua; & Paroxys apud auriculam.* *Obſeru. 1.*

DIe 13. Aprilis Domina Fœlicita Monteſperelli annorum 63. febre continua multis ab hinc diebus laborabat; hoc tempore verò curata eſt à Medico ordinario. Paroxys illi apparuit ſub auricula, quæ fauces inflammauit, & quia intèr languorem ægritudinis, & ætatem breuì dubitabatur de periculo, emplaſtra adhibita ſunt maturatiua fortia, & gargariſmata frequentia; ad alimentum dabatur ſpiritus panis ex melliſſæ, & cornu cerui drag: 1., balſ: noſtri cordialis, & vitalis an: g: 3., pulli liquidè contriti dimidium cyathum prò vice, bis nempè in die. Tumor non leuabatur, quarè ignito ferro ad talem vſum accomodato transfixus eſt, & putredo ſuper os erat; adhibita ſunt digeſtiua cùm ol: therebinthi, vitelli oui, ol: Philoſophorum, & ceræ, atque indè Paracelſi cerato ſanata eſt, & etiam liquoribus vires obtinuit.

Ibidem. *Tumor in pede.* *Obſeru. 2.*

DIe 14. Aprilis Puer annorum 12. multo ab hinc tempore tumorem in pede patiebatur, qui ſpina vulgò vocatur ventoſa, & à Chyrurgis curatus fuerat, ſed quia corpus impurum erat, tria patuerant foramina, nec claudebantur, quippè quòd læſum os erat; hoc modò illum fœlici exitu curaui, nempè ℞: decoct: ex ligno ſancto, ſalſa noſtrali, ſeù ſmilace aſpera, radicibus arundinum, & lentiſco per menſem compoſita iuxtà vſum; ità etiam eodem decocto vlcer lauabat bìs in die, & addebatur aliquantum vitrioli Cyprini; vng: indè baſiliconis vnc: 1., ol: philoſoph:, therebinthi, & ſulphuris fætidi an: drag: 2. mixtis vtebatur prò foraminibus, circùm verò in locis ſcyrrhoſis, & calloſis apponebam ceratum diaquil: cùm gumma, attamen pertinax cedere nollebat. Noſtros adhibui trochiſcos in foraminibus, & multam fecerunt eſcaram; ſupradicto verò vng:, addito vng: mucilaginis per dimidium, maturuit, & radix exiuit vt os cerneretur, quod curaui, & ſuprad: primo vng: incarnatum eſt; quarè conualuit abſque eò quòd claudicaret.

Ibidem. *Spinæ ventoſæ.* *Obſeru. 3.*

DIe 14. Aprilis Puella filia Scarpinelli annorum 4. ſpinas ipſa quoque ventoſas patiebatur, in pede ſcilicèt, in manu, & in pectore; vbique patebant vlcera, ſed ex illis nil aliud, quàm aqua turbida exibat. Decoctis, & lauacris curata eſt eodem modo, ſolùm tamen in pectore non adhibiti ſunt trochiſci, ſed vng:, & benè ſe habuit. Hæc verò non curata eſt ſuprà os, ſed per ſyphonem tranſmiſſum eſt balſ: dulce Antimonij potabilis.

Ibidem. *Dolores ſtomachi.* *Obſeru. 4.*

DIe 16. Aprilis iuxtà domum Dominorum Monteſperelli erat vidua annorum 28. circitèr, temperamenti humidi, quæ multis ab hinc diebus grauiſſimis vexabatur doloribus ſtomachi, vmbilici, renium, & hypocondriorum; vinum Calicis bibit ad vnc: 8., & multa euomuit porracea, & ſextiès euacuauit, ex quo dolores omnino illam reliquerant.

In Fara. *Podagra.* *Obſeru. 5.*

DIe 16. Aprilis Carolus Manfredi annorum 53., temperamenti biliosi, & fortis, ſed bibax multis ab hinc annis Podagra laborabat, & anno illo octo menſibus deambulare non poterat. Hic cùm vidiſſet ſuam conſobrinam ope mea à doloribus liberam, aliquantum vnctionis illius expoſtulauit ab ipſa; erat autem aqua vitæ compoſita contrà dolores adnotata curæ conſobrinæ eiuſdem. Ad crura, & pedes adhibuit, & iuuamen aliquod expertus eſt; quarè illicò ad me miſit Podei Natiui morantem, vt aquæ vitæ ampullam concederem; ego itaque exiſtimans, quòd prò frigido ſingulari dolore adhibenda eſſet, vnc: 6. miſi. Ipſe apud ignem cæpit perungere crus, genu, & pedem, vxor indè partem alteram, ſed certatìm caro abſorbebat, ità vt horæ vnius ſpatio aqua defuerit. Calceos induxit, & erigi conatus, viribus pollebat, vt ſi nullo excruciatus fuiſſet morbo. E domo exiuit, in qua menſibus multis incoluerat, & multis occurrens gratulanribus de ſalute exclamabat: ò miraculum aquæ, ò prodigium. Hoc modo hic liber extitit, & quatuor annis, quibus ibi moratus ſum vllum podagræ dolorem expertus eſt. Multi, & multi podagra vexati exemplo ipſius hac voluerunt aqua vti, & intèr cæteros Dominus Medicus Fidi vir digniſſimus, atque doctiſsimus, celebriorque locis illis, ſed prò ſalute comparanda membris penè captos ſe reddiderunt.

In Canneto Faræ. *Carbones.* *Obſeru. 6.*

DIe 17. Aprilis Dominæ Annæ Mariæ Zannæ annorum 23., temperamenti bilioſi carbo ortus eſt in collo in venis iugularibus malignus, & quia remedia non appoſita ſunt citiùs, 24. horis amplificatus eſt ad magnitudinem quatuor digitorum cùm febre, & ſymptomatibus. Me vocauerunt, & non rantùm amplificationem inueni ſuprad:, ſed tumorem quoque capitis, pectoris, faciei, humerorum, & faucium inflammationem. Deſenſiua illicò facta ſunt ex vng: deſenſiuo Galeni, addita camphura aliquanta in locis quibuslibet circùm proximis. Suprà tumores, & carbonem trochiſcos impoſui ex noſtris ad talem vſum, & ſuprà trochiſcos vng: Egyptiacum. Carbo non ampliùs explicatus eſt, trochiſcos quippè venenum ad ſe attrahebant. Ore balſ: vitæ dedi, balſ: cordialis an: gut: 5., contraueneni noſtri drag: 2., vnicornu drag: ß:, miſce, & cap:, & gargariſmata quoque adhibita ſunt. Die inſequenti trochiſcos remoui, qui magnam coagulauerant eſcaram, cuius partem cultro recidi; vbi verò ſanguis detegebatur, immatura quippè pars erat, iterùm ibi trochiſcos apponebam, & replicata tèr fuerunt; ol: indè Antimonii ex fecibus Reguli extracto, ſanguis ampliùs non ſurgebat, & maturuit vng: baſilicone, & mucilaginis. Adhibitum eſt etiam vng: abſterſiuum Iſis Galeni Apoſtolorum, & incarnatus eſt vng: gummæ elemi Patris Ferraræ; ægra verò à febre immunis euaſit ab initiis, & cùm cæpit extrahi radix purgata fuit bis vino Calicis, & hauſtus eſt ſanguis à pede; quarè menſtrua fluxerunt vberrima, ab ipſis enim morbus proceſſerat. Die quadam ſpeculo ſe intueri voluit, & maximas erupit in lacrimas ad cauernoſæ adeò ſpeluncæ cauitatem, horrida quippè dubitabat de cicatrice, & libentiùs mortem dixit ſe ſubituram, quàm corpus deforme adeò gerere; animum addidi, vt re ipſa vſu vng: ſupradictorum, atque indè ol: myrrhæ, vitelli oui, & ceræ nulla remanſit ferè cicatrix, ità vt illis, quibus nota non erat fœmina neque appareret ſignum.

In Correſio. *Venenum boletorum.* *Obſeru. 7.*

DIe 20. Aprilis ſedentes ad conuiuium quatuor ſungos comederunt, & vitam penè cùm morte commutarunt, Domina ſcilicèr Magdalena Angelera annorum 50., Dominus Antonius Ganaſsinus annorum 24., vxor dicti Antonii grauida ann: 30., & fraterus eiuſdem de Monte Rotundo ann: 35., qui primus poſt conuiuium illicò diſceſsit

Sali-

Saliſcianum verſùs. Dùm Faiæ fuit ex equo lapſus eſt; cùm ecce occurrit P. F. Franciſcus Monteſperelli Vicarius, iuſſitque ad Conuentum deferri; vinum indè cùm vnicornu dedit, quod ego manè illo donaueram ipſi, atque hoc modo à veneno immò à morte liber euaſit.

Ibidem. *Venenum.* *Obſeru.* 8.

ALij in Correſio oculorum aciè derelinqui cœperunt, atque indè paralyſi circumdari. Me vocauerunt, & Dominam Magdalenam inueni, quæ loquelam amiſerat, & iam extremæ vnctionis ſacramento munita è mundo migrabat; exhibui ſtatim drag: 1. vnicornu, & euomens meliùs ſe habuit, & in hanc vitam reuocata eſt.

Ibidem. *Venenum.* *Obſeru.* 9.

ANtonius Ganaſſinus quoque cùm vxore prò defunctis habebantur, ſed peiùs vir, quàm fœmina; octauam vnicornu ſinguli ſumpſerunt, atque ſalutem repentè priſtinam adepti ſunt; & Antonius ingenti adeò tremore concutiebatur, vt quinque homines eum ſiſtere non poſſent.

Multi vſu vnicornu tantùm ope mea à veneno liberati ſunt.

Ibidem. *Oppilationes.* *Obſeru.* 10.

IN eadem Terra, peſſima quippè aeris temperies eſt, multa inuſitata mala acciderunt morborum, & in ſalutem redacta ſunt auxiliante Deo paucisſimis remedijs, & plerumquè Calicis vino. Vt Dominus Marcus Angelorus vnum habebat ex his Calicibus, & officina aromataria erat loci illius fœlicibus euentibus. Fuerunt præcipuè multæ adoleſcentulæ, quæ proptèr aerem, herbas crudas, & alia, quæ vere, & autumno comedebant, menſtruorum carebant beneficio ex oppilationibus. Septem intèr cæteras, quæ nondùm menſtrua expertæ erant, & ætatem iam ipſorum tranſegerant, ſumendo vinum Calicis bìs, vel tèr alternatìm, vacuis verò diebus aperitiua decocta cùm ſectione venæ pedis, & nonnullis etiam fumenta herbis aromaticis adhibebantur, & aliquibus feces Reguli.

Ibidem. *Oppilationes.* *Obſeru.* 11.

MVltis quoque pueris, & puellis annorum 4., 5., 6., 7., vſque ad 12. obſtructionibus oppilatis, alijſque morbis vexatis datum eſt vinum ad vnc: 1. ſſ:, vnc: 2., vſque ad vnc: 4. fœlici exitu.

In Monte Rotundo. *Debilitas neruorum.* *Obſeru.* 12.

DIe 22. Aprilis Admod: Reuer: Pater Magiſter Petrus Maria Minor Conuentualis Sancti Franciſci annorum 40., temperamenti millioſi, gracilis, & cachecticus edendo, & bibendo immoderatus erat, ideòq; colore flauo, & feroſo toto corpore tinctus ardebat. Pater hic Prouincialis fuerat Biſantij, & quia vadem ſe dederat prò captiuo, captiuus autem promiſſam non præſtiterat fidem, ipſius in locum captus eſt, & quinquennio vitam duxit miſeratione dignam in captiuitate; quarè ex perpeſſionibus dimidij corporis viribus deſtitutus, pedes, crura, & coxendices nullo modo ſuſtinere, neque illis erigi poterat. Adhibita ſunt remedia à Chyrurgo Gallo, & aliquantùm vim reſumpſit, & Romam redijt. Romæ eodem modo ægrotauit, varijſque modis à Romanis Medicis curatū eſt vt curaretur, nullo verò iuuamine. Ad Montem Rotundum delatus eſt, eius nempè patriam, & me vocauerunt; fama enim erat me Medicorum

deſtitutis auxilio, & doctrina ſalutem afferre. Corpus malè ſe habebat, vt dictum eſt; ità vt in eius cura de decore meo dubitarem; nihilominùs illum purgare cæpi extract: rhabarbari, ſenæ, & catholici noſtri Riueriani an: drag: ſſ:, multis indè ſyr: refrig:, attenuant:, & roborant:; datum indè eſt extracti rhabarb: drag: ſſ:, guttæ gummæ redactæ in magiſterium ad vſum noſtrum gr: 8., Aurear: noſtri correcti cathartici gr: 3., m:, & multa euacuauit aquoſa, ſeroſa ſcilicèt çùm bile. Tempore eodem adhibita ſunt vaporaria herbis aromaticis, ignitiſque ſaxis veſpere alternatim. In ſedem ſcilicèt accomodabatur ſedens, pedeſque ſediculæ, ſub quibus caniſtra ponebantur herbis, & ſaxis, vt in capite proprio narrabitur; exſiccato autem ſudore, quo pedes, crura, & coxendices manabant, in cubile collocabatur, & rubei canis oleo tota illa pars corporis perungebatur. Hæc duodeciès adhibita ſunt, vnctio verò non relinquebatur oleo ſuprad:, & aq: vitæ noſtra ad tales effectus compoſita. His diebus etiam bìs vinum ſumpſit Calicis, quod multa bilioſa, & porracea extraxit, quarè pedibus niti cæpit, atque optimè deambulabat abſque baculo, aut auxilio. Diù ſalutem integram tuitus eſt, ſed quia viuendo immoderatam vitam traduxit, dubito ne de ægritudc ipſa mortem ſit ſibi comparaturus.

In aſſiduitate ad curam Patris ſuprad: ad ſalutem multos reuocaui à Medicis deſtitutos, & Phyſicus Doctor nomine Dominus Paulus de Grandis celeberrimus maximam habebat in voluptatem multis adeſſe, vt optimos ſpectatus eſt euentus, quorùm multi obſeruatione digni ſunt.

Ibidem. *Febris Tertiana.* *Obſeru. 13.*

DIe 24. Aprilis filia Fœlicis Tartaglini annorum 12. laborabat à ſex menſibus febre tertiana ſimplici; exhibui ei drag: 1. Antifebrilis noſtri, & ſana euaſit.

Ibidem. *Oculorum luminis carentia.* *Obſeru. 14.*

DIe 24. Aprilis in Conuentu ſuprad: Pater erat quidam nomine Bitonte Muſicus, qui oculorum aciem multis ab hinc annis amiſerat, quarè parùm luce fruebatur. Temperamenti erat hic bilioſi, annorum 38., & Medici conſilio ſemèl in hæbdomada catapotia nonnulla ſumebat ex varijs compoſita prò oculorum beneficio, ſemèlque in hæbdomada hirudines apponebat partibus inferioribus, vſque dùm duæ, vel tres vnc: ſanguinis exirent, & ex his iuuamen aliquod excipiebat. Intrà menſem, quo illìc moratus ſum, bìs vinum Calicis bibit, & aliquantum accomodauimus ex illo in infuſione, ideſt ℞: vini Calicis libras 3., eufragiæ libr: 1., cæterùm compoſitionem, de qua ſcribit P. Lauda in Elect: de viſu roborando; poſtquàm autem quinque diebus infuſum fuerat, ſeiunctæ ſunt drag: 4., & addebatur vittiol: Cyprini, tutiæ an: ſcrup: 1., ex his verò tres, vel quatuor guttas bìs, vel tèr in die oculis ſtillabat, reliquique vini quolibet manè ſumebat vnc: 1. ſſ:; quapropter intèr alterum, & alterum adeptus eſt viſum, ità vt priſtinam reiecerit difficultatem videndi, & congruè ſacrum celebrauerit, optimè quippè ad lectionem oculorum lumine vtebatur.

Ibidem. *Oculorum morbus.* *Obſeru. 15.*

DIe 26. Aprilis Puella annorum 8. humidi capitis, & carnoſi, ipſa autem valdè bibax, ex quo cæca ferè erat, oculis carne abundantibus, & rubeis. Vini Calicis dedi vnc: 4., & multa euomuit; hauſtus eſt à brachio ſanguis ad vnc: 4., ſetaciumque collo adhibitum eſt. Vino Calicis vſi ſumus accomodato modo ſuprad: Patris Bitontis, & 20. diebus humor ille euanuit, atque oculi clarnerunt.

Ibidem. *Dolores Hypocondriaci.* *Obſeru. 16.*

DIe 28. Aprilis Fœlix Tartaglinus annorum 47., temperamenti aduſti, ſed obſtructionibus plenus, totoque corpore incompoſitus, pluribus ab hinc annis hypocondriacis cruciabatur à doloribus atrociſſimis, & quamuis pluriès remedia applicuiſſet, nullum vnquàm expertus eſt iuuamen. Curatus eſt à me, & vinum exhibui Calicis, quarè multa euomuit bilioſa non verò per ſeceſſum. Iures indè iuſsi aperitiuos; quia pauper erat, ex aſparagis, lupulis, cronopo, cap: Veneris, cetraca, pimpinella, borragine, & intubo, immixta quibus ſalis abſynthij calybeati drag: ſſ: prò vice ſumebat. Septem poſt dies Romam vocatus ſum ægrotum inuiſurus, & vinum infuſum reliqui in Calice Patri Bitonti, vt horis 24. tranſactis Tartaglino ſuprad: daret; oblitus eſt Pater, & 48. horis prò 24. infuſum fuit, atque æger hoc modo ſumpſit, ex quo turbatus eſt, neque multùm euomuit. Veſpere ipſo, quo vinum ſumpſerat ille Tartaglinus redij, illumque ab acerbiſsimis inueni doloribus afflictũ in parte dextera, in iecuris regione, ingens autem adeò dolor erat, vt miſer ille ex hac vita migrare videretur, ſanguinem atrum, & fœtidum per ſeceſſum eijciens, ſicut etiam ex ore tranſmiſerat. Iuleb: dedi gemmati drag: 1., Balſ: ſalutis, Balſ: cordial: an: gutt 5., vnicornu, eſſent: ſmaragdi an: gr: 8., miſce, & cap: Nocte vrina multa de corpore illius exijt, & dolores eum deſtituerunt; manè inſequenti meliùs ſe habuit, & roboratus eſt; continui tranſiere dolores, cùm duritie, qua tenebatur in iecure. Cura hæc cùm periculo fuit, de morte enim verebar, erratum autem illud ſalutem ipſi attulit, malum quippè tantum nunquàm paſſus fuit.

Ibidem. *Epilepſia.* *Obſeru. 17.*

DIe 28. Aprilis Filius Fœlicis Zingari annorum 6., humidus, & viuax quatuor ab hinc annis effectibus vexabatur ab epilepticis, & ex conuulſionibus flexũ remanſerat corpus, ità vt pars ipſius imbecillima eſſet, & retorta, dùmque deambulabat ſæpiſsimè cadebat. Vinum iuſsi Calicis ad vnc: 3., atque indè extracti Antepileptici maioris Quercetani 25. diebus ſcrup: 1. prò vice. Facta ſunt quoque vaporaria ſicca herbis aromaticis, & ſaxis ignitis octiès, ſemperque perunctæ ol: canis rubei noſtro comp: nuca, ſpinalis medulla ſpondiliorum, latuſque infimum; noſtraque aqua vitæ compoſita, & liber exiuit.

Ibidem. *Carbones, & deformitas monſtruoſa.* *Obſeru. 18.*

DIe 28. Aprilis Frattia erat ſuprad: Fœlicis Zingari annorum 18., temperamenti ſanguinei, quam narrabant omnibus Terræ illius pulchritudine antecelluiſſe, Terra autem eſt ad Ciuitatis amplitudinem, & milliaribus decem diſtat ab Vrbe. Tempore hoc mulier erat adeò deformis, vt illam aſpicientes terrore afficerentur; onerabant enim ipſius caput, collum, humeros, brachia, totumque corpus caliginoſi carbones, qui teterrimam reddebant. Quinque ab hinc menſibus hoc morbo laborabat, abſque eò quòd vllum iuuamen exciperet ex multis remedijs, quæ adhibuerat. Menſtrua quinque his menſibus nunquàm fluxerant, quapropter ex hoc dubitaui nè morbus procederet. Bis vinum Calicis dedi, & multa porracea, & pinguia euomuit quacunque vice. Ipſa tamen, & conſanguinei ſuſpicabantur ne ſupernaturalia ipſam vexarent, ſcilicet faſcinationes, & eò magis ſibi ſuadebant ex coloribus illis, & pinguedinibus, quas emiſerat. Iures exhibui aperitiuos ex herbis, cùm ſale artemiſiæ, & matricariæ, & fumenta ex fecibus Reguli, atque herbis adhibita ſunt, quarè meliùs ſe habuit, parum tamen carbones receſſerunt, quamuis menſtrua defluxiſſent, & ambulando meliùs incederet quàm anteà. Tempore, quo ex Terra illa diſceſsi, ſalutem obtinere credebat; totius

enim corporis color ipſam ornare cœperat; paucis autem diebus tranſactis paulatim iterùm innouabantur carbones, qui tali nomine vocari poterant, bullæ quippè ſiuè puſtulæ erant ingentes, & nigerrimæ. Romam igitur delata eſt, & multis à Medicis applicata remedia multa, nullo verò iuuamine. Conſanguinei videntes hoc dixerunt me ſ vnum miſeræ fuiſſe adiumento, quapropter Medici hortati ſunt vt ad me mitteretur, impoſſibile enim eſſe aiebant illam aliorum auxilio curari; hoc autem ad meam vituperationem arbitror dixiſſe. Iter hi ſuſceperunt Ciuitatem verſus Rheatinam, vbi morabar, verùm, quia incumbebam ad ſalutem Illuſtriſſimi Domini Fabritij Aligeri, aliorumque Nobilium aſſiduitate quotidiana, nil agere conceſſum eſt mihi ad ipſius vtilitatem. In patriam reuerſi ſunt abſque alijs remedijs, & infœlix, vt mihi nuntiatum eſt litteris, poſt menſes tres vitam cùm morte commutauit. Mirum autem eſt hoc, quod ſtatim ac anima corpus dereliquit, diſceſsit & deformitas, quarè mortua pulchra erat abſque macula, & facies pallore tantùm mortis inficiebatur. Quò humorum illorum ſ copia abierit cogita Lector, ego enim ignoro; atque hoc non litteris tantummodò ad me peruenit, ſed multi, & multi ad maiorem veritatem affirmarunt.

Ibidem. *Tumor in manu.* *Obſeru. 19.*

DIe 30. Aprilis Filia cuiuſdam Fabritij annorum 13., temperamenti bilioſi verſans intèr pueros infectos vlceribus tumorum frigidorum, qui ſpinæ ventoſæ vocantur, ſiuè elephantiaſi, ipſi quoque gumma, ſiuè tumor in manu ortus erat, & malignus. Sumpſit bis vini Calicis vnc: 5. prò vice alternatim, cùm decoctis ex ligno ſancto, ſalſa noſtrali, radicibus arundinum, & lentiſco; ſuprà verò tumorem fragmentum lintei, ſuprà quod ceratum diaquil: compoſitum ex canthanide alibi deſcriptum, & libera euaſit omninò.

Ibidem. *Tumor in maxilla, in lateribus, & in brachio.* *Obſeru. 20.*

DIe 30. Aprilis Filius cuiuſdam Carlotti menſium 18. tumorem habebat in maxilla, qui fractus erat, alterum ſuprà caput laterum non fractum, atque alterum in brachio neque fractum. Illis, qui fracti non erant appoſitum eſt ceratum diaquil:, & humores paulatim euanuerunt. Ad maxillam vng: adhibita ſunt abſterſiua, ſed quia nullum bonum ſignum videbatur trochiſcum ex noſtris appoſui, eſcaram fecit, & cerato diaquilonis cùm gumma, & mugilagine maturuit, & extractum eſt folliculum. Adhibui indè balſ: dulce Antim:, cùm ol: therebinthinæ, & ceræ ad partem roborandam, additus eſt illis puluis ſarcoticus, atque optimè incarnatus eſt. Ore decoctum hoc ſumpſit ℞: radic: bordanæ maioris libr: ſſ:, radic: arundinis vnc: ſſ:, ligni lentiſci, viſci quercini an: drag: 2., ſem: cardi ſancti, gran: Paradiſi an: drag: 1., raſinæ ialappæ ſcrup: ſſ:, ſenæ Orientalis vnc: ſſ:, infund: in libr: 6. vini albi, & coquantur per balneum ad conſumptionem tertiæ partis, atque indè addantur ſacchari vnc: 3. ſſ:, cynnamomi drag: 2., cap: vnc: 1. prò vice, & his pharmacis ſalutem obtinuit integram.

Ibidem. *Dolores Artetici.* *Obſeru. 21.*

DIe 1. Maij Angela Thomæ paupertima annorum 36. multis ab hinc menſibus laborabat artericis doloribus, neque è cubili ſurgere poterat. Vinum bibit Calicis ad vnc: 7., & vaporatia facta ſunt ſicca cùm herbis, & ſaxis, atque indè vnctiones ol: canis rubei multotiès, & conualuit.

Ibidem.

Ibidem. *Dolores Artetici.* *Obſeru.22.*

REmedia eadem, eodemque modo ſalutem attulerunt homini annorum 52., apud oſtium Terræ ipſius, qui membris captus erat, & eiſdem doloribus annis ab hinc duobus, & benè ſe habuit.

Ibidem. *Morbi Venerei reliquia.* *Obſeru.23.*

DIe 3. Maij Iohannes Carlotti annorum 26. tribus ab hinc annis bubones paſſus fuerat, alioſq; fructus Venereos, ſed quia purgatus omninò non erat, conuerſi fuerant in dolores articulares, corpuſque inficiebant adeò peſſimo habitu, vt phthyſicum inclinaret. Sumpſit decocta ad vſum noſtrum ex ligno 21. diebus, & prò quibuslibet ſeptem diebus vinum Calicis, indè autem ad eum roborandum datæ ſunt radic: aronis præparat: ad vſum Quercetani vnc: 4. compoſit: cùm pane dulciario, & ſumebat drag:2. illarum cùm vnc: 4. lactis caprini puri quouſquè habuit ex compoſitione ſupradicta, & penitùs liber extitit.

Ibidem. *Ruptura panniculorum.* *Obſeru.24.*

DIe 3. Maij Iulianus Auguſtini annorum 18. tribus ab hinc menſibus fractos gerebat omnes tres panniculos, ità vt inteſtina multa in mitram deſcenderet. Ferreum iuſſi torcular ſinè circulo à me deſcriptum ſuo loco, & accuratè aſcenderunt viſcera; ceratum indè adſtringens impoſui pectini, quod ceratum ſcribitur à Patre Lauda ad rupturam, coarctabaturque ferro ſuprad: die, & nocte, non enim illi moleſtum erat. Ore 15. diebus ſumpſit cyathum decocti ex his compoſiti ℞: radic: conſolidæ maioris vnc: 3., pimpinellæ, caudæ equinæ, cronopi an: manip: 1., herniariæ vnc: 2., vini rubei lib: 8., infundantur per horas 24., indè decoquantur per balneum ad conſumptionem tertiæ partis, poſt cap: vnc: 3. prò vice, & inter ſex menſes ferreum remouit inſtrumentum & ſalutem adeptus eſt.

Ibidem. *Vrinæ difficultas.* *Obſeru.25.*

DIe 4. Maij Franciſcus Maria Moricone annorum 38. multis ab hinc diebus maximis cruciabatur ab vrinæ doloribus, ità vt mingere non poſſet niſi guttatim. Pleraque remedia illis à Medicis applicata ſunt nullo iuuamine; plurièsà Chyrurgis ſyringatus eſt, & cùm ſyringa quædam durities inueniebatur, quæ per veſſicam quoque diffundebatur, ſtatim ac verò extrahebatur ſyringa, & candelæ, nonnullæ egrediebantur guttæ vrinæ, atque indè claudebatur. Ipſe ego fumenta multa adhibui ex parietaria, ex appio agreſti, ſyſymbrio aquatico ſuprà pecten, & turundam accomodaui longam, ſubtilem cùm corticibus gentianæ, ipſam vinciendo filis duplicibus ſericis, atque vngendo eſſentia therebinti, & ol: ſcorpionis in virgam immiſſum fuit paulatim. Nocte integra hæc operata ſunt, repetendo quoque fumenta herbis, & ol: camomillæ, & ſcorpionis ad pecten, & totam virgam emplaſtri ad inſtar. Laborioſè noctem tranſegit, & manè turundam paulatim extraximus, membrum enim tumuerat vt ingens brachium, & turunda vt digitum manus. In veſſica calculus erat ad magnitudinem oui paſſeris, & veſſica vrina impleta, dùm autem exijt turunda, vrinæ vi calculus ad virgæ fauces impulſus eſt, & turunda extracta calculus magno impetu erupit multam ſimul vrinam abducens, & conualuit. Varia igitur quærenda remedia in ægrotorum ſalutem. Calculus ille, aut lapis dùm ſiccus fuit ad drag: 2., & duodecim granorum pondus graue erat.

Ibidem. *Effectus hyſterici.* *Obſeru. 26.*

DIe 4. Maij filia aut nepos Trauaglini annorum 24. multo ab hinc tempore effectus patiebatur hyſtericos, & ſæpiſſimis agrediebatur à ſyncopationibus, ita vt ſenſibus deſtitueretur dimidiæ horæ ſpatio, Dolore continuo cruciabatur ſtomachi, inſolito cordis palpitatu, vertiginibus, & perturbatione capitis, & doloribus ventris, & in hypocondrijs, omnia verò ex vterinis effectibus procedebant. Vinum Calicis iuſſi ad vnc: 7., & multa porracea, & ruginoſa euomuit. Inſequenti die hoc dedi compoſitum, cuius drag: 1. in die ſumeret 15. diebus ℞: pulu: bacc: lauri, herb: Turcic: puluerizat:, pulu: peoniæ an: drag: 3., fæculæ brioniæ dragm: 1. ſſ:, magiſter: ſuccini, ſal: Iouis an: drag: 1., vnicornu, ſal: prunel: an: drag: 2., m:, & cap:, Septimo die ſumptis his, catharrtici noſtri Aureati ſumpſit gr. 7.; applicatum ſtomacho gerebat ceratum ex noſtris ſtomachalibus, alterumque vmbilico cùm muſco ad vſum noſtrum, & 15. dierum ſpatio ſalutem habuit perfectam, multiſque annis illam tuitus eſt abſque alijs remedijs.

Ibidem. *Hethiſia.* *Obſeru. 27.*

DIe 5. Maij Priuigna D. Doctoris Phyſici de Grandis annorum 19. tribus ab hinc annis peſſimo infecta fuerat habitu ad Phthyſim inclinante, atque hoc tempore menſtrua non defluxerant. Pallentiſſima erat delicata, & imbecillis; febricula laborabat continua, ideſt de cacheſia virginum. Vinum Calicis bibit ad vnc: 6. prò vice duobus diebus nullo alterius diei interpoſito interuallo, ſemèl in die. Primo multa euomuit porracea, & obſcurá, die altero parùm ore emiſit, ſed nouiès per ſeceſſum. Diebus ijſdem ſigna apparuerunt menſtruorum, ſed pauca, & ſinè colore. Noſtra iuſſi ſumenta herbis, ſaxis, & ſecibus Reguli 15. diebus, veſpere cùm dormitum ad cubile petebat. Ore ſumpſit decocta ex quinque radicibus aperitiuis, addita artemiſia, matricaria, & rubia tinctorum cùm drag: 3. ſabinæ, diebus quindecim; quotieſcunquè autem ſumebat addebatur extracti ſplenis bouis Crollij drag: 1. prò vice, atque ex his non ſolùm menſtrua fluxerunt copioſa, & colorata, ſed benè conualuit. Sumpſit etiam vinum Calicis in fine decoctorum, & hauſtus eſt à pede ſanguis ad vnc: 6., quarè viuo prædita erat colore, & integram ſibi ſalutem comparauit.

Ibidem. *Menſtruorum retentiones.* *Obſeru. 28.*

TEmpore hoc quia rudis erat aeris temperies, & fœminæ quotidiè ad multos incumbebant labores, præcipuè in aruis ad triticum expurgandum, aut metendum, & in vineis fructuum acerborum vbertate, multiſque ſylueſtribus prunellis, perſicis, alijſque fructibus, quos comedunt pleræque oppilatione adſtringuntur, nec menſtruorum beneficio gaudent. Tempore, inquam, hoc multis remedia adhibui virginibus, & fœminis 15. annorum vſque ad 30. circitèr vino Calicis, cui bìs, cui tèr, vni quoque quatèr, cùm ſuprad: ſumentis, & decoctis, cui verò magiſterialibus, & cui iuxtà poſſibile. Nonnullis hauſtus eſt ſanguis à pede, & nonnullis à brachio, & omnes liberæ omninò euaſerunt, vinum enim illud mirabile eſt, & ſingulare in his effectibus.

Ibidem. *Tinea.* *Obſeru. 29.*

DIe 6. Maij Carolus Stephani annorum 19. duodecim ab hinc annis tinea laborabat, ſed arida. Vt deglabraretur iuſſi capite toto, menſe verò integro ſe perungeret vng: compoſito ex ol: bufonis, & vbiquè peſtis illa diſceſſit, ità vt viderim adoleſcentem illum poſt annos duos pulcherrima ornatum cæſarie.

Ibidem. *Tumores in mamma vlcerati.* *Obſeru.* 30.

DIe 6. Maij Maria quædam Angeli annor: 23. duobus à tumoribus in mamma vlceratis anno ab hinc vexabatur, atque hi proceſſerant ex lacte concreto; quia verò malè curata fuerant vlcera amplificata ſunt duris, & obſcuris callis circumdata, & corroſiua, ità vt ab humoribus pupilla mammæ corroſa fuerit. Appoſui ego vng: bufonis immixto cancrorum pulu:, & ol: Antim: dulcis; durities maturuit, & caro mala paulatim abſque dolore conſumpta eſt; vng: indè noſtrum adhibui compoſitum ex gumma elemi, & ſanata eſt.

Ibidem. *Dolor renium.* *Obſeru.* 31.

DIe 9. Maij Homo egenus annorum 38. multo ab hinc tempore à renium dolore attrocíſsimo cruciabatur, & flexus ambulando incedebat. Vrina valdè cruda erat, quapropter vinum iuſsi Calicis, quod multa vomitu, & ſeceſſu emiſit. Quod autem obſeruandum eſt, duobus diebus multiſsima exiuit vrina crumentum arenaium ſimul abducens. Repetitum eſt vinum, & penitùs euanuit dolor, ità vt erectus miſer ille ambularet. Arbitror in parte illa ſimul tartarea multa conueniſſe, ſed vino immiſſo conſumpta ipſius quoque vi per vrinam expulſa ſunt.

Ibidem. *Vlcera corroſiua.* *Obſeru.* 32.

DIe 17. Maij Ciuium familia, vir ſcilicèt, vxor, & duæ filiæ, vna annorum 4., atque altera 6., quorum nomen non licet explicare, vlcera patiebantur corroſiua ex morbo producta Venereo, quo Romæ Nobilis infectus fuerat. Fædiſsima hac peſte inquinati erant faucibus, ore, & ſexu; vxorque, & filiæ in partibus etiam anterioribus, & poſterioribus; omnes ſanguinei erant, ſed euentus teterrimus. Maritus, & coniux decocta ſumpſerunt ex ligno, & ſalſa ad vſum; aquam etiam ſecundæ decoctionis. Purgati ambo anteà ſunt noſtra aq: Catholica purgante vniuerſali, maritus drag: 3. ß:, vxor drag: 2. ß: quibuslibet ſeptem diebus; lauacra quoque adhibebant eodem decocto ligni, immixtum cui ſal erat Saturni, litargyrium, terra ſigillata, & camphura, atque intèr 22. dies liberi extiterunt ambo ex vlceribus. Ad illa verò oris adhibebatur decoctum idem cùm alumine crudo, & ol: antimonij, croc: metall:. Lauacris iiſdem puellæ diluebantur, & ſumere decocta iuſsi ſuprad: diebus 35.; diebus autem 20. tranſactis addeterentur ſumendæ ſimul ambobus guttæ 12. Panacææ liquidæ vniuerſalis. Adoleſcentula annorum ſex electuarium ſumpſit ſcriptum à P. Lauda contrà huiuſmodi morbos, ipſique incorporata gr: 10. diaphoretici noſtri fixi, & gut: 6. Panacææ ſupradictæ prò qualibet vice, & benè ſe habuit. Illa annorum 4. extractum ligni ſancti capiebat ad drag: ß: in aqua ſtillata ex bardana, & cardo ſancto cùm guttis 12. Panacææ liquidæ, & aliquanto iuleb: , quarè omnes quatuor liberi extiterunt, ipſoſque vidi poſt annos duodecim, abſque eò quod vllum vnquàm morbum paſsi fuiſſent.

Multa alia mala 45. dierum ſpatio curaui optimo exitu, atque hinc vocatus diſceſsi ad Faræ Territorium, vbi nonnulli erant ægroti, quorum Adnotationes inuenies, atque anteà ſcriptas iam legeris.

In Canneto Territorio Faræ. *Febris Maligna.* *Obſeru.* 33.

DIe 6. Iunij Coniux Domini Franciſci Zannæ annorum 52., temperamenti biliosi quinque ab hinc diebus febre laborabat maligna cùm puſtulis nigris, delirio, pulſu frequenti, & immoderato, vrina rubea, & inflammata, lingua arida, ſiti ardentiſsima, & pectoris anguſtia. Nullum applicuerant remedium, quia mihi ſoli curam hanc trade-

re volebant. Die eodem clyſteria iuſſi communia, atque extractionem ſanguinis ad vnc: 8.; ore dedi aquas cordiales cùm acet: citr:, & ſpiritu vitrioli; die verò inſequenti præſpiciens malum ſeptimi, ſexto aq: exhibui noſtræ catholicæ purgantis drag: 3., & multa biliosa nouiès per ſeceſſum eiecit, veſper tranſigendo quietum. Septimo nihilominùs natura ſudorem emittere conata eſt, vt videbatur, & ego quoque curaui vt maiorem haberet vim cùm drag: ß: diaphoretici noſtri fixi, verùm non multùm operata eſt. Circà meridiem acceſſit ſyncope, quarè ſumpſit Elex: vitæ, Elex: proprietatis, eſſent: contrahyeruæ, tormentillæ, & therìacæ an: drag: ß: cùm aqua lactucæ, in qua infuſum fuerat vnicornu, & vires aliquantùm recepit. Veſpere inſequenti ſupradictam reperiui compoſitionem, & veſſicatoria appoſita ſunt cruribus, & brachijs; ore autem ſumpſit bezoard: Iouialis, & diaphoretici noſtri fixi an: ſcrup: 1., & hæc tribus diebus repetiuit. Vndecimo commotum eſt corpus diarrhææ ad inſtàr octiès, quarè de morte dubitabatur, ſed pulſus validior erat. Duodecimo quoque die fluxit diarrhæa, & decimotertio febris diſceſſit, ſed miſeram reliquit imbecillimam, & viribus omninò exhauſtam; optimis nutritiuis recreata eſt, & benè ſe habuit.

Ibidem. *Vulnera.* *Obſeru. 34.*

Die Aſcenſionis Domini Noſtri Ieſu Chriſti, quo nullus homo per loca Faræ tranſire, aut morari videbatur, omnes enim ad feſtiuitatem confluxerant, quæ in Eccleſia Correſio proxima celebrabatur, hoc accidit. Nepos erat Franciſci Zannæ, qui filiam Andreæ Lombardi vxorem duxerat; hæc poſt menſes multos à marito ad patrem confugit varias adducens cauſarum ſpecies. Maritus multos exercuit modos, & minas vt coniugem haberet, ſed fruſtrà. Die igitur ipſo ſupradictus Andreas vnà cùm filia nupta, altero filio, vxore, alijſque fœminis templum ſuprad: petijt, quia verò Generum vidit armatum diſceſſit illicò cùm filia, filio, & coniuge. In reditu nullum aliud itèr ſuſcipere poterant, quàm domui Generi finitimum; Iuueni autem nupto breuiores viæ non defuerunt vt illos præcederet, & primus ad prædictum locum peruentus propè domum, ad inſidias paratus ſe ipſum abſcondit. Tranſientibus repentè proſilijt, deprehenſamque coniugem brachio in domum impulſutus attraxit; Socer, & Cognatus ad hoc arma capiunt in iuuenem, qui vxorem è manu elabi ſinens, tribus plumbeis globulis per ſclopum emiſſis, quem habebat, Magiſtrum Andream vulnerauit propè vmbilicum, ità vt glandulæ illæ plumbeæ per caput renium exirent; Cognatum ictu ſicæ percuſſit in capite, & arteriam reſcidit; robuſta autem adeò percutientis manus fuit, vt os penetrauerit, & pugio, quem vulneratus præ manibus habebat, pluſquàm paſſibus decem ab ingenti adeò vi delatus fuerit. Veſtigia indè coniugis affectatus eſt, quæ ſola per viam fugerat, ipſamque fugam properantem vndecim ſauciauit vulneribus inſolitis, ſeptem ſcilicèt in capite, vno in collo, & quatuor in brachio, in cubitu nempè, in talone, in manu, & in digitis. Caput lancinatum erat vt cæpa, quippè quòd miſeram inſequens ſemper percuſſerat; vulnus habebat propè occiput, aliud ad commiſſuras coronales, alia erant auriculæ proxima, alia ſuprà nucam vicariam, & ad capillorum radices, naſuſque reciſus in terram ceciderat. Aduolaui ego, & ſclopo eiuſdem iam anteà extorto timorem incutiens abire iuſſi, & abijt. Ipſe naſum ſumpſi, & loco ſuo repoſitum, linteolo, quod collo geſtabat, inuolui, & accomodaui; indè verò ira ſuccenſum inſecutus ſum, qui ad Matrem vxoris peruenerat, & iam ictu gladij in capite petierat ictu cuſpidis in collum penetrante quatuor digitis, ità vt iugularis vena læſa aliquantùm fuerit. Homines multi interuenere, & iuuenis diſceſsit. Impoſsibile eſt narrare quomodo ego, aut qualibus verſabar in perturbationibus, ad tot vulneribus remedia adhibenda, mulieres enim perterrefactæ ſanguinis ad copiam exangues penè cadebant, neque erat qui ad miſeros faſciandos mihi auxiliaretur, niſi quidam ſutor. Ille qui ab iſtello paruulo, ideſt à plumbeis glandibus vulneratus fuerant, læſus erat in inteſtinis, tantula enim feces repetiebam, quare Sacramentis munitus eſt; oui tantum albumina adhibuimus, & cordialibus

libus roborauimus. Alij, filius nempè, filia, & mater, ni fortè meum balſ: Magiſteriale adſtringens mecum habuiſſem, non poterant quin ex hac vita migrarent; Mater enim iugularibus ſaucia venis vberrimè adeò ſanguinem emiſerat, vt neque iugulata vacca tanta copia effundat, & exanimen ſe deſtitueret; balſ: autem, & filis lini ſanguinis impetum interclusi. Filio, qui vulnere affectus fuerat in cute, & per arua proxima fugerat, vena relaxata eſt, & ſanguinem profundebat, perindè ac ſi vinum ex ingenti dolio hauriretur; ibi quoque appoſitum eſt balſ:, neque ampliùs fluebat cruor. Illa, quæ vndecim cæſa fuerat plagis, bis ceciderat exanimis, iamque ſepulcrum parandum omnes arbitrabantur; ſanguinem cohibui per tres reciſos arteriarum ramos ſurgentem, vnà quarum ſecta erat in brachio; naſum indè, qui iàm anteà amputatus fuerat, acu, & filis ſericis loco ſuo connexi, & balſ: ſuprad: perunxi. Balſ: quoque eodem cætera ſanata ſunt vulnera; ad aliud autem ſumendum domum miſi, multum ex illo quippè non ſuffecit, & intèr 17. dies omnes liberi euaſerunt locorum illorum admiratione, prætterquàm ille, qui ſclopi ictu percuſſus eſt, ipſe enim poſt horas 22. è vita migrauit. Admirabile quidem fuit de naſo, à cuius reciſione ad connexionem hora ferè elapſa eſt, quamuis aliquantùm affixus fuerit linteolo, vt ſuprà dixi. Vulnera quoque à robuſto brachio infixa fuerant, & ferrum veſtes, carnem, & oſſa penetrarat.

Balſamica balſamum componentia materiæ non permittunt corruptionem, & ex hoc nulla ferè putredo fuit in vulneribus ſupradictis; naſus immò diſtrictè adeò ſe loco ſuo coniunxerat, vt niſi qui attentè animaduerteret, cicatricem videret, atque hoc contrà antiquorum dictionem eſt, res cartilaginoſas coniunctionem pati non poſſe, vt videmus in neruis, & venis &c.

In Fara. *Febricula Continua cùm Diarrhæa.* *Obſeru. 35.*

Die 14. Iunij Filius Domini Io: Baptiſtę Caſtellani annorum 4. nouem ab hinc menſibus febricula laborabat continua vnà cùm Diarrhæa. Rampazzolius, & alij multi Medici remedia applicuerant, ſed fruſtrà. Curam mihi tradiderunt, & quaſi cadauer erat, imbecille, & odioſum alentibus. Nonnullas feci compoſitiones ex farina, ſaccharo, & ouis, prò quacumque autem horum libra immiſcebantur vnc: 3. pulueris contrà malè affectos Quercetani, & ad vermes expellendos vnc: ß: vnicornu, ex quibus omnibus conficiebantur offæ, & puer comedat hoc modo medicamentum, abſque faſtidio. Stomacho appoſitum eſt ceratum ſtomachale ex duabus partibus tachamacæ, atque vna aloè compoſiti cùm ſuccino, & corallijs. Ad bibendum dabatur aqua decocta cùm hordeo, herba Turcica, polygono, & curiandulis. Fumenta adhibebantur vmbilico herbis adſtringentibus, & odoriferis; clyſteria quoq; duo in die hoc modo ℞: aq:, in qua ignita ferrea extinguunt fabri lagenas duas, & in ipſa benè decoquantur plantago, herba Turcica, polygonus, equiſetum, burſa paſtoris, virga paſtoris, taxum barbaſſum, cymæ ſylueſtrium prunelorum, & ruuorum an: manip: ß:, ſacchar: rub:, & uitell: ouorum quantum ſufficir, & ex his componebantur clyſteria. Medioc iter ſe habuit quinque diebus, cùm nocte quadam, ut poſtè quæ nutrix puero propinare ſolebat bis aut tèr in nocte, errauit illa, & prò aqua bibenda compoſitionem clyſteriorum propinauit, quarè manè facto pluſquàm duo mille uermes inuenti ſunt in ſcaphio ubi puer euacuauerat, eorumque nonnulli ingentes erant, nonnulli exigui, alij rubei, aut albi, alijque caput habentes nigrum, mirum equidem, & inſolitum uiſu; hoc autem factum eſt quia omnes illæ compoſitiones contrà huiuſmodi peſtem erant. Puer non ampliùs imbecillis ut anteà, ſed uiuacior extitit; ſupradictæ offulæ repetebantur, immò in ipſis efficiendis immiſcebantur etiam fæcula aronis, uniones, & corallia, quarè optimè conualuit, & poſt duos annos inſtructa eſt ſaltatio Chyronomica, in qua ipſe ſtrenuior, & uenuſtior omnibus emicuit.

Ibidem.

Ibidem. *Vlcera corroſiua.* *Obſeru: 36.*

DIe 16. Iunij Coniux cuiuſdam nomine vocati Farani annorum 42., temperamenti incompoſiti lue Venerea tempore hoc vlceribus corroſa erat palato, faucibus, ore, alijſque partibus &c.; ol: primùm perungebatur ſulphur's extracto per campanam, & ol: Antim: extracti ex fecibus reguli per humidum, fiebant indè gargariſmata, & lauacra ex decocto corticum ligni ſancti, buxi, oliuæ, ſummitatum ruui, acrimoniæ, plantag:, ſonci an: pug: 1., aluminis drag: 2., mellis roſati, roſarum ſiccarum, & diamoronis an: vnc: ſſ:, & paulatìm moderata eſt. Bis vinum Calicis ſumpſit, atque indè quinque diebus pillulas antiuenereas Riuerianas, ex quo benè ſe habuit, quamuis & anteà remedia ſumpſiſſet à Rampazzolio, & alijs Medicis nullo iuuamine.

In Faræ Territorio. *Dolor in genu, & Carbo.* *Obſeru. 37.*

DIe prædicta Maria Angela Floriani annorum 31., temperamenti aduſti dolore affligebatur in genu, ità vt nullo modo poſſet ambulare; carbo indè niger, & ingens ortus eſt illi in cruris pulpa eiuſdem genu, & trium horarum ſpatio amplificatus fuerat ad magnitudinem manus, cùm tumore quoque, & inflammatione cruris. Noſtros appoſui trochiſcos ſuprà carbonem, nec ampliùs ſe explicauit; circùm verò applicui defenſiua ad vſum Galeni cùm buthyro, quarè magnam fecerunt eſcaram, radix euulſa fuit cùm ſcalpello ſcarificando, & repetendo iterùm trochiſcos, & defenſiua. Ore ſumpſit vinum Calicis ad vnc: 6., & multa atrabilaria euomuit. *Datæ* quoque ſunt noſtri pulueris Alexipharmaci drag: 3. tribus vicibus, vno verò die, quia de morte dubitabam, crebra enim agredicbatur à ſyncope. Circùm indè maturatus eſt cerato diaquilonis cùm gumma, & vng: mugilaginis, & ſulliculum exuit quinque vnciarum ponderis. Inter quatuor dies appoſitum eſt vng: gummæ elemi, & noſtrum baſilicon Chymicum, & diebus 16. conualuit, dolorque ſimul genu euanuit.

In Fara. *Vlcera Venerea.* *Obſeru. 38.*

DIe 19. Iunij Adoleſcens quidam Nobilis, cuius nomen proferre non licèt, vlceribus infectus fuerat, alijſque morbis Venereis; quia verò malè curatus fuerat exacerbata ſunt dicta vlcera, & partem membri virilis corroſerant; panum quoque fiſtuloſum habebat ſex ab hinc menſibus. Romam petijt, & ad celebriorem Chyrurgum Hoſpitalis Conſolationis acceſsit, qui membrum ipſi amputare volebat; iuuenis verò exterritus in patriam reuerſus eſt. Me vocauit, & illicò iuſsi vt 40. diebus quocunque manè ſumeret ſcrupulum pillularum antiuener: Riuer:, membro autem adhibebatur decoctum ex ligno ſancto, eiuſque corticibus cùm ſale Saturni, camphura, & alumine, atque hæc ad lauacrum; vnguentum erat ex litargyrio compoſito ex oleo roſaro, & camphura, vſque dùm acrimonia illa extingueretur. Curatus indè fuit vng: baſilicone, & cerato Paracelſi calaminare, quarè ſalutem habuit.

Ibidem. *Febris Maligna.* *Obſeru. 39.*

DIe 20. Iunij Puella annorum 2. tribus ab hinc diebus febre laborabat ardentiſsima, neque verbum proferebat, & ſinè motu corporis quadam quaſi ſomnolentiæ ſpetie conſepulta iacebat. Hirudo appoſita eſt brachio, & aqua ad bibendum data eſt cùm hordeo decocta, intùs etiam immixtis ſal: prunel: drag: ſſ:, ſal: abſynthij drag: 2:. Per vim indè propinauimus ſyr: acr: citr: vnc: 1., cùm aq: cor: citr: drag: ſſ:, cùm vnicornu. & Pa-

nacæ

nacæ fixæ an: ſcrup: 1., mirificè ſudor emanauit ſubitus, & intra duos dies impleta eſt varolis, ità vt integer carbo videretur; ſuprad: aqua repetita eſt cùm aq: etiam lentis, & citò conualuit abſque cicatricibus.

Ibidem. *Obſeru. 40.*

EO tempore multæ fuerunt varolæ in Terra illa, & obſeruaui illas leuitèr curari; initio ſcilicèt priuſquàm germinarent, hauriendo ſanguinem, atque hoc modo vires ſecare; alijs etiam dabantur euomitiua iuxtà corpora; antimonialia quoque ex vino Calicis, aut Aureato noſtro; aquæ indè adhibebantur decoctæ cùm hordeo, aut lente, immixto ſale prunel:, vnicornu, panacæa liqu:, vel diaphoreticis. Modis his ſæpè curabantur pueri, aut iuuenes, abſque eò quòd tumoribus impedirentur, vel oculorum maculis, & neque ſigna apparebant in facie; hæc quippè cùm ſanguinis mundificatiua eſſent, pluſquàm alia remedia operabantur. Obſeruaui etiam non multis curatos remedijs perire, aut ſigna remanere, nonnullos etiam oculorum vngulis impeditos, aut per corpus tumoribus cruciatos; & curati ſanè anno illo à Rampazzolio, quamuis viro inſigni in Spargyrica, attamen multi moriebantur, ignoro tamen quæ adhibebat remedia. Adhibui etiam multotiès fœlici exitu pulueres viperarum cùm vnicornu, & ſale prunel:, ſicut & illarum tincturam ad vſum Quercetani.

Omnia loca ſcripta in his primis Centurijs propè Romam ſunt in Sabina; dùm enim in Podeo Natiuo, Scandrilia, & Rheato morabar, me vocabant nunc hùc, nunc illùc, quapropièr dùm mihi tempus erat caſus obſeruatione dignos aduotabam.

In Colle longo. *Suffuſio oculorum.* *Obſeru. 41.*

DIe 23. Iunij Sanctæ Iacobi annorum 23. ob fluxionem pituitoſam, & menſtruorum retentionem occupauerat oculum caro quædam rubea multis ab hinc diebus. Purgata eſt à me noſtro Aureato cathartico, & cucurbitula occipiti reciſa appoſita eſt, atque indè ſex aliæ non reciſæ humeris impetu remotæ ad humores repellendos; cerotum verò applicatum eſt oculo ex maſtiche, & thure; ſicut & cauterium coxendici eiuſdem partis. Fricationes fiebant ſemèl in die, incipiendo primò cùm pectine à ſincipite ad nucam, indè verò manibus à nuca vſque ad pedes; cucurbitulæ adhibebantur coxendicibus ad interiorem partem, & locorum partibus fumenta herbis, & fecibus reguli. Oculo quatèr, vel quinquiès in die inſtillabantur tres, vel quatuor guttæ aq: optalmicæ Quercetani. Ore ſumpſit iures aperitiuos, & vinum Calicis bìs alternatìm, quarè ſalutem oculi penitùs habuit; & menſtrua fluxerunt vberrima.

Ibidem. *Dolores Artetici.* *Obſeru. 42.*

DIe 23. Iunij Auguſtinus Magiſtri Franciſci Lombardi annorum 26. multis ab hinc menſibus à doloribus cruciabatur articularibus, ità vt in cubili ex ſe volui non poſſet, linteis autem illum voluebant. Aduſtus erat, melancholicus, apprehenſiuus, & à morbo debilitatus; quia uerò in quadam ſua cella uinaria nodum rerum non legitimarum olìm inuenerat, capillorum ſcilicèt, ſericorum fragmentorum, acuum, aliorumque nugarum, hæc apprehenſio non pauco fuerat illi nocumento. Vinum exhibui Calicis, & multa euomuit porracea, quæ faſcinationes eſſe ægrotum perſuaſimus; gauderet autem quia liber erat. Vaporaria ſicca adhibita ſunt in cubili caniſtrinis, herbis aromaticis, & ſaxis ignitis ſeptiès, diebus ſeptem alternatìm, ſemèl in die, exſiccatum uerò à ſudore ungebamus oleo noſtro compoſito canis rubei partibus doloris. Ore ſumebat decocta ex cort: buxi, ſalſa noſtrali, lentiſco, radic: arund:, ſandalis, & quibuslibet ſeptem

dicbus unum ſuprad:, quod tèr ſumpſit; & 24. diebus benè ſe habuit ac ſi nullum unquàm morbum paſſus fuiſſet, ſicut & liber extitit ex apprehenſione illa; fidem enim mihi habuit dicenti remedium illud omnem, ſi eſſet, faſcinationem expellere.

Ibidem. Febricula Continua. Obſeru. 43.

DIe 23. Iunij Filia Io: Iacobi annorum 12., temperamenti extenuati, peſſimique habitus multo ab hinc tempore febricula laborabat continua, & remedijs ſumendis impatientiſſima euaſerat. Bis ipſam purgaui abſque eò quòd remedium nec videret, nec ſentiret; primùm cùm iure exhibui drag: 2. aq: noſtræ catholicæ purgantis, & duodecim vermes per ſeceſſum emiſit; aqua indè, quam bibebat decocta erat cùm hordeo, & radic: arund:, atque infundebatur ſal prunel:, vnicornu, & pulu: noſter contrà vermes, hæc omnia in fragmento lintei. Stomacho applicatum eſt ceratum ex noſtris tacchamacæ cùm dimidio illorum contrà vermes. Iuſſi quoque vt illi accomodarentur in pane fæculæ aronis vnc. 5., herbæ Turcicę vnc: ß:, vnicornu dr: 2., pulu: contrà vermes drag: 2. pulu: Antibetic: Riuerij vnc: 2., farinæ, & ſacchari quant: ſuff:, & ex his componebantur panes dulciarij. Semèl ſumpſit prò purgante confectum ex gr: 5. Aureati cathartici noſtri, quarè benè ſe habuit, optimumque recepit colorem.

In Podeo Donadei. Aſthma antiquum. Obſeru. 44.

DIe 24. Iunij dedita opera venit ad Dominum Franciſcum Antonium Farmacopolam iuuenis quædam vidua Correſij annorum 27., vt ab aſthmate antiquo auxilio meo libera euaderet, quod vſque ab infantia patiebatur, ità vt prò quolibet exiguo motu ſpiritum ducere non poſſet. Sæpiùs vinum ſumpſit Calicis, & oxymel compoſitum ex decocto ſcabioſæ, farfarellæ, & ligni viſci quercini, atque ex his bibebat dimidium cyathum prò manè, & æquè ad veſperas. Multis quoque diebus aq: bibit ex viſco ſuprad: ſtillatam, & pectus perungebat vnguento dialthææ. Multotiès fumentis vtebatur aperitiuis ex herbis aromaticis, & fecibus reguli ad partes locorum; ſumpſit etiam extractum ex ſuccino in iiſdem oxymel:, & aquis, atque hoc vſu integram adeò ſibi comparauit ſalutem, ut maritum iterùm cæperit, & diù à malo immunis extiterit.

In Oſeo Abbatię S. Saluatoris. Hyſterica paſſio. Obſeru. 45.

DIe 24. Iulij Soror Domini Franciſci Iacobutij annorum 28. dùm ex paſſionibus hyſtericis exanimis caderet, gula tumuit, & de morte dubitabatur. Fumenta iuſſi naſo ex fumo tabaci, nihil enim aliud præ manibus habebam; & ſpiritus hùc, illùcque diffuſi redierunt. Magnis in utero cruciabatur à doloribus, quapropter ore ſumpſit extracti noſtri Anthyſterici dragm: 1. cùm ſal: artemiſiæ, matricariæ, & ſabinæ an: ſcrup: ß:, vnicornu ſcrup: 1., m:, & cap:, & dolores euanuerunt, ſicut & gula detumuit. Poſt duos dies vinum exhibui Calicis ad vnc: 7. ad cautionem, & multa emiſit porracea per os, & per ſeceſſum. Die ipſo emanarunt menſtrua vberrima, & colorata, ex quo conualuit, ſex enim ab hinc menſibus nunquàm ipſorum experta erat beneficium.

Ibidem. Dolor in coxendice. Obſeru. 46.

DIe 24. Iulij Pauper quidam homo à ſciatica cruciabatur, dolore ſcilicèt coxendicis in oſſe ſcio, neque poterat deambulare. Fumenta iuſſi herbis aromaticis, & carminatiua clyſteria. Ore vinum Calicis bibit, atque hoc dolores receſſerunt, ſed cùm deambulando pars illa debilis eſſet, ceratum appoſui picis caſtri, quarè fortis euaſit.

In

In Petrella Cicolina. *Febres malignæ ex ingenti dolore capitis incipientes.* *Obſeru.* 47.

IAm multis ab hinc diebus Terram illam inficiebat lues quędam febrium malignarum, quibus laborantes moriebantur, & epidemiales erant; quotquot enim cùm ægrotis verſabantur peribant omnes, & iuuenes robuſti plerumquè agrediebantur. Incipiebant hæ acerbiſſimis doloribus capitis, qui vſque ad vndecimum perſeuerabant; tunc autem, aut etiam nono die miſeri ægrotantes in delirium erumpebant, & decimo quarto ex hac vita migrabant. Illius Terræ Medicus Staffoli multa adhibuerat remedia, neque vllius vitam ſeruare potuit. Litteras miſit ad Aquilanos Medicos, & Rheatinos, vt iudicium ſuum ſuper hoc reſcriberent, verùm omnia in caſſum experiebatur. Me vocauerunt, qui iam Oſei morabar, & ſtatim ac illùc peruenio, Præsbyter quidam, cuius nomen non recordor, occurrit curandus inter cæteros, annorum autem 35., & peſſimè ſe habebat. Tenebat hic pixydem liquorum prætioſorum ex illis, quos Sereniſſimus Magnus Etruriæ Dux diſtribuit, quapropter nonnullos ex illis Alexipharmacis ſumere iuſſi, qui ſalutem illi attulerunt. In domo ſuprad: eiuſdem Præsbyteri multi habiti ſunt ſermones cùm ſupradicto Medico de peſte adeò maligna coràm nonnullis ex Oppidanis, inter quos præcipuè ſuprad: Dominus Franciſcus Iacobutij de Oſto, qui mecum illùc deuenerat. Poſt multa à multis diſſerta Medico illi, cotàm cæteris narraui, quòd cùm in Gallia eſſem Montis Peſſulani hoc acciderat. Huiuſmodi lues ſuprad: dominabatur Terræ, quæ dolore capitis incipiebat, & varijs paroxyſmis, & ſymptomatibus proſequebatur, permanente verò capitis dolore eo modo, quo in Terra Petrellæ. Multa à Medicis Collegij illius, maius quippè, & celebriùs non eſt in Gallia, ſunt adhibita remedia, neque verò patebat cauſa. Corpora pleraque Anotomicè explorata ſunt; & viſcera reperiebantur ſinè putredine, ſanguis inflammatus, non verò corruptus. Ad capitis tandem Anotomiam peruentum eſt, & in oſſe cranij iuxtà commiſſuras coronales pullulabat vermiculus ad ſimilitudinem cariei; ſuprà verò dictum os extendebatur venicula arteria, in qua ſanguis ater fluebat; vermis violaceus erat, & viuebat, quapropter Medici acceptum eum fecerunt in amaris liquoribus rerum diuerſarum, at vermis prò morte vitaciores attrahere ſpiritus ex illis videbatur. Tunc ſenex Medicus cognomine Platinus Medicina quondàm perilluſtris, tunc verò apud omnes decoquerat ex auditus defectione, & quia decrepitus erat, propoſuit vt vermis vino immergeretur. Nullus huic aures præbuit, ſed ille famulo iuſſit vinum ſibi afferri temerum, in quo infudit proprijs manibus vermem, qui ſubitò elongato corpore mortuus eſt. Hoc viſo adſtantes nonnulli dixere tormenta, quibus amaris liquoribus cruciatus fuerat mortem illi attuliſſe, alij vinum omninò aduerſum arbitrati ſunt. Alius ex alijs corporibus extractus eſt vermis, qui vino naufragus vitam euomebat; ex quo vinum bonum propinabatur ægrotis, & ſalutem obtinebant.

His enarratis illinc Oſeum verſus diſceſſi atque indè Podeum Donadeum vbi incolebam. Poſt quinque dies iuuenis quidam fortis ex illis, qui aderant ſermoni ſuprad: ægrotauit morbo, qui ſuprà, ſignis ijſdem, & abſque eò quòd Medico conſuleret vinum bibebat generoſum, atque illicò ſalutem ſibi comparauit. Litteras paucis diebus tranſactis accepi à prædicto Domino Franciſco Iacobutio, ex quibus perſpexi in Petrella ægrotos ſalutem adipiſci vinum purum bibentes ad ſatietatem; didicerant autem hoc ex eo, quod à me audiuerant, ità vt omnes hoc modo contrà talem morbum vterentur.

In Pozzalia. *Herpes malignus.* *Obſeru.* 48.

DIe 6. Auguſti Carolus Santinus ann: 24. multis ab hinc annis Herpetem patiebatur in coxendice, & tunc in lupum conuerſus erat ideſt foraminibus ſordidis, profundis, ac corroſiuis maximis doloribus, & patefieri volebāt cācroſa. Sūpſit primò vinū Calicis,

atque

atque indè extracti ligni ſancti drag: ſſ: , cùm gr: 12. ceruſæ antimon: noſtræ quocunque manè 40. dierum, & quibuslibet ſeptem diebus vinum ſuprad: . Morbum bis in die, manè ſcilicèt, & veſpere diluebat decocto ligni ſancti, in quo liquefiebant pſimmythij, tutiæ, vnicornu, aluminis, & camphuræ an: drag: 2. prò quibuslibet duobus libris decocti, atque hæc omnia ſimul miſcebantur. Vnguenta erant ex litargyrio ſinè aceto compoſita, ſed prò illo ol: violarum, vng: roſat: , vng: populeon: , vng: iſis Galeni an: vnc: 1. , camphuræ drag: ſſ: , ſimul mixta lintei filis vlceribus imponebantur bis in die. Poſt dies 15. addebatur iiſdem vng: vnicornu puluériz: drag: 2. , ol: antim: Baſilij Valentini dulcific: drag: 1. , & quadraginta diebus liber euaſit, abſque eò quòd claudicaret , qui anteà membro illo captus incedebat.

In Terra Porcilir. *Hypoſarca.* *Obſeru. 49.*

DIe 13. Auguſti Gregorius de Dominico annorum 26. ex eò quòd manſerat multis annis in aruis Romę hydropicus euaſerat, nempè hypoſarcus , tumuerant enim illi caput, facies, collum, brachia, & crura, ità vt illum deformem redderent; obſtructionibus prætereà tenebatur in ambis partibus hypocondrijs , atque his laborabat morbis duobus ab hinc annis; carnes autem habebat nigerrimas, vt ſi aſſatæ eſſent. Acceſſi vocatus, & ſupradictis eum inueni ſignis, cùm febre continua, & tenue, pulſu imbecilli, vrina naturali, & ſiti ardentiſſima. Adhibui primò fumenta in cubili herbis aromaticis, & ſaxis ignitis quinquiès, veſpere alternatìm, exſiccatum verò corpus à ſudore perungebatur ol: bufonis, & ligni ſancti. Quinquiès vinum Calicis ſumpſit quibuslibet ſeptem diebus, & ſextiès in clyſterijs, cùm decoctis ireos, branea vrſina, radic: elaterij, malua, matricaria, parietaria, aniſis, & oleis; cæteris diebus decoctum hoc ſumebat ℞: conſeru: ex cymis, & radic: vincetoſſici vnc: 1. ſſ: , conſeru: viol: & roſar: an: vnc: 1. , pulu: radic: aronis præparati vnc: 1. , ſal: calybis cùm vitriolo vnc: ſſ: , Panaceæ noſtræ liqu: vniuerſalis drag: 3. , m: , & cap: ; hæc omnia tèr cæpit, atque optimè conualuit ac ſi nullum vnquàm paſſus fuiſſet morbum.

Ibidem. *Epilepſia.* *Obſeru. 50.*

DIe eodem Conſanguineus , aut nepos Archipresbyteri annorum 14. quinque ab hinc annis ab Epilepſia vexabatur, & ſæpè cadebat. Quatèr vinum Calicis ſumpſit quibuslibet ſeptem diebus, & cæteris diebus hoc confectum ℞: conſeru: florum betonicæ vnc: 3. , conſeru: flor: peoniæ , conſeru: flor: tiliæ an: vnc: 2. , pulu: ligni viſci quercini, radic: peoniæ, ſem: cardi ſancti, ſem: aniſi an: drag: 1. , ſal: antim: cùm ſpiritu vitrioli compoſit: drag: 2. , m: & cap: , & benè ſe habuit, neque vnquàm à malo illo vexatus eſt.

In Cane mortuo. *Morbus Venereus.* *Obſeru. 51.*

DIe 11. Septembris Agnes de Caroleto annorum 29. Romæ fuerat, & maritus pano ipſam infecerat , à quo noluit curari præ pudore , quapropter panus in ſe redijt, & in dolores toto corpore conuerſus eſt. Gummæ indè apparuerunt in capite , in cruribus, & multis corporis partibus, & morbus peior euaſit, humor enim ortus eſt ſalſus, acer, & corrodens, qui ipſius ora, fauces, mammas, vuluam, & ſexum affligebat. Hæc adhibui ℞: vini Calicis noſtri lib: 6. 24. horis infuſi, atque indè immiſceantur ligni ſancti, & corticis eiuſdem an: vnc: 3. , ſalſæ parillę vnc: 2. , cym: nucum viridacearum vnc: 1. , ſenę vnc: 4. , ſem: cardi ſancti, aniſorum, cynnamomi an: drag: 1. , hęc omnia per infuſionem ſex diebus, quorùm ſumebat vnc: 3. prò vice, & tèr , aut quatèr in die euacuabat. Partes lęſas humore ſalſo bis, vel tèr in die diluebat eodem reguli vino, in quo ebulliuerat vnc: ſſ: ligni ſancti , corticis oliui , & ſalię an: drag: 2. , aluminis crudi

drag:

drag: 1. ſſ: ſuprà gummas imponebatur ceratum Iohannis Vici de ranis, immixto oleo per deſcenſum ligni ſancti, & buxi. Supradꝫ vino confecto nondùm omninò libera euaſerat, quapropter iuſſi drag: 1. electuarij infraſcripti 25. diebus hoc eſt ℞: extract: ligni ſancti, extract: buxi an: vnc: 1., ceruſæ antim: noſtræ drag: 6., panacææ vitrioli drag: 3., radic: aronis præparat: vnc: 1., mellis quantum ſuff:, & hoc optimè conualuit, abſq; eò quòd ſignum permaneret, quamuis humor ille corroſiuus iam cæpiſſet corrodere partes omnes ſupradictas.

In Colle paruo. *Hypocondriaci dolores.* *Obſeru. 52.*

Die 12. Aprilis Antonius Marci annorum 41., temperamenti melancholici à doloribus affligebatur hypocondriacis frequentiſſimis, & ingemibus, ità vt, niſi illi inuigilaſſent, & cuſtodiſſent, ſe de feneſtra præcipitem deieciſſet. Tèr vinum Calicis exhibui nempè quibuslibet ſeptem diebus, & cæteris diebus elect: compoſitum hoc modo ℞: radic: aronis præparat: vnc: 3., radic: vincetoſſici, carlinæ, angelicæ an: vnc: ſſ:, herb: turcic:, bacc: lauri, radic: valerianæ an: vnc: 1., ſalis abſynthij vitriolati, ſalis tartari, ſalis calybis, magiſterij lapidis lazuli, vnicornu, margaritarum præparat: an: drag: 1. ſſ:, mellis quant: ſuff:, & factum eſt electuar:, cuius drag: 2. ſumebat in die bis, idest manè, & veſpere duabus horis antè cibum, & conualuit.

Ibidem. *Paralyſia.* *Obſeru. 53.*

Die ſupradicto Presbyter quidam erat, qui præcedenti hyeme captus fuerat deſcenſu furibundo capitis ex frigoribus, quæ paſſus fuerat, ità vt verba partim non ſolùm amiſerit, ipſa nempè proferre abſoluiè non poterat, ſed etiam vires dimidij corporis. Hoc laborauit morbo tribus menſibus, Ianuario ſcilicèt, Februario, & Martio, cuius temporis fine ægrotum curaui uaporarijs adhibendis ſemèl in die ſiccis 15. diebus iuxtà noſtrum uſum in cubili herbis aromaticis, & ſaxis ignitis. Ore ſumpſit diebus 50. decocta ex ligni ſancti, eiuſque corticum an: unc: 3., ſalſæ noſtralis unc: 4., buxi, & ſaſſafras an: unc: 1., betonicæ, radic: peoniæ, lentiſci, ligni uiſci quercini an: unc: ſſ:, ſem: coriandri, cardi ſancti, cardamomi, aniſorum an: dr: 2., aq: com: libr: 15. f: ſec: artem. Infrà hoc tempus ſumpſit Aureati noſtri gr: 6. prò uice, tèr, quibuslibet nempè decem diebus. Poſt fumenta ungebatur ol: canis rubr, cùm ol: ſaxi, iuniperi, & ligni ſancti facto per deſcenſum; quarè duobus menſibus ſalutem habuit, in ità ut ſacrum celebrauerit, & partes ualidæ euaſerit.

In Oppido veteri. *Dolor Vterinus.* *Obſeru. 54.*

Die 13. Aprilis Maria Iacobi annorum 36. uidua, temp: humidi duobus ab hinc menſibus à dolore cruciabatur uterino, in ſtomacho ſcilicèt, umbilico, & renibus; implebatur illi caput fumis, ità ut iniurioſè loqueretur, & à multis habebatur ut mente capta, vel Diabolis inuaſa. Vinum Calicis dedi ad vnc: 6. duobus diebus, atque indè iures aperitiuos quinque radicibus aperitiuis 12. diebus; fumenta quoque adhibita ad partes naturæ ex ſabina, ſaluia, ſpica, abſynthio, artemiſia, matricaria, & iua arterica, & libera omninò euaſit abſque alijs remedijs.

Ibidem. *Epilepſia.* *Obſeru. 55.*

Die ſupradicto Filius Andreæ Caroli annorum 12., ſex ab hinc annis Epilepſia laborabat, & ſemèl in hæbdomada cadebat, aut ſæpiùs. Tèr vini Calicis bibit hoc eſt quibuslibet diebus ſeptem, & cæteris diebus ſumebat unc: ſſ: huiuſce compoſiti ℞: aq: hirundinum compoſit: Quercetani, aq: floru tiliæ: conualt: aq: peoniæ an: libr: 1.

ſyr:

ſyr: bx tonicę, ſtæchadis an: vnc:2., extract: cranij hum:, ligni viſci quercini, tinct. antim:, extract: ex croco metall: cùm cruſta panis ad vſum Quercetani drag: 1., ſpiritus vitrioli drag: ſſ., m:, & cap:, & benè conualuit.

Ibidem. *Hydrops.* *Obſeru. 56.*

DIe eodem ſuprad: Antonia Hieronymi pauperrima annorum 24. Hydropem patiebatur aquoſam, & ſuprà vmbilicum tumorem habebat veſſicæ ad inſtar. Tinct: ſumpſit antimonij hyacinthini compoſitam cùm ſpiritu ſulphuris ad gut: 12. prò vice quinque diebus alternatim cùm aq: corr: ſambuci. Octo adhibita ſunt clyſteria ex vino, in quo ebullijuerat drag: 1. croc: metall:, aniſ:, & drag: 2. colochynthidis; vnctiones quoque ventri ex o: bufonis, & renibus, atque his ſalutem habuit, & menſtrua fluxerunt, quæ iam euanuerant.

Dùm aliquem inuiſebam locum omnia mala morborum à Medicis deſtituta mihi ſeruabantur meo aduentu.

In Podeo Miano. *Hydrops.* *Obſeru. 57.*

DIe 17. Aprilis quædam Hydropica annorum 32. vidua, eò deuenerat imbecillitatis, vt erigi non poſſet. Eodem modo iiſdemq; remedijs libera euaſit; addita ſolùm ſunt fumenta herbis aromaticis, & ſaxis multis diebus.

Nerolæ. *Corpus igne incenſum.* *Obſeru. 58.*

RAimundus Raimundi Locator Eminentiſſimi Domini Cardinalis Franciſci Barberini annorum 45., temperamenti bilioſi, & ſanguinei in proprio cubiculo arcam tenebat ad ſeruandum ſcripturas, numos, multaque alia, inter quæ paruum ſclopum oneratum, & ſex libras nitrati pulueris. Quodam itaque veſpere lucernam manu gerens arcam aperijt Codicillos nonnullos arrepturus; verùm, vel lucernæ ſcintilla in puluerem deſcenderet, vel ſclopus ex ſe concepto igne in ignatio plumbeas glandes expelleret, accenſus eſt puluis, eodemque tempore ſclopus tonauit, quarè Raimundus curuatus in arcam, vt dictum eſt, ignis impetu eleuatus tectum vſque percuſſit toto corpore, veſtibusque, capillis, & membris omnibus ardebat, perindè ac ſi ſtuppa pice polluta circumdaretur. Domeſtici accurrentes neque valebant ignem extinguere, vel illum exuendo veſtibus, vel alijs appoſitis pannis ad partes ardentes, quos cùm remouerent, pellem ſimul e cute, facie, pectore, & brachijs, maximo infęlicis illius dolore detraxerunt. Nuncium illicò ad me miſere duobus milliaribus ab illo loco procul diſtanti, acceptaque lagena aquæ ſtillatæ gambarorum, & felicis iter ſuſcepi. Acceſſi, & aquæ ſupradictæ addendo aliquantum camphuræ, ipſaque diluendo læſas partes dolor ſubitò euanuit; folijs indè fabarum tenerarum (aliud enim præ manibus nobis aptius non erat) appoſitis intrà dies duodecim ſanatus eſt, abſq; alijs remedijs, pulchriorque euaſit facie, quàm anteà ex pellis innouatione.

Scapdrilia. *Lapſus cùm percuſſione.* *Obſeru: 59.*

ANna Valentini mihi nepos adoptiua annorum 17. marmoreo nixa mæniano vnà cùm eodem præceps cecidit ex altitudine ſeptem cannarum. Ipſam illicò exanguem ſinè verbo, iamque mortuam habitam in domum tulerunt, & per ampullæ roſtrum immiſſis in os elexyr vitæ noſtri drag: 2. excitata eſt, exclamans coxendicem, & brachium illi fractum eſſe, vt re ipſa inuenimus. Sanguinem hauſi, accomodatoque brachio, quod in fruſtra erat apud humeros, & coxendice, quæ in medio, noſtrum appoſui emplaſtrum adſtringens cùm ſegmentis ligneis optimè circumuinctis. Hinc vidimus

mul-

multum ſanguinis è natura decurrere, ideòque arbitratus in interno læſam eſſe repetiui elexir cùm tinctura noſtra electri, & aqua noſtra vulneraria. Poſt octo dies remota ſunt ſplenia adſtringentia, & ſegmenta, & bìs in die vngebantur oleo canis rubei, & tinctura policreſta non ſolùm læſæ partes, verùm etiam totum corpus, adhibendo fracturis cerata oxycrocei. Bìs in die ſumebat de liquoribus ſuprad: an: g: 20., & vnc: 3. aq: ſuprad:, hoc enim vſu 30. diebus ſana, & integra omninò euaſit, abſque eò quòd vel claudicaret, vel alijs membris imperfecta, & incompoſita eſſet omnium ſtupore.

In Moricone. *Febris Maligna.* *Obſeru. 60.*

DOminicus Aimoni annorum 52., temperamenti aduſti, & melancholici ſeptem ab hinc diebus febre laborabat maligna, neque vllum hoc tempore vocauerat Medicum, in proprio quippè loco non erat, ſed ſolùm Chyrurgum. In ſeptimo acceſsit ſymptoma conuulſiuum cùm ſingultu, cùm quo qualibet vice fiebat attractio conuulſiua. Tunc tres vocati ſunt Medici, quorum vnus ego, ſed duo ſigna ſupradicta videntes illicò abierunt, abſque eò quòd neque quid faciendum conſulerent. Fortunam itaquè tentans ego dedi de Aureato noſtro gr: 7., & poſt horas quinque nouiès euacuauit fœtentiſsima cùm atrabilaribus, ex quo ceſſauit ſingultus, & conuulſio. Dedi indè de trochiſcis noſtris alexipharmacis primis, margarit: præp:, & diaphoretico noſtro an: ſcrup: ſſ: prò vice in conſummatis tèr in die. Veſsicantia appoſui brachijs, & cruribus, multas cordiales epictymas cordi, atque hoc modo die duodecimo meimetipſius admiratione liber, & ſanus euaſit.

In Gineſtra. *Febris Tertiana.* *Obſeru. 61.*

DIe 19. Aprilis Pauper mendicus annorum 68. ſex ab hinc menſibus febre tertiana laborabat, & imbecillis adeò euaſerat, vt ad vicina loca ſe conferre non poſſet ad eleemoſynam expetendam. Dedi drag: 1. extracti Antifebrilis Riueriani, & nouiès euacuauit, quarè febris diſceſsit abſque alijs remedijs.

Ibidem. *Vlcera in pede.* *Obſeru. 62.*

DIe 19. Aprilis Virgo ann: 18. ab humore affligebatur frigido in pede, qui in tumores conuerſus erat, hoc eſt ſpinam ventoſam in oſſe mazzillo, quatuor apertus foraminibus. Varia Chyrurghi multi adhibuerant remedia abſque vllo vnquàm iuuamine, quaproptèr iuſsi ego vinum Calicis ore tèr, ſcilicèt quibuslibet ſeptem diebus; cæteris diebus decocta ſumebat ex ſalſæ noſtralis vnc: 5., ligni ſancti, & cort: eiuſdem, lentiſci, viſci quercini, buxi an: vnc: 2., ſem: aniſ:, fœnicul: an: vnc: ſſ:, quocunque manè vnc: 6.; vlcera quoque diluebantur bìs in die eodem decocto, in quo addebatur immixta vitrioli Cyprini drag: 1. prò libra. Specilla facta ſunt ex ſpongia, & gentiana vt foramina amplificarentur; intùs immittebatur per ſyphonem oleum antim: ex ſaccharo, & alumine cùm balſ: tertio Paracelſi ſcripto in ſua Chyrurgia paruam à partibus adhibebatur emplaſtrum ſtypticum Paracelſi dictum calaminare ſcriptùm à Crollio; atque his 28. dierum ſpatio conualuit à prædicto morbo, menſtrua fluxerunt vberrima, & colorem viuum recepit.

Ibidem. *Febris Quartana duplex.* *Obſeru. 63.*

DIe 23. Aprilis Puer annorum 11. anno ab hinc febre ægrotabat quartana, & in duplicem conuerſa erat; tenebatur prætereà obſtructione ſplenis, ità ut iam inciperet in hydropem inclinare. In hora acceſsionis dedi gr: 15. Febrifugi Riuerij, quarè febris non ampliùs regreſsa eſt; octo diebus iuſsi emplaſtra ex uerbena ſuprà partem

G lienis,

liens, quibuslibet 24. horis, & quotieſcunquè ſplenium mutabat multos inueniebat humores extractos, & ab omnibus liber exiuit.

Ibidem. *Ex lapſu corpus percuſſum.* *Obſeru. 64.*

Die eodem Iohannes Iacobi annorum 26. cecidit ex arbore præalta quercus, ità vt latere, capite, & coxendice percuſſus fuerit. Dubitabatur de coxendicis fractura, & coſtarum, vectus enim eſt ſuprà pheretrum, quia ex ſe corpus erigere non poterat. Sedulò, & accuratè animaduertens obſeruaui non eſſe fracturam, ſed tantùm corpus contuſum. Iuſſi illicò vt haurirentur vnc: 6. ſanguinis, & cucurbitulæ imponerentur non reciſæ humeris, & coxendicibus, indè verò accomodaui lectum ex folijs ebuli, in quo ſepelliri ipſum iuſſi 15. horis, quibus elapſis alia mutarentur folia, ex quo multùm ſudauit, & corpus ſoluit; Ore ſumpſit vini Calicis vnc: 8., & abſque alijs pharmacis optimè ſe habuit, vt ſi nunquàm cecidiſſet.

In Turricella. *Punctura venenoſa.* *Obſeru. 65.*

Die 28. Aprilis Ioſepho Antonij annorum 28. ex transfixione manus à dumo venenoſo ortus eſt tumor, & quaſi sfacelum euaſerat. Multa applicuerant Chyrurgi emplaſtra, & tandèm manum amputare decreuerunt; vocatus acceſſi, & eorum opinioni cùm aduerſarer diſceſſerunt. Ipſum curaui balſ: ſulphuris fœtentis, ol: ceræ, therebinthinæ, ol: philoſophorum an: vnc: ſſ:; ad comprimendum manus tumorem iuſſi fumenta bìs in die herbis aromaticis, deſiccantibus, & ſaxis ignitis cùm aceto ſuprà aſperſo. Suprà vlcer ſemper erat ceratum Paracelſi calaminare, atque ore bìs vinum Calicis exhibui, quapropter diebus ſexdecim ſanatus eſt abſque eò quòd manus impediretur.

Ibidem. *Ruptura.* *Obſeru. 66.*

Die 29. Aprilis Puer ruptus, cui deſcendebant in burſam inteſtina, ſanatus eſt appoſito fæmorali ex tela, & cataplaſmata ex ſymphyto maiori, & minori, cùm pulu: croc: Martis adſtring:, corymbis glandium, & balauſtijs, & intèr 24. dies integram habuit ſalutem.

Ibidem. *Menſtruorum retentiones.* *Obſeru. 67.*

Die 30. Aprilis Menſtrua reuocata ſunt tribus puellis oppilatis, ſumendo bìs vinum Calicis, & adhibendo fumenta alibi deſcripta additis fecibus reguli. Decocta quoque pluribus diebus ex his compoſita ℞: quinque radic: aperitiu: an: pugil: 1., artemiſiæ, matricar:, rubiæ tinctorum, primul: veris, iuæ arteticæ an: manip: ſſ:; atque hoc modo omnes tres menſtruorum expertæ ſunt beneficium, quæ nondùm fluxerant, quamuis vna annorum eſſet 18., altera 19., & tertia 22.

In Terra Ornani. *Epilepſia.* *Obſeru. 68.*

Die 12. Iunij Angelę Collis longi annorum 46., temperamenti melancholici ex dolore mortui filij menſtrua ſuppreſſa ſunt, quæ vbertima ſemper fuerant. Poſt menſes ſex epilepſia ægrotauit, ità vt non videret, & per horæ quadrantem affligebatur, dùm verò ſpiritus boni redièbant per alium horæ quadrantem verba non proferebat, ſed quaſi hebes erat. Ipſam hoc modo curaui, dando primùm Aureati noſtri in confect: gr: 6., & multa euomuit porracea, & bilioſa. Die inſequenti vini Calicis bibit vnc: 6., & iterùm euomuit, perque ſeceſſum ſextiès. Multis diebus indè quolibet manè drag: 1. huiuſce

com-

compoſiti ℞: extract: peoniæ, flor: tiliæ, ceraſorum amarorum, viſci quercini an: vnc: ß, eſſent: cranij humani drag: ß:, vnguis Alcis ſcrup: 2., vnguis aſinini ſcrup: 2., ceruſæ antim: drag: 6., conſerv: betonicæ vnc: 2., fæculæ aronis, & fæculæ brioniæ an: drag: 2., ſalis artemiſiæ, & matricariæ an: drag: 1. ß:, m:, & cap:, atque horum vſu nunquàm amplius cecidit, & menſtrua intèr menſem, & dimidium iterùm experta eſt.

Ibidem. *Arteria reciſa.* *Obſeru. 69.*

DIe 3. Iulij Adoleſcens ligna ſecans in nemoribus ictu ſecuris ſe vulnerauit in pede ad partem interiorem, & pellem reſcidit, venas, & ferè neruos; arteria quoque reciſa eſt, nec multis remedijs adſtringentibus à Galeno propoſitis, & à Chyrurgis adhibitis vnquàm poſſibile fuit vt ſe coniungeret, & clauderetur ſanguinis exitus; ignem quoque adhibuerunt, ſed fruſtrà, immò eò magìs duo capita arteriæ reciſa intèr ſe diſceſſerant vt ſolent. Me aduocauerunt, & miſerum iuueni imbecillimum; dùm autem ſoluebantur faſciæ ſanguis fluebat magna copia. Noſtrum illicò balſ: appoſui adſtringens cùm filis, & ſinè alijs remediis non ampliùs exibat ſanguis, & quinque diebus benè ſe habuit.

In Ciuitate Rheatina. *Herpes in lupum.* *Obſeru. 70.*

DIe 17. Nouembris Illuſtriſ: Dominus Fabritius Aligeri conſobrinus carnalis Eminentiſſimi Cardinalis Vecchiarelli annorum 36. captus erat coxendice, & crure multis abhinc annis ex herpete, quia nempè corpus aduſtum erat, & atrabilare, acris exulcerat ſupradicta pars, cùm vlceribus profundis corroſiuis, & malignis a Paracelſo vocatis nomine luporum; vlcera autem, & foramina erant 85. Dominus hic multa expertus fuerat Chyrurgorum, & Medicorum remedia, ſed nullo iuuamine, immò ex varietate medicamentorum morbus eò magìs ſæuiebat. Varias ego in Sabina egeram curas morborum incurabilium fœlici exitu, tàm in Medicina, quàm in tumoribus frigidis, & acribus dictis elephantiaſi, vel ſpinæ ventoſæ, & multum honoris apud omnes mihi comparaueram; ipſe itàque fidens nomini, & precibus amicorum me vocauit; quia verò tempeſtas rigeſcebat primùm iuſſi vt cubiculum circùm obduceretur auleis, atque intùs ignem accendi temperatum, vt aer quaſi veris eſſet. Ægrum purgaui remediis ordinariis cùm digeſtiuis, & vltimò extradicatiuo, quod aſſenſu Medici ordinarii factum eſt. Formam indè iuſſi decoctorum ligni, ſalſæ, quæ eſt compoſitio tertia, quam ſcribit Andreas Calmatthæus in ſuo Enchiridione. Decoctum ſumebat bìs in die, manè, & veſpere, cùm regula, quam ars exquirit, in quocunque autem eorum immiſcebam gut: 10: tincturæ ſtybii noſtræ vniuerſalis, & triginta diebus bis vſus eſt. In partibus dolentibus, & vlceratis primò adhibebam tribus diebus vng: populeonis, roſati, litargyrii cùm ol: roſ: compoſit: an: vnc: 1., camphuræ drag: 1 ß., m:; affecta loca diluebā tèr, aut quatèr in die aq: roſ:, in qua infuſum erat pſimmyth inum, litargyrium, tutia, bolarmenum ſæpè ſæpiùs agitando phialam. Statim ac purgati cæpit, dolor, qui infirmum vexabat diſceſſit omninò, ex camphura, quæ ad tales effectus vnica eſt. Addebam indè vnguentis balſ: dulce antim: noſtri, buthyrum plumbeum, & eſſent: camphuræ, ex quibus multam vlcera emiſerunt putredinem, & foramina radiculam vermiculi ad inſtàr. Balſamum quoque adhibui ex myrrha, maſtiche, ſarcocolla, thure, aloe, & multis vegetabilibus, quod ſcriptum eſt in Arcanis, & 44. dierum ſpatio ſanata ſunt vlcera. Appoſui etiam bal: canis rubei noſtrum compoſitum ad neruos roborandos, anteà enim claudicabat, & incedendo crus illud multùm deſcendebat. Die ſupradicto 44. de domo ſimùl egreſſi ſumus, & optimè deambulabat, quamobrèm liber extitit, abſque eò quòd vllo vnquàm morbo vexaretur per annos multos uſque nunc, qui ſanus eſt ex gratia Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti.

Tempore, quo in ſuprad: Ciuitate moratus ſum multas obuiam habui curas, quæ cùm fælici complerentur exitu, neceſſe fuit uere inſequenti ibi permanere, ideòque multos curaui morbos in Ciuitate, & proximis locis, quorum hìc nonnullos adnotatos aſpicies,

Ibidem. *Morbus Venereus antiquus.* *Obſeru.* 71.

DIe 23. Nouembris Illuſtriſſimus D. Franciſcus Maria Aligeri frater ſupradicti, annorum 27., temperamenti biliosi, pilique rubei quia immoderatè voluptatibus Venereis ſe immerſerat, ipſarum fructus extrà limites colligens, ipſarum quoq; ceſpites, & dumos legit acerbos, quibus huiuſmodi venatores transfigi plerumquè ſolent. Rus indè petijt multis menſibus varias ferens perpeſſiones, & infectus eſt peſſima corporis habitudine. Doloribus cruciabatur acerbiſſimis, & eò deuenerat viribus deſtitutus, pallens, oculiſque recedentibus, vt flexus incederet, & oſſa ſpondilia renium vt gummas emitterent, ſe ſeque è loco ſuo impellerent. Sæpè ſymptomaticis accidentibus deficiebat cor, ità vt ſenſibus deſtitueretur, & verbis, nihilominùs dùm ſpiritus recuperabat ambulare conabatur. Tempore ſupradicto vaporaria adhibita ſunt pluriès herbis, & ſaxis, atque indè vngebatur balſ: canis rub:, ex quo dolores ampliùs non acceſſerunt. Cordi appoſitum eſt vng: cordiale Guainerij cùm eſſent: cort: citr:, & balſ: noſtrum cordiale ſæpiùs; ſtomacho ceratum noſtrum ſtomachale. Multotiès ore ſumpſit balſ: noſtrum cordiale, balſ: ſalutis, elexir vitæ, vnicornu, eſſent: cort: citr:, & tincturam ſtybij vniuerſalis. Moderatè hyemem tranſegit, curam verò diſtulimus ad ver, quia homo erat immoderatus. Vere, quia impatiens erat, & nauſea afficiebatur, iuſſi extract: arundinum, lentiſci, & ligni ſancti an: ſcrup: ß:, Panacææ noſtræ fixæ g: 15., m:, & ſumebat vt pillulam opportunè quolibet manè, & vnc: ß: aq: noſtræ ſudoriferæ, ſed parùm ſudabat, quia ſiſtere quantum oportebat non patiebatur. Hoc vſu 30. diebus ſalutem habuit, neque vllo vnquàm laborauit morbo ampliùs; vxorem duxit, & filios habet, verebantur autem ne extingueretur progenies, cùm in domo illa nullus eſſet ad vxorem ducendam aptus.

Ibidem. *Hemophthyſis.* *Obſeru.* 72.

DIe 28. Nouembris Dominus Io: Franciſcus Buccini Nobilis diues Ciuitatis illius annor: 23. ex aſſiduitate ſtudiorum, quibus operam dederat Peruſiæ, debilitatus adeò erat ſtomacho, & capite, vt ex diſtillatione, quæ deſcendebat in pectore ortum fuerit ſputum crueutum cùm tuſſi; pallidus erat, & gracilis, eò vt Phthyſicus haberetur; Ego vnus ipſum curaui, non enim alios voluit, neque conſilijs, purgatus eſt primò vnc: 3. noſtræ aquæ catholicæ purgantis, atque indè ſyr: accomodaui antiheticum Riuer: ad vnc: 1. ß:, in quo immiſcebantur quotidiè drag: ß: pulu: Antihetici noſtri, & 20. gut: noſtri balſ: magiſterialis correctiui, de quo ſyr: ſumpſit 25. diebus. Infrà diem ſumebat prò potione aq: ſtillatam ex ſcabioſa, ligno lentiſco, ligno quercino, cùm hordeo, atque intùs lactis ſulphuris gut: 10. Stomachum perunctum gerebat pectorali vnguento; vinum quoque voluit Calicis, quod me inuito bibit, & magno illi fuit iuuamine; tandèm iterùm purgatus eſt aqua ſupradicta, & optimè conualuit. Purgari iterùm vere voluit, ſumendo lac capræ, neque vnquàm morbo illo laborauit.

Ibidem. *Paralyſis.* *Obſeru.* 73.

DIe 6. Decembris Famula Illuſtr: M. Epiſcopi Valentini de Ciuitate Ducali ann: 66. vel ex frigore, vel calore ignis, quia coqua erat, debilis aliquantùm euaſerat, & repentina fluxione capitis in formam apoplexiæ loquela impediebatur nõ ſolùm, ſed etiam viribus omninò deſtituta erat brachij, cruris, & totius illius partis ità vt vllo modo erigere ſe non poſſet. Rheatũ delata eſt tanquã cadauer ſpe ſalutis derelictũ; vocatus acceſſi, & vaporaria adhibui ſaxis, & herbis ad vſum noſtrum, atque indè vnctiones ol: noſtro compoſito canis rub:. Sæpiùs mirè ſoluta eſt lingua, & aliquantum roboris brachium, & crus excepit, ità vt deãbularet; etiãſi verò perfectè omninò libera nõ euaſit, attamẽ neceſſaria agebat multorũ admiratione ſenis enim erat, & morbus ſpe derelictus habitus fuerat.

Ibidem.

Ibidem. *Paſſio Hyſterica.* *Obſeru.* 74.

DIe 3. Ianuarij Domina Flauia Sanitij annorum 36. Monaca in Monaſterio Diui Benedicti à paſsione affligebatur ſymptomatica cordis, & imbecillitate virium, & viſcerorum languebat, ità vt dùm cibum ſumpſerat quamquàm tenuiſsimum, attamèn ſi vllo modo mouebatur, illicò agrediebatur à ſyncope, vomitibus, doloribus capitis, ſtomachi, & ſimilibus, hoc autem ſex ab hinc annis; corpus delicatiſsimum erat, parùmque menſtruorum experiebatur beneficium. Infrà hoc tempus remedia ſumpſerat à multis Medicis, verùm pro iuuamine imbecillitate maiore ex illis tenebatur. Nullum ſuauem, aut peſsimum odorem naribus excipere poterat, immò ab ipſis omninò abhorrebat. Vnctionem iuſsi ſtomacho ex ruta, abſynthio, cort: citri, & mali medici, calamento, & vino ad vſum. Ad partem cordis adhibebatur ol: cort: citri per expreſsionem; vinum indè dedi Calicis Chymici, & multos eiecit humores per vomitum, & ſeceſſum. Accomodaui quoque confectum hoc modo ℞: cornu cerui præpar:, vnicornu, ſal: prunel: corallat: an: drag: 1. ſſ:, pulu: noſtri Antihetici drag: 3., fæculæ aronis, vincetoſsici an: vnc: 1., oculorum gambarorum, brioniæ in fæcula an: drag: 2., conſeru: ex cymis, & floribus meliſſæ vnc: 4., m:, & cap: drag: 1. ſſ: manè ieiuno corpore; bibebat inſuper aq: meliſſæ, tantoque fuerunt illi iuuamine hæc remedia, vt ad nouam vitam ſe reuocatam fateretur; vires recepit, & integra floruit ſalute.

Ibidem. *Menſtruorum retentio.* *Obſeru.* 75.

DIe prædicto Domina Androſilla Vincenti annorum 35., temperamenti mixti, & delicati ex menſtruorum retentione doloribus cruciabatur ab acerbiſsimis capitis, & ſtomachi, & à ſyncope etiam interdùm ex vaporibus, qui cor illi occupabant. Ceratum iuſsi ex noſtris ſtomachalibus, atque ore vini Calicis vnc: 5., quarè multa bilioſa euomuit, & euacuauit. Poſt nonnullos dies dedi ſyr: artemiſiæ, matricariæ, & quinque radic: aperitiu: an: vnc: ſſ:, ſal: abſynthij calybeati, & artemiſ: an: ſcrup: 1., m:, & cap:; fumenta quoque adhibita partibus locorum, herbis aromat:, & reguli fecibus, ex quibus menſtrua fluxerunt, & benè ſe habuit.

Ibidem. *Epilepſia.* *Obſeru.* 76.

DIe 6. Ianuarij Filius cuiuſdam vocati Falzapellis annorum 13. multis agitatus fuerat ab epilepticis accidentibus, & parte dimidij corporis deſtitutus eſt, ità vt caderet, neque pedibus erigi poſſet, quia pars imbecillima euaſerat. Caput prætereà habebat deforme, & ingens, faciem obliquam, & linguam non penitùs abſolutam; imperfectiſsima erat oculorum acies, crebriſque agrediebatur à vertiginibus, & timoribus. Dià Medicus Pallans medicamenta applicauerat, ſed in peiùs tendebat morbus; quia verò Medicus ego eram ægrotis omni ſalutis ſpe derelictis, rogatus ſum à multis vt accederem curaturus. Quapropter in primis exhibui vinum Calicis, cuius ope multa exierunt per vomitum, & ſeceſſum; vinum indè compoſui hoc modo ℞: ligni ſancti raſi, cort: eiuſdem an: vnc: 3., flor: lil: conual:, peoniæ, tiliæ, borrag:, bugloſſ:, roſmar:, ſaluiæ, lauandæ ſeù ſpicæ an: vnc: ſſ:, ligni lentiſci, viſci quercini, ſalſę parill: an: vnc: 2., betonicæ, pimpinel:, ſaxifragiæ, cetrac: an: pug: ſſ:, eufragiæ, chelidon: an: manip: 3., ſtæchadis vnc: 6., gran: Paradiſi, ſem: cardi ſancti, aniſorum, baccarum iuniperi an: drag: 2., nucis muſcat:, macis, cynnamomi an: ſcrup: 2., conterantur omnia, & infundantur in libr: 15. vini generoſi per ſex dies in loco frigido, de quo ſumebat vnc: 4. manè ieiuno corpore, & veſpere tribus horis antè cibum, cùm regimine viuendi. Quibuslibet ſeptem diebus vinum Calicis bibebat, & nouiès facta ſunt fumenta in cubili herbis, & ſaxis ad uſum noſtrum; atque indè ungebatur nuca, ſpinalis medulla, & partes uiribus deſtitutæ oleo noſtro

canis rubei, ideòque ſolutum eſt corpus, optimèque incedebat, roborata ſunt membra imbecillia, & oculorum aciem recepit. Non autem perfectam habuit ſalutem, ſed è periculo illo liber euaſit.

Ibidem. *Dolores Colici.* *Obſeru. 77.*

DIe 8. Ianuarij Adoleſcens propè Clarellos à doloribus affligebatur Colicis acerbiſſimis, atque ad hoc multa adhibita fuerant clyſteria carminatiua, aliaque remedia, ſed fruſtrà. Acceſſi ego vocatus, & dedi extract: noſtri Antecolici drag: 1., vnicornu ſcrup: 1., m:, & ab eo dolore penitùs liberatus eſt.

Ibidem. *Paſſio Hyſterica.* *Obſeru. 78.*

DIe 12. Ianuarij Barbara Fornara Illuſtriſſimorum Dominorum Aligeri ancilla ingentes dolores vterinos patiebatur, cùm paſſionibus hyſtericis, & syncopationibus. Bis vinum exhibui Calicis, ſumpſit etiam confect: comp: ex conſerua roſarum vnc: 3., conſeru: anthos, & flor: nuc: an: vnc: 1., ſal: artemiſ:, & matricar:, ſabinæ, vnicornu an: drag: 1., fæcul: brioniæ drag: 1. ß:, cynnamomi drag: 3., fæcul: aronis vnc: 1., m:, & cap: cochlear vnum prò vice ſemèl in manè. Menſtrua fluxerunt, omne malum enìm ex illorum ſuppreſsione ortum erat, & conualuit.

Ibidem. *Oppilatio Hypocondriorum.* *Obſeru. 79.*

DIe 19. Ianuarij Illuſtriſsima Domina Antonina Aligeri annorum 69. multo ab hinc tempore laborabat oppilatione hypocondr:, & corporis tumore, quambobrèm dedi vnc: 6. vini Calicis, & multam euomuit pituitam; per ſeceſſum verò quindecies abſque eò quòd labefactaretur, immò recreata eſt. Emplaſtra indè appoſita quinque diebus ſuprà partes oppilatas ex verbena, farina hordei, & oui albumine, quarè expers à morbo illo remanſit.

Ibidem. *Hydrops vterina.* *Obſeru. 80.*

DIe eodem Illuſtriſsima Domina Catharina Ceronij annorum 32., temperamenti humidi, & valdè pinguis, nouem in lucem ediderat partus, & quia parùm in illis purgata erat, hydrops acceſſerat vterina, non verò cùm febre, ſed ſolùm expedita non erat ad neceſſaria prò domo. Vini ſumpſit Calicis vnc: 6., & multa aquoſa per ſeceſſum expulit, pauca verò per vomitum. Juſsi indè fæcul: Iridis, & brioniæ an: ſcrup: 1., cùm ol: aniſ:, & cynnamomi an. g: 6., quibus aquam multam euacuauit, & benè ſe habuit; quia enim à malo illo leuata videbatur, nulla alia voluit remedia, quapropter octo poſt annos illam vidi cùm priſtino ferè ventris tumore. Multa iterùm iuſſi, ſed ignoro an conualuerit.

Ibidem. *Aſthma antiquum.* *Obſeru. 81.*

DIe 19. Ianuarij Oliua nutrix ſupradictæ Dominæ multo ab hinc tempore aſthma patiebatur, ideòque pectorales iuſsi vnctiones pectori, & ore vſum oxymel: facti ex decocto ligni viſci quercini, ſcabioſæ, tuſsilaginis, caricarum, iuiubar:, liquiritiæ, mellis, & aceti ſec: artem, de quo ſumebat vnc: 1. ß: prò manè. Bibit etiam vinum Calicis, quod morbum illum repulit.

Ibidem. *Dolor Nephriticus.* *Obſeru.* 82.

DIe 21. Ianuarij Illuſtriſſimus Dominus Dux Adrianus Ceronij multis ab hinc diebus dolore cruciabatur nephritico. Medicus Pallans clyſteria iuſſerat, & vſualia remedia, ſed fruſtrà; vinum ego Calicis dedi, & liber à dolore extitit abſque alijs pharmacis.

Ibidem. *Paſſio Hypocondriaca.* *Obſeru.* 83.

DIe 23. Ianuarij Thomas ſericarum mercator ligularum annorum 37. multis ab hinc menſibus paſſione, & dolore ſtomachi affligebatur, qui ex hypocondriaca paſſione proceſſerat. Pallans multa exhibuerat remedia, ſed nullo iuuamine. Vinum dedi Calicis, quarè multa per vomitum exierunt; ceratum apposui ſtomacho noſtrum ſtomachale, & ſumpſit noſtri ſalis antiſcorbutici ſcrup: 1. prò vice, ſalis abſynthij calybeati ſcrup: 1. cùm iuribus carnis, multis diebus, & bis iterùm vinum ſumendo liberatus eſt.

Ibidem. *Pleuritis.* *Obſeru.* 84.

DIe 26. Ianuarij ad Caſalia Dominorum Aligeri in Piſtignano corũ Villicus annorum 28., temperamenti mixti quatuor ab hinc diebus pleuritide laborabat, & maximo periculo, in illo enim quinque erant ſigna à Galeno propoſita. Signa prætereà habebat mortifera ex illis, quæ in extremis apparent, oculos nempè vmbroſos, & vitreos, & carpum habebat, ſicut & cùm aliquid bibendum propinabatur ei, omnia vorasurus videbatur. Nullum adhibitum erat remedium, & vinum duobus diebus biberat, quod pleuriticis purum venenum eſt. Clyſterium illicò iuſsi commune, & extrahendas indè ſanguinis vena communi vnc:6., qui putridus erat. Dedi indè dr:1. pulu: noſtri Antipleurit:, & cataplaſmata duo Antepleu: cùm ſapone applicaui vnum ſuprà dolorem, & alterum ſuprà partem oppoſitam; peruũctus quoque fuit ad ſuprad: partes noſtro ol: Antepleurit:. Ore ſumpſit lambitiuum compoſitum ex ſyr: pectoralibus, in quibus poſita eſt margarit:, vnicornu, corall: rub:, diaphoretici noſtri fixi an: dragm: ß:. Inſequenti manè repetitus eſt puluis Antepleurit:, quarè tumor fractus eſt, ità vt circà libr: 3. putridarum pituitarum, & mirificè ſanatus eſt.

Ibidem. *Cacheſia, & oculorum impedimentum.* *Obſeru.* 85.

DIe 26. Ianuarij Vxor cuiuſdam ſerratij, qui propè D. Aligeros incolebat annorum 36., temperamenti melancholici mala affecta erat ſalute ex habitu cachetico, & amborum oculorum cæca erat, illorum enim acies imperfectiſſima. Fixam ferebat opinionem faſcinationibus illatis vexari, neque ab ipſa vllus eam remouere poterat. Bis vinum Calicis exhibui, quarè multa viridacea, obſcura, & craſſa euomuit, quæ faſcinationes eſſe ægrotanti ſignificauimus, & iam exijſſe. Noſtrum ſtomachale ceratum ſtomacho appoſui, & nucem auellanam argento viuo completam aliquantum exagitato ſuccis à Vilant propoſitis contrà maleficia, quarè libera ex apprehenſione illa meliùs ſe habuit. Ad oculos adhibebatur aq: noſtra optalmica compoſita ferè vt illa Quercetani, & menſis vnius ſpatio optimè videbat, & ſanata eſt omninò.

Ibidem. *Aſthma antiquum.* *Obſeru.* 86.

DIe 26. Ianuarij Magdalena filia Pignatelli annorum 24. tuſsim continuam patiebatur ab infantia, ideòque iuſsi vnctiones pectorales, & vinum Calicis exhibui, quod tale attulit iuuamẽ, vt libera omninò videretur. Idem etiã accidit Dominæ Lucretiæ Ceronii.

Ibidem. *Dolor capitis, & ſtomachi.* *Obſeru.* 87.

DIe 27. Ianuarij Nouercæ ſupradictæ vocata Oliua annorum 61. ab acerbiſſimo cruciabatur dolore capitis, & ſtomachi; ipſa quoque vinum Calicis ſumpſit, & vterque dolor diſceſſit.

Ibidem. *Arteria reciſa cùm tumore ſub auricula.* *Obſeru.* 88.

DIe 28. Ianuarij Froſcinus Scardalana incolens ad Puteum annorum 32., temperamenti melancholici tumorem habebat paroxydis ad inſtàr ſub auricula frigidum, & difficilimum ad concoctionem. Medicus Pallans, & Puccius Chyrurgus remedia adhibuerant, ſed fruſtrà, arbitrabantur enìm morbum eſſe Gallicum, & talem ad effectum pillulas iuſſerant. Miſsionem præ tereà ſanguinis iuſſerunt, tonſor autem errauit, & arteriam recidit, ex qua tanta exiuit copia ſanguinis, vt anaclinterium, & ſtramentum penetrans riuum ſub cubile compegerit, pratèr illum, quem in linteis collegerant. Magno me impetu vocauerunt, atque illicò appoſito noſtro magiſteriali balſ: adſtring: ſanguis ampliùs non fluxit. Dimiſerunt itàque Medicum, & Chyrurgum, & mei vnius remedia expèriri voluerunt ad tumorem, quarè ceratum adhibui calaminare Paracelſi, quo maturatus eſt, & apertus; ingens quoque radix erat, quæ noſtris trochiſcis corroſiuis conſumpta, atque indè curatus èſt noſtro vng: baſilicone, ità vt 16. diebus liber euaſerit. Ex multo ſanguine, qui exierat, vel quia infectus eſſet morbo, de quo dubitabatur, brachia erigere non poterat, & in iuncturis acerbos patiebatur dolores, quarè noſtra iuſsi vaporaria, atque indè vnctiones oleo canis rub: ſextiès, & ſanatus eſt.

Ibidem. *Amentia.* *Obſeru.* 89.

DIe 28. Ianuarij dùm in domo eram ſuprad: D. Aligeri delatus eſt adoleſcens annor: 26. de Moro Terra non multùm diſtante à Ciuitate, ruſticus fortis, & temperam: melancholici. Hic in amentiam inciderat, ità vt ex ea deformem exceperit fiſonomiam menſibus ab hinc. Septem dedi gr: Aureati noſtri euomitiui, non autem euomuit, nec euacuauit. Die inſeq: data eſt libra vini Calicis, & multa euomuit mixta, perque ſeceſſum ſextiès. Retulerunt illum indè ad patriam dato regimine viuendi, decoctum nempè iuſsi ex gallo veteri compoſitum ad vſum Riuerij. Quibuslibet ſeptem diebus vinum Calicis ſemèl ſumebat, & diebus 34. tranſactis me inuiſit liber, valens, & optimo colore, ità vt nunquàm amentiam paſſus videretur.

Ibidem. *Hydrops.* *Obſeru.* 90.

DIe 29. Ianuarij Adoleſcens annorum 27. hydropicus erat, ſed hydropem patiebatur complicatam, non ſolùm enìm Aſcites erat ventrem habens ingentem, verùm etiam hypoſarca laborabat, tumens ſcilicèt capite, facie, brachijs, & cruribus. Mendicus erat hic, ideòque in eleemoſinam conceſsi ol: buſonis, quo perungebat omnes partes tumidas. Ore ſumebat ſeptem diebus vini Calicis vnc: 3. prò quolibet manè, & euacuabat duodeciès, vel quindeciès in die aquoſa. Venter detumuit multùm, ſed obſtructionem reliquit in regione ſplenis; quapropter iuſsi ol: buſonis, ſpicæ Romanæ, ſaluiæ, roſmar:, menthæ, nepetæ, abrotani, enulæ campanæ, verbenæ, rutæ, hyſſopi, cort: fraxini, cappar: an: pug: ſſ:, & vinum; cùm illo autem oleo decoctio fiebat vſque ad conſumptionem vini, vngebaturque pars lienis, interdùm iecuris, & ſtomachi. Suprà ventrem adhibebantur eadem addito pulu: cymini aſperſo, & benè ſe habuit. Prò præſeruatiuo indè compoſui electuarium cùm pulu: radic; vincetoſsici, qui multo ſunt iuuamine in his effectibus.

Ibidem.

Ibidem. *Vomitus.* *Obſeru.* 91.

DIe 30. Ianuarij Cynthia quædam in domo D.D. Aligeri annor: 32., temper: intemperati tali afficiebatur nauſea, vt omnia, quæ comedebat, per vomitum reiceret, fixáq; apprehenſerat opinionem maleficijs vexari. Vinũ exhibui Calicis ad vnc: 6., appoſuique ſtomacho ceratum ex noſtris ſtomachalibus, & conualuit. Voluit etiam auellanam ſecretis contrà maleficia plenam, & optimum reſumpſit colorem.

Ibidem. *Infans in agonia.* *Obſeru.* 92.

DIe 30. Ianuarij Infans octo menſiũ 15. ab hinc horis verſabatur in agonia à Medico derelictus vt cadauer extinctum; videbatur tantùm tenuis ille motus, vt ſi anima è corpore diſcedere vellet, ideòque candela accenſa benedicta mortẽ pueri expectabant adſtantes. Acceſſi, & per roſtrum ampullę, quę adhibetur in ſacris, immiſi in illius os aq: tormentillæ, cùm gut: aliquot elexir vitę, & iulep: gemmati, infuſo in ſuprad: aq: vnicornu. Cordi vngebatur eſſentia cott: citr:, & elexir vitæ, ità vt mirificè aperire oculos cæperit, cùm nutrice, & alijs familiaribus ridere, & vbera iterùm reſumere.

Ibidem. *Agonia.* *Obſeru.* 93.

ALtera ſimilitèr puella in domo Illuſtriſſimi Domini Ducis Cetonij menſium 18., cuius anima in linguæ cuſpide egreſſura erat, iiſdemque ſuprad: remedijs à morte, vt ità dicam, ad nouam vitam reuocata eſt. Multotiès hoc mihi accidit in ſimilibus, multique ſalutem receperunt, multi extincti ſunt iuxtà naturam, quæ vim habet aut non à remedijs auxilium ſibi ſumere. Neque igitur in extremis deſperandum, roborantia enim interdùm vitam afferunt.

Ibidem. *Hydrops.* *Obſeru.* 94.

DIe 2. Februarij Mater Riſecci calceolarij annorum 65. tribus ab hinc annis quadam hydropis ſpecie laborabat, valdè ſcilicèt tumidum habebat ventrem, & hypocondria, cruraque, & coxendices viribus erant deſtitutæ, ità vt corpus erigere non poſſet, nec baculis appoſitis ſuſtinere. Fumenta adhibui coxendicibus, cruribuſque herbis aromat:, & ſaxis ad vſum, atq; indè ol: canis rub: perungebatur. Ore ſumpſit vinum Calicis, & ſtomacho applicatum ex noſtris ſtomachalibus ceratum. Vinum parùm per vomitum, multa per ſeceſſum eiecit; vaporaria conceſſerunt vt per domum ambularet non autem libera penitùs; verùm inter anni ſpatium eadem infirmitas acceſſit, & ad ſepulcrum arbitror illam detuliſſe.

In Terra Montis nigri. *Dolor in vulua.* *Obſeru.* 95.

DIe 5. Februarij Mulier, cuius nomen ſcribere non licet à maximo in vulua dolore cruciabatur, & totum per ventrem reſpondebat in oſſe ſacro, ità vt flecti non poſſet, erat autem dolor in vtero matricis multis ab hinc diebus; vidua erat hæc annorum 36., & robuſta. Vmbilico iuſſi cucurbitulas non reciſas, atque indè emplaſtra ex baccis lauri, non verò meliùs ſe habebat; fumenta addidi ex ſabina, artemiſia, matricaria, & fecibus reguli, quibus leuatus eſt aliquantùm dolor, nihilominùs tamen ipſam affligebat. Explorari iuſſi, & naturæ labia tumeſcebant, ideòque ſanguinem à brachio hauſi ad vnc: 6:, parti verò appoſui peſſarium impletum lacte mulieris, cùm camphura diſſoluta, & ceruſa, atque his omne malum abijt, liberaque extitit illa, quæ præ dolore magno de morte verebatur.

Ibidem.

ſyr: bx tonicę, ſtœchadis an: vnc:2., extract: cranij hum:,ligni viſci quercini, tinct: antim:, extract: ex croco metall: cùm cruſta panis ad vſum Quercetani drag: 1. , ſpiritus vitrioli drag: ß. , m: , & cap: , & benè conualuit.

Ibidem. *Hydrops.* *Obſeru. 56.*

DIe eodem ſuprad: Antonia Hieronymi pauperrima annorum 24. Hydropem patiebatur aquoſam , & ſuprà vmbilicum tumorem habebat veſſicæ ad inſtar. Tinct: ſumpſit antimonij hyacinthini compoſitam cùm ſpiritu ſulphuris ad gut: 12. prò vice quinque diebus alternatim cùm aq: cott: ſambuci. Octo adhibita ſunt clyſteria ex vino, in quo ebulliuerat drag: 1. croc: metall: , aniſ: , & drag: 2. colochynthidis; vnctiones quoque ventri ex o : bufonis , & renibus , atque his ſalutem habuit , & menſtrua fluxerunt , quæ iam euanuerant.

Dùm aliquem inuiſebam locum omnia mala morborum à Medicis deſtituta mibi ſeruabantur meo aduentu.

In Podeo Miano. *Hydrops.* *Obſeru. 57.*

DIe 17. Aprilis quædam Hydropica annorum 32. vidua , eò deuenerat imbecillitatis , vt erigi non poſſet. Eodem modo iiſdemq; remedijs libera euaſit ; addita ſolùm ſunt fumenta herbis aromaticis , & ſaxis multis diebus.

Nerolæ. *Corpus igne incenſum.* *Obſeru. 58.*

RAimundus Raimundi Locator Eminentiſſimi Domini Cardinalis Franciſci Barberini annorum 45., temperamenti bilioſi,& ſanguinei in proprio cubiculo arcam tenebat ad ſeruandum ſcripturas , numos , multaque alia , inter quæ paruum ſclopum oneratum , & ſex libras nitrati pulueris. Quodam itaque veſpere lucernam manu gerens arcam aperijt Codicillos nonnullos arrepturus ; verùm , vel lucernæ ſcintilla in puluerem deſcenderet , vel ſclopus ex ſe concepto igne in ignatio plumbeas glandes expelleret, accenſus eſt puluis, eodemque tempore ſclopus tonauit. quarè Raimundus curuatus in arcam , vt dictum eſt , ignis impetu eleuatus rectum vſque percuſſit toto corpore, veſtibusque, capillis, & membris omnibus ardebat , perindè ac ſi ſtuppa pice polluta circumdaretur. Domeſtici accurrentes neque valebant ignem extinguere , vel illum exuendo veſtibus , vel alijs appoſitis pannis ad partes ardentes , quos cùm remouerent , pellem ſimul e cute , facie , pectore , & brachijs , maximo infœlicis illius dolore detraxerunt. Nuncium illicò ad me miſere duobus milliaribus ab illo loco procul diſtanti , acceptaque lagena aquæ ſtillatæ gambarorum , & felicis iter ſuſcepi. Acceſſi , & aquæ ſupradictæ addendo aliquantulum camphuræ , ipſaque diluendo laſas partes dolor ſubitò euanuit ; folijs indè fabarum tenerarum (aliud enim præ manibus nobis apthis non erat) appoſitis infrà dies duodecim ſanatus eſt , abſq; alijs remedijs , pulchriorque euaſit facie quàm anteà ex pellis innouatione.

Scapdrilia. *Lapſus cùm percuſſione.* *Obſeru: 59.*

ANna Valentini mihi nepos adoptiua annorum 17. marmoreo nixa mæniano vnà cùm eodem præceps cecidit ex altitudine ſeptem cannarum. Ipſam illicò exanguem ſinè verbo , iamque mortuam habitam in domum tulerunt , & per ampullæ roſtrum immiſſis in os elexyr vitæ noſtri drag: 2. excitata eſt , exclamans coxendicem, & brachium illi fractum eſſe , vt re ipſa inuenimus. Sanguinem hauſi , accomodatoque brachio , quod in fruſtra erat apud humeros , & coxendice , quæ in medio , noſtrum appoſui emplaſtrum adſtringens cùm ſegmentis ligneis optimè circumuinctis. Hinc vidimus mul-

multum ſanguinis è natura decurrere, ideòque arbitratus in interno læſam eſſe repetiui elexir cùm tinctura noſtra electri, & aqua noſtra vulneraria. Poſt octo dies remota ſunt ſplenia adſtringentia, & ſegmenta, & bis in die vngebantur oleo canis rubei, & tinctura policreſta non ſolùm læſæ partes, verùm etiam totum corpus, adhibendo fracturis cerata oxycrocei. Bis in die ſumebat de liquoribus ſuprad: an: g: 20., & vnc: 3. aq: ſuprad:, hoc enim vſu 30. diebus ſana, & integra omninò euaſit, abſque eò quòd vel claudicaret, vel alijs membris imperfecta, & incompoſita eſſet omnium ſtupore.

In Moricone. *Febris Maligna.* *Obſeru. 60.*

DOminicus Aimoni annorum 52., temperamenti aduſti, & melancholici ſeptem ab hinc diebus febre laborabat maligna, neque vllum hoc tempore vocauerat Medicum, in proprio quippè loco non erat, ſed ſolùm Chyrurgum. In ſeptimo acceſſit ſymptoma conuulſiuum cùm ſingultu, cùm quo qualibet vice fiebat attractio conuulſiua. Tunc tres vocati ſunt Medici, quorum vnus ego, ſed duo ſigna ſupradicta videntes illicò abierunt, abſque eò quòd neque quid faciendum conſulerent. Fortunam itaquè tentans ego dedi de Aureato noſtro gr: 7., & poſt horas quinque nouiès euacuauit ſætentiſsima cùm atrabilaribus, ex quo ceſſauit ſingultus, & conuulſio. Dedi indè de trochiſcis noſtris alexipharmr primis, margarit: præp:, & diaphoretico noſtro an: ſcrup: ß: prò vice in conſummatis tèr in die. Veſsicantia appoſui brachijs, & cruribus, multas cordiales epictymas cordi, atque hoc modo die duodecimo meimetipſius admiratione liber, & ſanus euaſit.

In Gineſtra. *Febris Tertiana.* *Obſeru. 61.*

DIe 19. Aprilis Pauper mendicus annorum 68. ſex ab hinc menſibus febre tertiana laborabat, & imbecillis adeò euaſerat, vt ad vicina loca ſe conferre non poſſet ad eleemoſynam expetendam. Dedi drag: 1. extracti Antifebrilis Riueriani, & nouiès euacuauit, quarè febris diſceſsit abſque alijs remedijs.

Ibidem. *Vlcera in pede.* *Obſeru. 62.*

DIe 19. Aprilis Virgo ann: 18. ab humore affligebatur frigido in pede, qui in tumores conuerſus erat, hoc eſt ſpinam ventoſam in oſſe mazzillo, quatuor apertus foraminibus. Varia Chyrurghi multi adhibuerant remedia abſque vllo vnquàm iuuamine, quapropter iuſsi ego vinum Calicis ore tèr, ſcilicèt quibuslibet ſeptem diebus; cæteris diebus decocta ſumebat ex ſalſæ noſtralis vnc: 5., ligni ſancti, & cort: eiuſdem, ſcutiſci, viſci quercini, buxi an: vnc: 2., ſemi aniſi, fænicul: an: vnc: ß:, quocunque manè vnc: 6.; vlcera quoque diluebantur bis in die eodem decocto, in quo addebatur immixta vittioli Cyprini drag: 1. prò libra. Specilla facta ſunt ex ſpongia, & gentiana vt foramina amplificarentur; intùs immittebatur per ſyphonem olxantim: ex ſaccharo, & alumine cùm balſ: tertio Paracelſi ſcripto in ſua Chyrurgia parua, à partibus adhibebatur emplaſtrum ſtypticum Paracelſi dictum calaminare ſcriptùm à Crollio; atque his 28. dierum ſpatio conualuit à prædicto morbo, menſtrua fluxerunt vbertima, & colorem viuum recepit.

Ibidem. *Febris Quartana duplex.* *Obſeru. 63.*

DIe 23. Aprilis Puer annorum 11. anno ab hinc febre ægrotabat quartana, & in duplicem conuerſa erat; tenebatur prætereà obſtructione ſplenis, ità ut iam inciperet in hydropem inclinare. In hora acceſsionis dedi gr: 15. Febrifugi Rinerij, quarè febris non ampliùs regreſsa eſt; octo diebus iuſsi emplaſtra ex uerbena ſuprà partem

bitis, quibuslibet 24. horis, & quotieſcunquè ſplenium mutabat multos inueniebat humores extractos, & ab omnibus liber extitit.

Ibidem. *Ex lapſu corpus percuſſum.* *Obſeru. 64.*

Die eodem Iohannes Iacobi annorum 26. cecidit ex arbore præalta quercus, itâ vt latere, capite, & coxendice percuſſus fuerit. Dubitabatur de coxendicis fractura, & coſtarum, vectus enim eſt ſuprà pheretrum, quia ex ſe corpus erigere non poterat. Sedulò, & accuratè animaduertens obſeruaui non eſſe fracturam, ſed tantùm corpus contuſum. Iuſſi illicò vt haurirentur vnc: 6. ſanguinis, & cucurbitulæ imponerentur non reciſæ humeris, & coxendicibus, indè verò accomodaui lectum ex foliis faſi, in quo ſepelliri ipſum iuſſi 15. horis, quibus elapſis alia mutarentur folia, ex quo multùm ſudauit, & corpus ſoluit. Ore ſumpſit vini Calicis vnc: 8., & abſque alijs pharmacis optimè ſe habuit, vt ſi nunquàm cecidiſſet.

In Turricella. *Punctura venenoſa.* *Obſeru. 65.*

Die 28. Aprilis Ioſepho Antonij annorum 28. ex transfixione manus à dumo veneno ſo ortus eſt tumor, & quaſi ſfacelum euaſerat. Multa applicuerant Chyrurgi emplaſtra, & tandèm manum amputare decreuerunt; vocatus acceſſi, & eorum opinioni cùm aduerſarer diſceſſerunt. Ipſum curaui balſ: ſulphuris ſæremis, ol: ceræ, therebinthinæ, ol: philoſophorum an: vnc: ſſ:; ad comprimendum manus tumorem iuſſi fumenta bis in die herbis aromaticis, deſiccantibus, & ſaxis ignitis cùm aceto ſuprà aſperſo. Suprà vlcer ſemper erat ceratum Paracelſi calaminare, atque ore bis vinum Calicis exhibui, quapropter diebus ſexdecim ſanatus eſt abſque eò quòd manus impediretur.

Ibidem. *Ruptura.* *Obſeru. 66.*

Die 29. Aprilis Puer ruptus, cui deſcendebant in burſam inteſtina, ſanatus eſt appoſitio fæmorali ex tela, & cataplaſmata ex ſymphyto maiori, & minori, cùm pulu: croc: Martis adſtring:, corymbis glandium, & balauſtijs, & intèr 24. dies integram habuit ſalutem.

Ibidem. *Menſtruorum retentiones.* *Obſeru. 67.*

Die 30. Aprilis Menſtrua reuocata ſunt tribus puellis oppilatis, ſumendo bis vinum Calicis, & adhibendo fumenta alibi deſcripta additis fecibus reguli. Decocta quoque pluribus diebus ex his compoſita ℞: quinque radices aperitiu: an: pugil: 1., artemiſiæ, matricariæ, rubiæ tinctorum, primulæ veris, iuæ arteticæ an: manip: ſſ:, atque hoc modo omnes tres menſtruorum expertæ ſunt beneficium, quæ nondùm fluxerant, quamuis vna annorum eſſet 18., altera 19., & tertia 22.

In Terra Ornani. *Epilepſia.* *Obſeru. 68.*

Die 12. Iunij Angelę Collis longi annorum 46., temperamenti melancholici ex dolore mortui filij menſtrua ſuppreſſa ſunt, quæ vbertrima ſemper fuerant. Poſt menſes ſex epilepſia ægrotauit, itâ vt non videret, & per horæ quadrantem affligebatur, dùm verò ſpiritus boni redibant per alium horæ quadrantem verba non proferrebat, ſed quaſi hebes erat. Ipſam hoc modo curaui, dando primùm Aureati noſtri in confect: gr. 6., & multa euomuit porracea, & biliosa. Die inſequenti vini Calicis bibit vnc: 6., & iterùm euomuit, perque ſeceſſum ſexties. Multis diebus indè quolibet manè drag: 1. huiuſce com-

compoſiti ℞: extract: peoniæ, flor: tiliæ, ceraſorum amarorum, viſci quercini an: vnc: ß, eſſent: cranij humani drag: ß:, vnguis Alcis ſcrup: 1., vnguis aſinini ſcrup: 2., ceruſæ antim: drag: 6., conſerv: betonicæ vnc: 2., fæculæ aronis, & fæculæ brioniæ an: drag: 2., ſalis artemiſiæ, & matricariæ an: drag: 1. ß:, m:, & cap:, atque horum vſu nunquàm amplius cecidit, & menſtrua intèr menſem, & dimidium iterùm experta eſt.

Ibidem. *Arteria receiſa.* *Obſeru. 69.*

DIe 3. Iulij Adoleſcens ligna ſecans in nemoribus ictu ſecutis ſe vulnerauit in pede ad partem interiorem, & pellem reſcidit, venas, & ferè neruos; arteria quoque reciſa eſt, nec multis remedijs adſtringentibus à Galeno propoſitis, & à Chyrurgis adhibitis vnquàm poſſibile fuit vt ſe coniungeret, & clauderetur ſanguinis exitus; ignem quoque adhibuerunt, ſed fruſtrà, immò eò magìs duo capita arteriæ reciſa intèr ſe diſceſſerant vt ſolent. Me aduocauerunt, & miſerum inueni imbecillimum; dùm autem ſoluebantur faſciæ ſanguis fluebat magna copia. Noſtrum illicò balſ: appoſui adſtringens cùm filis, & ſinè alijs remediis non ampliùs exibat ſanguis, & quinque diebus benè ſe habuit.

In Ciuitate Rheatina. *Herpes in lupum.* *Obſeru. 70.*

DIe 17. Nouembris Illuſtriſs: Dominus Fabritius Aligeri conſobrinus carnalis Eminentiſſimi Cardinalis Vecchiarelli annorum 36. captus erat coxendice, & crure multis abhinc annis ex herpete, quia nempè corpus aduſtum erat, & atrabilare, acris euaſerat ſupradicta pars, cùm vlceribus profundis corroſiuis, & malignis a Paracelſo vocatis nomine luporum; vlcera autem, & foramina erant 85. Dominus hic multa expertus fuerat Chyrurgorum, & Medicorum remedia, ſed nullo iuuamine, immò ex varietate medicamentorum morbus eò magìs ſæuiebat. Varias ego in Sabina egeram curas morborum incurabilium fœlici exitu, tàm in Medicina, quàm in tumoribus frigidis, & acribus dictis elephantiaſi, vel ſpinæ ventoſæ, & multum honoris apud omnes mihi comparauceram; ipſe itàque fidens nomini, & precibus amicorum me vocauit; quia verò tempeſtas rigeſcebat primùm iuſſi vt cubiculum circùm obduceretur auleis, atque intùs ignem accendi temperatum, vt aer quaſi veris eſſet. Ægrum purgaui remediis ordinariis cùm digeſtiuis, & vltimò extradicatiuo, quod aſſenſu Medici ordinarii factum eſt. Formam indè inſ-ſi decoctorum ligni, ſalſæ, quæ eſt compoſitio tertia, quam ſcribit Andreas Calmatthæus in ſuo Enchiridione. Decoctum ſumebat bis in die, manè, & veſpere, cùm regula, quam ars exquirit, in quocunque autem eorum immiſcebam guttas tincturæ ſtybii noſtræ vniuerſalis, & triginta diebus bis vſus eſt. In partibus dolentibus, & vlceratis primò adhibebam tribus diebus vng: populeonis, roſati, litargyrii cùm ol: roſ: compoſit: an: vn: 1., camphuræ drag: 1 ß., m:; affecta loca diluebã tèr, aut quatèr in die aq: roſ: in qua infuſum erat pſimmythium, litargyrium, tutia, bolarmenum ſæpè ſæpiùs agitando phialam. Statim ac purgari cæpit, dolor, qui infirmum vexabat diſceſſit omninò, ex camphura, quæ ad tales effectus vnica eſt. Addebam indè vnguentis balſ: dulce antim: noſtri, buthyrum plumbeum, & eſſent: camphuræ, ex quibus multam vlcera emiſerunt putredinem, & formina radiculam vermiculi ad inſtàr. Balſamum quoque adhibui ex myrrha, maſtiche, ſarcocolla, thure, aloe, & multis vegetabilibus, quod ſcriptum eſt in Arcanis, & 44. dierùm ſpatio ſanata ſunt vlcera. Appoſui etiam bal: canis rubei noſtrum compoſitum ad neruos roborandos, anteà enim claudicabat, & incedendo crus illud multùm deſcendebat. Die ſupradicto 44. de domo ſimùl egreſſi ſumus, & optimè deambulabat, quamobrèm liber extitit, abſque eò quòd vllo vnquàm morbo vexaretur per annos multos uſque nunc, qui ſanus eſt ex gratia Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti.

Tempore, quo in ſuprad: Ciuitate moratus ſum multas obuiam habui curas, quæ cùm fœlici complerentur exitu, neceſſe fuit uere inſequenti ibi permanere, ideòque multos curaui morbos in Ciuitate, & proximis locis, quorum hic nonnullos adnotatos aſpicies,

Ibidem. *Morbus Venereus antiquus.* *Obſeru. 71.*

DIe 23. Nouembris Illuſtriſſimus D. Franciſcus Maria Aligeri frater ſupradicti, annorum 27., temperamenti bilioſi, pilique rubei quia immoderatè voluptatibus Venereis ſe immerſerat, ipſarum fructus extrà limites colligens, ipſarum quoq; ceſpites, & dumos legit acerbos, quibus huiuſmodi venatores transfigi plerumquè ſolent. Rus indè petijt multis menſibus varias ferens perpeſſiones, & infectus eſt peſſima corporis habitudine. Doloribus cruciabatur acerbiſſimis, & eò deuenerat viribus deſtitutus, pallens, oculiſque recedentibus, vt flexus incederet, & oſſa ſpondilia renium vt gummas emitterent, ſe ſeque è loco ſuo impellerent. Sæpè ſymptomaticis accidentibus deficiebat cor, ità vt ſenſibus deſtitueretur, & verbis, nihilominus dùm ſpiritus recuperabat ambulare conabatur. Tempore ſupradicto vaporaria adhibita ſunt pluriès herbis, & ſaxis, atque indè vngebatur balſ: canis rub:, ex quo dolores ampliùs non acceſſerunt. Cordi appoſitum eſt vng: cordiale Guainerij cùm eſſent: cort: citr:, & balſ: noſtrum cordiale ſæpiùs; ſtomacho ceratum noſtrum ſtomachale. Multotiès ore ſumpſit balſ: noſtrum cordiale, balſ: ſalutis, elexir vitæ, vnicornu, eſſent: cort: citr:, & tincturam ſtybij vniuerſalis. Moderatè hyemem tranſegit, curam verò diſtulimus ad ver, quia homo erat immoderatus. Vere, quia impatiens erat, & nauſea afficiebatur, iuſſi extract: arundinum, lentiſci, & ligni ſancti an: ſcrup: ſſ:, Panacææ noſtræ fixæ g: 15., m:, & ſumebat vt pillulam opportunè quolibet manè, & vnc: ſſ: aq: noſtræ ſudoriferæ, ſed parùm ſudabat, quia ſiſtere quantum oportebat non patiebatur. Hoc vſu 30. diebus ſalutem habuit, neque vllo vnquàm laborauit morbo ampliùs; vxorem duxit, & filios habet, verebantur autem ne extingueretur progenies, cùm in domo illa nullus eſſet ad vxorem ducendam aptus.

Ibidem. *Hemophthyſis.* *Obſeru. 72.*

DIe 28. Nouembris Dominus Io: Franciſcus Buccini Nobilis diues Ciuitatis illius annor: 23. ex aſſiduitate ſtudiorum, quibus operam dederat Peruſiæ, debilitatus adeò erat ſtomacho, & capite, vt ex diſtillatione, quæ deſcendebat in pectore ortum fuerit ſputum cruentum cùm tuſſi; pallidus erat, & gracilis, eò vt Phthyſicus haberetur; Ego vnus ipſum curaui, non enim alios voluit, neque conſilijs, purgatus eſt primò vnc: 3. noſtræ aquæ catholicæ purgantis, atque indè ſyr: accomodaui antiheticum Riuer: ad vnc: 1. ſſ:, in quo immiſcebantur quotidiè drag: ſſ: pulu: Antihetici noſtri, & 20. gut: noſtri balſ: magiſterialis correctiui, de quo ſyr: ſumpſit 25. diebus. Infrà diem ſumebat prò potione aq: ſtillatam ex ſcabioſa, ligno lentiſco, ligno quercino, cùm hordeo, atque intùs lactis ſulphuris gut: 10. Stomachum perunctum gerebat pectorali vnguento; vinum quoque voluit Calicis, quod me inuito bibit, & magno illi fuit iuuamine; tandèm iterùm purgatus eſt aqua ſupradicta, & optimè conualuit. Purgari iterùm vere voluit, ſumendo lac capræ, neque vnquàm morbo illo laborauit.

Ibidem. *Paralyſis.* *Obſeru. 73.*

DIe 6. Decembris Famula Illuſtr: M. Epiſcopi Valentini de Ciuitate Ducali ann: 66. vel ex frigore, vel calore ignis, quia coqua erat, debilis aliquantùm euaſerat, & repentina fluxione capitis in formam apoplexiæ loquela impediebatur nō ſolùm, ſed etiam viribus omninò deſtituta erat brachij, cruris, & totius illius partis ità vt vllo modo erigere ſe non poſſet. Rheatū delata eſt tanquā cadauer ſpe ſalutis derelictū; vocatus acceſſi, & vaporaria adhibui ſaxis, & herbis ad vſum noſtrum, atque indè vnctiones ol: noſtro compoſito canis rub:. Sæpiùs mirè ſoluta eſt lingua, & aliquantum roboris brachium, & crus excepit, ità vt deābularet; etiāſi verò perfectè omninò libera nō euaſit, attamē neceſſaria agebat multorū admiratione ſenis enìm erat, & morbus ſpę derelictus habitus fuerat.

Ibidem. *Paſſio Hyſterica.* *Obſeru.* 74.

DIe 3. Ianuarij Domina Flauia Sanitij annorum 36. Monaca in Monaſterio Diui Benedicti à paſsione affligebatur ſymptomatica cordis, & imbecillitate virium, & viſcerorum languebat, ità vt dùm cibum ſumpſerat quamquàm tenuiſsimum, attamèn ſi vllo modo mouebatur, illicò agrediebatur à ſyncope, vomitibus, doloribus capitis, ſtomachi, & ſimilibus, hoc autem ſex ab hinc annis; corpus delicatiſsimum erat, parùmque menſtruorum experiebatur beneficium. Infrà hoc tempus remedia ſumpſerat à multis Medicis, verùm pro iuuamine imbecillitate maiore ex illis tenebatur. Nullum ſuauem, aut peſsimum odorem naribus excipere poterat, immò ab ipſis omninò abhorrebat. Vnctionem iuſsi ſtomacho ex ruta, abſynthio, cort: citri, & mali medici, calamento, & vino ad vſum. Ad partem cordis adhibebatur ol: cort: citri per expreſsionem; vinum indè dedi Calicis Chymici, & multos eiecit humores per vomitum, & ſeceſſum. Accomodaui quoque confectum hoc modo ℞: cornu cerui præpar:, vnicornu, ſal: prunel: corallat: an: drag: 1. ſſ:, pulu: noſtri Antihetici drag: 3., fæculæ aronis, vincetoſsici an: vnc: 1., oculorum gambarorum, brioniæ in fæcula an: drag: 2., conſeru: ex cymis, & floribus meliſſæ vnc: 4., m:, & cap: drag: 1. ſſ: manè ieiuno corpore; bibebat inſuper aq: meliſſæ, tantoque fuerunt illi iuuamine hæc remedia, vt ad nouam vitam ſe reuocatam fateretur; vires recepit, & integra floruit ſalute.

Ibidem. *Menſtruorum retentio.* *Obſeru.* 75.

DIe prædicto Domina Androſilla Vincenti annorum 35., temperamenti mixti, & delicati ex menſtruorum retentione doloribus cruciabatur ab acerbiſsimis capitis, & ſtomachi, & à ſyncope etiam interdùm ex vaporibus, qui cor illi occupabant. Ceratum iuſsi ex noſtris ſtomachalibus, atque ore vini Calicis vnc: 5., quarè multa biliosa euomuit, & euacuauit. Poſt nonnullos dies dedi ſyr: artemiſiæ, matricariæ, & quinque radic: aperitiu: an: vnc: ſſ:, ſal: abſynthij calybeati, & artemiſ: an: ſcrup: 1., m:, & cap:; fumenta quoque adhibita partibus locorum, herbis aromat:, & reguli fecibus, ex quibus menſtrua fluxerunt, & benè ſe habuit.

Ibidem. *Epilepſia.* *Obſeru.* 76.

DIe 6. Ianuarij Filius cuiuſdam vocati Falzapellis annorum 13. multis agitatus fuerat ab epilepticis accidentibus, & parte dimidij corporis deſtitutus eſt, ità vt caderet, neque pedibus erigi poſſet, quia pars imbecillima euaſerat. Caput prætereà habebat deforme, & ingens, faciem obliquam, & linguam non penitùs abſolutam; imperfectiſsima erat oculorum acies, crebriſque agrediebatur à vertiginibus, & timoribus. Diù Medicus Pallans medicamenta applicauerat, ſed in peiùs tendebat morbus; quia verò Medicus ego eram ægrotis omni ſalutis ſpe derelictis, rogatus ſum à multis vt accederem curaturus. Quapropter in primis exhibui vinum Calicis, cuius ope multa exierunt per vomitum, & ſeceſſum; vinum indè compoſui hoc modo ℞: ligni ſancti raſi, cort: eiuſdem an: vnc: 3., flor: lil: conual:, peoniæ, tiliæ, borrag:, bugloſſ:, roſmar:, ſaluiæ, lauandæ ſeù ſpicæ an: vnc: ſſ:, ligni lentiſci, viſci quercini, ſalſę parill: an: vnc: 2., betonicæ, pimpinel:, ſaxifragiæ, cetrac: an: pug: ſſ:, euſragiæ, chelidon: an: manip: 3., ſtæchadis vnc: 6., gran: Paradiſi, ſem: cardi ſancti, aniſorum, baccarum iuniperi an: drag: 2., nucis muſcat:, macis, cynnamomi an: ſcrup: 2., conterantur omnia, & infundantur in libr: 15. vini generoſi per ſex dies in loco frigido, de quo ſumebat vnc: 4. manè ieiuno corpore, & veſpere tribus horis antè cibum, cùm regimine viuendi. Quibuſlibet ſeptem diebus vinum Calicis bibebat, & nouiès facta ſunt fumenta in cubili herbis, & ſaxis ad nſum noſtrum; atque indè ungebatur nuca, ſpinalis medulla, & partes uiribus deſtitutæ oleo noſtro

canis rubei, ideòque ſolutum eſt corpus, optiméque incedebat, roborata ſunt membra imbecillia, & oculorum aciem recepit. Non autem perfectam habuit ſalutem, ſed è periculo illo liber euaſit.

Ibidem. *Dolores Colici.* *Obſeru. 77.*

Die 8. Ianuarij Adoleſcens propè Clarellos à doloribus affligebatur Colicis acerbiſſimis, atque ad hoc multa adhibita fuerant clyſteria carminatiua, aliaque remedia, ſed fruſtrà. Acceſſi ego vocatus, & dedi extract: noſtri Antecolici drag: 1., vnicornu ſcrup: 1., m:, & ab eo dolore penitùs liberatus eſt.

Ibidem. *Paſſio Hyſterica.* *Obſeru. 78.*

Die 12. Ianuarij Barbara Fornara Illuſtriſſimorum Dominorum Aligeri ancilla ingentes dolores vterinos patiebatur, cùm paſſionibus hyſtericis, & ſyncopationibus. Bis vinum exhibui Calicis, ſumpſit etiam confect: comp: ex conſerua roſarum vnc: 3., conſeru: anthos, & flor: nucean: vnc: 1., ſal: artemiſ:, & matricar:, ſabinæ, vnicornu an: drag: 1., fæcul: brioniæ drag: 1. ß:, cynnamomi drag: 3., fæcul: atonis vnc: 1., m:, & cap: cochlear vnum prò vice ſemèl in manè. Menſtrua fluxerunt, omne malum enim ex illorum ſuppreſsione ortum erat, & conualuit.

Ibidem. *Oppilatiò Hypocondriorum.* *Obſeru. 79.*

Die 19. Ianuarij Illuſtriſsima Domina Antonina Aligeri annorum 69. multo ab hinc tempore laborabat oppilatione hypocondr:, & corporis tumore, quamobrèm dedi vnc: 6. vini Calicis, & multam euomuit pituitam; per ſeceſſum verò quinque ſèſquidecies abſque eò quòd labefactaretur, immò recreata eſt. Emplaſtra indè appoſita quinque diebus ſuprà partes oppilatas ex verbena, farina hordei, & oui albumine, quarè expers à morbo illo remanſit.

Ibidem. *Hydrops vterina.* *Obſeru. 80.*

Die eodem Illuſtriſsima Domina Catharina Ceronij annorum 32., temperamenti humidi, & valdè pinguis, nouem in lucem ediderat partus, & quia parùm in illis purgata erat, hydrops acceſſerat vterina, non verò cùm febre, ſed ſolùm expedita non erat ad neceſſaria prò domo. Vini ſumpſit Calicis vnc: 6., & multa aquoſa per ſeceſſum expulit, pauca verò per vomitum. Iuſsi indè fæcul: Iridis, & brioniæ an: ſcrup: 1., cùm ol: aniſ:, & cynnamomi an. g: 6., quibus aquam multam euacuauit, & benè ſe habuit; quia enim à malo illo leuata videbatur, nulla alia voluit remedia, quapropter octo poſt annos illam vidi cùm priſtino ferè ventris tumore. Multa iterùm iuſſi, ſed ignoro an conualuerit.

Ibidem. *Aſthma antiquum.* *Obſeru. 81.*

Die 19. Ianuarij Oliua nutrix ſupradictæ Dominæ multo ab hinc tempore aſthma patiebatur, ideòque pectorales iuſsi vnctiones pectori, & ore vſum oxymel: facti ex decocto ligni viſci quercini, ſcabioſæ, tuſsilaginis, caricarum, iuiubar:, liquiritiæ, mellis, & aceti fec: arteto, de quo ſumebat vnc: 1. ß: prò manè. Bibit etiam vinum Calicis, quod morbum illum repulit.

Ibidem. *Dolor Nephriticus.* *Obſeru.* 82.

DIe 21. Ianuarij Illuſtriſſimus Dominus Dux Adrianus Ceronij multis ab hinc diebus dolore cruciabatur nephritico. Medicus Pallans clyſteria iuſſerat, & vſualia remedia, ſed fruſtrà; vinum ego Calicis dedi, & liber à dolore extitit abſque alijs pharmacis.

Ibidem. *Paſſio Hypocondriaca.* *Obſeru.* 83.

DIe 23. Ianuarij Thomas ſericarum mercator ligularum annorum 37. multis ab hinc menſibus paſſione, & dolore ſtomachi affligebatur, qui ex hypocondriaca paſſione proceſſerat. Pallans multa exhibuerat remedia, ſed nullo iuuamine. Vinum dedi Calicis, quarè multa per vomitum exierunt; ceratum appoſui ſtomacho noſtrum ſtomachale, & ſumpſit noſtri ſalis antiſcorbutici ſcrup: 1. prò vice, ſalis abſynthij calybeati ſcrup: 1. cùm iuribus carnis, multis diebus, & bis iterùm vinum ſumendo liberatus eſt.

Ibidem. *Pleuritis.* *Obſeru.* 84.

DIe 26. Ianuarij ad Caſalia Dominorum Aligeri in Piſtignano corũ Villicus annorum 28., temperamenti mixti quatuor ab hinc diebus pleuritide laborabat, & maximo periculo, in illo enim quinque erant ſigna à Galeno propoſita. Signa prætereà habebat mortifera ex illis, quæ in extremis apparent, oculos nempè vmbroſos, & vitreos, & carpum habebat, ſicut & cùm aliquid bibendum propinabatur ei, omnia voratutus videbatur. Nullum adhibitum erat remedium, & vinum duobus diebus biberat, quod pleuriticis purum venenum eſt. Clyſterium illicò iuſſi commune, & extrahendas indè ſanguinis vena communi vnc:6., qui putridus erat. Dedi indè dr:1. pulu: noſtri Antipleurit:, & cataplaſmata duo Antepleu: cùm ſapone applicaui vnum ſuprà dolorem, & alterum ſuprà partem oppoſitam; perunctus quoque fuit ad ſuprad: partes noſtro ol: Antepleurit:. Ore ſumpſit lambitiuum compoſitum ex ſyr: pectoralibus, in quibus poſita eſt margarit:, vnicornu, corall: rub:, diaphoretici noſtri fixi an: dragm: ſ:. Inſequenti manè repetitus eſt puluis Antepleurit:, quarè tumor fractus eſt, ità vt circà libr: 3. putridarum pituitarum, & mirificè ſanatus eſt.

Ibidem. *Cacheſia, & oculorum impedimentum.* *Obſeru.* 85.

DIe 26. Ianuarij Vxor cuiuſdam ſerrarij, qui propè D. Aligeros incolebat annorum 36., temperamenti melancholici mala affecta erat ſalute ex habitu cachetico., & amborum oculorum cæca erat, illorum enim acies imperfectiſſima; & fixam ferebat opinionem faſcinationibus illatis vexari, neque ab ipſa vllus eam remouere poterat. Bis vinum Calicis exhibui, quarè multa viridacea, obſcura, & craſſa euomuit, quæ faſcinationes eſſe ægrotanti ſignificauimus, & iam exijſſe. Noſtrum ſtomachale ceratum ſtomacho appoſui, & nucem auellanam argento viuo completam aliquantùm exagitato ſuccis à Vilant propoſitis contrà maleficia, quarè libera ex apprehenſione illa meliùs ſe habuit. Ad oculos adhibebatur aq: noſtra optalmica compoſita ferè vt illa Quercetani, & menſis vnius ſpatio optimè videbat, & ſanata eſt omninò.

Ibidem. *Aſthma antiquum.* *Obſeru.* 86.

DIe 26. Ianuarij Magdalena filia Pignatelli annorum 24. tuſsim continuam patiebatur ab infantia, ideòque iuſsi vnctiones pectorales, & vinum Calicis exhibui, quod tale attulit iuuamẽ, vt libera omninò videretur. Idem etiã accidit Dominæ Lucretiæ Ceronii.

Ibidem. *Dolor capitis, & ſtomachi.* *Obſeru.* 87.

DIe 27. Ianuarij Nouerca ſupradictæ vocata Oliua annorum 61. ab acerbiſſimo cruciabatur dolore capitis, & ſtomachi; ipſa quoque vinum Calicis ſumpſit, & vterque dolor diſceſſit.

Ibidem. *Arteria receſa cum tumore ſub auricula.* *Obſeru.* 88.

DIe 28. Ianuarij Froſcinus Scardalana incolens ad Puteum annorum 32., temperamenti melancholici tumorem habebat paroxydis ad inſtar ſub auricula frigidum, & difficilimum ad concoctionem. Medicus Pallans, & Puccius Chyrurgus remedia adhibuerant, ſed fruſtrà, arbitrabantur enim morbum eſſe Gallicum, & talem ad effectum pillulas ſufferant. Miſsionem prætereà ſanguinis iuſſerunt, tonſor autem errauit, & arteriam recidit, ex qua tanta exiuit copia ſanguinis, vt anaclinterium, & ſtramentum penetrans riuum ſub cubile compegerit, præter illum, quem in linteis collegerant: Magno me impetu vocauerunt, atque illicò appoſito noſtro magiſteriali balſ: adſtring: ſanguis ampliùs non fluxit. Dimiſerunt itàque Medicum, & Chyrurgum, & mei vnius remedia experiri voluerunt ad tumorem, quarè ceratum adhibui calaminare Paracelſi, quo maturatus eſt, & apertus; ingens quoque radix erat, quæ noſtris trochiſcis corroſiuis conſumpta, atque indè curatus eſt noſtro vng: baſilicone, ità vt 16. diebus liber euaſerit. Ex multo ſanguine, qui exierat, vel quia infectus eſſet morbo, de quo dubitabatur, brachia erigere non poterat, & in iuncturis acerbos patiebatur dolores, quarè noſtra iuſsi vaporaria, atque indè vnctiones oleo canis rub: ſextiès, & ſanatus eſt.

Ibidem. *Amentia.* *Obſeru.* 89.

DIe 28. Ianuarij dùm in domo eram ſuprad: D. Aligeri delatus eſt adoleſcens annor: 26. de Moro Terra non multùm diſtante à Ciuitate, ruſticus fortis, & temperamr melancholici. Hic in amentiam inciderat, ità vt ex ea deformem exceeperit fiſonomiam menſibus ab hinc. Septem dedi gr: Aureati noſtri euomitiui, non autem euomuit, nec euacuauit. Die inſeq: data eſt libra vini Calicis, & multa euomuit mixta, perque ſeceſſum ſextiès. Retulerunt illum indè ad patriam dato regimine viuendi, decoctum nempè iuſsi ex gallo veteri compoſitum ad vſum Riuerij. Quibuslibet ſeptem diebus vinum Calicis ſemèl ſumebat, & diebus 34. tranſactis me inuiſit liber, valens, & optimo colore, ità vt nunquàm amentiam paſſus videretur.

Ibidem. *Hydrops.* *Obſeru.* 90.

DIe 29. Ianuarij Adoleſcens annorum 27. hydropicus erat, ſed hydropem patiebatur complicatam, non ſolùm enim Aſcites erat ventrem habens ingentem, verùm etiam hypoſarca laborabat, tumens ſcilicèt capite, facie, brachijs, & cruribus. Mendicus erat hic, idcòque in eleemoſinam conceſsi ol: bufonis, quo perungebat omnes partes tumidas. Ore ſumebat ſeptem diebus vini Calicis vnc: 3. prò quolibet manè, & euacuabat duodeciès, vel quindeciès in die aquoſa. Venter detumuit multùm, ſed obſtructionem reliquit in regione ſplenis; quapropter iuſsi ol: bufonis, ſpicæ Romanæ, ſaluiæ, roſmar:, menthæ, nepetæ, abrotani, enulæ campanæ, verbenæ, rutæ, hyſſopi, cort: fraxini, cappar: an: pug: ß:, & vinum; cùm illo autem oleo decoctio fiebat vſque ad conſumptionem vini, vngebaturque pars lienis, interdùm iecuris, & ſtomachi. Suprà ventrem adhibebantur eadem addito pulu: cymini aſperſo, & benè ſe habuit. Prò præſeruatiuo indè compoſui electuarium cùm pulu: radic: vincetoſsici, qui multo ſunt iuuamine in his effectibus.

Ibidem.

Ibidem. *Vomitus.* *Obſeru. 91.*

DIe 30. Ianuarij Cynthia quædam in domo D.D. Aligeri annor: 32., temper: intemperati tali afficiebatur nauſea, vt omnia, quæ comedebat, per vomitum reiceret, fixāq: apprehenſerat opinionem maleficijs vexari. Vinū exhibui Calicis ad vnc: 6., appoſuique ſtomacho ceratum ex noſtris ſtomachalibus, & conualuit. Voluit etiam auellanam ſecretis contrà maleficia plenam, & optimum reſumpſit colorem.

Ibidem. *Infans in agonia.* *Obſeru. 92.*

DIe 30. Ianuarij Infans octo menſiū 15. ab hinc horis verſabatur in agonia à Medico derelictus vt cadauer extinctum; videbatur tantùm tenuis ille motus, vt ſi anima è corpore diſcedere vellet, ideòque candela accenſa benedicta morte pueri expectabant adſtantes. Acceſſi, & per roſtrum ampullę, quę adhibetur in ſacris, immiſi in illius os aq: tormentillæ, cùm gut: aliquot elexir vitę, & iulep: gemmati, infuſo in ſuprad: aq: vnicornu. Cordi vngebatur eſſentia corr: citr:, & elexir vitæ, ità vt mirificè aperire oculos cæperit, cùm nutrice, & alijs familiaribus ridere, & vbera iterùm reſumere.

Ibidem. *Agonia.* *Obſeru. 93.*

ALtera ſimilitèr puella in domo Illuſtriſſimi Domini Ducis Ceronij menſium 18., cuius anima in linguæ cuſpide egreſſura erat, ijſdemque ſuprad: remedijs à morte, vt ità dicam, ad nouam vitam reuocata eſt. Multotiès hoc mihi accidit in ſimilibus, multique ſalutem receperunt, multi extincti ſunt iuxtà naturam, quæ vim habet aut non à remedijs auxilium ſibi ſumere. Neque igitur in extremis deſperandum, roborantia enim interdùm vitam afferunt.

Ibidem. *Hydrops.* *Obſeru. 94.*

DIe 2. Februarij Mater Riſecci calceolarij annorum 65. tribus ab hinc annis quadam hydropis ſpecie laborabat, valdè ſcilicèt tumidum habebat ventrem, & hypocondria, cruraque, & coxendices viribus erant deſtitutæ, ità vt corpus erigere non poſſet, nec baculis appoſitis ſuſtinere. Fumenta adhibui coxendicibus, cruribuſque herbis aromat:, & ſaxis ad vſum, atq; indè ol: canis rub: perungebatur. Ore ſumpſit vinum Calicis, & ſtomacho applicatum ex noſtris ſtomachalibus ceratum. Vinum parùm per vomitum, multa per ſeceſſum eiecit; vaporaria conceſſerunt vt per domum ambularet non autem libera penitùs; verùm inter anni ſpatium eadem infirmitas acceſſit, & ad ſepulcrum arbitror illam detuliſſe.

In Terra Montis nigri. *Dolor in vulua.* *Obſeru. 95.*

DIe 5. Februarij Mulier, cuius nomen ſcribere non licet à maximo in vulua dolore cruciabatur, & totum per ventrem reſpondebat in oſſe ſacro, ità vt flecti non poſſet, erat autem dolor in vtero matricis multis ab hinc diebus; vidua erat hæc annorum 36., & robuſta. Vmbilico iuſſi cucurbitulas non reciſas, atque indè emplaſtra ex baccis lauri, non verò meliùs ſe habebat; fumenta addidi ex ſabina, artemiſia, matricaria, & fecibus reguli, quibus leuatus eſt aliquantùm dolor, nihilominùs tamen ipſam affligebat. Explorari iuſſi, & naturæ labia tumeſcebant, ideòque ſanguinem à brachio hauſi ad vnc: 6:, parti verò appoſui peſſarium impletum lacte mulieris, cùm camphura diſſoluta, & ceruſa, atque his omne malum abijt, liberaque extitit illa, quæ præ dolore magno de morte verebatur.

Ibidem.

Ibidem. *Vlcera corroſiua.* *Obſeru. 96.*

Die 20. Iulij Dominicus filius Domini Doctoris Taſſi de Mompæio annorum 18. temperamenti tenuis, & deſtructi, annorum 13. ætatis ſuæ tumore frigido captus eſt in maxillis, cui Medici, & Chyrurgi nonnulla adhibuerunt remedia, atque his remotus eſt illinc tumor ad pectus, aliaſque partes, præcipuè in coxendice deſcendens. Emplaſtra ibi emollientia à multis appoſita ſunt, & ſimilia, ſed cùm humorem viderent pertinacem, aditum illi aperituri, foramen fecerunt à capite coxendicis vſque ferè ad genu, per quod foramen tranſibat ſetaceum. Corpus impurum erat, ideòque putruerunt partes illæ, ità vt omnis locus, quo agebatur ſetaceum in vlcer conuerſus ſit cùm humore corroſiuo, & putrido, qui venas etiam corroſit, & ad caput inguinis ortus eſt tumor ſcyrrhoſus; pars enim illa eſt cameralis iecuris, & ex virium imbecilitate nunquàm ſuppurata eſt, ideòq; tumor ille in genu tranſmittens fluxionem in coxendice maturatus eſt, & ex mala curatione duo ingentes fiſtulæ remanſerunt, quorum turundæ erant ad longitudinem digiti medij. Infælix hic annis quinque Medicorum, & Chyrurgorum ſe ſuppoſuit remedijs, ſed morbus eò peior euaſit, ità vt quatuor annis nunquàm ſe mouere potuerit, voluebatur autem, & ferebatur per domum à domeſticis. Tempore illo multa curaueram mala in Rheatina Ciuitate, & alijs locis proximis, quarè de me fama volabat vbique; eger ille ideò Patrem exorauit vt ad me duceretur, & meum Fratrem Scandriliam. Pater filij precibus annuit, & ad me delatus eſt in pheretro, quo defuncti feruntur ad ſepulcrum, per ſeptem milliarium itiner. Dominus Pompæius genitor tanquàm cadauer mihi illum tradidit, quod ſi fortuna faueret, inquit, Omnipotentis foret miraculum, corpus enim deſtructum eſt, & quinque ab hinc annis (vt diximus) vexatur. Tunc equidem dubitaui de infælici morbi illius exitu, ex quo mihi honor detraheretur; attamen ægroti fide, precibuſque præſpectis curam ſuſcepi. Accomodaui primùm formam decocti ex ſmilace aſpera, china, arundine, & ſandalis multis diebus, purganique medicamentis leuibus prò quibuslibet ſeptèm diebus, aqua noſtra catholica, aut Antifebrili noſtro. Decoctum indè permutaui componens illud, quod ſcribit Gabriel Fallopius dictum Iudęi, & prò purgante dedi Aureatum noſtrum correctum, vel interdùm vino Calicis. Duobus menſibus repetita ſunt huiuſmodi decocta, indè verò remedia adhibui cordialia, & contra oppilationem, de quibus infrà ſcribam. Vlcera ad caput inguinis curaui vt matureſcerent emollientibus, ſed quia humor immobilis perſeuerabat, impoſſibile fuit; noſtros itàque appoſui trochiſcos, & eſcara facta eſt, atque vnguentis maturatiuis, abſterſiuis, & noſtro baſilicone Chymico diebus 35. incarnata ſunt. Coxendicem quotieſcumquè tangebant, vena frangebatur intùs, & cùm difficultate ſanguinis profluuius intercludebatur, niſi noſtro adſtringenti balſ: magiſteriali, quapropter neceſſe fuit vt iterùm iiſdem trochiſcis tota panderetur, noſtriſque abſterſiuis, & digeſtiuis deueniretur vſque ad os, propè quod caries erat nigra, quæ curata eſt, & noſtro baſilicone incarnata. Fiſtulas ſedulò dilataui ſpecillis ſpongiæ, & radic: gentianæ, indèque noſtrorum trochiſcorum callos corroſimus, & baſilicone Chymico curatæ ſunt. Valens tandèm 75. dierum ſpatio ad patriam ductus eſt mirificè magna equitum comitante caterua, perindè ac ſi nuptam maritus duceret, maximo conſanguineorum gaudio, omniumque admiratione. Diù cordialia adhibuit, noſtrum ſcilicèt compoſitum ex Panacæa fixa, cùm fæculæ aronis drag: 1. prò vice quotidiè; ſummebat etiam quolibet manè panacæam liquidam vniuerſalem duobus menſibus, lac indè caprinum tribus, & optimè conualuit mutata iam complexione, ità vt Presbyterum ſe fecerit, & benè ſe habet, abſque eò quòd claudus incedat.

Ibidem.

Ibidem. *Arteria reciſa.* *Obſeru. 97.*

MEnſe Ianuario Adoleſcens, cuius nomen ignoro, cùm vites amputaret, ſe in manu cùm falce putatoria vulnerauit inter digitum pollicem, & indicem, ità vt ex reciſa arteria magna flueret ſanguinis copiâ. Multa à Chyrurgo terræ illius appoſita ſunt medicamenta adſtringentia, & compreſſiua, tèrque ignis adhibitus, ſanguis autem non retinebatur, ità vt miſer ille ad mortem properaret. Me vocauerunt litteris Domini Pompæij Taſſi ſeptem diſtantem milliaribus, cumque perueni in extremis verſabatur, & iam extremam dederant vnctionem. Applicaui illicò noſtrum adſtringens balſamum magiſteriale, & ſuprà talum brachij glutinum ex noſtris generoſis compoſitum ex fulligine, & alijs, quarè ſanguis ampliùs non fluxit. Ægrum reſtaurauimus ſpiritus panis noſtri cordialis drag: 1., iuleb: gemmati, Elex: vitæ, Panacææ liquidæ noſtræ vniuerſalis an: drag: 1., atque indè conſummatis, & piſtis caponis benè breui tempore conualuit.

Ibidem. *Vterus extrà vuluam deſcenſus.* *Obſeru. 98.*

TEmpore eodem Iuuenis quædam annorum 23. duobus ab hinc annis neſcio quo labore deſcendit illi vterus deorſum, craſſis humoribus tumens, egrediebaturque de natura ad magnitudinem lagenæ. Remedio illo vſus ſum, quod Præceptor meus Riuerius proponit ad Caput de Prolaſsibus &c. Auenzoar, & Zaccuti. Accomodari ſcilicèt iuſsi ſuprà cubile cùm capite, pedibuſque à mulieribus quatuor ſuſtineri in aerem, inſcia autem illa de remedio adhibendo. Tenebam ego muſculum viuum vinctum in pixidula abſque eò quòd mulier ſciret, & repentè viam dedi muſculo ſuprà coxendices apud naturam; illa motum illum ſentiens, dubitanſque ne aliquid magni fieret, terrore magno pedes, crura, totumque corpus ad ſe traxit, ex qua vehementia vterus in locum ſuum repoſitus eſt; tunc ego, qui tria cerata ex noſtris adſtringentia paraueram, vnum pectini, vnum vmbilico cùm quatuor granis muſci, alterumque renibus appoſui, & libera extitit.

Remedium hoc ſextiès fælici exitu adhibui, optimaque ſalute accidit; dùm verò ægra multo non afficitur metu, nihil prodeſt; mihi autem duobus tantùm non valuit ex ratione ſupradicta.

In Valle Rheatina. *Calculus in renibus.* *Obſeru. 99.*

TEmpore eodem Auguſtinus Craſſus annorum 44. temperamenti ſanguinei pluribus ab hinc diebus angebatur à doloribus nephriticis, quamobrèm acceerſitus iuſſi aq: fragariæ, vini albi an: vnc: 2. ß., extract: eſulæ drag: 1. ß:, m:, & horum colaturam bibendo calculus exiuit poſt duas horas ad amygdali magnitudinem, non ampliùs acceſſerunt ſymptomata, quæ crebrò apparebant, & ſanus euaſit.

Ibidem. *Dolores artetici.* *Obſeru. 100.*

EOdem tempore Carolus Nouarinus annorum 34., temperamenti pituitoſi quatuor ab hinc annis à doloribus affligebatur articulatibus, neque multa à Medicis exhibita remedia profuerant. Vocatus præſcripſi ſequens decoctum, quod quotieſcumquè ſumebat precedere iuſſi bolum therebinthinæ cùm ina atterica, & oſſibus humanis combuſtis ℞: ſalſæ vnc: 3., cortricis ligni ſancti vnc: 1. ß:, ſaſſafras vnc: 2., ligni viſci quercini vnc: 1., ſandal: vnc: ß:, cynnamomi, ſem: cardi ſancti an: drag: 2., aq: communis libr: 10., infundantur per noctem addendo in petia lintea antimonij, & pomicis an: vnc: 3. optimè contrit:, ſummitatum nucum iuglandium vnc: 1. ß:, ſed cauendum

ne

ne penia profundum pertingat, immò ſuſtineatur; decoquantur indè in fictili vaſe vitreato ad conſumptionem tertiæ partis. Mox colentur, & cap: vnc:6. prò vice manè, & veſpere quatuor horis antè cibum; hanc doſem ſumpſit per 40. dies, in quibus vinum illi prohibui, & liber euaſit à doloribus.

CENTVRIA QVINTA.

In Terra Nerolæ. *Vuluæ anguſtia.* *Obſeru. 1.*

DIe 22. Iulij Virgo, cui nomen non datur annorum 19. maritum cæpit, ſed nunquàm poſſibile fuit, quod ab ipſo ſtupraretur, ſexque menſibus quamquàm omni eniteretur ſtudio, & labore cùm ea coire non potuit. Animaduertit, & uidit mulierem formam naturæ habere apparentem, & fictam, foramen ſcilicèt tantùm, quod vrinæ ſufficeret exitu. De hoc vtrumque pudebat, ſed tandèm vir mihi omnia communicauit occultè, virginemque coràm marito inuiſi. Omnibus accuratè exploratis, vtriuſque aſſenſu incidi inſtrumento argenteo ad inſtàr ſcalpelli fortiſſimum fibroſum pannum, ex quo aperto in duo fluxit magna ſanguinis copia pondus duarum librarum excedens. Lauacra igitur adhibui roborantia ex vino tepido, indèque, libera ſinè damno remanſit. Ad partem verò, quæ dolebat roborandam applicui noſtrum baſilicon Chymicum. Satis ſit ipſam anni vnius ſpatio grauidam euaſiſſe, atque optimè peperiſſe.

In Ornaro. *Cancer in vtero.* *Obſeru. 2.*

DIe 25. Iulij Mulier multis ab hinc annis à cancro affligebatur in vtero, & à Medico Pallante medicamenta ſumpſerat nullo vnquàm iuuamine. Vocatus ſum ego, ipſamque fæliciter curaui emplaſtris cancrorum fluuiatilium crebris addita camphura, & ſale Saturni. Crebrò fiebant lauacra ex malua, aliiſque herbis emollientibus, & fumenta fecibus Reguli. Ore prò quibuslibet ſeptem diebus vinum ſumpſit Calicis, & multis diebus Panacæam liquidam; cancer enim non exulceratus erat, ſed niger, omnibuſque ſignis patentibus cancri.

In Ciuitate Rheatina. *Elephantia.* *Obſeru. 3.*

DIe 5. Februarij Angela Borbonis annorum 46. multis ab hinc annis elephantia infecta erat toto corpore, temperamenti billioſi, & arida; magnam autem illi afferrebat ardentiam, & dolorem. Primùm, vt acrimonia illa extingueretur, compoſitum eſt vnguentum ex vnguento roſato, populeone, in quo ingrediebatur ſal Saturni, & camphura. Vinum indè iuſſi Calicis bis, & ad partes adhibitum eſt ol: bufonis cùm ol: antim: dulcis, & ſale Saturni. Ore ſumebat Panacææ noſtræ liqu: vniuerſalis gut: 12., tinct: viperarum drag: ſſ: in vino, diebus 25., ex quibus omninò euanuit morbus, & benè ſe habuit.

Ibidem. *Cachesſia.* *Obſeru. 4.*

DIe eodem Filius quidam muratoris annorum 19. duobus ab hinc annis peſſimo angebatur ab habitu, cùm anguſtia pectoris, tuſſi, magniſque obſtructionibus in partibus lienis, & iecuris. Facies illi pallidiſsima, & vix deambulare poterat; à Medico Pallante iàm anteà curatus fuerat nullo iuuamine, ipſumque reliquerat hydropicum, & phthyſicum eum eſſe dicens, tempus autem hyemis erat. Stomacho ceratum ex noſtris ſtomachalibus, pectori vnctiones pectorales, eaſdemque obſtructionibus. Ore dedi vinum Calicis, atque indè compoſitum eſt oxymel: ex radic: farfarellæ, & ſcabioſæ, quod

quod per hyemem ſæpè ſumens hoc vſu benè ad ver deuenit. Tempore veris bis vinum bibit Calicis, & decoctum ex radicibus arund:, lentiſco, ligno quercino, ſandalis, cetraca, cap: Veneris, lingua ceruina, ſcabioſa, & ſarſarella multis diebus. Emplaſtra quoque ex verbena ſupra hypocondr: ſextiès adhibita ſunt, & benè ſe habuit.

Ibidem. *Lues Venerea.* *Obſeru. 5.*

Die 6. Februarij Mulier annorum 28., temperamenti ſanguinei morbo quodam infecta erat in natura multo ab hinc tempore; anteà enim polluta fuerat gonorrhæis, vlceribus, alijſq; peſtibus productis à lue Venerea. Curata fuerat à Medico Pallante, & à Chyrurgo Pucci, ità vt gonorrhęam illam compreſſerint, morboſq; diffuderint, qui in partibus latentes videri non poterant. A dolore hæc angebatur acerbiſſimo in vtero, quapropter ſupradicti eam reliquerunt tanquàm ad ſalutem impoſſibilem. Acceſſi vocatus ego, ſpeculoque matricis apertis partibus vteri, cancrenam detegimus, quæ curata eſt, & ſanata tranſmittendo intùs per ſyphonem decoctum ex ligno ſancto, & corticibus, prò qualibet vnc: erat dragm: ſſ: ol: antim: noſtri dulcis, & ſcrup: 1. ſalis Saturni, & ſcrup: 1. aluminis crudi. Ore ſumpſit quinquiès vinum Calicis alternatim, & decocta ex ligno 30. diebus, immixtis gut: 10. ol: Mercur: prò vice, & benè conualuit.

Multæ fuerant meretrices, quæ huiuſmodi morbis in vulua inficiebantur, vlceribus nempè, tarolis, fiſtulis, alijſq; malis in vtero productis ex improba cura in bubonibus habitis, ſupradicto autem ſpatio liberatæ ſunt, iiſdem lauacris, & ol: antim:, alumine, & ſale ſuprad:. Ore verò aliæ decocta, aliæque extracta pillularum antiuener: Riuer: ſumpſerunt, omneſque meis remedijs optimam ſalutem adeptæ ſunt.

In Valle Rheatina. *Phthyſis.* *Obſeru. 6.*

Die 7. Februarij Filia Iacobi Catanei annorum 22., temperamenti gracilis, & imbecillis laborabat febre lenta cùm tuſſi ſicca diù, noctùque perſeuerante, & macie totum corpus tabeſcebat, inappetentia, & vigilijs. Acceſitus iuſſi ſanguinis miſſionem, & ſumendas vnc: 3. mannæ cùm iure, victus verò ratio incraſſans eſſet, & refrigerans. Poſt mannam propinaui iures pullorum, in quibus decocta erant ſaſſafras, ligni ſancti, ſalſæ an: vnc: 4. prò vice cùm ſacchari roſati vnc: 2., bis in die per dies 60., atque id remedium febrem; tuſſim, aliaque ſymptomata ſuſtulit.

Ibidem. *Lues Venerea.* *Obſeru. 7.*

Die eodem Iohannes Nigella annorum 34. anno ab hinc lue infectus erat Venerea, infinitaque ſumpſerat remedia, ſed in caſſum. Exhibui pillular: Antiuener:, & catholic: noſtrat: an: drag: ſſ: prò vice per dies 30., & optimam ſalutem adeptus eſt.

In Ciuitate Rheatina. *Fiſtula in ano.* *Obſeru. 8.*

Die 8. Februarij Adoleſcens annorum 22., temperamenti incompoſiti, & melancholici faſſus eſt multotiès in ſtudijs patientem ſuſtuliſſe ſodomiam, ex qua orta eſt in ſexu fiſtula. Compoſui illicò vinum medicatum Empyrici ſcriptum à Quercetano nonnullis additis ad roborandum. Purgatus eſt noſtra aqua catholica pluries, corroſuſque eſt callus in parte fiſtulę candela, vbi tegebatur materia noſtror: trochiſcorum corroſiuorum, atque indè ol: antimonij, ſpiritu camphuræ, & vng: noſtro balſamico curatus eſt, & ſanatus 24. dierum ſpatio.

Ibidem.

Ibidem. *Pleuritis.* *Obſeru. 9.*

DIe 8. Februarij dùm Illuſtriſſimum Dominum Fabritium Aligeri curabam, ad cæterorum etiam morbos curandos incumbebam, prout erat neceſſitas, quapropter quatuor menſibus ibi moratus ſum in domo ſupradicti, dormiebamque in cubiculis inferioribus. Pretioſiſſimis erant hæc Phrygijs pannis ornata, ideòque frigus rigidiùs penetrabat. Inter cæteras itàque nocte quadam vehementi àdeò à febre, & frigore captus ſum, cùm pungitiuo dolore in ſiniſtra mamma, & reſpirationis difficultate, vt iàm de me actum eſſe crediderim. Totum hoc deuenerat ex eò quòd tèr, vel quatèr in nocte ſurgebam, attentè cometam, quæ tempore illo ſulgebat, aſpecturus. Nix omnes Terras illas tegebat, quarè inſequenti manè iuſſi vt radices maluæ remota niue de terra euellerent, ex quibus decoctum feci, additis radic: liquiritiæ, paſſulis, iuiubis, caricis, & melle, mihi ſumendum. Duo quoque poma cùm thure capi ad vſum Quercetani, poſt quæ drag: 1. vnicornu cùm vnc: 4. aquæ theriacalis, non enim mecum habebam puluetes meos Antepleuriticos, ſudorque toto die emanauit. Domeſtici illi timentes de periculo Pallantem vocauerunt, qui de morbo malè cogitauit, nullaque iuſſit ex eò quòd prædicta ſumpſeram. Manè altero vinum bibi Calicis ad vnc: 8., quarè multis per vomitum expulſis, diminutus eſt dolor, & febris euanuit, cùm omni reſpirationis anguſtia, vt ſi à nullo morbo vexatus fuiſſem. Die eodem ad horam completorij vocatus ſum ad infirmum inuiſendum, illicòque acceſſi; mihi autem obuiam venit Pallans per viam, qui multùm obſtupuit, peſſimè enim me habere arbitratus fuerat, & Dei gratia liberatus ſum.

Ibidem. *Gumma in manu.* *Obſeru. 10.*

DIe 11. Februarij Monaca quædam in Monaſterio Sanctæ Claræ tempore glaciei ceciderat, & manus è loco ſuo deflexa fuerat. Malè in locū ſuum repoſita eſt, malèque remedia adhibita, quarè gumma orta eſt, & manum adhibere non poterat. Præterea nauſeam patiebatur, ità vt quidquid ore prò cibo ſumeret, ore etiam per vomitum reijceret. Ad brachium ſumenta iuſſi multoties, atque indè vnctiones; ceratum quoque appoſui diaquil: cùm gumma, cantharide, & euphorbio ſcript: à P. Gabriele Ferrara prò talibus effectibus. Ore ſumpſit vini Calicis vnc: 6., ſtomachoque applicatum eſt ceratum ſtomachale, atque ab vtroq; libera exitit.

Ibidem. *Lues Venerea.* *Obſeru. 11.*

DIe 9. Iulij Adoleſcentula erat annorum 24., temperamenti biliosi, ſed incompoſiti, cuius pater lue infectus Venerea mortuus erat, & ſoror ſimul, ſicut & ipſa à teneris annis dolores multos, humoreſque ſalſos paſſa fuerat, à quibus liberata, maritum cæpit. Filiam habuit, & quia maritus à mulieribus alijs pollutus eſt vlceribus, panis, alijſque morbis, infecta eſt & ipſa non ſolùm ijſdem, ſed etiam doloribus multis articularibus, & gummis in varijs partibus corporis, & filiola ſimul trium annorum. Remedia adhibita ſunt multa à Pallante, & ab alijs Medicis nullo iuuamine. Curam itàq; ſuſcepi, & vinum dedi noſtrum medicatum ſecundum cùm infuſione Calicis, deſcriptum in noſtris Arcanis 35. dictum ſpatio. Fumenta iuſſi noſtra ſicca cùm vnctionibus Mercurij; ex vino ſumebat vnc: 2. prò manè, & filia vnc: ß., quæ ſanata eſt; mulier verò à doloribus, cæteriſque malis libera tantùm euaſit, ſed gummæ non euellebantur. Vnctiones adhibui Mercurij tertias, quas Andreas Calmatthæus ſcribit, quo tempore aurum tenebat in ore, nullo autem modo motum eſt, neque ad fauces, neque ad dentes, & nec dealbatum eſt vt ſolet dùm talia adhibentur remedia; appoſui indè ceratum de ranis Io: Vici, & ſanata eſt.

Ibidem. *Icteritia.* *Obſeru. 12.*

DIe 10. Iunij Serulator quidam annorum 26. apud Cantarum Luctatorem, ex viribus coactis in luctamine agreſſus eſt à dolore in hypocondrijs, ità vt multis diebus flexus incederet ex illius acerbitate; capius eſt obſtructionibus magnis, & in parte dextera erat quaſi à ſcyrrho, quapropter icteritia acceſsit toto corpore flaua, & obſcura. Nonnulla à Medicis remedia ſumpſerat; ſed fruſtrà ideòque mea expetiuit; vinum exhibui Calicis bìs, & flauedinem multam euomuit, melioremque recepit colorem. Fæculam indè aronis dedi ad vnc: 2., extract: ſtercoris paperinorum vnc: 1., ſalis calybis compoſiti cùm ſublimationibus ſalis ammoniaci, & antimonij drag: 4., croci drag: 2., m:, & drag: 1. prò vice ſumebat. Suprà hypocondr: quinquiès appoſita ſunt emplaſtra verbenæ, quæ valdè obſcura remouebantur ex attracto ſanguine, & ſanatus eſt.

In S. Ruffina Regni. *Hydrops.* *Obſeru: 13.*

DIe 20. Iunij Propè dictam Ciuitatem cùm vocarer ad ægros multos, erat Archipresbyter vocatus Dominus Sanctus Colaciccus nepos celebris Iulij Puzzoli annorum 56., temperamenti melancholici aliquantùm pinguis. Hic menſe Martij præterito à ſcabie vexabatur, quarè cùm Medicus Pallans illi familiariſsimus eſſet, ab eo purgari voluit. Medicus illicò ſanguinem hauriri iuſsit à brachio, atq; indè hirudinibus à venis hæmorrhoidalibus. Quia verò (vt arbitror) ſanguis exiit pluſquàm neceſsitas poſtulabat, corpus ingenti Aſcite tumuit, ità vt ad vſualia cingenda ſæmoralia quatuor ligaminis palmi non ſufficerent. Medicamina iuſsit ſuprad. Medicus, ſed prò decreſcendo, venter eò magis tumeſcebat. Medicus itàque ipſum reliquit, qui Sanctiſs. omnibus Sacramentis munitus mortem expectabat. Attamen fidens nomini, quod de me audierat, qui ſalutem expirantibus animam afferebam, me vocauit, & per me mortem aut vitam obtinere velle dixit. Ego me ipſum cùm fratribus, & alijs explicaui, omniaque pactus curam ſuſcepi, non ſolùm enim ingens Aſcites erat, ſed febricula, ſitis ardentiſsima, facieſque carne nigra cooperta erat. Clyſteria adhibui ex vino regulí, & herbis aperitiuis; vnctiones ol: bufonis, & vnguento artanitæ maioris ad ventrem. Ore vinum Calicis ebibit, quod multum profuit; in officina aromataria Scolæ ſyr: accomodaui aperitiuos ad vſum Riuerij, & prò quibuslibet quatuor diebus dabam noſtri cathartici Aureati gr: 6., raſinæ ialappæ gr: 12., & multa aquoſa per ſeceſſum exibant. Prò ſiti dabam aquam aperitiuam decoctam cùm cap: Ven:, ſpiritu ſalis gut: 10. prò vice grauido ex auro, & gr: 6. ſalis diuretici Riueriani. Die reſtaurabatur confecto cordiale, immixta cui erant inter cætera Elexir proprietatis Crolliani, eſſent: theriac:, & noſtræ Panaceæ liqu: vniuerſalis an: g: 8. prò vice ſaltèm bis in die. Cordi, iecuri, ſtomacho, & lieni apponebantur epictymæ cordiales bis in die, atque vngebantur eſſentia corticis citri, eſſent: theriac: & Elexir vitæ. Cibus lentè dabatur, totumque vinum, quod bibebat infuſum erat baccis lauri, & iuniperi maturis. Hoc vſu 20. dierum ſpatio meliùs ſe habebat, & per domum ambulabat; diebus quibus purgans non ſumebat fiebant clyſteria ſuprad: vino, & decocta ſuprad:; interdùm etiam infundebatur drag: 1. pulpæ colochynthidis in ſuprad: vino, & augebantur cordialia, vt conſeru: roſar:, borrag:, viol:, flor: roſmar:, & ſupradicta intùs cùm margaritis, hyacynth:, Alchermes aliquando, quarè benè conualuit. Poſtquàm ſaluus fuit electuarium compoſui ex fæcula aronis, pulu: radic: vincetoſsici an: vnc: 3., bacc: lauri, bacc: iuniperi, herb: turcic: an: vnc: 1., pulu: diarrhodon: Abbat:, cynnamomi, lign: aloè an: drag: 2., mel: quantum ſufficit; atque ex hoc elect: ſumebat drag: 1. prò vice quoſquè ex illo habuit, quarè valens omninò euaſit, neque aliorum manu ſeptem annis purgari uoluit, quàm mea, me enim ſemper uocabat. In Abru-

tium

tium indè tranſiens nihil ampliùs de illo audiui, ſed benè ſe habuit vſq; annos 12. ex tempore hyeme autem mortuus eſt ex Apoplexia vt ex litteris cognoui.

In Oppido S. Io: de Valle Rheatina. *Carbo malignus.* *Obſeru. 14.*

DIe 12. Iunij Adoleſcentula carbonem habebat nigrum, & malignum in facie propè oculum, ità vt caput, & collum tumuerint, febreq: laborabat. Perueni ego, atque illicò circùm reſcidi aliquantùm noſtros apponens trochiſcos, neque ampliùs amplificatus eſt; caput quoque, & collum quatuor horarum ſpatio detumuit, quia trochiſcus ad ſe venenum attrahebat. Ore dedi drag: 1. vnicornu, & inſequenti die vinum Calicis, quod per vomitum, & ſeceſſum operatum eſt. Reciſa indè fuit eſcara à trochiſco compoſita, & repetitus eſt trochiſcus. Emplaſtris maturatiuis extracta eſt radix, atque incarnata vnguento noſtro baſilicone, optimè adeò, vt exigui vulneris cicatricem vix appareret.

Ibidem. *Crus inflammatum.* *Obſeru. 15.*

DIe eodem Adoleſcentula tumorem cùm inflammatione patiebatur in crure, & veſſicam componere videbatur, obſcurabatur enim. Dubitauimus de Carbone, quapropter appoſitum eſt cataplaſma ex ſonco, ſempreuiuo, ſolatro ortenſe, plantag: cùm oui albumine. Sanguinem hauſi ex alio pede, & ore dedi gr: 3. Aureati noſtri euomitiui, ideòque per vomitum, & ſeceſſum multa exierunt. Menſtrua fluxerunt, & inflammatio ex ſectione ſanguinis, & medicamine euanuit eodem die, & ſanata eſt.

Ibidem. *Pleuritis.* *Obſeru. 16.*

DIe eodem Salnitrarius quidam grauiſsima laborabat pleuritide exquiſita cùm ſignis quinque deſcriptis à Galeno tribus ab hinc diebus. Hauſi itàque à brachio dextero ſanguinis vnc: 8., qui putridus erat; emplaſtra appoſui noſtra antepleuritica vnum ſuprà dolorem, alterumque in parte oppoſita, illa pluriès repetendo. Veſpere eodem hauſtus eſt ſanguis à brachio ſiniſtro ad vnc: 6., qui putridus & ipſe erat, non verò vt alter. Ore dedi vnicornu drag: 1. diaphoret: aureati ſcrup: 1., quarè nocte illa ſudor multus emanauit. Die inſeq; dedi pomum Quercetani, & iterùm ſudor extractus eſt; clyſteria duo iuſſi carminatiua addito noſtro vino Calicis; quarè intèr dies tres liber à febre, & omni morbo extitit.

In Ciuitate Rheatina. *Febris.* *Obſeru. 17.*

DIe 13. Iunij Adoleſcentula annorum 18. propè Sanctum Auguſtinum multo ab hinc tempore febricula vexabatur, & imbecillima euaſerat, neque vnquàm illi menſtrua defluxerant. Vinum Calicis tèr exhibui alternatim, cæteriſq; diebus decocta ſumebat compoſita ex radic: aperitiuis, immixta ſalis artemiſiæ drag: ß: prò qualibet vice. Fumenta quoque iuſſi ex fecibus reguli, & menſtrua fluxerunt, immunis à febre ſimul euadens.

Ibidem. *Icteritia.* *Obſeru. 18.*

DIe 13. Iunij Barbara Iulij annorum 28., temperamenti debilis ictetica erat anno ab hinc, & imbecillima. Vinum iuſſi Calicis, quo multa flaua euomuit; ſtomacho ceratum ex noſtris appoſui, & 18. diebus continuis ſumpſit drag: 1. ß: in die huiuſce compoſiti. ℞: fæcul: aronis vnc: 2., extract: paperin: vnc: 1. ß:, puluer: ſtercoris gallinæ albi ſicci,

ſicci, & pulu: griſilis internæ gallinarum ſicc: an: dr: 1., croc:, florum centaureæ minoris, & ſucci chelidoniæ condenſati an: drag: 2., mellis quantum ſufficit, & factum eſt electuari, quo benè conualuit ab omni morbo.

Ibidem. *Dolor Nephriticus.* *Obſeru.* 19.

DIe 14. Iunij Antonius Quintiliani annorum 44. maximis cruciabatur doloribus nephriticis, ità vt nullo modo mingere poſſet. Multa à Medico remedia adhibita fuerant, ſed nullo iuuamine. Vocatus ego iurem illicò dedi petroſelini cùm drag: 1. ſalis diuret: Rſuer:, & drag: 1. ſpiritus therebinthini, & ſpatio elapſo duorum miſerere vnc: 6. circitèr vrinæ turbidæ, humorumque plenæ exierunt. Fumenta varia facta ſunt fetuentia ex parietaria, & ſimilibus; attamen dolores eum non relinquebant; quãuis & anteà ſyringatus fuiſſet, ſed fruſtrà. Veſpere dedi laudani nepent: maioris Quercetani gr: 4., quatuor enìm ab hinc diebus ſomnum non cæperat, & manè ſupradictum repetiui ſal, & therebinthum. Nocte quieſcerat, & dormierat aliquantùm, & die inſeq: minxit iterùm turbidiſſimam vrinam multam. Die altero vinum ſumpſit Calicis, quarè euomens à doloribus deſtitutus eſt, & ſinè difficultate mingebat. Nihilominùs multis diebus cùm ſuprad: iuribus repetiuit g: 10. ſalis ſuprad: cùm gut: 6. dicti ſpiritus prò vice, & optimè ſe habuit.

De ſale ſupradicto in his effectibus, euentus vidi pulcherrimos.

Ibidem. *Amentia.* *Obſeru.* 20.

DIe 14. Iunij Ad Puteum iuuenis erat annorum 28., temperamenti melancholici, & ruſticus ciuitatem peragrabat ſibi armorum fingens lineamenta, ſeque regem fieri velle, & eò magìs augebatur amentia ex populi irridentis ſtimulis. Feſellimus illum die quadam, qua à Cap: Scotdauonio ductus eſt in domo Illuſtriſſimi Domini Ducis Ceronij dicens ſe conſcribi velle in eius exercitu; quarè ſigna lætitiæ dedimus bibentibus omnibus, qui aderant; dùm verò in circumſtantium corona ad ſtultum deuenit is, qui propinabat, lagenam permutauit, quam ſimilem geſtabat, menteque capto bìs ingentem cyathum vino Calicis compleuit, ità vt ex illo biberit vnc: 12. prò vice. Domum indè à ſupradicto iterùm ductus multa euomuit, & per ſeceſſum expulit. Die inſequenti compoſueram confecta quædam ex Aureato noſtro ad pondus gr: 8., & cùm alijs multis ad eius domum acceſſi fingens gratulationem de ſuſcepto munere; ideòque ſtulti genitor adferri iuſſit bellaria, iuueni autem myſtica data ſunt, quapropter die illo euomuit iterùm, & euacuauit. Expurgatus eſt igitur intellectus, & ex vrbe diſceſſit ad ſua Caſalia, neque anno integro redire voluit, Ciues enim, vt aiebat, ipſius augebant amentiam. Non omninò liber euaſit, ſed intellectum recepit clariorem, vt ſuprà dictum eſt.

Ibidem. *Lues Venerea.* *Obſeru.* 21.

DIe 15. Iunij Soror vxoris Tõſoris Tholomæi peſsimo tenebatur ab habitu multis ab hinc annis, atque hoc ex lue Gallica proceſſerat, qua à marito inſecta fuerat. Imbecillitatem virium hæc patiebatur, vt non niſi prò quibuslibet 24. horis comedere poſſet, & leuiſsimum cibum, humoreque corroſiuo cruciabatur in partibus locorum. Bìs primò vinum exhibui Calicis, quo multa per vomitum, & ſeceſſum expulſa ſunt qualibet vice, quarè ſtomachus roboratus eſt. Noſtrum prætereà ceratum ſtomachale appoſui, partibuſque lauacra fiebant bìs, vel tèr in die ex decocto ligni ſancti, plantag:, & roſar:, prò quacunque cuius libra immiſcebatur ſal: Saturni, camphuræ, aluminis, & ol: antim: ſacchanini an: drag: ſſ:, quibus lues extincta eſt; attamen ad maiorem ſecuritatem ore ſumpſit decocta ex ligno ſancto ad vſum noſtrum 25. diebus, & vinum ſuprad: ad vltimum, quo benè conualuit.

Ibidem. *Dolores capitis.* *Obſeru.* 22.

DIe 15. Iunij Vetula quædam propè S. Franciſcum annor: 78. ex doloribus capitis acerbiſſimis penè inſaniebat. Remedia pleraque à Pallante, & alijs iuſſa ſumpſerat, ſed fruſtrà; vinum ideò Calicis dedi ad vnc: 5.; ipſa verò vt iterùm concederem exorauit, atque hoc modo dolores euanuere, de quo mira prædicabat.

Ibidem. *Vngula in oculo.* *Obſeru.* 23.

DIe 15. Iunij propè Diuum Franciſcum puer erat annorum 14., cuius oculus ab vngula impediebatur, hæc autem à puſtulis proceſſerat, quibus paulò antè laborauerat, continuaque ex illo decurrebat lacryma. Cucurbitulam appoſui recisam occipiti; indè humeris non reciſas; oculoque ceratum ex maſtiche prò defenſiuo. Vinum dedi Calicis ad vnc: 5., de quo totidem vnc: poſt quatuor dies iterùm ſumpſit. Oculus per duos menſes aqua noſtra optalmica dilutus eſt, brachioque oppoſito factum eſt cauterium, quarè euanuit vngula, & lacrymatio diſceſſit.

Ibidem. *Febris Tertiana vitioſa.* *Obſeru.* 24.

DIe 23. Iunij Illuſtriſs: D. Daniel Ceronius Ceronij annor: 15. in Seminario fuerat; & ab illo egreſſus eſt febre tertiana vitioſa laborans. Medicus Pallans vocatus eſt, ſed ex ipſius remedijs, & præparato calybe etiam nullum prouenit iuuamen. Acceſſi ego, & ſumere iuſſi decoctum S. Ambroſij ſcriptum à Quercetano tribus diebus, manè, & febris eum deſtituit, cordialibus indè roboratus eſt. Tempore eodem tres ex ipſo Seminario iuuenes exierunt cùm febre eadem, & à Medico ſupradicto remedia ſumpſerunt quatuor menſibus, abſque eò quòd minimam illis ſalutem afferret, immò ſemper eò maiori opprimebantur imbecillitate; calybem quoque capiebant, ſed prò oppilationum conſumptione ipſarum erat augmentum, hoc autem arbitror ex mala calybis præparatione. Neceſſe tandèm fuit vt drag: 1. prò quolibet Antifebrilis noſtri ipſos purgarem, atque indè emplaſtris ex verbena ad hypocondria ſalutem adipiſcerentur.

Ibidem. *Tumor cruris.* *Obſeru.* 25.

DIe 24. Iunii Aromatarius apud Portam Romanam annor: 42., temperamenti melancholici fuit, cuius pes cùm crure ex edematoſo humore tumuit, & eò magis creſcebat. Vocatus eſt Medicus Pallans, cùm Chyrurgo Petrucci, & me, vt curam ſuſciperemus, at meæ indulgere ſententiæ ſupradicti duo nunquàm voluere; iubebam autem fumenta herbis aromaticis ad vſum noſtrum, indèque vnctiones vt reſoluerentur humores; ore Antiſcorbutica remedia, ſubtilia, & cordialia, attamen ex à me propoſitis nullum admiſſum eſt. Menſis ſpatio tumor aſcendit ad genu, coxendicem, & caput lateris, indèque in teſticulo, atque tunc miſer ille ex hac vita migrauit. Ad cauſam quærendam multa exagitanda ſunt argumenta, certum equidem eſt, quòd nunquàm ſimile vidi.

Ibidem. *Hypocondriaci affectus.* *Obſeru.* 26.

DIe 25. Iunii Magiſter Gabriel Sutorius annorum 60. multis ab hinc diebus peſſimè hypocondriacis laborabat affectibus, & ſtolidus euaſerat. Medicamenta iubebat Pallans, & cùm illo ego quoque vocatus ſum, ſed ex meis nullo modo adhiberi concedebat. Duobus menſibus ad curam hanc incubuit Medicus ſupradictus, ſed tandèm cùm nullum videretur iuuamen, ipſum abire iuſſerunt, meque accedere. Ipſum igitur curaui Panacææ noſtræ liquidæ aureatæ gutt: 8. prò manè, balſ: noſtri vitæ Alexipharm: gut: 5.,

gut: 5., ſalis calybis, & antiſcorbutici an: ſcrup: ſſ:, iuris aperitiui vnc: 5., atque his vſus eſt diebus 35., ſtomacho noſtrum gerebat ſtomachale cetatum, & ſanatus eſt.

Ibidem. *Amentia.* *Obſeru. 27.*

DIe 25. Iunii in via, qua ad S. Antonium tenditur de Monte, Mulio quidam erat annor: 38., temperamenti aduſti, & melancbolici. Inſanierat hic ex apprehenſione ponderis ingentis auri, quod ſibi ablatum dictitabat; falſum hoc autem erat. Stolidè plerumquè ſe habebat, facie horrebat tetertima, & deformi, inſlammatus erat faucibus, magnaque in hypocondriis duritie tenebatur, attamen bibax erat, & belluo. Multis menſibus à Pallante medicinæ adhibitæ, ſed cùm nullo eſſent leuamine dimiſerunt eum, magnaque experiri voluerunt remedia. Dedi igitur primò gr: 9. Aureati noſtri, & circitèr duas libras attrabilarium euomuit. Die inſeq: vini ſumpſit Calicis vnc: 8., & duodeciès euacuauit, multuſque fluxit ſudor è capite præcipuè. Quolibet indè manè 20. dierum ſumere iuſſi Panacææ liqu: ſuprad: gut: 6., eſſent: ſuccini, eſſent: hellebori nigri, elexir proprietatis Paracelſi, eſſent: iuniperi, angelicæ an: ſcrup: ſſ:, ſalis calybis, Antiſcorbutici an: gr: 15., iuris galli veteris compoſiti Riuerii vnc: 6., m:, & cap:, atque his benè conualuit, & facies ſerenitatem recepit, perindè ac ſi nullum vnquàm morbum paſſus fuiſſet.

Ibidem. *Morſus Viperinus.* *Obſeru. 28.*

DIe 25. Iunii Iuuenis quidam perſcrutans nonnullas muti ſolo æquati ruinas læſus eſt in manu à viperino morſu. Accuratè Murettum exquiſierunt, qui maximè in his callebat, ſed non inuentus eſt. Venenum interìm diffundebatur, ità vt iam tumeſceret brachium, pectus, & collum; ipſe autem profundo ſomno ſepelliebatur, ferebaturque hùc, atque illùc, abſque eò quòd excitaretur. Ad me delatus eſt, læſaque illicò reciſa parte, ibi cucurbitulas appoſui, poſt quas emplaſtrum ex noſtro contrà venenum cùm cinere capitum viperarum ad locum infectum. Ore dedi vnc: ſſ: elect: noſtri dicti contrà venenum, cùm drag: 1. vnicornu, & temotum eſt venenum, tumor enim videbatur ex collo, pectore, & brachio ad manum deſcendere, atque illinc paulatim abire. Poſt quatuor horas eundem modum tepetiuimus; ſumpſit ideſt vnicornu cùm contrauepeno, & permutatum eſt emplaſtrum electuarii cùm capitibus viperinis; appoſitum autem parti infectæ plenum aqua euaſerat, ideòque die inſequenti liber extitit. Attamen vt purgaretur vinum propinaui Calicis, & multa per vomitum, & receſſum atrabilaria exierunt; hoc verò modo optimè ſe habuit.

Ibidem. *De Vino Calicis.* *Obſeru. 29.*

VInũ ſupradictũ Calicis familiare adeò euaſerat in hac Ciuitate, vt omnes, qui Medicos nolebãt, ipſum ſumerẽt, & vere illo pluſquã centũ homines ex eo biberunt. Vndecim erãt mihi Calices, & quotidiè vini inſeruiebant infuſioni ad febres vitioſas expellendas, mulieribus menſtrua excitanda, multoſque alios morbos extinguendos.

Ibidem. *Vini Calicis opus.* *Obſeru. 30.*

CVm in domo Illuſtris: DD. Ceroniorum eſſem, quotidiè, vt dictum eſt, vinum infundebatur; quapropter manè quodam filius dictorum DD. ann: 6. phialam inuenit vino Calicis plenam, & inſcius ſeptem, vel octo ipſius vnc: ebibit. Multùm itaquè Mater, & omnes de vita pueri verebantur, ſed paulò poſt euomuit, & euacuauit pluſquàm viginti vermes exigua vexatione, indèque ad menſam cùm cæteris acceſſit, abſquè eò quòd vllis viribus deſtitueretur; immò ingens excepit iuuamen.

Ibidem. *Febres Putridæ, & Malignæ.* *Obſeru.* 31.

MAgni in ſupradicta Ciuitate fiebam, ità vt cùm ad curas deſcriptas ibi morarer, pluſquàm ſeptuaginta pueros diuerſę ætatis à febribus malignis, & putredinoſis curauerim, qui ab alijs Medicis remediorum nauſeam ſufferre nolebant. Ego illis medicamenta præbebam cautè, dulcitèr, optimoque exitu tali pacto: Prò purgante vbi corpora repleta videbã dabatur Aureat: noſtr: cathartic: à granis duobus ad ſex iuxtà ætatem, ac vires. Non capacibus purgantium vngebam vmbilicum vnguento noſtro ſolutiuo, & plantas pedis, clyſteriaq; adhibebantur ex lacte, ſaccharo, & melle. Supradictum autem Aureatum accomodabatur in bellariola ſaccharina ad pueros alliciendos. Propinabantur præterea omnibus noſtræ aquæ contrà vermes quã crebrò, tàm abſolutæ, quàm alijs additis cordialibus; confect: ſcilicèt hyacinthina, alchermes, vnicornu, bezoard: Iouial:, mineral:, animal:, margarit:, corall:, cornu cerui, & ſimilibus; ſyr: quoque acr: citr:, ſcordij, acetoſæ, aliorumque interdùm ad oppilationes conſumendas cùm neceſſe erat. Ità etiam ſal: abſynthij vitriolati, calybeati, & ſimilium. Stomacho indè, & cordis regioni apponebantur cerata contrà vermes, ſicut & vnctiones contrà vermes, cordialeſq; cordi, atque hoc vſu fælici coronabantur curæ exitu, à multis itaquè vocabar, & deſiderabar.

Ibidem. *Gonorrhææ.* *Obſeru.* 32.

TEmpore eodem multos curaui homines, & mulieres ad numerũ 34. à gonorrhæis quamuis antiquis annor: octo, quinque, & ſex, anni etiam, & menſium. Remedia erant huiuſmodi, magis, aut minus iuxtà temperamentum, ætatem, vel morbi pertinaciam. Primò ipſos purgabam noſtro Cathartico vniuerſali à gr: 15. ad 40. nonnullos interdùm euomitiuis, Aureato nempè, vel vino Calicis. Sumebant indè iures ex cymis maluæ, camomillæ, aut radicibus altææ, acrim:, cùm quo decocto, aut iuribus ſoluebam noſtram therebinthinã potabilem vitellis oui, & ex ea ſumebant duodecim, vel quindecim diebus. Repetebam indè purgans, poſt quod pillulas iubebam Antiuenereas Riuerianas, cui per menſem, cui diù, cui per tempus breuius iuxtà morborum obſtinationem; poſt pillulas bibebant qui tres, qui quatuor vnc: dicti compoſiti therebinthinati; in pillulis autem prætèr cõpoſitionẽ addebã ſalis calybis gr: 5., croci Martis adſtringentis, ſanguinis draconis in lacryma, & maſtiches an: gr: 7. prò vice, & hoc modo omnes euulſi gonorrhæas abſq; eò quòd vllus infectus remaneret lue, vt ſolent aliquando. Tribus ex ſuprad: neceſſe fuit prætèr ſupradicta repetere per menſem aquam contrà antiquas gonorrhæas Riuerianam; multos autem hoc modo curaui, quibus commodum fuit remedia repetere.

Ibidem. *Dolores articulares ex lue Venerea.* *Obſeru.* 33.

MViros ad numerum 17. à doloribus articularibus liberaui productis à lue Venerea; à panis nempè in corpus iterùm receſſis, antiquis etiam, & cùm gummis. Vinum bis accomodabam, vt ſcribit Quercetanus cùm multis alijs, ligno ſancto, cortice eiuſdem, ſalſa parilla, & alijs. Infundebam indè cùm ſupradictis, ſeptem, aut octo diebus, quibus elapſis inſundebam prò qualibet ipſius percolati libra vnc: 6. reguli noſtri tertij in laminas, vel Calices, 24. horarum ſpatio tantummodò; in compoſitione ſupradicta dùm ligna ponebantur, addebantur etiam ſena, turbit:, hermodactil:, & alia; nihilominùs in vnum conueniebant, ità vt ex illis darem duas, vel tres vncias prò manè. Vomitum nõ prouocabant, ſed breuiſſimo tẽpore euellebãt humores illos peſſimos paulatim per ſeceſſum, cui ſpatio dierũ 15., cui 20., & cui 30. Adhibebantur anteà vaporaria quinquiès, aut ſextiès ad vſum noſtrum ſicca, indèq; vnctiones balſ: noſtro canis rubei. Nonnullis pillulas præbebã ſumendas Antiuenereas cùm gr: 6. extracti hermodactil:, ſpinæ Ponticæ, & turbit: prò vice, & conualeſcebant. Alibi alijs etiã vtebar, vt adnotatum videtur.

Ibidem. *Dolores in corpore cachomico.* *Obſeru. 34.*

DIe 27. Iunii Nobiles pleroſque curaui, quorum corpora cachomica euaſerant cùm doloribus ex morbo prædicto; inter verò cæteros nobili de ſtirpe mulierem doloribus non ſolùm afflictam, ſed & corroſiua peſte infectam faucibus, ano, & natura. Hoſce primò purgaui noſtris confect: carthartic:, & aq: noſtra catholica purg:; pillulas indè iuſſi Antiuen: Riuer: additis gr: 15. Panacææ noſtræ fixæ, & vnc: 1. aq: noſtræ ſudoriſ:. Prò quibuslibet ſeptem diebus dabatur vel cathartic: noſtrum, vel aq: ſuprad: Partes infectæ colluebantur aq: ad tales effectus, omneſq; 25., vel 30. diebus liberati ſunt.

Ibidem. *Humor ſalſus.* *Obſeru. 35.*

DIe 27. Iunij Mulier altera nobilis annorum 26., ſanguinea, & bilioſa humorem ſalſum patiebatur in ore cùm calore iecuris ardentiſsimo. Hæc multis à Medicis medicamenta diù ſumpſerat fruſtrà, quarè me vocauit, dedique vinum Calicis, & ſemèl confect: Aureat: euomitiu:; ad os aq: noſtram ſuprad: adhibere iuſsi, & 10. diebus optimè ſanata eſt.

Ibidem. *Bubones Venerei.* *Obſeru. 36.*

INnumeros Panos, & Bubones Venereos breuiſsimo tempore conſumpſi vinum reguli propinando, ceratumque apponendo partibus diaquil: cùm gumma, & vng: mugilaginis vnà compoſitis emplaſtri ad inſtar, atque hoc modo citiùs matureſcebant. Poſt inciſionem noſtro baſilicone Chymico purifiebant, & curabantur, dùm verò conficienda erat cicatrix apponebam ceratum ſtypticum Paracelſi calaminare, atque ità ſanabantur abſque eò quòd vllis fiſtulæ ſuccederent.

Ibidem. *Lues Venerea.* *Obſeru. 37.*

DIe eodem in domo Nobilis, cuius nomen ex morbi turpitudine ſiletur, adoleſcens erat annorum 15., temperamenti ſanguinei, & bilioſi, & à fœminis morbo Gallico pollutus eſt; præ pudore autem nulli rem patefecit, ne ad Parentum aures perueniret. Anno integro hac peſte laborauit cùm febricula, & ſalſis humoribus, ità vt ore infectus fuerit, & ano, & doloribus per articulos. Multos hic paruulos habebat fratres, & ſorores, cùm quibus verſans manducando, bibendo, interdùmque dormiendo, nonnullos ex ipſis peſte eadem contaminauit; vnum nempè annorum vndecim, vnum ſeptem, & fœminam ſex. Omnes hi febricula laborabant, perque corpus orti erant nodiculi, qui efficiebantur calloſi omnibus. Mandere nullus ex illis poterat, neque glutire, niſi maxima difficultate, parteſque ani corroſæ erant ità vt nec ſedere, neque deambulare poſſent per domum. Maior morbi ductor non ſolùm in ore, & ano inquinatus erat, ſed etiam à doloribus vt dictum eſt cruciabatur, & inflammatio vt vertebra ſutæ eius occupauerat talos pedum, oſſaque brachiorum, vbi non caro, ſed pellis tantummodò erat. Parentes tandèm de omnibus conſcios pudebat Medicis, Chyrurgiſque conſulere ne res per Ciuitatem diffunderetur. Me vocauerunt, omneſque infectos liberaui menſis ſpatio, his remediis. Maiorem primò purgaui gr: 18. noſtri cathartici Aureati, indèque extract: fumariæ drag: ß:, pillul: Antiuen: Riuer: ſcrup: 2. prò vice, cùm vnc: 2. aq: noſtræ ſudoriſ: 24. diebus cùm regimine viuendi. Ad oſsium inflammationes adhibebam decoctum ligni, & corticum, in quo ebulliuerat Mercur: dulc:, ſal: Saturn:, alumin: an: drag: 1., pauciſque diebus euanuit dolor, & inflammatio. Ore gargariſmata iuſsi eodem decocto, ſale Saturni, melle roſat:, & alum:, non verò Mercur:; cùm hoc anus etiam diluebatur, & liber omninò euaſit.

Ibidem. *Lues Venerea.* *Obſeru.* 38.

PVer iiſdem purgatus eſt remedijs, ille nempè annorum vndecim, ſed dimidium il-lorum pondus ſumebat prò vice, atque optimè conualuit, præterquam quòd in externo ex illis callosis, ad quos conſumenda aquam vitæ compoſui ſtillatam ligno ſancto grauidam, indèque immixto intùs Mr: eut: dulc:, & ſal: Saturn:, quæ eadem prò cæteris pueris adhibita eſt vt calliculi euaneſcerent.

Ibidem. *Lues Venerea.* *Obſeru.* 39.

ALteri annorum ſeptem, quia remedia reſpuebat, vinum dedi medicatum compo-ſitum hoc modo: ℞: ligni ſancti, & cortic: eiuſdem an: vnc: 4., ſaſſafras, ſalſæ pariliæ an: vnc: 2., cardamom:, ſem: cardi ſancti, bardanæ ſiccæ, cynnamom:, aniſ: an: vnc: ß:, ſenæ vnc: 2., mechoocanis, agarici an: drag: 2., infundantur per quinque dies, & indè cap: de colatura vnc: 2. prò vice cùm regimine. Ad os, & ſexum aquam iuſſi ſupradictam, & ſanatus eſt.

Ibidem. *Lues Venerea.* *Obſeru.* 40.

PVella eoſdem habebat callos, morboque infecta erat in natura, & ſexu vt cancrena, quamuis annorum 6. Curata eſt in partibus dictis aqua ſupradicta, addita camphura plure quàm alijs, & per corpus aq: vitæ ſuprad:. Ore huic dulcia placebant, quapropter electuar: compoſui ex extracti fumariæ vnc: 1., extracti ligni ſancti, ſaſſafras, ſalſæ an: vnc: ß:, Mercur: dulc: drag: 1. ß:, Panacææ noſtræ fixæ diaphoret: drag: 2., ſyr: cynnamom:, & ſacchar: quant: ſuf:, de quo ſumebat drag: 1. ß: prò manè, atque hoc modo ſalutem omnibus attuli, qui impoſterùm nullum vnquàm morbum paſſi ſunt, ſed integra floruerunt valetudine.

Ibidem. *Febris Vitioſa.* *Obſeru.* 41.

DIe 6. Iunij Dominicus Mulio annorum 38. quinque ab hinc menſibus à vitioſa opprimebatur febricula, ex qua quotidiè aliquantùm rigeſcebat; ſed iuxtà immoderatum illius viuendi regimen, crebrò peſſimæ febres fiebant. Quinque à Medicis ordinarijs potiones ſumpſerat purgantes abſque eò quòd febris recederet, multos ſyr: magiſteriales, terque hauſtus fuerat ſanguis nullo iuuamine. Me vocauit, dedique Antifebr: Riuer: drag: 1. ß:, quo parùm euacuauit, parùmque febris diminuta eſt. Die inſequenti, alijſque diebus ſyr: ſumpſit magiſterialem puluerini ad vnc: 2., ſal: abſynthij calybeati, & tartari vittiolati an: ſcrup: ß:, & ſex diebus euanuit penitùs febris. Iterùm illum indè purgaui drag: 2. aq: noſtræ catholicæ purgantis, vtque obſtructiones conſummerentur, repetiuit ſales ſuprad: cùm iuribus ordinarijs per menſem, quarè benè ſe habuit qui iam phthyſicus à Medicis habitus fuerat.

Ibidem. *Quartana Febris.* *Obſeru.* 42.

EX ſitu Ciuitatis, tùm quia circùm montibus ſepta altiſſimis toto hyeme niue albeſcentibus, tùm quia locus vallis ad inſtar ſepulcri, humiduſque eſt, & eò magìs quòd flumine circumdatus, ingentique crudæ aquæ ductui ſinum ad rapidiſsimum curſum aperiens, quæ multas euoluit moles incolarum beneficio, variæ ideò, inſolitæque fiunt morborum ſpecies. Ex natura igitur loci, & frigoris aſperitate, quod hyeme dominatur, multæ exoriuntur febres, quæ menſibus Septembris, atque Octobris accedere ſolent, totoque indè hyeme miſeros affligere ægrotantes quartanis. Ex his ego pluſquàm

ſexa-

ſexaginta liberaui tribus annis, quibus crebrò Ciuitatem illam inuiſebam, omneſque Dei Omnipotentis gratia, breuiſſimo tempore ab his morbis deſtituebantur. Purgantia primò remedia erant Antifebr: Riuer:, quod multas expellebat febres abſque alijs, interdùm catbartic: noſtra Aureat:, & extract: catholici noſtri, nonnullis etiam vinum Calicis dabatur, vel Aureat: euomitiu:. Cùm decoctis indè, vel ſyr: aperitiuis ſumebant ſales abſynthij vitriolati, calybeati, & tartari calybeati, ſales calybis, & ſales noſtros Antiſcorbuticos iuxtà corpora. Aliquibus cerata apponebam ſtomachalia poſtquàm febris euanuerat; aliquibus lienis obſtructionibus emplaſtra verbenæ, & nonnullis dabatur ſecula aronis vnà cùm alijs ſpecificis iuxtà corpora.

Pertinaciſſimi ibi ſunt morbi Gallici, multùmque repullulabant pluſquàm in alijs locis; facilè etiam inclinat loci illius Cœlum ad fluxiones, Reumata, & Apoplexias.

Ibidem. *Apoplexia.* *Obſeru. 43.*

Die 24. Iulij Puer annorum 3. propè portam Cynthiam repentè cecidit, & duobus diebus nunquàm locutus eſt. Strictoria adhibuerunt illicò Medici, ignemque nucæ, ſed nullo iuuamine. Hauſi ego à pede ſanguinem, & vi per os immiſi aq: Apopletic: Riuer: drag: 2., quà è ſenſus aliquantùm recipere viſus eſt. Vaporaria ſicca iuſſi, ex quibus ſudauit, indèque perunctus balſ: Apoplet: Riuer: nuca, & ſpinali medulla, tunc autem lingua ſolutus verba protulit. Catharticum noſtrum dedi compoſitum cùm vitriolo, quo meliùs ſe habuit, & tandem ſumere iuſſi decocta ex ligno lentiſco, viſco quercino, ſalſa parilla, & radicibus peoniæ, quibus integram linguæ abſolutionem adeptus eſt.

Ibidem. *Paralyſis.* *Obſeru. 44.*

Die 28. Iulij Adoleſcens Quintiliani annorum 19., temperamenti billioſi à maxima fluxione captus eſt, & tumuit lingua, ità vt loqui non poſſet. Viribus etiam deſtitutus eſt in brachio, & crure, vt membris illis vti non valeret, caputque motus minabatur ſæpè conuulſiuos. Dedi ſlatim Aureati noſtri euomitiui gr: 7., ſed nec ad vomitum, nec per ſeceſſum prouocatus eſt (ſicuti in his effectibus in multis vidi licere tarò medicamenta adhibere purgantia,) ſed lingua libera erat, & graues adeò partes non erant. Vinum indè exhibui Calicis ad vnc: 6., tuncque multas feces per ſeceſſum expulit. Sumere etiam iuſſi aq: flor: peoniæ, & liliorum conuallium ſtillatas ad libr: 2., in quibus ponerentur eſſent: roſmar:, iuniper:, ſpicæ, ſaluiæ, ſuccini an: drag: 1., ſpirit: vitriol: gr: 15., m:, & cap: vnc: 2. prò vice; noſtra inſuper adhibita fumenta, & perunctæ ſunt partes oleo canis rubei compoſito, & nouem diebus liber ab omni morbo exiuit.

Ibidem. *Paralyſis.* *Obſeru. 45.*

Die 11. Nouembris Mulier ſimilitèr Sanctæ Ruffinæ annorum 42. vnam ex his conuulſionibus paſſa fuerat, & dimidio corpore deſtituta erat, quamuis libera omninò linguæ. Aureati ſupradicti ſumpſit gr: 7., indèque extract: panchimagogi Crolli drag: 1., & aq: ſuprad ctis. Eadem fumenta, & vnctiones ac ſuprà adhibita ſunt, & decoctum ſumpſit per menſem ex ligno lentiſco, viſco quercino, ſalſa noſtrali. & liberata eſt.

Curæ, quæ mihi præ manibus obſtetæ ſunt in Rheatina Ciuitate multæ fuere, & Dei gratia exitu coronatæ fœlici ferè omnes. Ex his dùm mihi per tempus licebat multiſſimas adnotaui, multas adnotatas amiſi, multaſque ſcribere non concedebatur.

In Terra Cantalicis. *Febris Continua.* *Obſeru. 46.*

DIe 29. Auguſti Mater Dominici Minghini muratoris annorum 65. febre laborabat graue continua quatuor ab hinc diebus, vnà cùm maximis doloribus capitis, & renium. Sitis ardentiſſima illi erat, lingua arida, pulſus ſubtilis, & frequens, vrina craſſa, & farinacea. Iuſſi extract: noſtri rhabarb:, extract: catholici ordinarij an: drag: ſſ:, ol: cynnamomi g: 6., conſeru: roſar: drag: 2., m:, & cap:, & euacuauit ſexties. Die inſequenti febris melior apparuit; ſexto inacerbata eſt; ſeptimo peior cùm delirio; octauo, & nono eò ſemper in peiùs, & octauo quidem appoſitæ ſunt cucurbitulæ extrahendo vnc: 5. ſanguinis. Sumpſit nonnullos ſyr: digerentes, & roborantes cùm pulueribus contrà malignitatem inter quos vnicornu, ſal prunellæ, & pulu: alexipharmacos noſtros in confect:. Decimo dedi trochiſci ſygillati tertii dragm: ſſ:, trochiſci ſecundi, bezoard: Iouialis an: ſcrup: 1., agred: citr: vnc: 1., m:, & cap: in duabus vicibus. Nocte multùm ſudauit, meliùs ſe habuit, & tribus diebus febris eum deſtituit.

Ibidem. *Tertiana duplex.* *Obſeru. 47.*

DIe 2. Septembris filius Marci Pattacchiora annorum 22., temperam: melancholici febre tertiana duplici grauatus quotidiè in peiùs tendebat. Iuſſi calomelani gr: 15., raſinæ ſcamm: gr: 10., crem: tart: ſcrup: 1., conſ: viol. drag: 2., m:, & f: b:, cap:; octies euacuauit, & febris euanuit, neque ampliùs reuerſa; indè verò ad cautelam ſumpſit multis diebus iures aperitiuos.

Ibidem. *Tertiana duplex.* *Obſeru. 48.*

DIe 2. Septembris Liberatus Fuluij annorum 48., temperamenti bilioſi viginti ab hinc diebus à tertiana duplici affligebatur, quarè dedi Mercurij dulcis ſolaris noſtri gr: 12. in confect:, vini Calicis vnc: 6., & euacuauit ſexties, & multoties per vomitum, ex quo febris in tertianam ſimplicem conuerſa eſt. Die inſequenti hauſtus eſt ſanguis ad vnc: 5. ex vena ſaluatella, & febris diſceſſit.

Ibidem. *Puſtulæ ſeù Varolæ.* *Obſeru. 49.*

DIe eodem filius Petri Dionyſij annorum 5., temperamenti humidi octo ab hinc diebus varolis laborabat nigris, & malignis adeò, vt corpus non agnoſceretur, nec eius pulſus. Fauces, & gula inflammatione tali ardebant, vt nihil deglutire poſſet; quarè emplaſtra ex malua cruda appoſita ſunt; in interno verò iuleb: cordial:, crebròque dabatur ℞: aq: card: ſanct: vnc: 6., ſcorzoneræ vnc: 2., ſyr: acetd: citri vnc: 1., tincturæ bezoard: Orient:, bezoard: ſolaris, vnicornu, viperarum, contrahyerv: an: dr: ſſ:, Panacææ liqu: noſtræ ſtybij cùm auro, ſpiritus vitriol: vol: an: g: 12., m:, & cap: cochlearia duo prò vice, quæ quotieſcunquè ſumebat pulſus illi expergefactus agitabatur, quamuis per tres dies integros ſpiritum emittere videretur, attamen indè quotidiè meliùs ſe habuit, & ſanatus eſt.

Ibidem. *Tertiana duplex.* *Obſeru. 50.*

DIe 3. Septembris filius Iuliani Pianozzi annorum 28. octo ab hinc diebus à tertiana duplici vexabatur, & valdè debilis erat. Iuſſi Febrifugi Riuerij gr: 40., & multa euomuit, nihil verò per ſeceſſum, & die illa febris quieuit, ſed die altera vehementiori frigore acceſſit. Decima abijt neque reuerſa, & ſudor copioſè adeò emanauit, vt ſubuculam, & lintea longè penetrauerit.

Ibidem.

Ibidem. *Carbo Malignus.* *Obſeru.* 51.

Die 5. Septembris Liberata Temperantia annorum circitèr 60. cùm febre continua laboraret, carbone quoque nigro maligno infecta eſt. Trochiſcis igitur noſtris contrà carbones appoſitis, 24. horis eſcara facta eſt, & ſuprà trochiſcos adhibebatur theriaca. Ore exhibui trochiſc: noſtrorum prim: contrà venena dragm: 1., vnicornu, ſalis prunellæ an: drag: ß; , ſyr: acred: citr., ſcordij an: vnc: 1., m:, & cap: cochlear vnum prò vice tèr in die. Prætereà aq: noſtræ theriacalis vnc: 4., eſſent: theriacæ gemmatæ, bezoard: ſolaris, contrahyetu: an: dragm: 1., m:, & cap:, & multùm ſudauit. Tandèm carbo folliculum emiſit, & mundificatus vnguento noſtro baſilicone Chymico ſanus factus eſt, & febris quoque diſceſſit.

Ibidem. *Febris Quartana.* *Obſeru.* 52.

Die ſupradicto Martinus Vanagillus annor: 38., temperamenti melancholici à quartana anno ab hinc angebatur. Sumpſit gr: 40. Febrifug: Riuer:, & febris in tertianam ſimplicem euaſit. Poſt tres dies totidem grana data ſunt in hora acceſſionis, nec febris ampliùs illum inuaſit.

Ibidem. *Vulnus in pede.* *Obſeru.* 53.

Die eodem filius Matthæ de Iaco Sancto annor: 18. dùm ligna ſecure percuteret, ipſa eadem ingenti ictu percuſſit pedem, ex oſſe nempè mazzillo vſque ad pecten reciſa eſt pellis, caro, nerui, & tendones cùm dolore maximo. Læſas partes accomodaui, & filo in locum ſuum appoſui, vnà cùm balſ: noſtro tertio ad vulnera, & ceratum ſpatadappi dictum de conſolida noſtrum, ſuprà verò balſamum adhibebatur ceratum Paracelſi dictum emplaſtrum ſtypticum ſcriptum à Crollio, & his remedijs quatuor diebus ſanatus eſt abſque eò quòd claudus incederet, de quo dubitabatur ex neruis reciſis.

Ibidem. *Puſtulæ malignæ ſeu Varolæ.* *Obſeru.* 54.

Die 6. Septembris Camilla Tauani annorum circitèr 14. laborare cæpit febre puſtularum ſeu varolarum. Sciendum autem in terra ſupradicta, quaſi contagioſa lue, tunc tres, vel quatuor in die Infectos vitam cùm morte commutaſſe ex dictis malignis puſtulis; quarè ſanguinem extrahebam, & purgabam in principio, atque indè alexipharmacis vtebar. Supradicta erat temperamenti humidi; die ſecunda hauſtus eſt ſanguis ad vnc: 6., tertia dedi Aureati noſtri correcti gr: 4., raſinæ ialappæ gr: 10., crem: tart: ſcrup: 1., ol: cynnamom: g: 5., conſer: roſarum quantum ſuf:, & ſexiès euacuauit. Apparuerunt indè bullæ multæ, & illis diebus adhibita ſunt cordialia, aq: cardi ſancti, eſſent: contrahyeru:, theriacæ, tincturæ policreſtæ an: dragm: 1., eſſent: viperatum dragm: 1., m:, & cap: vnc: 2. prò vice, & conualuit abſque eò quòd cicatrices remanerent.

Ibidem. *Varolæ.* *Obſeru.* 55.

INfluentia hæc in Terra illa vel occidebat, vel deformes reddebat; tumores enim frigidi accedebant in maxillis, in humeris, in brachijs, vel in alijs corporis membris, ſicuti etiam lacrymationes oculorum; nonnulli monſtruoſi efficiebantur, vel facie perforata, ità vt eorum permutaretur fiſonomia. Mirificè operabantur noſtrum vinum Calicis Chymici, Aureatum noſtrum, aquila alba, bezoard: Iouial:, mineralia, & ſolaria, tàm in pueris, quàm in adultis, & viris; nullus autem ex his, qui noſtris curati ſunt remedijs, vel maculatus, vel claudus, vel tumoribus ſupradictis infectus remanſit, humor

enim ille malignus cùm in ſanguine ſit, validiſſimâ noſtrâ purgantia ſanguinem mun diſicabant. Inter centum octuaginta ſex, quos præ manibus habui curandos, pueri, tantùm quatuor lactantes perierunt quatuor, vel ſex menſium. De his centum octuaginta ſex nouem mulieres grauidæ maximo periculo ſanæ factæ ſunt ijſdem ſupradictis purgantibus. Nonnullos tamen hìc caſus ſubiiciam de puſtulis.

Ibidem. *Varolæ.* *Obſeru. 56.*

DIe 7. Septembris Filius Petri Melatchiori annorum 8. duobus ab hinc diebus ardentiſſima continua affligebatur à febre, & de puſtulis dubitabatur. *Sanguis ideò* hauſtus eſt ad vnc: 5., & die inſequenti ſumens vnc:4. vini infuſi in Calice multa euomuit; puſtulæ indè apparuerunt, ſed placidæ, & hoc tempore ſumpſit iuleb: longum compoſitum cùm aq; cardi ſancti ad vnc: 6., ſcorzoneræ vnc: 4., acted: citr: vnc: 2., tincturæ ſtybij cùm auro drag: 1., tincturæ viperarum drag: 2., bezoard: Iouial: drag: 1., m:, & cap: ſæpiùs, & ſanatus eſt.

Ibidem. *Tertiana duplex cùm puſtulis.* *Obſeru. 57.*

DIe 8. Septembris Sanctus Caroli Cruciani annorum 22. pluſquàm 20. ab hinc diebus tertiana duplice grauabatur, ſed ſumptis gr: 35. Febrifugi Riuer: multa per ſeceſſum emiſit, & febris euanuit. Poſt dies quinque iterùm reuerſa eſt, & hauſtis vnc: 8. ſanguinis, die inſequenti toto corpore puſtulis coopertus eſt. Exhibui vnc: 8. vini Calicis, & multa mixta euomuit, ità vt inter dies quinque puſtulæ retrogreſſæ ſint, & optimè conualuit.

Ibidem. *Febris continua ad hetiſiam inclinans.* *Obſeru. 58.*

DIe ſupradicto Matthæus Catati annorum 35. febre continua menſe ab hinc laborabat, & debilis erat cùm periculo in hetiſiam incidendi. Iuſſi calomelani Riueriani gr: 15., raſinæ ialapp: gr: 12., ſalis tartari vitriolati gr: 10:, conſeru: viol: vnc: ß:, m:, & cap:, atque his abijt febris, ità vt indè benè ſe habuerit.

Ibidem. *Febris putrida continua.* *Obſeru. 59.*

DIe 9. Septembris Alter Matthæus Catati annorum 28. ſex ab hinc diebus à febre vexabatur continua putrida qualitatis malignæ. Die ſupradicto vocatus inueni pulſum vndoſum, vrinam farinaceam, linguam humidam, ſed nigram, & maximos dolores capitis. Veſpere ex eò quòd nox illi erat ſeptima iuſſi trochiſc: ſygillat: tertij, bezoard: Iouial:, mineral: an: ſcrup: 1., m:, & cùm confect: hyacinth: drag: 1., conſeru: borrag: drag: 2. f: b:, & cap:, quarè nocte illa multùm ſudauit, nihilominùs tamen febris perſiſtebat, & octauo data ſunt hæc ℞: calomelan: Riuer: ſcrup: 1., raſinæ ialapp: gr: 16., ſalis tartari vitriol: ſcrup: ß:, conſeru: viol: drag: 2., f: b:, & cap:, quarè ſexties euacuauit. Nono mediocritèr ſe habuit, ſed decimo ſigna peſſima dabat. Die eodem appoſitæ ſunt cucurbitulæ, & hauſtus eſt ſanguis ad vnc: 6.; tandèm die vndecimo ſummens aq: theriac: noſtræ vnc:4., tinctur: policreſt:, de contrhyeru:, de tormentill:, de biſtorta, Panacææ an: g: 15., ſpiritus vitrioli volatilis ſcrup: 1., decimo tertio die immunis à febre extitit.

Ibidem.

Ibidem. *Febris Continua putrida.* *Obſeru. 60.*

Die 11. Septembris Vxor Bernardini Lombardi annorum 30. febre laborabat continua putrida quinque ab hinc diebus cùm peticulis violaceis. Sitis ardentiſſima erat, pulſus frequens, inæqualis, vrina viridacea, treſque vermes ex ore euomuerat. Iuſſi ſumendas vini Calicis vnc:6., Antifebrilis drag: ſſ: cùm conſeru: roſ: drag: 2., & multa per vomitum, & ſeceſſum emiſit. Veſpere altero quaſi delirabat, ideòq; dedi ℞: confect: hyacinth: drag: 1., cornu ceru:, trochiſc: tertij an: dragm: 1., pulu: Alexipharm: noſtrorum drag: 1., conſeru: borrag: vnc: ſſ:, laudan: nepent: gr: 3., & nocte euacuatis pluſquàm 20. vermibus quieuit, delirium ceſſauit, & meliùs ſe habuit. Die poſita ſunt veſſicatoria brachijs, & cruribus, & 12. die benè ſe habuit.

Ibidem. *Pleuritis.* *Obſeru. 61.*

Die ſupradicto Franciſcus Prouarane annorum 44. duobus ab hinc diebus pleuritide graui laborabat, omnia enim quinque ſigna aderant à Galeno deſcripta. Bis hauſtus eſt ſanguis ad vnc: 7. prò vice. Ore ſumpſit extract: noſtri Antipleuritici drag: 1. tribus diebus ſemèl in die, ſicut & veſpere duorum dierum laudan: nep: gr: 3. Appoſitum eſt noſtrum emplaſtrum ſaponis, cùm vnctionibus pectoralibus, & ſyr: lambitiuis, ità vt in decimo die optimè conualuerit.

Ibidem. *Dyſintheria ſanguinea.* *Obſeru. 62.*

Die 16. Septembris Io: Franciſcus Dionyſij annorum 18. duobus ab hinc diebus dyſintheriam patiebatur ſanguineam cùm febre nauſeoſa. Vinum exhibui Calicis ad vnc: 5. ad humores reuoluendos, & euomuit. Multotiès indè ſumpſit gr: actes Quercetani adſtring: cùm conſeru: cydon:, croco Martis adſtringenti, & laudano nep: hoc eſt ℞. gr: actes drag: 1., croci Martis g: 15., laudan: nep: gr: 3.. Ventri, & ſtomacho adhibitæ ſunt vnctiones ex ol: maſtiches, myrrhæ, myrthini, cydoniorum cùm mento caſtrati recentèr mactati, & nono die liber euaſit, & ſanatus eſt.

Multæ huiuſmodi dyſinteriæ per Terram illam vagabantur, & vſu eodem, cui plùs, cui minùs conualuerunt omnes excepto ſeni annorum 83.

Ibidem. *Febris Quartana.* *Obſeru. 63.*

Die 12. Septembris Hieronymus Dionyſij annorum circà 35. duobus ab hinc menſibus à quartana affligebatur; dedi gr: 40. Febrifugi Riuer:, & multa emittens per vomitum, & ſeceſſum liberatus eſt.

Ibidem. *Febris Continua.* *Obſeru. 64.*

Die ſupradicto Filius Liuij annorum 12. febre laborabat continua, & vehemente. Hauſtus eſt ſanguis ad vnc: 5.; die inſequenti ſumpſit vinum Calicis ad vnc: 5., & puſtulæ apparuerunt copioſæ; vſu verò nonnullorum cordialium contrà malignitates nouem diebus benè conualuit, ſicut & eodem modo duæ aliæ fœminæ domus eiuſdem optimè ſe habuerunt.

Ibidem. *Puſtulæ ſeu Varolæ.* *Obſeru. 65.*

DIe 13. Septembris Filius Syluestri Angeli annorum 5. cùm iiſdem puſtulis ſupradictis ægrotabat, & ſumendo vinum Calicis, indè cardum ſanctũ, & trochiſcum viperinum ſanatus eſt. Itã & filiæ Margharitæ Flauij primo hauſtus eſt ſanguis, indè poſt vinum Calicis dati ſunt trochiſci viperini, & vnicornu, vt dictum eſt.

Hoc autem notandum nullum ex his, qui vinum Calicis ſumpſerunt mortuum eſſe, vel aliquo membrorum defectu impeditum, pueris enim annorum duorum dabatur vinum ad vnc: 1., annorum trium ad vnc: 2., ß:, annorum quatuor ad vnc: 3., & adultis ad vnc: 6., 7., 8., & 10.

Ibidem. *Puſtulæ ſeu Varolæ.* *Obſeru. 66.*

DIe 16. Septembris Victoria Tauani annorum 21. iiſdem puſtulis repleta eſt, quia verò pulchras viderat iuuenes hac lue vel mori, vel turpem in formam conuerti, timebat valdè. Attamen meis fidens verbis, qui dicebam, nullas bibendo vinum Calicis deformes permanſiſſe, vel periiſse, vinum idem ſumpſit bis, ſicut & alter frater, & ſoror eius, & non ſolùm breui ſanati ſunt omnes, ſed ſinè deformitate, aut cicatricibus benè ſe habuerunt.

In hac Terra datum eſt dictum vinum mulieribus etiam grauidis ad eas à morbo ſupradicto liberandas, & ſinè abortis ſanatæ ſunt, conſtat enim non ſolùm ex encomijs, quibus à S. Cloſſio, & Baſilio Valentini extollitur, in his effectibus mirabile eſſe, verùm etiam ex rerum magiſtra experientia patet nulli dubium incedendum in hoc cuilibet morbo propinando.

Ibidem. *Tumor frigidus in humero.* *Obſeru. 67.*

DIe ſupradicto Fauſtina vxor Syluestri Bazoſi annorum circà 24., temperamenti melancholici tumorem habebat frigidum in humero panis ad inſtar, & ex ſe putrefactus fuerat, & febricula quoque laborabat continua. Purgata eſt Mercurij dulcis ſolaris g: 15., raſin: ialap: g: 12., eſſent: cynnamom: ſcrup: 1., conſeru: botrag: drag: 2., f: b:. Indè per triginta dies dedi decoctum ex ſalſæ noſtralis vnc. 10., ligni lentiſci, iuniperini, & radic: arundinum an: vnc: 3., & prò quibuslibet ſeptem diebus vini Calicis vnc: 6. prò uice. Tumor putridus hoc tempore curatus eſt primò digeſtiuo noſtro Chymico per quinque dies, indè per 20. dies noſtro baſilicone Chymico, addito balſamo ſtybiato, atq; indè per decem alios dies cerato ſtyptico calaminare Paracelſi, & ſanata eſt.

Ibidem. *Tertiana duplex.* *Obſeru. 68.*

DIe ſupradicto Filia Paſquatij Petrangeli annorum 18. menſe ab hinc tertiana duplici laborabat, quarè iuſſi Antiſebrilis noſtri drag: 1., & febris euanuit, nec ampliùs ipſam uexauit.

Ibidem. *Tumores.* *Obſeru. 69.*

TVmores, quos morbus ſupradictus reliquerat menſe Iulio, & Auguſto multi, & non exiguæ conſiderationis fuerunt, in illis uerò, quos ego non curaueram. Inter hos præcipuè 37. ſanaui, qui huiuſmodi tumoribus infecti remanſerant uel in maxillis, uel in humero, uel in brachio, uel coxendice, ità ut claudicantes, aut deformes efficerentur. Hos humores omnes extrahebam ego crebribus primò unctionibus

aquæ

aquæ uitæ ad unctionem, indè mollificatiuis emplaſtris matureſcebant, & tandèm noſtro baſilicone Chymico, & calaminare cerato ſanati ſunt, aqua enim hæc noſtra uitæ omnem frigiditatem, & cruditatem ſoluebat.

Ibidem. *Dolores maximi.* *Obſeru.* 70.

DIe 18. Septembris Vxor Petri Prouatonis annorum circà 26. nouem ab hinc menſibus dolores patiebatur acerbiſſimos, prætèr quos nonnullas etiam habebat gummulas in capite, & brachijs; cauſa autem morbi huius tribuebatur viro, qui quandam detuliſſet gonorrhæam à Rheatina Ciuitate. Vinum Calicis tèr exhibui interpellatim, indè compoſitum eſt vinum hoc modo ℞: ligni ſancti torn:, cortic: eiuſdem an: vnc: 3., ſalſæ parillæ vnc: 6., ſaſſafras vnc: 3., ſenæ Orient: vnc: 4 hermodact:, turbit: an: vnc: 1., cynnamom:, aniſ:, fœnicul:, gran: Paradiſi, ſem cardi ſancti an: drag: 3., vini optimi albi libr: 15., infunde per tres dies, & cap: manè, & ſerò tribus horis antè cibum, & ſumens de vino Calicis prò quibuslibet ſeptem diebus vnc: 6. prò vice gummas expulit, & libera à doloribus extitit.

Eodem modo ſanatus eſt vir, qui doloribus ijſdem affligebatur, non verò adeò violentibus, & à gonorrhæa curatus eſt.

Ibidem. *Morbus Nolimetangere in labio.* *Obſeru.* 71.

DIe 20. Septembris Camilla Fugnitti annorum circà 52. multis ab hinc annis infecta erat labio ſuperiori à morbo nolimetangere, & totum ferè labium ruſticatum erat, iamque corrodere cæperat. Primò curata eſt ol: antimonij Baſilij Valentini tertio per menſem, appoſito indè cerato ſtyptico Paracelſi ſanata eſt.

Ibidem. *Dolores Colici.* *Obſeru.* 72.

DIe 25. Septembris Filius Bacchioſi annorum 14. à doloribus colicis angebatur acerbiſſimè tribus ab hinc diebus, prætèr quod valdè debilis erat ex puſtulis. Dedi extracti antecolici noſtri drag: 1., aquæ colicæ drag: 6., & aliquantùm quieuit. Veſpere dedi laudan nepent: gr: 4., extracti Antecolici drag: 1., m:, & dolores omninò eum deſtituerunt.

Ibidem. *Febris Continua.* *Obſeru.* 73.

DIe eodem Nurus Lebitti annorum 22. tribus ab hinc diebus febre laborabat continua; ſitis ardentiſſima erat, lingua arida, & obſcura, vrina rubea, & craſſa, pulſus frequens, & pungens. Die ipſo iuſſi clyſteria, & ſanguinem extrahi à pede ad vnc: 8., qui putridus erat. Datæ ſunt prætereà acred: citri vnc: 1., pulu: noſtri Alexipharmaci, ſalis prunellæ an: drag: 1. Die inſequenti eodem modo ſe habebat, quarè repetitum eſt compoſitum ſupradictum. Quinto die morbi dedi catharticum noſtrum compoſitum ex vitro, floribus antimonij, & vitriolo, & ſextiès multa putrida euacuauit. Sexto morbus augebatur, & replicatum eſt confectum alexipharmacum cùm condito liquido nempè ℞: aq: ſcorzoneræ, acetoſæ, ſcordij, rutæ capr: an: vnc: 6., ſpiritum vitrioli drag: ß:, vnicornu, corall:, margarit:, pulu: alexipharm: ſupradict: iulcb: gemmat:, elex: vitæ, eſſent: angelicæ an: drag: 1., m:, & cap: cyathum prò vice ſemper miſcendo. Septimo acceſſit delirium cùm halitu frequenti, attamen eadem repetita remedia. Octauo ſanguinem hauriri iuſſi ex venis hæmorrhoidalibus ad vnc: 4., indèque appoſita ſunt quatuor veſſicatoria. Nono dedi bezoard: iouial:, mineral: vnicornu an: drag: ß: cùm ſyr: ſcordij, & acred: citr: an: vnc: ß: ex quibus in copioſum erupit ſudorem, quo caput valdè

valdè leuatum eſt. Decimo manè doſis eadem iterata eſt, iterùmque multum ſudauit; ità vt febris omninò receſſerit eodem die.

Obſeruatio adnoratu digna eſt ex ſubita adeò morbi mutatione.

In Terra Liſciani. *Puſtulæ, & Febris Maligna.* *Obſeru. 74.*

DIe ſupradicto Filius Sebaſtiani Faraglia annorum circà 18. multis ab hinc diebus febre laborabat maligna ex puſtulis, quæ copioſæ adeò erant, & nigræ, vt facies eius nihil appareret, & ſingultum habebat. Vinum exhibui Calicis ad vnc: 5., & per quinque dies quatèr, vel quinquiès in die dimidium cyathum prò vice huiuſce compoſiti ſumpſit, quod compoſitum operatum eſt in illo per ſeceſſum, per vrinam, & per tranſpirationem, ità vt qui neque loqui poterat, ſanatus mirificè fuerit nempè. ℞: trochiſc: prim:, ſecund:, & tert: noſtrorum an: drag: 1., bezoard: ſolar:, & Iouial: drag: ß:, ſalis prunellæ corallati drag: 2:, ſalis ſmaragdorum ſcrup: 2:, eſſent: cortic: citri, viperarum, & contrahyeruæ an: drag: 1. ß:, aq: ſcorzoneræ, cardi ſancti an: vnc: 8., m:, & agitando bibebat vt dictum eſt.

In Cantalice. *Puſtulæ.* *Obſeru. 75.*

DIe 28. Septembris Blaſius Colaſanti annorum 18., temperamenti ſanguinei, & bilioſi puſtulis vndiquè coopertus erat nigerrimis, vnà cùm febre maligna. Decimo tertio die acceſſi, medicus verò Magini vocatus vnà cùm Chyrurgo nomine Iohanne de Ciuitate Ducali curam ſuſceperat, ideòque meæ adhærere ſententiæ noluerunt. Decimo ſexto igitur die Medicus ſupradictus oculis imponi iuſſit ægrotantis (qui cooperti erant) aliquantum ſacchari albi, quo pupilla illicò è proprio loco proſilijt, vnius verò tantùm oculi. Mira multa in hoc adoleſcente viſa ſunt, inter quæ hoc adnotandum, nempè puſtulas tèr euaſiſſe, tèrque iterùm alternatìm receſſiſſe; tandèm cùm carbo integer eſſet facie, & toto corpore, multa ſumpſit à Medico dicto iuſſa remedia, præter quæ multa condita ad vſum in ſupradicta Obſeruatione, quæ non exigua ſalutis ſigna ediderunt. Facies perſonata erat cruſta ad craſſitudinem digiti, qua argenteo ablata inſtrumento vermiculi vndiquè ſubbulliebant nidi formicarum ad inſtàr, atque hi decocto centaureæ minoris omnes moriebantur. Toto corpore vulnera erant non exigua, acria, mordacia, & ſordida præcipuè in coxendicibus, & cruribus, quæ per duos menſes curata ſunt aquis centaureæ minoris, in quibus ponebantur litargyrium, tutia, bolarmenum, & lac muliebre, & ſanatus eſt abſque eò quòd vlla in eo deformitas remaneret pratèr quàm pupilla oculi à ſaccharo ſupradicto illi detracta.

Ibidem. *Puſtulæ ſeù Varolæ.* *Obſeru. 76.*

DIe 28. Septembris tres maſculi nepotes, & quatuor fœminæ Domini Baptiſtæ de Bapriſta, inter quos vnus annorum quatuor, alter ſex, & tertius octo, aut nouem, & ex fœminis maior annorum ſexdecim, omnes hi ſeptem delicatiſſimi erant, ſanguinei, & bilioſi, & morbi ſuprad: puſtularum adeſſe ſigna præmonſtrabant. Illicò ſanguinem hauſi iuxtà vires, indèque ſumpſerunt de Aureato noſtro, ex quo euomuerunt aliquantùm. Hinc dedi iuleb: ex aquis cardi ſancti, ſcorzoneræ cùm infuſione vnicornu; trochiſcos quoque viperinos noſtros, bezoardica ſolaria, & Iouialia; de quibus omnibus remedijs tèr, & quatèr in die ſumebant; hoc enim modo optimè conualuerunt abſque macula in oculis, vel tumore in aliqua corporis parte.

Ibidem.

Ibidem. *Retentio menſtruorum.* *Obſeru.* 77.

DIe 29. Septembris Liberata ſoror Spianatoris annorum 22., temperamenti tenuis, & gracilis pallidiſsima erat, & multis ab hinc menſibus febricula lenta laborabat cùm oppilatione, & retentione menſtruorum. Bis vinum Calicis bibit, & multa porracea euomuit. Fumenta iuſsi per menſem ad partes locorum ex fecibus reguli; ore ſumpſit noſtros pulueres Antiheticos cùm pulueribus cacheticis Quercetani per duos menſes integros ad drag: ß: prò manè cùm iure; atque diſceſsit febris, defluxerunt menſtrua, optimumque colorem recepit.

Ibidem. *Obſtructio, & Oppilatio.* *Obſeru.* 78.

DIe ſupradicto Filia Andreæ Nobilis annorum 7. magna oppilatione valdè obſtructa erat cùm ventris tumore, hydropis ad inſtàr. Emplaſtra appoſui hypocondrijs ex verbena, ſtomacho ceratum noſtrum ſtomachale, ventrique vnctiones oleo bufonis. Per os purgata eſt bis aqua noſtra catholica, & per multos dies ſumens gr. 8. ſalis calybis cùm iuribus aperitiuis omninò ſana facta eſt.

Ibidem. *Falſa vuluæ forma.* *Obſeru.* 79.

DIe eodem Adoleſcentula annorum 20., cuius nomen non ſcribitur, optimi temperamenti cùm iam ad congruam ætatem perueniſſet marito à parentibus iungenda erat, At obſeruatum eſt vuluam non habere, ſed ſolùm ſignum cùm foramine, per quod vrina tranſibat. Me itaquè conſuluerunt, & coràm matre argenteo inſtrumento fixuram feci, in qua erat pannus fortis ad craſsitudinem vnguis, cuius à capite paruulum apparebat membrum virile cùm mitra, & teſtibus vt infantis, quæ omnia à panno illo cooperiebantur; natura nihilominùs tamen fœminæ magìs erat, quàm maſculi. Tandèm remotis, & extractis quibus neceſſe erant ingenti ſanguinis effuſione, diluta eſt aquis deſiccantibus, & abſtergentibus, ipſamque deſtitui, neſcio verò an marito coniuncta fuerit.

Ibidem. *Effectus Hypocondriaci.* *Obſeru.* 80.

DIe 30. Septembris Vxor Domini Franciſci Mariæ Dionyſij annorum 35., temperamenti bilioſi effectus patiebatur hypocondriacos, & vterinos, qui caput illi diſſoluebant, doloribuſque inficiebant circà hypocondria, & flatibus totum ferè corpus, quarè nunquàm libentèr manducabat. Sumpſit aq: noſtram Catholicam ſemèl prò purgante, drag: 3., elexir proprietatis Vterini noſtri, elexir Antiſcorbutici, & tincturæ ſuccini an: ſcrup: ß: per multos dies in iure aperitiuo, & ſanata eſt.

Ibidem. *Fractio coxendicis.* *Obſeru.* 81.

DIe 2. Octobris ſoror Iuliani Pianozzi annorum 72. è ripa cecidit, & fregit ſibi coxendicem. Accomodatui oſſa fracta, & appoſito noſtro emplaſtro adſtringente vinctum eſt cùm ſegmentis ligneis membrum illud, & hoc modo diebus nouem ſe habuit, ità vt emplaſtrum lacerauerit partem, doloreſque maximos adeò experiebatur, vt nihil moueri poſſet. Remoto indè emplaſtro adhibitum eſt ceratum oxycrocei, cruſque diluebatur decocto vini, in quo ebullluerant herbæ multæ aromaticæ, atque indè vnguendo oleo canis rubei ſexaginta dierum ſpatio liberata eſt abſque eò quòd claudicaret.

Ibidem. *Gonorrhæa, & vlcera ſordida in vulua.* *Obſeru.* 82.

DIe 3. Octobris Puella annorum vndecim formoſæ ſpeciei dùm in aruis boues cu-ſtodiret à venatore non ſolùm ſtuprata eſt, verùm etiam gonorrhæa infecta, qua ille ab alijs fœminis pollutus fuerat; quia verò hæc ſimplex diligentia nulla vtebatur vlcer magnum, & ſordidum in vulua excreuerat. Hanc ego curaui primò quinque libris vini infuſi in Calice Chymico cùm additione ligni, ſalſæ, & aliorum ad vſum noſtrum, indè decocto noſtro contrà gonorrhæas per 15. dies. Ad vlcer adhibui balſamum noſtrum ſulphuris factum cùm ſpiritu therebinthino, & initio multotiès præcipitatum dulce, & ſana facta eſt.

Ibidem. *Lues Venerea.* *Obſeru.* 83.

DIe ſupradicto Iuuenis ſupradictus infectus erat gonorrhæa, bubone, & vlceribus ſordidis, & ipſe quoque curatus eſt vino eodem, & præcipitato. Ad bubonem adhibita ſunt emplaſtra emollientia, indéque vnguentum ſupradictum, & benè conualuit.

Ibidem. *Pleuritis.* *Obſeru.* 84.

DIe eodem Vxor Octauij Mezanotte annorum 35., temperamenti mixti tribus ab hinc diebus pleuritide laborabat legitima cùm quinque ſignis à Galeno propoſitis. Hauſi illicò ſanguinem ex media eiuſdem partis dolentis ad vnc: 8., cùm vnctione noſtri olei Antepleuritici; emplaſtra quoque noſtra ſaponis appoſita parti, & oppoſitæ. Ore dedi extractum noſtrum Antepleuriticum dragm: ß: cùm ſyr: pectoralibus lambitiuis; veſpere in hora ſomni repetitum eſt extractum cùm gr: 2. laudani nepent:, & ſeptimo die benè ſe habuit.

Ibidem. *Dolores ventris, & capitis.* *Obſeru.* 85.

DIe 5. Octobris Franciſcus Vellutri nonnullas ficos comedit quodam in loco, quæ ſublimato plenæ erant, & illicò maximi acceſſerunt dolores ventris, & capitis, vnà cùm laſsitudine articulorum vt Terram verſùs progredi minimè poſſet. Tandèm deuenit, & cùm ego non adeſſem poſtulauit ab Anna Valentini Nepote mea adoptiua remedium aliquod, quarè dedit ipſa drag: 1. vnicornu, cùm iure, & ſaccharo, quo factum eſt vt ſolueretur illicò aluus multis flatibus, & repetens idem vnicornu ſalutem habuit.

Die inſequenti ex ficis ijſdem mortuus eſt puer 24. horis, qui morabatur propè Octauium Mezanotte, & eius nomen non recordor, ſed tumefactus repentè eſt, & ex hac vita migrauit.

Ità etiam in Ciuitate Ducali mortui ſunt duo alij pueri ijſdem diebus ex veneno poſito inter ficos. Sicut & mulier quædam vnà cùm duobus filijs comedit vuam, & ficos in loco ſuſpecto, de quibus ipſa theriacæ vi, aliorumq; remediorum ſalua facta eſt, & filij inſolito tumore capti vita orbati ſunt.

Ibidem. *Dolores ventris, & capitis.* *Obſeru.* 86.

DIe 7. Octobris Spianator Cantalicis, ità vocatus, homo malus manduçauit ipſe quoque in loco dicto de ficis illis, & agreſſus eſt à doloribus acerbiſſimis ventris, capitis, & articulorum. Dedi ego tèr vnicornu drag: 1. prò vicè cùm iure optimo, & ſanatus eſt.

Ibidem.

Ibidem. *Febris Maligna.* *Obſeru.* 87.

Die 11. Octobris Fælix Tacconus annorum 40. temperamenti melancholici à febre oppreſſus eſt lenta, & doloribus capitis. Septimo febris patuit maligna. Ex Rheatina Ciuitate Medicum Magini vocauerunt, qui octauo die iuſſit purgans, & iuxes multos, nihil verò operatum eſt, regio enim illa de monte locus eſt, ideòq; populus ruſticus, & robuſtus, quarè caſſiæ, mannæ, & leuia remedia nihil proderant in illis corporibus. Nocte inſolitum in delirium incidit, ità vt cohiberi non poſſet in cubili. Manè inſequenti acceſſi ego, & hirudines appoſui venis hæmorrhoidalibus, à multis autem ſtrictè tenebatur, à Diabolo enim auferendum ſe eſſe mente conceperat. Dedi inde tincturæ de ſmaragdo, de auro, de electro ſtybiato, de contrahierua, de policreſta, elexyr: proprietatis, eſſent: cortic: citri, ſpiritus vitrioli roſati an: drag: 1., & de his per ampullæ roſtrum demittebantur in eius gutture drag: 2. prò vice. Veſpere altero dedi laudan: nepent: noſtri gr: 2., narcotici vitrioli gr: 6., confect: hyacinth:, alchermes an: drag: ſſ:, bezoard: ſolaris, & Iouialis an: gr: 10., & noctem meliùs tranſegit. Manè ſumpſit gr: 5. Aureati noſtri, & multa euomuit; die antecedenti iam poſita fuerant veſſicatoria, & iiſdem liquoribus repetitis decimo tertio die deſtitutus eſt à febre omnium ſtupore, & optimam recepit ſanitatem.

Ibidem. *Apoplexia.* *Obſeru.* 88.

Die 13. Octobris Petrus Ciauatti annorum 34. repentè ex fluxione capitis impeditus eſt lingua aliquantùm, ſtupefactus eſt brachio, & dimidio latere cùm accidentibus conuulſiuis, qui eum nocte ſeptiès vexauerunt ſemper qualibet vice relicta parte eò debiliore. Manè dedi Aureati noſtri gr: 10., parùm autem euomuit, & per ſeceſſum expulit. Die inſequenti dari iuſſi de eodem gr: 5. cùm ſcrup: extracti hellebori nigri, & multa euacuauit. Vnctiones indè adhibui noſtra aqua vitæ compoſita ad nucam, & omnem partem debilitatam bis in die. Ore ſumebat eſſent: roſmarini, ſaluiæ, ſpicæ, ſuccini, angelicæ, iuniperi an: vnc: ſſ:, aquæ ex ligno quercino ſtillatæ libr: 2., m: & cap: atque his benè conualuit abſq; alijs remedijs.

Ibidem. *Fiſtulæ, & vlcera ſordida in ano.* *Obſeru.* 89.

Die prædicto Vir quidam, cuius nomen ſiletur, annorum 52. multis ab hinc annis infectus erat in ano tribus fiſtulis, ulceribus ſordidis, & multis hæmorrhoidibus exulceratis, neque vlli vnquàm ſe fiderat de morbo, ità vt lues creuerit, & putridas feces, ſaniem, & ſanguinem euacuabat, de cætero ſtypticiſſimus erat, & pallidiſſimus. Corpus bis purgaui aqua noſtra catholica, ſumpſitque iures galli veteris compoſitos ad vsũ Riuerij, & pillulas quaſdam ex therebintho cùm magiſterio lapidis lazuli. Multo tempore etiam bibit decoctum ex china, & antimonio diaphoretico, ſicut & tincturam antimonij ſimplicis, & magiſterium tartari cùm iiſdem iuribus. Infecta pars curata eſt varijs clyſterijs abſterſiuis, & vnguentis, nullo autem iuuamine. Tandèm recidere decreui, & omnes hæmorrhoides apparentes abſtuli, inter quas venæ multæ putridæ crepuerunt, & ſanguis multus exiuit ad libras circà tres, ſed balſamo noſtro adſtringenti ampliùs non exiuit, & 48. dierum ſpatio expoliui, curaui, & incarnaui noſtro ol: ſulphuris dulcificato, tincturis Mercurij, & antimonij, indèq: noſtro baſilicone, ità vt ſanatus fuerit.

Ibidem.

Ibidem. *Vulnus penetrans à renibus ad partem ſuppoſitam brachio.* *Obſeru. 90.*

DIe 14. Octobris Adoleſcens, cuius cognomen Vanagilli annorum 26. ex arbore cecidit præalto, cinguloque cùm illi penderet ſirpicula, qua vires putabar, ipſa transfixus eſt cadendo ità vt vulnus pateret à renibus ad partem lateris brachio ſuppoſitam, inteſtinaque exirent, & iecur. Modo illo per horam dimidiam moratus ibi eſt vt mortuus, cùm tranſiens illùc quiſdam miſerum illum domi detulit. Subitò vocatus acceſſi vnà cùm confeſſore, cui poſtquàm confeſſus eſt adoleſcens, ipſius inteſtina extraximus, pulmones autem ad oſtium vulneris erant. Inteſtina laui, & pulmonem, inque locum ſuum repoſui, nouiès indè filo penetrato connexi partes, ibique impoſui ceratum calaminare. Venæ quoque ſpermaticæ reciſæ erant, & læſa aliquantùm oſſa ſpondiliorum, ſed adhibito balſamo noſtro vulnerario mumiato veſpere, & manè, quod erat prò defenſiuo mei ſparadappi conſolidæ benè ſe habuit. Ore ſumebat aq: noſtram vulnerariam per dies 20., & 27. diebus ſanus factus ludebat caſeo vt mos eſt terræ illiùs abſque eò quòd vllo impediretur defectu, omnium ſtupore; omnes enim qui vulnus illud viderant exangues penè ceciderant præ timore.

Ibidem. *Percuſſio capitis.* *Obſeru. 91.*

DIe 17. Octobris Filiola Io: Fælicis Colaſanti annorum trium cecidit ex ligno altitudinis circà ſex cannarum, & percuſſa eſt commiſſuris coronalibus, ità vt os comprimeretur; habita autem eſt mortua. Leuitèr os in locum ſuum repoſui, & balſamo eodem ſupradicto, & cerato 22. diebus ſanata eſt, & circùm vngebatur oleis roſatis ad inflammationem comprimendam.

In Terra Liſciani. *Tertiana duplex.* *Obſeru. 92.*

DIe 26. Octobris Vnus ex Fuſarijs ſexdecim ab hinc diebus tertiana duplici laborabat abſq; eò quòd vllum vnquàm ſumpſiſſet remedium. Febrifugum dedi Riuerianum ad gr: 30., quo euomuit, & febris ſimplex facta eſt. Poſt duos dies dedi iterùm drag: 1. ſs extracti Antifebrilis, ideòq; euanuit febris, & ille conualuit.

Ibidem. *Lues Venerea.* *Obſeru. 93.*

DIe 2. Nouembris Mulier quædam annorum 28. duos habebat Venereos bubones, ſed induratos, quorum alter per inguinem. Præterea vlcere corrodebatur in vulua prauo, ſordido, & profundo. Accomodaui libras 9 vini infuſi in Calice Chymico cùm infuſione quoque ligni ſancti, & aliorum, de quo ſumebat vnc: 3. prò manè. Vlcer diluebat vino eodem, & intùs cùm turunda, qua vngebatur cùm tinctura Mercurij; bubones reſoluti ſunt emplaſtro ſtyptico Crollij, & optimè ſe habuit.

Ibidem. *Puſtulæ ſiuè Varolæ.* *Obſeru. 94.*

IN Terra Liſciani, in Caſalibus ad Macchiolas locum Lignani eadem erat puſtularum varolarum influentia menſibus Septembris, Octobris, & Nouembris, quæ fuerat in Cantalice. Nullus erat qui 30. habens annos hoc morbo non inficeretur. In hac Terra cùm non eſſet Medicus, aut Chyrurgus, neceſſariò ego omnia agebam in ambis Terris. Prima febre ſanguinem hauriebam antequàm puſtulæ apparerent, & prò purgante dabam euomitiua ſupradicta, quæ ſanguinem mundificabant. Remedia indè inſequebantur Alexipharmaca contrà putredinem, vt ex deſcriptis patet Obſeruationibus, cui plùs, cui minùs iuxtà neceſſitatem, omnes enim erant malignæ, & cùm febribus peſti-

peſtilentialibus. In hac Terra puer tantummodò, & puella perierunt inter tot, quos curaui, neque tamen claudi, vel cæci remanſerunt, vel maculati in oculis auxiliante Deo, vt huiuſmodi morbus plerumquè ſolet.

Tempore eodem influentia eadem dominabatur Ciuitati Ducali diſtanti ſeptem milliaribus à Cantalice, ibique morabatur Medicus Montis Falchi homo peritus, qui cùm vidiſſet iam centum quinquaginta mortuos eſſe ex illis, quos curauerat à tali peſte, timens diſceſſit ex illa Terra, neque ampliùs apparuit. Multos indè curaui ego menſe Ianuario, & Februario.

In Valle Radina. *Febris Cauſonis.* *Obſeru. 95.*

DIe 12. Nouembris Franciſcus Antonius Pelegrinus annorum 27., temperamenti calidi, & ſicci ab acerrima febre peracuta agreſſus fuit cùm maximo impetu, vt videretur iam expirare velle, cùm magno calore, vomitu, & ventriculi mordicatione. Vocatus ego inueni eum anxium; pulſus erat frequens, durus, & velox, vrina ignea, ſubtilis cùm fætore, lingua nigra arida, & ſitis inacceſſibilis. Secunda die præcepi enema ordinarium, cùm ſyrupis refrigerantibus, ideſt ℞: ſyr: acred: citr:, acetoſ: an: vnc: ß:, aq: endiui, acetoſ: an: vnc: 2., ſpiritus calcanth: g: 10., ſumpſit manè, & in hora 20. iuſſi priſanæ hordeaceæ vnc: 8. cùm vnc: 1. ſalis prunellæ. Die 30. replicatus fuit clyſter, & poſteà emiſſus fuit ſanguis ex baſilica brachij dexteri ad vnc: 9. Die 4. febris acritèr perſiſtebat, & apparuerunt puſtulæ violaceæ. Die 5. propinaui ei extra. Antiſebrilis drag: 1., extr. rhabarbari ſcrup: 1., raſinæ ſcammon:, calomelanos an: g: 10., conſ: borrag: vnc: ß:, miſce, & cap: ; nouiès per aluum euacuauit, & febris diſceſſit eodem die penitùs, & conualuit.

Ibidem. *Febris Maligna.* *Obſeru. 96.*

DIe 16. Nouembris Quædam Puella annorum 18. Filia Matthæi Tironi, temperamenti mixti inter bilem, & pituitam, laborans à ſex diebus febre continua; die quarta apparuerunt ei menſtrua in pauca quantitate, & quinta euanuerant; die ſexta uocauit me, inueni pulſum ſubtilem, velocem, & tremulum, urina erat cruda, ſubtilis coloris, virideacea; ſtatìm eadem hora iuſſi enema commune, & ſectionem venæ ſaphenæ podis dexteri ad vnc: 6. ſanguinis, & per os exhibui ſyr: acred: citr: vnc: 1: ß: diaphoretici noſtri correcti ſcrup: 1., nocte ſequenti multas deiectiones mixtas fœtidas tèr per aluum fecit; ſeptima dies tranſiuit mediocritèr. Octaua die exhibui pharmacum ideſt ℞: extr: antifebrilis, extr: rhabarb: an: ſcrup: 2., ſexiès per aluum eiecit feces mixtas. Nona die ſumpſit idem diaphoreticum, & parùm ſudauit. Die decima redierunt denuò ſigna menſtruorum in pauca quantitate; in hora 20. vrina erat turbida craſſa, ſuboſcura, & delirabat. Applicata fuerunt veſſicatoria quattuor in brachijs, & cruribus, & in hora ſomni propinaui ei laudani Nepentes g: 3:, conſ: hyacinthinæ drag: 1. nocte, & meliùs ſe habuit. Die vndecima delirium perſeuerauit, & exhibui ei hanc confectionem: ℞: diaphor: ſubd:, bezoardici Iouialis, mineralis an: gr: 15., vnicornu gr: 10., cornu cerui præparati, ſalis prunellæ corallati an: vnc: ß:, conſ: borraginis, acred: citri an: vnc: 1., miſce, & ſumpſit in duabus vicibus, & per aluum feces fætentiſſimas emiſit, ità eandem confectionem doſis ſimilis per quatuor dies accepit, & in illis diebus eiecit tèr, aut quatèr per aluum feces putridas fætentes in die ſexta decima febris omninò euanuit, & benè conualuit.

In Valle Rheatina. *Paſſio hyſterica.* *Obſeru. 97.*

AGatha Rancina annorum 27., temperamenti bilioſi quibuſdam à motibus conuulſiuis hyſtericis capta cecidit in medio cubiculi, eodemq; tempore cùm tumore gulæ, maxima afflictione, ſinè loquela, & tandèm quaſi mortua per tres horas habita eſt. Propinaui drag: 1. vnicornu cùm vino generoſo, & ſana facta eſt.

Pluriès dè vnicornu in talibus hyſtericis paſsionibus miracula ſpectatus ſunt.

Ibidem. *Hydrops.* *Obſeru. 98.*

MAgdalena Auguſtini annorum 16. hydrope laborabat, & ſumendo electuarium ex fructibus bruſci, baccis iuniperi, & paſſulis ad vnc: 1. prò vice manè, & veſpere duorum menſium ſpatio, liberata eſt.

Ibidem. *Diarrhæa.* *Obſeru. 99.*

CArolus Symonis poſtquàm deſtitutus eſt à nonnullis doloribus nephriticis, quos patiebatur, correptus eſt à diarrhæa acri adeò, vt anum eroderet, & vrinæ ardorem concitaret. Iuſsi clyſteria ex lacte, ſaccharo, & pauca camphura, & dedi gr; 4. laudani noſtri, ex quibus euaſit ab omni morbo.

Ibidem. *Febris Quartana.* *Obſeru. 100.*

IOſeph Pyrrhonus annorum 27. tribus ab hinc annis à quartana febre cruciabatur, neque ex multis medicaminibus ſumptis minimo leuabatur iuuamine. Præbui ego Febrifugi Riuer: gr: 40., & bis per vomitum, nouiès per ſeceſſum nigra exierunt, ex quo ſalutem habuit.

QVingentos habes, Lector, in his Obſeruationibus euentus de die in diem expoſitos vt acciderant dùm Romæ, Sabinæque morabar. Hos non rationum, ut plerique ſolent, teſtiumque magna comitante caterua cernis proſilire, dubitaui enim ne me in longum protrahens, tædium tibi dilecto inferrem, ex quo tua abuteret benignitate; & eò magis, quòd non ſolùm Præceptor meus, ſed & Profeſſores omnes breuitati ſtuduiſſe videantur, & ſtudeant.

Chyrurgiam contexo bifrontem cùm additione Spargyricæ, vnam ſcilicèt Galenicam atque alteram Spargyricam arbitror traditurum. Harum vnaquæque ſibi proprias afferet opiniones, ambæ verò remedia multa producent, octingentoſque morborum curatorum caſus, & ducentos alios à celebrioribus Italiæ Chyrurgis communicatos, vt alibi dictum eſt, & ſequenti hoc anno typis tradetur Dei Omnipotentis auxilio.

FINIS.